Botany Lib.

Library of

Wellesley College.

NON MINISTRARI SED MINISTRARE.

Presented by

Prof. E. N. Horsford.

No. 30607

MEDICORVM GRAECORVM

OPERA

QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CURAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARUM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

VOLVMEN XXVI.

CONTINENS

PEDANIVM DIOSCORIDEM ANAZARBEUM.

TOM. II.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1830.

30607

SCIENCE
R
126
D5
2

[ΠΕΔΑΝΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ]
ΠΕΡΙ ΔΗΛΗΤΗΡΙΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΥΤΩΝ ΠΡΟΦΥΛΑΚΗΣ ΚΑΙ ΘΕΡΑΠΕΙΑΣ.

ΤΟ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

[Ἀποδόντες ἐν τοῖς προγραφεῖσι βιβλίοις, φίλτατε Ἄρειε, τὸν περὶ ἀρωμάτων καὶ ἐλαίων καὶ μύρων καὶ δένδρων καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν καρπῶν καὶ δακρύων, ἔτι τε ζώων καὶ μέλιτος καὶ γάλακτος καὶ στέατος καὶ τῶν λεγομένων σιτηρῶν καὶ λαχάνων, ἔτι τε τὸν σύμπαντα περὶ ῥιζῶν καὶ βοτανῶν καὶ χυλισμάτων καὶ οἴνων καὶ μεταλλικῶν λόγον· ἐν τούτῳ, τελευταίῳ ὑπάρχοντι τῆς ὅλης πραγματείας, καταλεξόμεθα περὶ τῆς τῶν ὠφελεῖν ἡμᾶς ἢ βλάπτειν δυναμένων φαρμάκων ἐνερ-

[PEDANII DIOSCORIDIS]
LIBER DE VENENIS EORUMQUE PRAECAUTIONE ET MEDICATIONE.

PRAEFATIO.

[Postquam superioribus libris, amicissime Aree, praecepimus de aromatibus, oleis, unguentis, arboribus, ac earumdem fructibus lacrimisque, insuper de animalibus, melle, lacte, sebo, de frugibus, oleribus, radicibus, herbis, succis, denique de vinorum metallicorumque generibus; in hoc operis totius ultimo de viribus medicamentorum noxiorum eorumque, quae contra prodesse possunt,

γείας. Παραιτησάμενοι οὖν τὴν πολυλογίαν ἐπάνιμεν ἐπὶ τὸ προκείμενον.] [1]

Μεριζομένου δὲ τοῦ τοιούτου διχῆ· εἴς τε προφυλακὴν τοῦ μηδὲ τὴν ἀρχὴν λαθεῖν [2]*, ἢ εἰ καί ποτε λάθοι* [3] *διδόμενα, ἀνενέργητα γενέσθαι, καὶ εἰς τὸ βοηθηματικὸν τῶν πεπωκότων* [4]*, πρῶτον δίειμι περὶ τοῦ προφυλακτικοῦ τρόπου, δυσχεροῦς ὄντος, ὡς οἱ ἀρχαῖοι ὑπέλαβον, διὰ τὸ τοὺς λάθρα διδόντας οὕτω μηχανᾶσθαι, ὡς καὶ τοὺς ἐμπειροτάτους* [5] *ἐξαπατᾷν· τὰς μὲν γὰρ πικρίας ἐξαιροῦνται τῶν φθαρτικῶν φαρμάκων ταῖς μιγνυμέναις γλυκύτησι· τὰς δὲ δυσωδίας ταῖς τῶν ἀρωμάτων καταμίξεσιν ἢ ταῖς τῶν ὑλῶν ἐπ' ὠφελείᾳ δοκουσῶν προσφέρεσθαι, μάλιστα δ' ἐν ταῖς ἀσθενείαις, ὡς ἀψινθίῳ, ἢ τραγοριγάνῳ, ἢ ὑσσώπῳ, ἢ θύμβρᾳ, θύμῳ τε καὶ ὀριγάνῳ, ἢ ἀβροτόνῳ, ἢ ἴριδι, ἢ καστορίῳ,*

1) Totus hic introitus adeo suspectus est, ut merito spurius habeatur. Namque praeterquam quod Diosc. supra iam quintum dicat esse ultimum librum, quod hic de hoc perhibetur, inepta est repetitio eorum, quae in prioribus libris praecepta sint, ut et de lacte et adipe sermonem fuisse dicatur; inepta est loquacitatis deprecatio.

2) Sic Ald. et Marcell.; *λαβεῖν* cod. Paris. apud Goup.; *λαμβάνειν* vulgo.

3) Cod. X. *λήθῃ*.

4) Sic lego loco vulg. *πεπτωκότων*.

5) Cod. X. *πονηροτάτους*.

disseremus. Vitata igitur sermonis prolixitate, opus institutum aggrediamur.]

Huiusmodi autem tractatus cum bipartito distribuatur: et in praecautionem, ne lateant nos a principio venena, aut si forte clam data fuerint, ne noceant; et in doctrinam de auxiliis iis, qui voraverint, afferendis: protinus praecipiam de praecavendi modo, quem quidem esse difficilem prisci rati sunt, propterea quod, qui venenis clam insidiantur, tam dolose ea praeparant, ut peritissimum quemque decipere possint. Siquidem exitialia venena permistis dulcibus amaritudine sua spoliant, et graveolentiam mixtura aromatum eximunt, aut remediis, quae utiliter adhiberi, praesertim in adversa valetudine, creduntur, exemplis absinthii, tragorigani, hyssopi, satureiae, thymi quoque et origani, abrotani, iridis aut ca-

καὶ εἴ τι δοκεῖ κατάλληλον τοῖς κακουργουμένοις [6] *φαρμάκοις ἔχειν ποιότητα· ἐπὶ δὲ τῶν* [7] *πινομένων ἐν* [8] *οἴνοις σκληροῖς, ἢ ἐν ζωμοῖς, ἢ ἐν γλυκεῖ, ἢ ἐν μελικράτῳ, ἢ ἐν γλεύκει, ἢ ἐν χυλοῖς, ἢ ἐν φακῷ, ἢ ἐν ἀλφίτοις* [9], *ἢ ἐν ἄλλοις τισὶ τῶν προςφερομένων συσσιτοποιοῦντες· ὅθεν τὸν ὑποπτεύοντα δεῖ παραιτεῖσθαι τὰ κατηρτυμένα* [10] *τῶν ἐδεσμάτων καὶ πᾶσαν ἐπιτεταμένην ποιότητα γεύσεων, ὅσαι εἰσὶ διὰ τῶν γλυκέων ἢ ἁλυκῶν ἢ ὀξέων διαφυλάττεσθαι· καὶ τοὺς δεδιψηκότας ἢ πεινῶντας δι' ἐπιτάσεως μὴ ἀθρόως πίνειν ἢ ἐσθίειν, προςέχοντας τῇ ποιότητι τούτων, μάλιστα δὲ ψυχρὸν ὕδωρ προλαμβάνειν πίνοντας· ἀποπληρωθείσης γὰρ τῆς ὀρέξεως, εὐκατάλεπτοι* [11] *γίνονται τὸ λοιπὸν αἱ ποιότητες· καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἀσθενούντων, καλῶς παραιτούμεθα τὰς τῶν δοκούντων* [12] *ἐπ' ὠφελείᾳ δίδοσθαι φαρμάκων πόσεις, ἃς εἰςφέρουσιν οἱ κακουργοῦντες τὰ δηλητήρια· ὥςτε διὰ τοῦ-*

6) Sic Lacuna; *καταργουμένοις* vulgo; *καθαρτικοῖς* Marcell.

7) Cornar. add. *ἐσθιομένων καί.* 8) Cornar. add. *σιτίοις ἤ.*

9) Quod vulgo interponitur, *ἢ ἐν φαρμάκοις,* nec in cod. X., nec a priscis interpretibus recipitur, neque huius loci esse videtur.

10) Optime sic e Paullo Cornar., ut Lucian. de conscrib. histor. p. 206. *τοὺς κατηρτυμένους τῶν ζωμῶν* iuscula dicit nimiis condimentis referta. Vulg. *κατηρτισμένα* non quadrat.

11) Sic e Paullo 5, 27., qui haec omnia transscripsit, legendum esse Sarac. suasit. Vulg. *ἀπεπτότατοι.* Cornar. *ἀτρεπτότατοι.*

12) Inserui, hortante Sarac., *δοκούντων*, et omisi *παρὰ* (*τῶν*) vulg., cuius loco cod. X. *περί.*

storei et, si quid aliud malefica vi praeditis medicamentis congruum videatur. Vel ea potulentis inserunt, uti vinis asperis, iusculis, passo, aquae mulsae, musto aut variis succorum generibus, vel ipsi lenticulae polentaeve aut aliis, quae edulii specie offeruntur, immiscent. Quamobrem suspiciosi vitare debent fercula nimiis aromatis condita, omnique intenso sapore dulcium, salsorum aut acidorum abstinere. Quin neque sitibundi affatim bibere, neque famelici avidius vorare debent, sed circumspicere eorum indolem, maxime vero potu frigidam aquam praesumere. Satiato enim appetitu, qualitates (nocivae) facile deprehenduntur. Quod ad aegros vero spectat, honeste recusamus potiones auxilii praetextu dari solitas, quas offerunt improbi veneficiorum artifices; quo fit, ut aegro-

το δυςεπιχειρήτους γίνεσθαι τοὺς νοσοῦντας· καὶ ἡ μὲν πρὸς τὸ μὴ εὐχερῶς ἁλίσκεσθαι πλανωμένους ἔφοδος αὕτη. Ἑτέρα δέ ἐστιν ἀνυσιμωτέρα [13]· δεῖ τοὺς ὑποπτεύοντάς τι τοιοῦτον προλαμβάνειν τι, καὶ ἀδύνατα κατασκευάζειν τὰ φάρμακα· ὥςτε τὰς ἰσχάδας μασσωμένους μετὰ βασιλικῶν καρύων, καὶ τὰ καλούμενα κεδρόμηλα, βουνιάδος τε σπέρματος ὁλκὴν μετ᾽ οἴνου ἢ καλαμίνθης τῶν φύλλων ὁμοίως, ἢ μίλτου τῆς καλουμένης λημνίας σφραγίδος τὸ αὐτὸ πλῆθος σὺν οἴνῳ· ἢ πηγάνου φύλλα καὶ καρύων βασιλικῶν τὸ ἐντός· ἢ ἁλῶν χόνδρον καὶ ἰσχάδας δύο νήστεις προςφερέσθωσαν, καὶ ὑπ᾽ οὐδενὸς ὁτιοῦν βλαβήσονται φαρμάκου. Καὶ ἀντίδοτα δὲ προςλαμβανόμενα μετ᾽ οἴνου τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν· ὧν ἐστι ἡ διὰ τοῦ σκίγκου, καὶ ἡ διὰ τῶν αἱμάτων, καὶ ἡ καλουμένη μιθριδάτειος.

Ἀντιπάσχουσι δὲ πολλάκις καὶ ἰδιοσυγκρίσεις σωμάτων, αἱ προδιαθέσεις [14] διά τινας βρωμάτων ἢ πομάτων ποιότη-

13) Sic Ald.; ἀνυτικωτέρα Asul.; προφυλακτικὴ δυνατωτέρα Paull. Omisi autem ἤ τις inter δὲ et ἐστίν.

14) Vulg. προςδιαθέσεις.

tantes audentium iniuriis minus pateant. Et haec quidem, ne facile incauti homines capiantur dolis veneficorum, ratio est. Altera vero est efficacior, ut suspiciosi aliquid praesumant, quod venenorum vires hebetet ac irritas reddat: cuiusmodi caricae sunt cum nucibus iuglandibus commanducatae, et quae citria mala vocantur, seminisque buniadis drachma una cum vino; itidemque folia calaminthae, aut rubrica, quae sigillum lemnium appellatur, pari pondere cum vino: aut rutae folia, nucis iuglandis nucleus: aut salis grumi et caricae duae ieiunis offerantur, quo facto nullo veneni genere offendentur. Quin et antidota ex vino praesumta eumdem praebent effectum: ex quorum numero sunt, quod e scinco paratur, quod e sanguinibus temperatur, et quod Mithridatii nomen obtinet.

Adversantur saepe etiam peculiares corporum constitutiones, praedispositiones nimirum, per variam ciborum

τας, ἢ πλῆθος οἴνου· [15] ἐκλύουσι γὰρ τὰς ἐνεργείας τῶν ἐπεισαγομένων φαρμάκων, καὶ τὴν ἀνάδοσιν αὐτῶν κωλύουσι, προπεπληρωμένων τῶν πόρων ὑπὸ [16] προληφθείσης τροφῆς.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ περιστάσεις τινὲς ἐν ἀποδημίᾳ δίχα ἐπιβουλῆς πολλάκις ἐπιφέρουσιν ὁμοίους κινδύνους, ἀναγκαῖον ὑπολαμβάνω καὶ περὶ τούτου διαλαβεῖν· δεήσει γὰρ πρῶτον μὲν ἐν ὑπαίθροις τόποις, ὡς δυνατὸν, ἕψειν, καὶ ἑτοιμάζειν τὰ πρὸς βρῶσιν καὶ πόσιν· δεύτερον δ᾽ ἐν ὑποστέγῳ ἐπιμελῶς καταμανθάνειν τὰς ὀροφάς· πολλάκις γὰρ ἐκ τῶν ὑπερκειμένων πίπτει ζωΰφια φθοροποιὰ, ὥςπερ φαλάγγια καὶ ἄλλα τινὰ ἑρπετὰ, καὶ ὁ καλούμενος ἀσκαλαβώτης. Καὶ τοῖς ἐπιχέουσι [17] τὸν οἶνον, ἀγγείοις ἐναργῶς καὶ ἐπιμελῶς προσέχειν δεῖ· ἕλκεται γὰρ ὑπὸ [18] τῆς ὀσμῆς τοῦ οἴνου τὰ ἑρπετὰ, ἅτινα πολλάκις πιόντα μὲν τὸν ἰὸν ἀπήμεσαν, ἐμπεσόντα δὲ ἀπέθανον, καὶ ἀπωλείας ἐγένοντο αἴτια τοῖς προς-

15) Sambuc. praeposuit *οὐκ*, sicut cod. X. *οὐκ ἐκχέουσι.*
16) Sic Ald., Cornar., Goupyl. et Sarac.; *δίχα* Asulan.
17) Sic Ald., Asulan., Marc., Cornar.; *παραχέουσι* Goupyl. et Sarac.
18) Cod. X. *ἀπό.*

potuumve indolem ac vini copiam inductae. Siquidem venenorum post ingestorum vires exsolvunt, eorumque distributionem per corpus impediunt, impletis ante sumto alimento poris.

Quandoquidem autem in peregrinatione absque insidiis saepius incommodi casus similia invehunt pericula, necessarium duco et hac de re agere. Oportebit igitur primum in loco subdiali, quoad eius fieri poterit, coquinari et apparare cibo potuique necessaria: deinde, sub tecto, solerter circumspicere laquearia. Etenim saepius e superiacentibus decidunt noxia animalcula, uti phalangia, alia quaedam reptilia et stellio dictus. Sed et vino infundendo occupatum vasa diligenter et ad lucem intueri oportet: attrahuntur enim reptilia vini odore, quae nonnunquam sorbendo virus eructarunt, interdum illapsa perierunt, iisque, quibus (id vinum) offerebatur, exitii cau-

ενεγκαμένοις. Πρὸς μὲν τὸ ἀνεπιβούλευτον εἶναι καὶ προφυλάσσεσθαι ταῦτα εἰρήσθω.

Εἰ δέ τινες ἑκουσίᾳ γνώμῃ προσενέγκοιντο, ἢ καὶ ἐξ ἐπιβουλῆς τινων λάβοιεν, δεήσει μηδὲν ἀναβαλλομένους βοηθεῖν· εἰς γὰρ τὸ περιμένειν τὰ παρακολουθοῦντα σημεῖα ἑκάστου τῶν φαρμάκων, ἀνίατόν ἐστι [19], δυςβοηθήτων αὐτῶν διὰ τὸν χρόνον γινομένων. Ἐὰν μὲν οὖν οἱ προσενεγκάμενοι [20] νοήσαντες ὁμολογήσωσι τὸ ποθὲν φάρμακον, ἤ τινες τῶν συμπαρόντων, παραχρῆμα ἐλθόντες ἐπὶ τὰ κατάλληλα βοηθήματα, ῥᾳδίως εἰς τὸ κατὰ φύσιν καὶ οἰκεῖον αὔξομεν αὐτοὺς κατάστημα· οὐ συγκατατιθέμενοι [21] τοῖς λέγουσιν ἐπ' αὐτῶν κατὰ πᾶν [22] ἀθεράπευτα γίνεσθαι. Πῶς γὰρ τὰ μὲν ἐπὶ τῶν ἐν τῷ σώματι γινομένων αἰτίων [23] πάθη θεραπείαν ἐπιδέχεται, τὰ δὲ ὑπὸ [24] τῶν ἔξωθεν συμπίπτοντα [25] φαρμάκων ἀθεράπευτα τυγχάνει; ὁμοίως γὰρ πάντα τὰ περὶ τὰ σώματα γινόμενα νοσήματα θεραπευτά τε καὶ ἀθεράπευτα,

19) Cod. X. ἀνίατον γάρ.
20) Cod. X. Ἕως ἂν οἱ προσενέγκαντες.
21) Sic Ald.; συγκατατιθέμεθα Asulan. et sequ.
22) Cod. X. πάντα.
23) Asul. αὐτῶν. 24) Cod. X. ἐπί.
25) Cod. X. συμπτώματα.

sam attulere. Et haec quidem de insidiis vitandis praecavendisque hactenus dicta sunto.

At, si qui seu ultro seu ex aliorum insidiis venenum hauserint, iis, nulla interposita mora, auxilium afferendum erit. Siquidem, dum signa, quae singula comitari venena solent, exspectantur, immedicabile fit malum, dum propter temporis dilationem aegre adminicula valent. Quare, si qui venenum se hausisse intelligunt et confitentur, aut qui iis affuere, protinus accedentes ad idonea praesidia, illos facile ad naturalem et propriam constitutionem reducturi sumus. Neque vero iis assentimur, qui prorsus insanabilia haec esse contendunt. Quo enim modo morbi, quorum caussa corporibus inhaerent, medicaminibus curabuntur, quae vero extrinsecus incurrunt venena, medicinam haud admissura sunt? Aeque vero omnes corporibus accidentes morbi pro caussarum ingruentium magni-

κατὰ τὰ μεγέθη τῶν προςπιπτόντων αἰτίων καὶ τὰς προδιαθέσεις καὶ ἐπιτηδειότητας τῶν σωμάτων· εἰ δέ τινες αὐτῶν καταληφθέντες ἀφωνίαις ἢ παράνοίαις [26] ἢ ἄλλῳ [27], διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι ἐξάγειν αὐτὸ, ἀσυμφανὲς ἡμῖν ποιοῦσι τὸ φάρμακον, τότε δεῖ ταχέως ἔρχεσθαι ἐπὶ τὰ κοινῶς ἁρμόττοντα τοῖς οἱονδήποτε φάρμακον πεπωκόσιν· οὐδὲν δὲ δύναται κοινότερον βοήθημα δίδοσθαι, τοῦ τὸ δοθὲν φάρμακον, πρὸ τοῦ ἐνισχύσαι, διὰ τοῦ ἔγγιστα τόπου κενοῦν εἰς τὸ ἐκτός· ὅθεν μηδὲν ἀναβαλλομένους προςφέρειν δεῖ ἔλαιον θερμὸν, ἢ κατ᾽ ἰδίαν, ἢ μεθ᾽ ὕδατος ἐμεῖν ἀναγκάζοντας· εἰ δὲ μὴ παρείη ἔλαιον, τῶν τόπων μὴ φερόντων, βούτυρον ἀντὶ ἐλαίου μεθ᾽ ὕδατος θερμοῦ ἢ μαλάχης, ἢ λινοσπέρμου, ἢ τράγου, ἢ τήλεως, ἢ κνίδης σπέρματος, ἢ χόνδρου ἀφεψήματος· οὐ μόνον γὰρ κενώσει ταῦτα διὰ τῶν ἐμέτων, χαλασμὸν εὐχερῶς καὶ ναυτίαν ἐμποιοῦντα, ἀλλὰ καὶ ὑπάξει τὴν κοιλίαν, καὶ ἐναντιωθήσεται τῇ κακίᾳ τῶν φαρμάκων [28], ἀμβλυντικὰ τῶν δρι-

26) Sic suasit iam Marcell. et post cum Cornar. Vulgo παροινίαις. X. παρανίαις.
27) Sic omnes, scil. παθήματι s. νοσήματι. Sarac. solus ἄλλως.
28) E Paullo sic emend. vulg. τῇ κενώσει τῶν σωμάτων. Lacun. τῇ ἑλκώσει τῶν σωμάτων.

tudine, proque praedispositionibus ac opportunitatibus corporum, vel medicabiles sunt, vel omnia eludunt artis praesidia. Si eorum aliquis vocis interceptione, vel mentis alienatione, vel alio affectu correptus, aut nolens veneno liberari, nullam eius intelligentiam nobis praebuerit, tum protinus ad ea veniendum est remedia, quae in commune idonea sunt epotis quibusvis venenis. Atqui nullum communius auxilium dari potest, quam quod exhibitum venenum per proximum locum foras pellit, priusquam ipsum invalescat. Quamobrem illis sine mora calidum oleum, seu per se, seu ex aqua, ut ad vomitum cogantur, exhibere convenit. Quodsi oleum natura loci negat, eius vice butyrum cum aqua calida, aut malvae, vel seminis lini, vel tragi (cerealis), vel foeni graeci, vel seminis urticae, vel alicae decocto potest administrari. Haec enim non modo venenum vomitionibus exigent, laxando facile subvertendoque ventriculum, sed et alvum subducent, et simul adversabuntur malignitati venenorum,

μυτήτων καθεστῶτα[29]· ἔστι δὲ ἐναργῶς καταλαβέσθαι τοῦτο· εἰ γάρ τις ἑλκῶσαι προαιρούμενος δι' ἀσβέστου, ἢ τρυγὸς, ἢ κανθαρίδος, ἤ τινος ἄλλου δριμέως, τὸ σῶμα ὑποχρίσει ἐλαίῳ, οὐχὶ ἑλκωθήσεται ὑπὸ τούτου· καὶ μὴν οὐδ' εἴ τις στύψαι θελήσει ἰσχυρῶς ἢ ψύξαι, δύναται προλιπαίνων· ἔτι μὴν καὶ ἔμετος οὐ μόνον καθ' ὃ κενοῖ καὶ ἐκκρίνει [30] τὸ βλάπτον ὠφελεῖ, ἀλλ' ὅτι καὶ δείκνυσι τὸ ληφθὲν ἐνίοτε, ἔκ τε ὀσμῆς, ἢ θρόμβων, ἢ χρώματός τινος [31]· ἐκ μὲν γὰρ τῆς ὀσμῆς καὶ πικρίας μηκώνειον· ἐκ δὲ χρόας ψιμύθιον ἢ γύψον· ἀπὸ δὲ θρόμβου γάλα ἢ τὸ νεοσφαγὲς αἷμα· ἀπὸ δὲ βρώμου καὶ ποιότητος τοῦ ἐμουμένου καὶ ὀσμῆς, λαγωὸν θαλάττιον καὶ φρῦνον· ὡς διὰ τοῦτο μᾶλλον ἢ δι' ἕτερον ἐνίοις[32] δύνασθαι βοηθεῖν, ἐρχομένους ἐπὶ τὰ ἑκάστῳ ἁρμόζοντα βοηθήματα· παραμίγνυται δὲ τῷ ἐλαίῳ μαλάχης ἀφέψημα, ἢ γλαύκιον [33], ἢ στέαρ χήνειον, ἢ ζωμὸς ἐκ λι-

29) Paull. add. καὶ μάλιστα τοὔλαιον.
30) Sic cod. X.; ἀποκρίνει vulgo.
31) Cod. X. ἢ θρομβώματος ἤ ἑτέρου τινός.
32) Sequor Sarac. sic emendantem vulg. ὡς διὰ τοῦτο ἢ δι' ἕτερον ἔνια. Paull. ὥςτε διὰ τούτων ἐπὶ τὰ ἑκάστῳ ἁρμόζοντα ἰέναι φάρμακα.
33) *Γλαύκιον* hic redundare arbitrati sunt, Cornar. et Sarac.

cum obtundendi acrimonias facultate polleant. Evidenter vero hoc probari potest. Nam si quispiam viva calce, faece (vini usta), aut cantharidibus, aut alio quovis acri corpus exulcerari contendat, id si prius oleo leniter oblitum fuerit, in eo ulcus excitari minime poterit. Imo vero si quis voluerit, (venena) violenter astringere aut refrigerare, hoc etiam, praesumta pinguedine, impeditur. Vomitus praeterea non ob id modo, quod evacuet ac virus noxium excernat, utilis est, sed et quod haustum venenum nonnunquam odore, concretis grumis aut colore prodat: quippe cum odore et amaritudine papaveris succum, colore cerussam gypsumve, grumis lac aut sanguinem animalis recens mactati ostendat. Sic quoque ex eorum, quae vomitu eiecta fuerint, qualitate et odore leporis marini et rubetae veneficia facile est deprehendere, ut hac potius ratione, quam alia quapiam, opem quibusdam afferre nobis in promtu sit, ad propria singulisque venenis accommodata auxilia transeuntibus. Admiscetur autem oleo malvae

παρῶν κρεῶν γεγονὼς, ἢ κονία ἡ διὰ τῶν ξύλων. Κομισάμενοι [34] δὲ διὰ τῶν ἐμέτων ἐπιμελῶς, διὰ τὸ μηδὲν ὑπολείπεσθαι ἐν τῇ κοιλίᾳ, τὸ ἐμμεῖναν ἐν τοῖς ἐντέροις κλύσματι δριμεῖ κομιούμεθα. Ποιεῖ δὲ καὶ τὸ νίτρον λεῖον σὺν ὑδρομέλιτι παραλαμβανόμενον, καὶ οἶνοι πολλοὶ καὶ παλαιοὶ πινόμενοι, καὶ ζωμοὶ ὀρνίθειοι, ἰχθύες λιπαροὶ, καὶ κρέα παλαιὰ καὶ λιπαρὰ, καὶ τὰ διὰ στέατος ἢ βουτύρου προςφάτου· ὑπάγοντα γὰρ τὴν κοιλίαν, ὥςπερ εἶπον, καὶ τὸν στόμαχον ἀναλύοντα, ἑτοιμότερον κατασκευάζει τὸν στόμαχον πρὸς τὸν ἔμετον· ἀμβλύνει τε τὴν δριμύτητα αὐτῶν, καὶ παρεμπλασσόμενα τοῖς πόροις, κωλύει τὴν ὀξύτητα τῆς τῶν φαρμάκων δυνάμεως. Δίδονται δὲ καὶ ἁρμόζοντα φάρμακα κοινῶς· ὧν ἐστιν ἡ λημνία μίλτος, ἀγαρικὸν, ἀβρότονον, ἐρύσιμον, ἠρυγγίου ῥίζα, σταφυλίνου σπέρμα καὶ καλαμίνθης, νάρδος κελτικὴ, καστόριον, νάρθηκος χλωροῦ ἐντεριώνη, νηρίου τοῦ καλουμένου ῥοδοδένδρου ἄνθος, πρασίου [35] χυλὸς,

34) Ald., Asul., Cornar. κομισάμενος; Goupyl. et Sarac. κομισαμένους. Nostra lectio vindicatur Paulli textu, lib. 5. cap. 29. pag. 168.

35) Aët. et Paull. πράσου.

decoctum, aut glaucium, adeps anserinus etiam, aut pinguium carnium iusculum, aut lixivium cineris lignorum. Postquam vero vomitum diligenter civimus, ne quid in ventre relinquatur, quae intestinis inhaeserint reliquias acri clysmate devocabimus. Faciunt et ad hoc ipsum nitrum tritum cum hydromelite assumtum et vina vetera liberalius pota, iura itidem gallinacea, pisces opimi et carnes adultae pinguesque, et quae adipe aut butyro recenti condita sunt. Alvum enim subducunt, uti diximus, ac ventriculum resolvunt, proniorem ipsum ad vomitionem reddunt: hebetant et venenorum acrimoniam, atque, dum poros obstruunt, prohibent celeritatem venenatae facultatis. Quin etiam medicamenta exhibentur, quae communi dote prosunt: e quorum numero est rubrica lemnia, agaricum, abrotanum, erysimum, eryngii radix, semen dauci et calaminthae, nardus celtica, castoreum et ferulae virentis medulla, flos nerii, quod rhododendron

σίλφιον, καὶ ὁ ὀπὸς αὐτοῦ, καὶ ἡ ῥίζα, ἣν καὶ μαγύδαριν ἐκάλεσαν [36], σαγάπηνον, ὀποπάναξ, πευκεδάνου ὀπὸς, ἀριστολοχία μακρὰ, πηγάνου ἀγρίου σπέρμα, κέστρου, τῆς βετονικῆς καλουμένης, τὰ φύλλα. Δίδοται δὲ ἕκαστον σὺν οἴνῳ < α΄ πλῆθος· ποιεῖ καὶ πολίου ἀφέψημα [καὶ σέσελι] [37] καὶ πίσσα ὑγρὰ [38] ἐκλειχομένη· γενναιότατα δὲ βοηθοῦσι καὶ ἀντίδοτοι, ὧν τὰς σκευασίας ἐπὶ τέλει ἀναγράψομεν· κοινῶς δὲ βοηθητέον τούτοις τὸν τρόπον τοῦτον.

Δυνατὸν δὲ καὶ ἐκ τῶν παρακολουθούντων συμπτωμάτων κοινὰ καὶ τὰ βοηθήματα συμπαραλαμβάνεσθαι. Σχεδὸν γὰρ αἱ τῶν πλείστων φαρμάκων δυνάμεις εἰς ὁμοιοτρόπους περιάγουσι τὸ σῶμα διαθέσεις· δι᾿ ἣν αἰτίαν ἐπὶ τῶν πλείστων τὰ κοινὰ βοηθήματα ἀνύει, ποικίλα μὲν γὰρ τὰ δηλητήρια φάρμακα, κοιναὶ δὲ καὶ οὐ πολλαὶ αἱ ἐξ αὐτῶν γινόμεναι διαθέσεις· ἀδύνατον γὰρ πάντα τὰ συμπτώματα ἑνὶ παρακολουθῆσαι· εἰ γὰρ ἦν τοῦτο, παρεῖλκεν ἂν ἡ καθ᾿

36) Disiuncta haec vulgo leguntur. Cod. X. non habet radicem.

37) Deest in Paullo et cod. Par. apud Goup. Sed Marcell. omnino agnoscit.

38) Interpositum vulgo λεία neo Marcell. admisit, nec naturae indoles fert.

appellatur, marrubii succus, silphium, ipsius succus et radix, quam et magydarin vocant, sagapenum, opopanax, peucedani succus, aristolochia longa, rutae sylvestris semen, et cestri, quod et betonica vocatur, folia. Singula vero cum vino drachmae unius pondere exhibentur. Expediunt etiam polii decoctum [et seseli] et liquida pix delincta. Egregie insuper opitulantur antidota, quorum praeparationes in operis calce describemus. Communis igitur ratio praestandi auxilii sic se habet.

Ceterum et ab iis, quae comitantur, symptomatibus communia remedia desumi possunt. Etenim plurimorum venenorum facultates corpus in consimiles affectus deducunt: quam ob causam plerisque communia conveniunt auxilia. Siquidem varia sunt venenorum genera: communes tamen nec ita multi, qui ex iis existunt, affectus. Enimvero fieri nequit, ut ad unum veneni genus omnia symptomata sequantur. Alioquin supervacanea foret, quae

ἕκαστον φάρμακον διὰ τῶν βοηθημάτων παράδοσις. Τό τε γὰρ ἀλγεῖν στόμαχόν τε καὶ κοιλίαν [39] καὶ ἔντερα, ἧπαρ τε καὶ νεφροὺς καὶ κύστιν, ἔτι δὲ λύζειν καὶ δάκνεσθαι καὶ τρέμειν, ἀφώνους τε εἶναι καὶ περιψύχεσθαι, σπᾶσθαί τε καὶ ἀσφυκτεῖν καὶ δυςπνοεῖν καὶ καταφέρεσθαι καὶ σκοτοῦσθαι καὶ πνίγεσθαι καὶ διψᾷν καὶ αἱμοῤῥαγεῖν, πυρέσσειν τε καὶ δυςουρεῖν καὶ στροφοῦσθαι καὶ ἐμεῖν πυκνὰ ἢ ναυτιᾷν, ἐρυθραίνεσθαι [40] καὶ πελιδνοῦσθαι καὶ ὠχριᾷν, παραφρονεῖν τε καὶ ῥέγχειν καὶ παρίεσθαι, καὶ ἄλλα πολλὰ ποιεῖν, καὶ διάφορα πάσχειν· ἑνὶ μόνῳ δύςκολον εὑρεῖν παρεπόμενον [41], ἕκαστον μερισθὲν εἰς καθολικὰς [42] διαθέσεις ὀλίγων ἀριθμὸν καὶ κοινῶν ὑποδεῖξαι συμπτωμάτων. Διὸ καὶ ἐφ' ἑνὸς ἑκάστου τῶν προειρημένων οὐκ εὔκολον τὸ εἰλημμένον φάρμακον γινώσκεσθαι· τὸ γὰρ δάκνεσθαι τὸ στόμα καὶ γλῶτταν, φλεγμαίνειν στόμαχον καὶ κοιλίαν τε καὶ νεφροὺς καὶ κύστιν, δυςουρεῖν τε ἰσχυρῶς, ἐνίοτε δὲ καὶ αἷμα δι' οὔ-

39) Cod. X., Marcell. et Ruell. sic; *στόμαχόν τε λίαν* vulgo.
40) Cod. X. et Sambuc. *ὑποιδαίνεσθαι.*
41) Cod. X. *ἐπεὶ μόνων δύςκολα ἐστὶν εὑρεῖν παρεπόμενα.*
42) Sic Ald., Cornar., Goupyl. et Sarac.; *ὀλίγας* Asulan. et Marc.

traditur singulis venenis propria et accommodata curatio. Neque vero facile reperiatur quisquam, qui ex unius veneni haustu simul vehementi ventriculi, alvi, intestinorum, iecinoris, renum vesicaeque dolore vexetur, insuperque singultiat, rodatur, contremiscat, obmutescat, perfrigeretur, convellatur, pulsu deficiatur, spiritus difficultate, veterno, caligine, suffocatione, siti, sanguinis eruptione, febre, urinae difficultate ac torminibus corripiatur, crebro vomitet, nausea prematur, rubescat, livescat, expallescat, desipiat, stertat, resolvatur et alia multa ac diversa faciat seu patiatur. Singula porro in universales affectiones distincta paucorum eorumque communium symptomatum numerum demonstrant. Quapropter ex uno singulari symptomate eorum, quae ante recensita sunt, non facile fuerit venenum assumtum deprehendere ac internoscere. Nam oris et linguae erosio, stomachi, ventris, renum ac vesicae imflammatio, vehemens urinae difficultas ac interdum etiam cruenta mixtio, dilaceratio-

ρων πορεύεσθαι, καὶ λακιδοῦσθαι, διαπεπρῆσθαί τε πολλὰ μέρη τοῦ σώματος, οὐ μόνον ἐπὶ κανθαρίδων εὑρίσκεται παρακολουθοῦντα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πιτυοκάμπης καὶ βουπρήστεως καὶ σαλαμάνδρας· τό τε καταφέρεσθαι, ἢ καροῦσθαι, ἢ ῥέγχειν, πελιοῦσθαί τε καὶ νωθριᾷν καὶ καταψύχεσθαι καὶ ναρκᾷν [43], ἀναισθητεῖν δὲ ἢ ὀδαξεῖσθαι τὸ ὅλον σῶμα, οὐ μόνον τοῖς τὸ μηκώνειον πεπωκόσι παρέπεται, ἀλλὰ καὶ τοῖς μανδραγόραν ἢ κώνειον προςενεγκαμένοις· τό τε παραφρονεῖν οὐ μόνον ὑοςκύαμος ἐπιφέρει, ἀλλὰ καὶ τὰ τοξικὰ καλούμενα τῶν φαρμάκων· καὶ ἀκόνιτον δὲ, καὶ τὸ μέλι τὸ γεννώμενον ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ποντικῇ· καὶ τὸ πνίγεσθαι δὲ οὐ μόνον ἐπὶ μυκήτων ὁρᾶται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ αἵματος ταυρείου καὶ γάλακτος καὶ ἀκονίτου καὶ γύψου καὶ ψιμυθίου· καὶ καθόλου δύςκολον, ἐὰν θέλῃς εὑρεῖν σημεῖον δυνάμενόν τι τῶν πινομένων καὶ γενομένων φαρμάκων δηλῶσαι, καὶ μάλισθ᾽ ὅτι κοινὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιγινομένοις πάθεσι παρακολουθεῖ ταῦτα· πλὴν ἐπὶ μὲν τῶν ὀξέως ἀναιρούντων ἐστί που καὶ

43) Cod. X. ῥιγεῖν s. ῥιγοῦν.

nis et incendii sensus per multas corporis partes, non tantum epotis cantharidibus supervenire comperiuntur, sed et pinorum erucis, bupresti ac salamandra. Ad eumdem modum non solum eos, qui meconium hauserunt, veterno ac sopore prehendi, stertere, livescere, elanguescere, perfrigerari ac torpescere, stupescere aut prurigine per totum corpus vexari; sed eos etiam, qui mandragoram aut conium sumserint. Sic mentis alienationem non hyoscyamus tantum infert, verum etiam quae toxica appellantur, itidemque aconitum et mel, quod ad Heracleam ponticam gignitur. Quin et strangulatio non modo a fungis voratis, sed et a sanguine taurino, lacte, aconito, cerussa gypsoque conspicitur. In summa difficile est, unum uni veneno proprium invenire signum, quod potum gustatumve virus certo prodere possit: maxime cum eiusmodi symptomata alios etiam affectus communiter consequi comitarique soleant. Attamen in iis, quae celeriter enecant, licet aliquo modo signis deprehendere id quod

σημειώσασθαι τὸ βλαπτόμενον [44], ὡς παραδώσομεν. Ἐπὶ δὲ τῶν χρονίας διαθέσεις παρασκευαζόντων, δύςκολον οὐδὲν πρὸς τὴν θεραπείαν τοῦ περὶ τὴν σημείωσιν δυςχεροῦς βλάπτοντος· ἐκφυγόντα γὰρ τὴν ὀξύτητα τῆς ἐνεργείας τὰ φάρμακα, καὶ μεταληφθέντα εἰς χρονίους, κοινῶς λαμβάνει τοῖς λοιποῖς πάθεσι τὰς κατασκευὰς [45] καὶ τὰς βοηθείας, τῆς ἰδιότητος τῶν πινομένων φαρμάκων μηκέτ᾽ ἐνούσης. Διαθέσεως δὲ χρονίου κατεσκευασμένης, ὑπ᾽ αὐτῶν ἡ διάθεσις πάντων εἰς ἕν τι γένος τῶν χρονίων ἐμπίπτει παθῶν, ἐφ᾽ ὧν εὐχερές ἐστι καὶ τὴν θεραπείαν ἀναλαμβάνειν. Καὶ τὰ μὲν κοινῶς βοηθοῦντα ταῦτ᾽ ἐστιν. Οἷς ἀκολούθως ἀναγράψομεν καὶ τὰ ἰδίᾳ ἑκάστοις ἁρμόζοντα, προεκθέμενοι ὑφ᾽ ἓν ὅσα φθαρτικὴν ἢ κακωτικὴν ἔχει δύναμιν ἑκάστης τάξεως, καὶ ἵνα πεφυλαγμένως εἴ τινα [46] τῶν πρὸς ὑγείαν ἀναγεγραμμένων φαρμάκων ἔχοιέν τινα τούτων μεμιγμένα ἐχόντων [47], οἷς χρῶνται οἱ φιλιατροῦντες. Τὸ γὰρ ἀπερίσκεπτον μεγάλας ἐπιφέ-

44) Marcell. suasit sic mutandum esse vulg. *βλεπόμενον*.
45) Cod. X. *σκευασίας*.
46) Sic primus Goup.; *εἴς τινα* Ald., Asul., Cornar.
47) Sic Cornar. loco vulg. *φάρμακα*.

noxam intulit, uti in ulterioribus praecipiemus. Verum in iis, quae diuturnas affectiones invehunt, nulla in curando difficultas est, quantumvis noxium venenum signis internoscere sit perdifficile: quippe cum venena, protinus ut praesentaneam illam vim amiserunt, in longos affectus transmutata, communia reliquorum affectuumremedia compositionesque flagitent, venefica proprietate non amplius illis inhaerente. Proinde diuturna, quae ab iis excitata est, affectio in aliquod chronicorum morborum genus recidit, a quibus facile fuerit medendi rationem petere. Atque de iis quidem, quae generatim auxiliantur, hactenus. Consequenter quae privatim singulis conveniunt auxilia memoriae mandabimus, si prius exposuerimus, quaenam singulorum ordinum (graduum) exitialem aut maleficam vim sortita sint: ut, si qua eorum, quae ad sanitatis usum descripta reperiuntur, aliqua ex illis admixta habeant, iis medicinae studiosi cautius utantur. Inconsiderantia enim magna infert damna, et saepe continuo eo-

ρει βλάβας, καὶ πολλάκις διὰ τὴν συνεχῆ χρῆσιν αὐτῶν ἀπωλείας αἰτία γίνεται· ζῶα μὲν οὖν ἐστι φθαρτικὰ τάδε· κανθαρὶς[48], βούπρηστις, σαλαμάνδρα, πιτυοκάμπη, λαγωὸς θαλάσσιος, φρῦνος, βάτραχος ἕλειος ἄφωνος[49], βδέλλαι καταποθεῖσαι· σπερμάτων δὲ ὑοσκύαμος, κόριον, κώνειον, μελάνθιον, ψύλλιον· ὀπισμάτων δὲ μηκώνειον, ὀποκάρπασον, θαψίας χυλὸς, ἐλατήριον, μανδραγόρας· ῥιζῶν δὲ χαμαιλέων, ἀκόνιτον, θαψία, ἐλλέβορος, ἰξίας, ἀγαρικὸν τὸ μέλαν, ἐφήμερον, ὃ ἔνιοι κολχικὸν καλοῦσι, διὰ τὸ ἐν Κολχίδι γίνεσθαι· ἐρνωδῶν δὲ καὶ ποῶν[50] σμίλαξ, ἣν ἔνιοι θύμαλον[51], Ῥωμαῖοι δὲ τάξον[52] καλοῦσι, στρύχνον μανικὸν, ὃ καὶ δορύκνιον καλοῦσι, ἥ τε σαρδώνιος[53] πόα, εἶδος οὖσα βατραχίου, μήκων κερατῖτις, φαρικὸν[54], τοξικὸν, πήγανον ἄγριον, μύκητες· ἀπὸ ζώων δὲ αἷμα ταύρειον νεαρὸν, καὶ τὸ ἐμπυτιασθὲν γάλα, μέλι τε τὸ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ποντικῇ γεννώμενον·

48) Sic cod. X.; κανταρίδες vulgo.
49) Vulg. φρῦνος ὁ λεῖος, βάτραχος ἕλειος ἄφωνος. Cf. infra cap. 31.
50) Sic cod. X.; ποῶν δὲ καὶ λαχάνων vulgo.
51) Vulg. τιθύμαλον.
52) Vulg. νάξιον ἢ τάξον.
53) Sic cod. X.; Σαρπηδόνιος vulgo.
54) Sic cod. X.; φθαρικόν vulgo.

rum usu homo in perniciem agitur. Animalia igitur, quae exitiosam vim habent, haec fere sunt: Cantharis, buprestis, salamandra, pinorum eruca, lepus marinus, rubeta, seu rana palustris mutaque, hirudines devoratae. In seminum vero genere hyoscyamus, coriandrum, conium, melanthium, psyllium: e liquoribus meconium, opocarpasum, thapsiae succus, elaterium, mandragoras: e radicibus chamaeleon, aconitum, thapsia, helleborus, ixias, agaricum nigrum et ephemeron, quod nonnulli colchicon vocant, quia in Colchide nascatur. E fruticum ramosorum herbarumque cohorte smilax, quam aliqui thymalum, Romani vero taxum appellant, solanum furiosum, quod et dorycnion dicitur, sardoa herba, quae ranunculi species est, papaver corniculatum, pharicum, toxicum, ruta sylvestris ac fungi. Ab animalibus taurinus sanguis recens, lac coagulatum et mel Heracleae ponticae

μεταλλικὰ δὲ γύψος, ψιμύθιον, τίτανος, ἀρσενικὸν, σανδαράχαι δύο, λιθάργυρος, ἀδάρκη, μόλυβδος, καὶ ἡ καλουμένη ὑδράργυρος. Τῶν δὲ συμφύλων [55] οἶνος ἀθρόως ποθεὶς πολὺς ἀπὸ βαλανείου [56], ἢ γλυκὺ, ἢ ψυχρὸν ὕδωρ ὁμοίως [57].

Κεφ. ά. [Περὶ Κανθαρίδων.] Τοῖς οὖν κανθαρίδας προςενεγκαμένοις παρέπεται χαλεπώτατα σημεῖα· σχεδὸν γὰρ ἀπὸ τοῦ στόματος μέχρι κύστεως πάντα δάκνεσθαι δοκεῖ αὐτοῖς. καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν πίσσῃ ἢ κεδρίᾳ ὅμοιόν τι ἐγγίνεσθαι· φλεγμαίνουσι δὲ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον καὶ δυςουροῦσι· πολλάκις δὲ αἷμα προΐενται δι᾽ οὔρων· φέρεται δ᾽ αὐτοῖς κατὰ κοιλίαν ὅμοια τοῖς ἐπὶ δυςεντερικῶν· λειποθυμίαις τε καὶ ἄσαις καὶ σκοτοδινίαις περιπίπτουσιν· ἐπὶ τέλει δὲ παραφέρουσι τὴν διάνοιαν. Δεῖ οὖν πρὸ τοῦ παρακολουθῆσαί τι τοιοῦτον ἀναγκάζειν ἐμεῖν, διδόντας αὐτοῖς τὸ ἔλαιον ἢ ἄλλο τι τῶν προειρημένων, καὶ μετὰ τὸ κομίσασθαι τὰ πλεῖστα διὰ τῶν ἐμέτων ἐνιέναι [58] διὰ κλυστῆρος χυλὸν

55) Sic Marcell. primus interpretatur, dein Cornar., Goupyl. et Sarac.; στεμφύλλων Ald., Asulan.
56) Marcell. add. ἢ δρόμον, ἢ τῶν εὐτόνων γυμνασίων.
57) Sic Cornar.; ἢ γλυκὺς ἢ ψυχρὸς ὁμοίως Ald., Asulan.
58) Ald. ἱέναι.

generatum. Inter metallica gypsum, cerussa, calx, arsenicum, sandaracha utraque, lithargyrum, adarce, plumbum atque hydrargyros dicitur. Ex iis, quae naturae cognata sunt, vinum largius a balneo potum, aut passum, aut frigida aqua similiter.

Cap. I. [*De cantharidibus.*] Quibus exhibitae sunt cantharides, signa eveniunt gravissima: propemodum enim ab ore ad vesicam usque iis omnia rodi videntur, pici aut cedriae simile quiddam in gustu obversatur: in dextro hypochondrio inflammationem sentiunt, urinam aegre reddunt, ac subinde cum lotio sanguinem emittunt: per alvum etiam, qualia in dysentericis, egeruntur: animi defectionibus, angoribus et vertigine tenebricosa corripiuntur: tandem vero et mente alienantur. Ergo, antequam tale quid accidat, propinato oleo aut supra dictorum aliquo ad vomitum cogendi sunt. Mox ubi vomitione ple-

χόνδρου, ἢ ὀρύζης, ἢ τράγου, ἢ πτισάνης, ἢ μαλάχης ἀφέψημα, ἢ λινοσπέρμου, ἢ τήλεως, ἢ τῶν ῥιζῶν τῆς ἀλθαίας, ἣν ἰβίσκον ὀνομάζουσι Ῥωμαῖοι· ἐπιδιδόναι τε αὐτοῖς νίτρον σὺν ὑδρομέλιτι πρὸς τὸ καταβιβάσαι καὶ ἐκνίψαι 59 τὰ ἔτι παρακείμενα τῷ στομάχῳ καὶ ἐντέροις· καὶ ἐὰν μὴ διακοπῇ, κενοῦν δεῖ, μελίκρατον ἐνιέντας μετὰ νίτρου, καὶ ἐπιδιδόναι οἶνον ἢ γλυκὺ, συντετριμμένων αὐτῷ στροβίλων καὶ σικύων σπέρματος, ἢ γάλακτος, ἢ μελικράτου, ἢ στέαρ χήνειον συντετηκὸς ἐν γλυκεῖ· τὰ δὲ φλεγμαίνοντα μέρη καταπλάσσοντας κριθῶν ἀλεύρῳ ἑψημένῳ μετὰ μελικράτου· καταρχὰς μὲν οὖν παραλαμβανόμενα τὰ καταπλάσματα βλάπτει, διὰ τὸ ὑπὸ τῆς γενομένης θερμασίας κατέχεσθαι τὸ δοθὲν, στηρίζον ἐπὶ τοὺς τόπους ὄντας κυρίους· χρονισθέντων 60 δὲ ὠφελεῖ τὰς χαλεπωτάτας φλεγμονὰς 61, παρηγοροῦντα καὶ παραμυθούμενα τὰς ἀλγηδόνας· ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ ἁρμόζει, προλιπάναντας ἐλαίῳ θερμαντικῷ τὸ σῶμα, λούειν καθιέντας εἰς

59) Sic Asulan.; ἐκλεῖξαι Ald.

60) Cod. X. χρονισάντων.

61) X. τὰ χαλῶντα τὰς φλ.

raque reiecerint, alicae aut oryzae, tragi vel ptisanae cremor, aut decoctum malvae, vel seminis lini, vel foeni graeci, vel radicum althaeae, quam Romani hibiscum appellant, clystere infundatur. Superdandum vero iisdem nitrum ex hydromelite, ut, quae stomacho adhuc et intestinis adhaerent, eluantur ac deturbentur. Haec nisi sic dirimantur (interpellentur), alvo infusa aqua mulsa cum nitro vacuari debent. Detur dein vinum aut passum, in quo pinei nuclei et cucumeris semina contrita fuerint, aut ex lacte mulsave, vel anserinus adeps in passo liquatus. Inflammatis autem partibus hordei farina cum mulsa decocta imponatur. Ab initio quidem admota cataplasmata nocent, quod excitatus ab iis calor haustum virus detinet ac principibus partibus impingit: procedente autem dein tempore adhibita molestissimis inflammationibus non mediocriter opitulantur: quippe quae dolores et leniant et permulceant. Interim, ubi corpus calefaciente oleo praeunctum fuerit, in solium demittendum ibique

ἔμβασιν· ἑκάστῳ δὲ ἡ ἰατρεία, διὰ τῆς ἐπιφανείας τὰ ἐπιβλαβῆ παρατεθέντα τῷ σώματι ἐκκρίνεσθαι· καὶ καθόλου παντοίως δεῖ κινεῖν τὰς ἐκκρίσεις, πρὸς τὸ μὴ ἔμμονον κατασκευὴν λαμβάνειν τὴν διάθεσιν· διδόναι δὲ καὶ κρέα ὀρνίθεια καὶ ἄρνεια[62], δελφάκεια καὶ ἐρίφεια, λιπαρὰ δὲ ταῦτα καὶ ἁπαλώτατα καὶ καθεψημένα σὺν λινοσπέρμῳ· εὐκοίλια γάρ ἐστι καὶ ἀμβλυντικὰ τῶν δριμέων· καὶ οἶνον γλυκὺν καὶ πολύν· ἁρμόζει δ' ἐπ' αὐτῶν[63] καὶ λιβάνου φλοιὸς, καὶ γῆς τῆς καλουμένης ἀστέρος, ἑκάστου < δ', μετὰ γλυκέος[64] λαμβανομένη· γλήχων τε μεθ' ὕδατος τριφθεὶς, καὶ ἴρινον ἢ ῥόδινον [μῦρον] μετὰ πηγάνου ἀφεψήματος[65], καὶ ἀμπέλου ἀκρέμονες ἁπαλοὶ λεῖοι μετὰ γλυκέος· δυνατώτατα δὲ πάντων βοηθοῦσιν αἱ ἀντίδοτοι, πινόμεναι σὺν μελικράτῳ πλῆθος < δ'.

Κεφ. β'. [Περὶ πιτυοκάμπης.] Τοῖς δὲ πιτυοκάμπην λαβοῦσιν εὐθέως πόνος περὶ τὸ στόμα καὶ τὸν οὐρανίσκον

62) καὶ ἄρν. deest in Ald. 63) Ald. αὐτῷ.
64) Editt. habent mensuram < ά, quae nullam habet rationem ad massam terrae et turis. Cornarus propterea suasit, κοτύλην ά legendum esse. Posset etiam e Scribonio Largo κύαθοι δ' legi. Sed satius duco, cum Paullo omnem omittere mensuram, cum fluidi mensura fere arbitraria sit.
65) Sic Ald. et Ruell.; ἀφεψόμενον Asul. et rell. Μῦρον deest in Ald.

lavandum: singulorum autem medela est, et per cutem summam, quae corpori noxia inhaeserint, etiam excludantur. Generatim vero omne genus excretionis moliri oportet, ne dispositio stabilem acquirat apparatum. Exhibendae porro carnes gallinaceae et agninae, porculorum lactentium ac hoedinae, eaeque maxime pingues, tenerrimae, ac cum lini semine coctae: siquidem et alvum molliunt et acria hebetant. Vinum quoque liberalius hauriendum est. Sed prodest insuper turis cortex et terra, quae aster dicitur, si quaternae singulorum drachmae cum passo sumantur. Item pulegium ex aqua tritum et irinum, aut rosaceum cum rutae decocto, et vitis palmites teneri cum passo triti: omnium autem potentissime auxiliantur antidota, cum aqua mulsa drachmis quatuor epota.

Cap. II. [*De pinorum erucis.*] Iis, qui pinuum erucas hauserunt, illico dolor circa os et palatum oboritur,

παρακολουθεῖ· γλώσσης τε φλεγμονὴ ἰσχυρὰ καὶ στομάχου καὶ κοιλίας· καὶ ἐντέρων πόνος ἰσχυρὸς μετὰ τοῦ δοκεῖν ὀδάξεσθαι τὰ ἐντός· πύρωσίς τε καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ἄση [66]. Τούτοις βοηθητέον ὁμοίως τοῖς τὰς κανθαρίδας πεπωκόσιν· ἰδίως δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῶν παραληψόμεθα ἀντὶ ἐλαίου τοῦ λιτοῦ καὶ ἰρίνου τὸ μήλινον, κατασκευαζόμενον ἐκ μήλων κυδωνίων καὶ ἐλαίου.

Κεφ. γ΄. [Περὶ βουπρήστεως.] Τοῖς δὲ βούπρηστιν πεπωκόσι δοκεῖ κατὰ τὴν γεῦσιν ὅμοιόν τι βρωμώδει νίτρῳ [67]. παρακολουθεῖ δὲ ἄλγημα στομάχου καὶ κοιλίας σφοδρόν· ὄγκος τε στομάχου καὶ κοιλίας, ὁμοίως [68] ὑδρωπικοῖς· καὶ περιτείνεται αὐτοῖς ἡ ἐπιφάνεια ὅλου τοῦ σώματος [69]· τά τε οὖρα ἐπέχεται. Βοηθεῖ δὲ αὐτοῖς ὅσα καὶ τοῖς κανθαρίδας πεπωκόσιν· ἰδίως δὲ ὠφελοῦνται μετὰ τὸ τῶν ἐμέτων καὶ τοῦ κλυστῆρος κενωθῆναι, σῦκα ξηρὰ λαμβάνοντες· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν σὺν οἴνῳ· παρακμάζοντος δὲ τοῦ κατ᾽ ὀξύτητα κινδύνου, ὠφελοῦνται θηβαϊκὰς βαλάνους ἐσθίοντες, ἢ λελεασμένας σὺν οἰνομέλιτι ἢ γάλακτι πίνοντες, ἢ καὶ

66) Ultimum habet Ald., omisit Asul.
67) Paull. non habet *νίτρῳ*.
68) Paull. *ὅμοιος*. *Σφοδρός* vulg. deest in codd. C. N. et X.
69) X. *καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα*.

vehemens linguae, stomachi ac ventris inflammatio torquet: intestina quoque ingens dolor excruciat; simul interanea rodi videntur, corporis totius aestus ac angor cum iactatione. His succurrendum est iisdem remediis. Peculiariter tamen pro simplici oleo et irino melinum, quod e cydoniis pomis et oleo temperatur, adhibebimus.

Cap. III. [*De bupresti.*] Qui buprestin vorarunt, simile quid viroso nitro gustu percipiunt: stomachi vero ventrisque vehemens dolor sequitur cum partium earum tumore, qualis hydropicis contingit: totius corporis superficies tenditur, urina supprimitur. His eadem, quae potis cantharidibus, auxiliantur. Privatim autem post vacuatum corpus, tum vomitionibus, tum clystere, sumtis ficubus aridis adiuvantur, itemque harum decocto ex vino. Declinato vero ab acuta indole periculo thebaicarum etiam palmularum cibo, aut earumdem tritarum in mulso

ἀπίων ἅπαν τὸ γένος ἐσθίοντες καὶ γάλα γυναικεῖον πίνοντες.

Κεφ. δ'. [Περὶ σαλαμάνδρας.] Τοῖς δὲ σαλαμάνδραν λαβοῦσι παρέπεται γλώσσης φλεγμονὴ, καὶ διανοίας ἐμποδισμὸς [70], καὶ τρόμος μετὰ νάρκης ἢ φρίκης τινὸς καὶ ἐκλύσεως [71]· πελιοῦται δέ τινα μέρη κυκλοτερῶς αὐτοῖς τοῦ σώματος· ὡς πολλάκις ἐμμείναντος τοῦ φαρμάκου, σηπόμενα ἀποῤῥεῖν· ἐφ' ὧν πάντα ποιησάμενοι, ὅσα καὶ ἐπὶ κανθαρίδων, ἰδιαίτερον αὐτοῖς προςφέρομεν φάρμακον, ῥητίνην τὴν πιτυΐνην, ἢ χαλβάνην σὺν μέλιτι ἀντὶ ἐκλεικτοῦ, καὶ χαμαιπίτυος ἀφέψημα, συνεκλεανθέντων αὐτῷ στροβίλων, ἢ κνίδης φύλλα συνεψηθέντα κρίμνοις [72] μετ' ἐλαίου· ποιεῖ δὲ ἐπ' αὐτῶν καὶ θαλασσίας χελώνης ἢ χερσαίας ὠὰ, ὁποῖα ἂν ᾖ ἑψημένα, καὶ βατραχίων ζωμὸς, συγκαθεψηθείσης αὐτοῖς ἠρυγγίου ῥίζης.

70) Antiquitus fuerunt duae lectiones diversae: haec et *λαλιᾶς ἐμποδισμός*, quam Paullus habet. Avicenna utrique assentitur, lib. 4. pag. 130. دهاب العقل, *intellectus alienatio*, et p. 149. تمتمة, *blaesitas loquelae.*

71) Sic Ald., Cornar., Goup. et Sarac.; *ἑλκώσεως* Asulan.; *ἑλκύσεως* Paull.

72) Sic Gorraeus e Nicandri alex. pag. 565. Antiqua autem est vulgata lectio *κρίνῳ* s. *κρίνοις*, quam habent et Aëtius et Paullus. Cod. X. *πρίνοις*.

lacteve poto iuvantur. Pyrorum denique omne genus comedere et lac muliebre bibere convenit.

Cap. IV. [*De salamandra.*] Salamandrae haustum sequitur linguae inflammatio, itemque intellectus (loquelae) impeditio, ac tremor cum torpore et horrore quodam ac resolutione. Corporis nonnullae partes circumcirca livore corripiuntur, nec non et immorante diutius veneno putrescentes decidunt. His ubi eadem omnia, quae potis cantharidibus, praestiterimus, peculiari remedio exhibemus resinam e pinu aut galbanum ex melle linctum, et chamaepithyos decoctum, in quo pinei nuclei simul contriti fuerint: aut urticae folia cum farina crassiore cocta in oleo. Prosunt etiam ova testudinis marinae aut terrestris, quomodocunque cocta, itemque ranarum ius, cum quibus eryngii radix cocta sit.

Κεφ. ε΄. [Περὶ ἐφημέρου [73].] Τοῖς δὲ τὸ ἐφήμερον λαβοῦσιν, ὃ ἔνιοι κολχικὸν καλοῦσιν ἢ βολβὸν ἄγριον, παρακολουθεῖ κνησμὸς καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα [74], ὡς ὑπὸ σκίλλης ἢ κνίδης ἐρεθιζομένοις· τὰ δὲ ἐντὸς ἀναδάκνονται· καυσοῦνται δὲ τὸν στόμαχον μετὰ βάρους ἱκανοῦ· ἐπισχύοντος δὲ τοῦ πάθους, κατὰ κοιλίαν φέρεται αἱματώδη, ξύσμασι μεμιγμένα· οἷς βοηθητέον, καθάπερ καὶ τοῖς σαλαμάνδραν πεπωκόσι, διά τε ἐμέτων καὶ κλυσμάτων· πρὸ δὲ τοῦ ἐνισχύσαι τὸ φάρμακον, μεταδοτέον αὐτοῖς δρυὸς τῶν φύλλων ἢ βαλάνων ἢ σιδίων ἀφέψημα· ἢ ἑρπύλλου σὺν γάλακτι πίνειν, ἢ πολυγόνου χυλὸν, ἢ ἀμπέλου ἀκρεμόνων, ἢ βάτου, ἢ νάρθηκος ἁπαλοῦ τῆς ἐντεριώνης, ἢ μύρτου μετ᾽ οἴνου· αὐτὰ δὲ τὰ μύρτα λεῖα κοπέντα καὶ ἀποβραχέντα ἐν ὕδατι βοηθεῖ, τοῦ ἐξ αὐτῶν ὑγροῦ λαμβανομένου· ποιεῖ δὲ ὡσαύτως καὶ ὁ τῶν σαρδιανῶν [75] βαλάνων ὑμὴν μέσος, ὠμὸς

73) Ordinem, ut confusum, mutare voluit Cornar., antepositis animalibus nocivis, quae sequuntur. Paulli exemplum imitatus essem, qui meliorem ordinem habet, ni et in eodem plura essent taxanda, et codices nostri refragarentur.

74) Στόμα legere maluit C. Hoffm. var. lect. 1, 10., quia et Nicander alex. v. 250. 251. et Scribonius Largus cap. 61. n. 193. ita habent. Sed repugnant codices, Aëtius et Paullus, qui haec ad literam transscripserunt.

75) Sic legendum esse patet e Diosc. 1, 145.; σαρδονίων s. σαρδωνίων vulgo; σαρδίνων Paull.

Cap. V. [*De ephemero.*] Sumto ephemero, quod et colchicum aut bulbum sylvestrem appellant, pruritus per totum corpus excitatur, non secus ac iis, quos scilla aut urtica irritaverit, interiora eroduntur, stomachus cum ingenti gravitate exaestuat. Ceterum invalescente malo cruenta ramentis mixta per alvum egeruntur. Hos aeque ac eos, qui salamandram hauserunt, vomitionibus ac clystere adiuvare expedit, sed antequam venenum invalescat, dandum iis decoctum frondium quercus aut glandium, aut malicorii, aut serpyllum ex lacte propinandum: item succus polygoni, aut virgultorum vitis vel rubi, aut medullae ferulae tenerae, aut myrti cum vino. Ipsae porro myrti baccae tusae tritaeque et aqua maceratae opem ferunt, dum humor (superfusus) assumatur. Similem effectum et tunica media glandium sardianarum praebet, si

λαμβανόμενος, μετά τινος τῶν προειρημένων χυλῶν· ὀρίγανός τε σὺν κονίᾳ ποθεῖσα· ἀκριβῶς δὲ βοηθοῦνται οἱ τὸ ὄνειον ἢ βόειον γάλα θερμὸν πίνοντες καὶ κατέχοντες ἐν τῷ στόματι· ὥςτε τοὺς εὐπορήσαντας τούτου, ἄλλου μηδενὸς χρήζειν βοηθήματος.

Κεφ. ϛ'. [Περὶ δορυκνίου.] Δορυκνίου δὲ ποθέντος, ὃ ἔνιοι στρύχνον μανικὸν ἐκάλεσαν [76], παρακολουθεῖ ὥςπερ γάλακτος ποιότης ἐν τῇ γεύσει, καὶ λυγμοὶ συνεχεῖς, γλώττης τε ὑγρότης [77], καὶ αἵματος ἀναγωγὴ ἀθρόα· κατὰ κοιλίαν δὲ αὐτοῖς μυξώδη φέρεται, ὡς ἐπὶ δυςεντερικῶν. Οἷς βοηθεῖ πρὸ τοῦ τούτων τι παρακολουθῆσαι, ἃ καὶ τοῖς προειρημένοις· ὅ τε ἔμετος καὶ τὸ κλύσμα, καὶ ὅσα δύναται τὸ ποθὲν ἐκκρίναι φάρμακον· ἰδίως δ' ἐπ' αὐτῶν βοηθεῖ τὸ μελίκρατον, ἢ ὄνειον ἢ αἴγειον γάλα, καὶ γλυκὺς οἶνος χλιαρὸς μετ' ἀνίσου πινόμενος, καὶ ἀμύγδαλα πικρὰ, στήθη τε ὀρνίθεια καθεψημένα· καὶ πάντα τὰ κογχύλια ὠμὰ καὶ ὀπτὰ

76) Dioscor. 4, 74. 75. utrumque distinguit.

77) Omnium consensu maneat: sola Ald. Paulli habet ξηρότης, sed edit. Basil. et Aët. ὑγρότης.

cruda in aliquo supra dictorum succo ingeratur: origanum quoque cum lixivio epotum. Eximie vero iuvantur lacte asinino aut bubulo calido poto ac in ore retento: quibus copia huius est, alius adminiculi non egent.

Cap. VI. [*De dorycnio.*] Dorycnion, quod nonnulli solanum furiosum appellarunt, epotum velut lactis saporem, crebros singultus et linguae humorem producit, et sanguinis reiectionem ciet. Per alvum mucosa secedunt, velut in dysenteria. Auxilium his ferendum, antequam eorum symptomatum quiddam secutum fuerit, quale et antecedentibus: vomitio nimirum, clysma et quaecunque bibitum venenum eiicere valent. Inprimis vero iis opitulantur aqua mulsa, lac asininum caprinumque, ac dulce vinum, quod quidem tepidum cum aniso bibatur, amygdalae amarae et pectora gallinarum elixa. Quin etiam omnis generis conchylia, cruda pariter ac tosta, comedere

ἐσθιόμενα, καὶ κάραβοι, καὶ ἀστακοὶ, καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν ζωμὸς πινόμενος.

Κεφ. ζ΄. [Περὶ ἀκονίτου.] Τὸ δὲ ἀκόνιτον εὐθέως ἅμα τῷ πίνεσθαι γλυκαίνει τὴν γλῶσσαν μετά τινος στύψεως, καὶ ἀπὸ τοῦ γλυκασμοῦ σκοτοδινίαν, καὶ μάλιστα ἐν τῷ ἐξανίστασθαι, καὶ ὑγρότητας ὀφθαλμῶν ἐπιφέρει, βάρος τε θώρακος καὶ ὑποχονδρίου, μετὰ τοῦ πολλὰ πνεύματα ἀποδίδοσθαι· ἐφ᾽ ὧν δι᾽ ἐμέτων ἐκκομισθῆναι δεῖ τὸ φάρμακον, ἢ καὶ διὰ κλυστῆρος ὑποβιβασθῆναι [78] τὴν κοιλίαν· χρησόμεθα δὲ προποτισμῷ ὀριγάνῳ, ἢ πηγάνῳ, ἢ πρασίῳ, ἢ ἀψινθίου ζέματι μετ᾽ οἴνου ἀψινθίτου, ἢ εὐζώμου [79], ἢ ἀβροτόνου, ἢ χαμελαίας, ἢ χαμαιπίτυος· ἁρμόζει δὲ αὐτοῖς καὶ ὀποβαλσάμου ὁλκὴ < α΄, σὺν μέλιτι καὶ γάλακτι, μετὰ [80] καστορίου καὶ πεπέρεως καὶ πηγάνου ἴσης ὁλκῆς σὺν οἴνῳ· καὶ πυτία ἐρίφου, ἢ λαγωοῦ ἢ νεβροῦ σὺν ὄξει· καὶ σιδήρου σκωρία, ἢ αὐτὸς ὁ σίδηρος, ἢ χρυσὸς, ἢ ἄργυρος διάπυρος ἐν οἴνῳ σβεσθέντα [81], τοῦ ὑγροῦ λαμβανομένου· κονία τε

78) Sic Ald. et Paull.; καθαρθῆναι Asul. et sequ.

79) Sic cod. Cantacuz. et Paris., Aëtius etiam, Paullus et Hermol.; ἀειζώου editiones.

80) Sic Ald.; σὺν μέλιτι ἢ καὶ καστορ. alii.

81) Paull. σβεσθείς.

salutare est. Conveniunt et locustae marinae et gammari, et potum eorum iusculum.

Cap. VII. [*De aconito.*] Aconitum, protinus ut bibitur, linguam dulci sapore cum quadam astrictione imbuit, ac subinde, praesertim cum assurgere conantur, vertiginem inducit: oculorum humores prolicit et gravitatem pectori praecordiisque affert, cum flatuum multorum eruptione. Proinde venenum vomitione abigi aut clystere per alvum subduci opus est. Praebibenda sorbitione utamur origani, rutae aut marrubii: absinthii etiam decocto, cum vino absinthite, erucae, abrotani, chamelaeae aut chamaepityos. Prodest iis etiamnum opobalsami drachma cum melle aut lacte, itemque castorei, piperis ac rutae par pondus ex vino: et coagulum hoedi, leporis aut hinnuli cum aceto: vinum quoque sumtum, in quo scoria ferri, aut ipsum etiam ferrum, vel aurum argentumve candens

σὺν οἴνῳ· καὶ ὄρνιθος καθεψηθείσης [82] ἢ κρεῶν λιπαρῶν βοείων ζωμὸς λαμβανόμενος σὺν οἴνῳ [83]· λέγεται δὲ καὶ ἡ χαμαιπίτυς ἰδίως ἐπ᾽ αὐτῶν ἁρμόζειν [84].

Κεφ. η΄. [Περὶ τοῦ ἐν Ἡρακλείᾳ μέλιτος.] Ὁμοίως δὲ πάσχουσι καὶ οἱ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ποντικῇ τὸ μέλι γεννώμενον φαγόντες ἢ πιόντες· ἐφ᾽ ὧν ἁρμόζει τὰ αὐτὰ τῷ ἀκονίτῳ· εἰσὶ δὲ εὐβοήθητοι, μάλιστα ὠφελούμενοι ὑπὸ οἰνομέλιτος, συνεχῶς αὐτὸ πίνοντες, μιγνυμένων αὐτῷ πηγάνου φύλλων.

Κεφ. θ΄. [Περὶ κορίου.] Τὸ δὲ κόριον λαθεῖν μὲν οὐ δύναται διὰ τὴν ὀσμήν· ποθὲν δὲ τὴν φωνὴν δασύνει, καὶ μανίαν ἐπιφέρει ὁμοίαν τοῖς διὰ μέθην· λαλοῦσι γοῦν μετ᾽ αἰσχρολογίας [85]· καθ᾽ ὅλου δὲ τοῦ σώματος αὐτῶν ἡ ὀσμὴ διαφαίνεται τοῦ κορίου. Βοηθεῖ δὲ αὐτοῖς μετὰ τὸ ἐξερα-

82) Sic e Paullo emendavit Sarac. *Κονία τε σὺν οἴνῳ ὄρνιθι καθεψηθεῖσα* vulgaris lectio tolerari nequit.

83) Cod. X. et Matthiol. *σὺν ὄξει.*

84) Quae hic Sarac. addidit, omnino et Paullus, licet corrupte, hic collocavit. In Aldina vero et ad Goupyli usque editionem absurde posita sunt in capite proximo. Repetuntur autem synonyma chamaepityos e Diosc. lib. 3. c. 175.

85) E Paullo, cod. Paris. Goupyli, et Hermolao; *λαθοῦσι* Ald.; *διὰ μάχην βλαβεῖσι* Asul.; *διὰ μέθην βλαβεῖσι* Cornar., Goup. et Sarac.

exstinctum fuerit. Conferunt et lixivium cum vino, et gallinae elixae aut carnium bubularum pinguium ius cum vino sumtum. Peculiariter vero chamaedrys apta esse ad hos casus dicitur.

Cap. VIII. [*De melle in Heraclea.*] Qui mel, quod in Heraclea Ponti gignitur, ederint aut biberint, non secus afficiuntur, quam qui aconitum hauserunt, atque adeo iis eadem, quae poto aconito, conveniunt. Facile vero succurritur, quippe cum adiuventur frequenti vini mulsi potu, cui folia rutae admixta sint.

Cap. IX. [*De coriandro.*] Coriandrum ob odorem latere nequit. Epotum vocis raucitatem facit et insaniam, qualis e vinolentia exsistit, blaterant enim pudenda. Toto vero corpore coriandri odor sese prodit. His post eva-

θῆναι [86] διὰ τοῦ ἰρίνου ἐλαίου, ὡς προείρηται, ἄκρατος σὺν ἀψινθίῳ πινόμενος [87], καὶ καθ' ἑαυτὸν, ἢ ὠά τε κενωθέντα ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ διεθέντα [88] σὺν ἅλμῃ, ῥοφούμενα· καὶ ἅλμη δὲ πινομένη, καὶ ζωμὸς ἁλμυρὸς ἔκ τε ὄρνιθος καὶ χηνός· γλυκύς τε σὺν κονίᾳ παραλαμβανόμενος.

Κεφ. ι'. [*Περὶ ψυλλίου.*] Καὶ τὸ ψύλλιον δὲ καλούμενον ποθὲν ἐπιφέρει ψύξιν ὅλου τοῦ σώματος καὶ νάρκην μετ' ἐκλύσεως καὶ ἀδημονίας· ᾧ βοηθεῖ πάντα ὅσα τοῖς κόριον [89] πεπωκόσι.

Κεφ. ια'. [*Περὶ κωνείου.*] Κώνειον δὲ ποθὲν ἐπιφέρει σκοτώματα καὶ ἀχλὺν, ὥςτε μηδ' ἐπ' ὀλίγον βλέπειν, λυγμόν τε καὶ διανοίας παραφορὰν, καὶ ψύξιν ἄκρων· ἐπὶ τέλει δὲ σπώμενοι πνίγονται, στάσιν λαμβάνοντος τοῦ κατὰ τὴν ἀρτηρίαν πνεύματος. Καταρχὰς μὲν οὖν, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, διὰ τῶν ἐμέτων αὐτὸ κομιούμεθα· ἔπειτα κε-

85) E Paullo suadet Sarac. loco vulg. *ἐξαιρεθῆναι.*

87) En genuinam Aldinae lectionem, quam et Paullus et Marcellus (in interpret.) habent. Asulan. et sequ. habent *ἔλαιον σὺν ἀψινθίῳ πινόμενον.*

88) Est lectio Aldinae; Paull. *λειανθέντα*; Asulan. et sequ. *χλιανθέντα.*

89) Cod. X. et Matthiol. *κώνειον.*

cuationem, oleo irino, ut dictum est, productum merum aut per se aut cum absinthio propinatur, avaque in eo exinanita, cum muria diluta ac sorbta. Sic et epota maria, et ius salsum gallinae auserisque: passum quoque cum lixivio sumtum.

Cap. X. [*De psyllio.*] Quod psyllium dicitur, opotum corpori toti frigus ac torporem infert cum exsolutione animique moerore. Huic omnia, quae hausto coriandro, auxiliantur.

Cap. XI. [*De conio.*] Conium epotum vertigines excitat oculorumque caliginem, ut ne tantillum quidem videant: singultus insuper mentisque alienationem et extremorum artuum frigus. Tandem aegri convulsi suffocantur, spiritu in fistula intercepto. Quare inter initia, ut in reliquis, vomitu excutiemus: post deiectionem mo-

νώματι[90] χρησάμενοι τὸ εἰς τὰ ἔντερα παρολισθηκὸς ἐκκρινοῦμεν· καὶ τότε, ὡς ἐπὶ τὸ μέγιστον βοήθημα, ἐπὶ τὴν ἀκρατοποσίαν παραγινόμεθα, διδόντες μεταξὺ διαστήματα[91], ἐν οἷς πιεῖν διδόμενον βοηθεῖ[92] γάλα ὄνειον ἢ ἀψίνθιον, μετὰ πεπέρεως καὶ οἴνου καὶ καστορίου· καὶ πήγανον καὶ ἡδύοσμον[93] σὺν οἴνῳ· καὶ καρδαμώμου ἢ στύρακος < α′[94] ἢ πεπέρεως μετὰ κνίδης σπέρματος σὺν οἴνῳ· ἢ δάφνης τὰ φύλλα[95]· ὁμοίως τε σιλφίου ὀπὸς σὺν ἐλαίῳ ἢ γλυκεῖ[96]· καὶ ὁ γλυκὺς οἶνος καθ᾽ ἑαυτὸν πινόμενος πολὺς, ἱκανῶς ἁρμόζει.

Κεφ. ιβ′. [Περὶ σμίλακος[97].] Ἡ δὲ καλουμένη σμίλαξ, ὑπ᾽ ἐνίων δὲ θύμιον, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις τάξος, ποθεῖσα ἐπιφέρει ψύξιν καθ᾽ ὅλου τοῦ σώματος, καὶ πνιγμὸν, ὀξύν τε θάνατον· οἷς βοηθεῖ πάντα ἃ καὶ τοῖς τὸ κώνειον πεπωκόσι.

90) Cod. X. κενώμασι.

91) Sic Paull.; διάστημα, ἐν οἷς vulgo.

92) Cod. P. apud. Goup. ἐν οἷς δίδομεν πιεῖν.

93) E Paullo; καὶ πηγάνου καὶ ἡδυόσμου vulgo.

94) Indidem. Οὐγγ. α′ Ald. Nulla mensura in Asul. et sequ.

95) Cod. X. σπέρματα.

96) Paull. σίλφιον ἢ ὀπὸν αὐτοῦ σὺν οἴνῳ καὶ γλυκεῖ.

97) In cod. X. deest id capitulum.

liemur, ut, quod ad intestina deiectum fuerit, excernamus. Tum vero, tanquam ad expeditissimum remedium, ad meri potionem deveniendum est: idque interiectis intervallis, in quibus proderit lac asininum potui datum, aut absinthium cum pipere et vino et castoreo: ruta etiam et mentha cum vino: cardamomi dein et styracis drachma una, aut piperis tantum cum urticae semine et vino, aut lauri folia: praeterea silphii succus cum oleo et passo. Sed et vinum dulce per se largius potum egregie auxiliatur.

Cap. XII. [*De taxo.*] Quae (Graecis) smilax, nonnullis thymion, Romanis taxus dicitur, pota frigus universo corpori, strangulatum celeremque interitum infert. Huic eadem, quae conio, opem ferunt.

Κεφ. ιγ'. [*Περὶ ὀποῦ καρπάσου.*] Καὶ ὁ τῆς καρπάσου[98] ὀπὸς ποθεὶς κάρον ἐπιφέρει καὶ πνιγμὸν ὀξύν· βοηθοῦνται δὲ καὶ οὗτοι, ὑφ' ὧν καὶ οἱ τὸ κώνειον πεπωκότες.

Κεφ. ιδ'. [*Περὶ τῆς σαρδωνίας πόας.*] Ἡ δὲ σαρδώνιος λεγομένη πόα, βατραχίου[99] εἶδος οὖσα, ποθεῖσα ἢ βρωθεῖσα, παραφορὰν διανοίας ἐπιφέρει καὶ σπάσματα μετὰ συνολκῆς χειλέων, ὥςτε γέλωτος φαντασίαν[100a] παρέχειν, ὑφ' ἧς διαθέσεως καὶ ὁ σαρδώνιος γέλως οὐκ εὐφήμως ἐν τῷ βίῳ καθωμίληται· ἐφ' ὧν ἰδίως καὶ μετὰ τὸν ἔμετον ἁρμόζει μελίκρατον πολὺ διδόμενον καὶ γάλα· ἐμβροχή τε καὶ λιπασμὸς ὅλου τοῦ σώματος διὰ θερμαντικῶν φαρμάκων, καὶ ἐμβάσεις δι' ὑδρελαίου θερμοῦ· ὑπαλείφειν μέντοι δεῖ ἱκανῶς καὶ ἀνατρίβειν μετὰ τὴν ἔμβασιν αὐτούς· καθόλου δὲ, ὡς πρὸς σπασμὸν, ὅλην τὴν θεραπείαν δεῖ ποιεῖσθαι.

Κεφ. ιε'. [*Περὶ ὑοςκυάμου.*] Ὑοςκύαμος δὲ ποθεὶς ἢ βρωθεὶς παρακοπὴν τοῖς μεθύουσιν ὁμοίαν ἐπιφέρει· ἔστι δὲ

98) Paull. *καρπησίας.*
99) Vulgo *βατράχου.*
100a) X. *γέλωτα φαντασίας.*

Cap. XIII. [*De carpasi succo.*] Epotus carpasi succus soporem inducit ac repentinam strangulationem. Adiuvantur itidem, qui hunc hauserunt, epoti conii remediis.

Cap. XIV. [*De herba sardonia.*] Sardonia herba, quae ranunculi species est, in cibo potuve sumta, mentis aberrationem producit et convulsiones cum labrorum contractione, quae risus speciem praebet: hinc de sardonio risu adagium in vulgus infausto omine manavit. Post vomitum peculiariter convenit pota liberalius aqua mulsa, itemque lac: nec non et irrigatio unctioque totius corporis per calefacientia medicamenta, praeterea descensus in solium ex hydrelaeo calente, ita tamen ut post egressum e solio illitibus ac frictionibus minime parcatur. In summa curationem omnem, quae convulsioni adhibetur, exsequi oportet.

Cap. XV. [*De Hyoscyamo.*] Hyoscyamus, in potu cibove sumtus, mentis alienationem, qualis ebriorum est,

εὐίατος, βοηθούμενος μελικράτῳ πολλῷ ποτιζομένῳ, καὶ γάλακτι μάλιστα ὀνείῳ· εἰ δὲ μή γε, αἰγείῳ ἢ[100b] βοείῳ, ἢ σύκων ξηρῶν ἀφεψήματι· ποιοῦσι δ' ἐπ' αὐτῶν καὶ στρόβιλοι, καὶ τὸ σικύων[1] σπέρμα σὺν γλυκεῖ λαμβανόμενον, καὶ ἁλμυρὸς οἶνος σὺν στέατι ὑείῳ νεαρῷ καὶ γλυκεῖ σὺν ὕδατι ἁρμόζει[2], καὶ κνίδης σπέρμα ὁμοίως, ἢ νίτρον σὺν ὕδατι· ἁρμόζει καὶ κιχώριον, καὶ νάπυ, καὶ κάρδαμον, καὶ ῥάφανος, καὶ κρόμμυα, καὶ σκόροδα, ἕκαστον τούτων σὺν οἴνῳ λαμβανόμενον· ἡσυχάζειν δὲ αὐτοὺς ἀναγκάζειν δεῖ, ὅπως τὸν οἶνον πεπωκότες ἐκπέψωσιν[3].

Κεφ. ιϛ'. [Περὶ μανδραγόρου.] Μανδραγόρου δὲ ποθέντος εὐθέως κάρος ἐπακολουθεῖ καὶ ἔκλυσις, καταφορά τε ἰσχυρὰ, κατὰ μηδὲν διαφέρουσα πάθους τοῦ λεγομένου ληθάργου· ᾧ, πρὸ τοῦ τι τούτων συμβῆναι, ἁρμόζει ὅ, τε ἔμετος, καὶ μελίκρατον, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ νίτρον καὶ ἀψίνθιον σὺν γλυκεῖ ἢ οἴνῳ γλυκάζοντι λαμβανόμενα· καὶ ἡ τῆς

100b) Ald., Paull. et Goupyl. cod. habent *αἰγείῳ ἢ*, quod Asul. et rell. omiserunt.

1) X. *γλαυκίου*.

2) Sic cod. X. Vulgo *γλυκεῖ* a *νεαρῷ* separatur, nec *σὺν ὕδατι* habet Paull., nec interpretes.

3) Sic Ald., consentientibus Paullo et Aëtio; *ὥςπερ οἱ τὸν οἶνον πιόντες* Asul. et reliqui.

infert: sed facile medicamentis cedit. Auxiliatur aqua mulsa copiose propinata, praesertim lac asininum: si id desideratur, caprinum vel bubulum, aut aridarum ficuum decoctum. Faciunt ad id et nuclei pinei et cucumerum semen ex passo sumtum, et vinum salsum cum adipe suillo recenti passoque; itidem urticae semen aut nitrum ex aqua. Conferunt et cichorium, sinapi, nasturtium, raphanus, cepa et allium, quorum singula ex vino sumuntor. Verum ut quiescant cogendi sunt, vini bibiti excoquendi gratia.

Cap. XVI. [*De mandragora.*] Mandragoram voratam illico sopor excipit, exsolutio ac vehemens veternus, nihil distans a lethargo. Huic, antequam aliquid accidat, vomitus proderit et aqua mulsa, postea nitrum et absinthium ex vino dulci aut passo sumantur. Caput rosaceo

κεφαλῆς ἐμβροχὴ διὰ ῥοδίνου καὶ ὄξους· καὶ διέγερσις καὶ κίνησις τοῦ σώματος. Καὶ ἡ δι' ὀσφραντικῶν καὶ εὐπατορίου[4] *καὶ πεπέρεως καὶ νάπυος καὶ καστορίου καὶ πηγάνου ὄξει τετριμμένων· καὶ πίσσης ὑγρᾶς, καὶ τῶν κεκαυμένων καὶ ἐσβεσμένων ἐλλυχνίων· δυςανακλήτως δὲ αὐτῶν ἐχόντων, καὶ πταρμικὰ ἐπάγειν, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινοῖς βοηθήμασι χρῆσθαι καὶ ἐπὶ τούτων.*

Κεφ. ιζ'. [Περὶ μήκωνος ὀποῦ.] Μήκωνος δὲ ὀποῦ ποθέντος παρακολουθεῖ καταφορὰ μετὰ καταψύξεως καὶ κνησμοῦ ἐπιτεταμένου, ὡς πολλάκις, ἐνισχύοντος τοῦ φαρμάκου, ἐπιγίνεσθαι τοςοῦτον κνησμὸν, ὥςτε διεγείρεσθαι ὑπ' αὐτοῦ· ὀσμὴ δὲ τοῦ φαρμάκου δι' ὅλου τοῦ σώματος ἐκδίδοται· οἷς βοηθεῖ μετὰ τὸν τοῦ ἐλαίου ἔμετον, καὶ κλυσθῆναι δριμεῖ κλύσματι, ὀξύμελι σὺν ἁλσὶ πινόμενον, ἢ μέλι σὺν ῥοδίνῳ θερμῷ· καὶ ἄκρατος πολὺς σὺν ἀψινθίῳ ἢ κινναμώμῳ· ἢ ὄξος θερμὸν καθ' ἑαυτό· νίτρον τε σὺν ὕδατι, καὶ ὀρίγανον σὺν κονίᾳ, πηγάνου τε ἀγρίου σπέρμα σὺν πεπέρει καὶ οἴνῳ καὶ πάνακι, πέπερί τε μετὰ καστορίου καὶ ὀξυμέλιτος, ἢ μετὰ

4) Lacun. et Cornar. *εὐφορβίου.*

et aceto perfundatur. Proficit etiam excitatio et agitatio corporis, itemque olfactus tritorum in aceto eupatorii, piperis, sinapis, castorei ac rutae, praeterea odor picis liquidae et funiculi lucernarum, quae vicissim accendantur et exstinguantur. Quodsi aegre expergefiant, sternutamenta cienda, aliaque et his adhibenda communia adminicula.

Cap. XVII. [*De papaveris liquore.*] Epoto papaveris liquore consequitur veternus cum frigore et pruritu vehementi. Quin saepenumero invalescente veneno tanta existit prurigo, ut hominem excitet. Odor vero medicamenti toto se corpore prodit. Post citatam oleo vomitionem infusumque clysma acriusculum, opitulatur acetum mulsum cum sale potum, aut mel cum rosaceo calido. Item merum copiosum cum absinthio et cinnamomo, aut calidum per se acetum: nitrum quoque ex aqua, et origanum cum lixivio: sylvestris rutae semen cum pipere, vino et panace: ac piper etiam cum castoreo et aceto mulso,

θύμβρας ἢ ὀριγάνου [5] σὺν οἴνῳ· δεῖ δὲ καὶ τούτους διεγείρειν τοῖς ὀσφραντικοῖς καλουμένοις, καὶ ἐμβιβάζειν εἰς θερμὸν, καὶ πυριᾷν, διὰ τὸν ἐπιγινόμενον κνησμόν· ὀνήσει αὐτοὺς καὶ μετὰ τὸ λουτρὸν χρῆσθαι ζωμοῖς λιπαροῖς μετὰ οἴνου ἢ γλυκέως, καὶ μυελὸς δὲ μετ᾽ ἐλαίου πινόμενος.

Κεφ. ιη΄. [Περὶ μήκωνος κερατίτιδος.] Ἡ δὲ λεγομένη κερατῖτις μήκων ἐν τῷ βρωθῆναι ἢ ποθῆναι τὰ αὐτὰ ἐπιφέρουσα τῷ ὀπῷ τῆς μήκωνος συμπτώματα, τοῖς αὐτοῖς βοηθήμασιν ὑποπίπτει.

Κεφ. ιθ΄. [Περὶ φαρικοῦ.] Τὸ δὲ καλούμενον φαρικὸν [6] τὴν μὲν γεῦσιν πᾶσαν νάρδῳ ἀγρίᾳ ἔοικεν· ἐπιφέρει δὲ παράλυσιν, ποθὲν μετὰ παρακοπῆς καὶ σπασμοῦ. Δεῖ δὲ μετὰ τὸ ἐξεράσαι αὐτοὺς ποτίζειν οἶνον ἀψινθίτην, σὺν κινναμώμῳ, ἢ σμύρνῃ, ἢ νάρδῳ κιλικίᾳ [7], ἣν ἔνιοι νῆριν [8] ἐκάλεσαν· ἢ ναρδοστάχυος ὁλκὰς β΄, ἢ σμύρνης β΄ ὀβόλους [9], μεμιγμένους σὺν γλυκεῖ, ἴριδί τε καὶ κροκίνῳ ἄνθει [10] σὺν

5) Paull. addit ἀφεψήματος.
6) Schol. Nicandri Alex. v. 398.
7) Sic Paull.; κελτικῇ vulgo.
8) E libr. 1. c. 8. restitui. Vulgo σερίνην; Paull. ἰσάτιν.
9) X. < β΄.
10) Paull. sic; ῥοδίνῳ ἄνθει Ald.; ἢ ἶριν μετὰ κρόκου Asul. et sequ.

aut cum thymbra et origano, addito vino. Sed et hos odoramentis excitare et in calidae solium mittere ac fovere obortae pruriginis caussa oportet. Proderit autem a balneo iusculorum pinguium usus ex vino aut passo, ac medulla etiam ex oleo pota.

Cap. XVIII. [*De papavere corniculato.*] Quod papaver corniculatum appellant, et potu et cibo eadem symptomata inferre consuescit, quae papaveris succus, iisdem quoque debellanda auxiliis.

Cap. XIX. [*De pharico.*] Quod pharicum vocant, sapore quidem nardum omnino sylvestrem aemulatur: potum vero producit nervorum resolutionem cum delirio et convulsione. Sed oportet, post evacuationem, vinum absinthites potui dari, cum cinnamomo aut myrrha aut nardo cilicia, quam nonnulli et nerin appellant, aut spicae nardi drachmas duas et myrrhae totidem obolos, admixto

οἴνῳ· δεῖ δὲ καταπλάσσειν τὴν κεφαλὴν αὐτῶν ξυρήσαντες, κριθίνῳ ἀλεύρῳ σὺν πηγάνῳ λείῳ καὶ ὄξει.

Κεφ. κ'. [Περὶ τοξικοῦ.] Τὸ δὲ τοξικὸν δοκεῖ μὲν ὠνομάσθαι ἐκ τοῦ τὰ τόξα τῶν βαρβάρων ὑπ' αὐτοῦ χρίεσθαι. παρακολουθεῖ δὲ τοῖς πεπωκόσι χειλῶν καὶ γλώττης φλεγμονή· μανία τε ἀκατάσχετος ποικίλαις ἐπιβάλλουσα φαντασίαις· ὡς καὶ διὰ τοῦτο δυσιάτους εἶναι ἐν ταῖς θεραπείαις· σπανίως δὲ καὶ σώζεσθαί τινας τῶν πεπωκότων. Δεῖ μέντοι συνέχειν αὐτοὺς δεσμοῖς ἀναγκάζοντας, καὶ βιαζομένους γλυκὺν οἶνον σὺν ῥοδίνῳ πίνειν καὶ ἐξεμεῖν· τό, τε τῆς γογγυλίδος σπέρμα πινόμενον[11] σὺν οἴνῳ· ἰδίως δ' ἐπ' αὐτῶν ἁρμόζει καὶ ἡ τῆς πενταφύλλου ῥίζα, αἷμά τε τράγου ἢ αἰγὸς, ὁμοίως λαμβανόμενα· δρυός τε φλοιὸς ἢ φηγοῦ ἢ πρίνου, γάλακτι συνεκλεανθείς· καὶ μῆλα κυδώνια ἐσθιόμενα λεῖα· ἢ σὺν γλήχωνι καὶ ὕδατι πινόμενα[12], ἄμωμόν τε καὶ βαλσάμου καρπὸς σὺν οἴνῳ· καὶ εἴ τινες αὐτοῦ φύγοιεν τὸν

11) Sic Paull. et Ald.; τό, τε τῆς γογγύλης σπέρμα σύν Asulan. et sequ.

12) Sic Ald.; ἐσθιόμενα, ἢ λεῖα σὺν γλήχ. Paull.; Asulan. λεῖα omisit.

passo, iride etiam et croci flore, cum vino. Deraso vero capiti adhibenda farina hordeacea cum ruta trita et aceto.

Cap. XX. [*De toxico.*] Toxicum ex eo appellatum creditur, quod barbarorum sagittae eo illinantur. Qui biberunt, mox labiorum linguaeque inflammatione prehenduntur, iisque furor mentis coërceri nescius varias obversat imagines: quare vix medicinae locus est, raroque, qui hauserunt, incolumes evadere contingit. Vinculis tamen cohibendi, vique adigendi, ut vinum dulce bibant cum rosaceo ac revomant, ut et rapi semen ex vino. Privatim vero iis convenit quinquefolii radix, itemque hircinus sanguis aut caprillus, eodem modo sumtus: proficit et roboris, fagi aut ilicis cortex cum lacte tritus, et mela cydonia trita in cibo sumta, aut cum pulegio et aqua bibita: amomum denique et balsami fructus ex vino. Si qui autem periculum eluctati fuerint, ii per

κίνδυνον, πολὺν χρόνον κλινοπετεῖς διαμένουσι, καὶ ἀναστάντες ἐπτοημένοι[13] τὸν λοιπὸν χρόνον διάγουσιν.

Κεφ. κα΄. [Περὶ ἰξίου.] Ἰξίας δὲ, ὃς καὶ οὐλόφονον[14] καλεῖται, ἐν τῷ πίνεσθαι οἷόν τι ὠκίμῳ κατὰ τὴν ὀσμὴν καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν ἐμφαίνει· ἐπιφέρει δὲ γλώσσης φλεγμονὴν ἰσχυρὰν καὶ παρακοπήν· καὶ τὰς ἐκκρίσεις ἐπέχει πάσας· βορβορυγμούς τε καὶ ψόφους μετὰ λειποθυμίας ἐπιφέρει, δίχα τοῦ προχωρεῖν τι. Βοηθεῖ δὲ αὐτοῖς, μετὰ τὸ ἐξεμέσαι τὸ πλεῖον, ἢ μετὰ τὸ τὴν κοιλίαν λυθῆναι, πινόμενον ἀψινθίου ἀπόβρεγμα σὺν οἴνῳ πολλῷ ἢ ὀξυμέλιτι· πηγάνου τε ἀγρίου σπέρμα, ἢ σιλφίου ῥίζα· ὁμοίως τε τραγοριγάνου ἀφέψημα σύν τινι τῶν προειρημένων, ἢ γάλακτι, ἢ τερεβινθίνῃ ῥητίνῃ, ἢ νάρδῳ, ἢ καστορίῳ, ἢ σιλφίῳ, ἑκάστου ὀβολός· ἁρμόζουσιν σὺν οἴνῳ[15] καὶ οἱ τῆς βασιλικῆς καρύας καρποὶ σὺν ῥητίνῃ, καὶ καστορίῳ, καὶ πηγάνῳ, ἑκά-

13) Manard. suadet ἐφθοημένον, sed Paull. nobiscum et Aët.

14) Ald. οὔλοφον. Sed cf. Diosc. lib. 3. c. 9. et Paull.

15) Paullum sequor. Vulgo ἢ νάρδου, ἢ κασιορίου, ἢ σιλφίου, ἑκάστου ὄβολος ἁρμόζουσιν σὺν οἴνῳ.

longum tempus tamen lecto adstricti sunt, et dum surgunt, stupefacti reliquum tempus transigunt.

Cap. XXI. [*De ixia.*] Ixias, qui et ulophonon appellatur, inter potandum quiddam tum odore tum sapore ocimum referens prodit: inducit etiam vehementem linguae inflammationem et mentis alienationem: excretiones omnes supprimit: borborygmos ac murmura intestinorum cum animi deliquio producit, quamvis nihil egeratur. Auxilium praestat, post eductam vomitionibus maiorem veneni partem, aut postquam alvus soluta fuerit, absinthii infusum cum multo vino aut cum aceto mulso: nec non rutae sylvestris semen, aut silphii radix: item tragorigani decoctum cum aliquo praedictorum, aut cum lacte, resina terebinthina, aut nardo, castoreo, seu silphio, singulorum obolo. Conferunt et cum vino nuclei iuglandium nucum cum resina et castoreo et ruta, singulorum drachma una: item cha-

στου $<$α΄. ὁμοίως χαμελαίας ἢ θαψίας ὀβολοὶ β΄[16] σὺν μελικράτῳ, καὶ ὄξος θερμὸν πινόμενον[17].

Κεφ. κβ΄. [Περὶ ψιμυθίου.] Τὸ δὲ ψιμύθιον λαθεῖν οὐ δύναται διὰ τὸ χρῶμα· ἑκουσίως γὰρ ληφθὲν, λευκαίνει τὸν οὐρανίσκον καὶ τὰ οὖλα καὶ τὴν γλῶτταν καὶ τὸ μεταξὺ τῶν ὀδόντων· ἐπιφέρει δὲ λυγμοὺς καὶ βῆχα καὶ γλώττης ξηρότητα καὶ ψύξιν ἀκρωτηρίων, μετὰ παρακοπῆς καὶ δυςκινησίας. Οἷς ἁρμόζει μελίκρατον διδόναι, ἢ σύκων ἢ μαλάχης ἀφέψημα, ἢ γάλα θερμὸν, ἢ σήσαμον λεῖον μετ᾽ οἴνου, ἢ κονίαν κληματίνην, ἢ ἀμαράκινον ἔλαιον, ἢ ἴρινον· περσικῶν τε ὀστᾶ σὺν κρίμνου ἀφεψήματι[18], περιστερῶν δὲ ὠὰ σὺν λιβάνῳ ἢ κριθίνῳ ἀφεψήματι· ἢ κοκκυμήλων κόμμι, ἢ πτελέας τὸ ἐν ταῖς φύσκαις ὑγρὸν[19], μετὰ χλιαροῦ ὕδατος·

16) Paullum iterum sequor, excepta tamen mensura, quae in tam ancipitibus medicamentis ultra trientem drachmae esse non potest. Utriusque autem in Paullo binae drachmae sumi iubentur: sic et in Aldina, adiecto ἀψινθίου χυλοῦ. Asul. χαμελαίας οὐγγίαι β΄., ἀψ. $<$β΄., omissa θαψίᾳ.

17) Sic Paull. et Ald.; καὶ ὄξει πολλῷ πινόμενον Asul. et sequ.

18) Ald. lectio, citra κρίμνου, quod ibi κρίνου scribitur. Paullus σὺν κριθῶν ἀφεψήματι, omissis sequentibus: περιστερῶν δὲ ὠά. Asul. et sequentes omittunt ἀφέψημα.

19) Totus hic locus e Paullo restitutus. Ald. ἢ κοκκυμήλοις· ἢ κόμμει πτελέας· ἢ τὸ ἐν τοῖς φύλλοις τῆς πτελέας ὑγρόν. Ita et sequ. Sed nostram lectionem esse genuinam, patet e comparatis locis Diosc. lib. 1. c. 112. et 174.

melaeae et thapsiae, singularum oboli bini cum aqua mulsa et aceti calidi potus.

Cap. XXII. [*De cerussa.*] Cerussa sumta propter colorem latere nequit. Ultro enim vorata dealbat palatum, gingivas, linguam dentiumque commissuras. Affert et singultus, tussim, linguae ariditatem et artuum frigus, cum desipientia motusque difficultate. His convenit aquam mulsam dare, aut ficuum et malvae decoctum, aut lac calidum et sesamum tritum cum vino aut lixivium e sarmentorum cinere, aut oleum amaracinum vel irinum: persicorum etiam nucleos cum farinae crassioris decocto: columbina ova cum ture aut decocto hordei, aut prunorum gummi, humor etiam, qui in folliculis ulmi conficitur,

ἁρμόζει δὲ ἐπ' αὐτῶν καὶ θαψίας χυλὸς ἢ σκαμμωνίας ὀποῦ τριώβολον [20] πινόμενα.

Κεφ. κγ'. [Περὶ μυκήτων.] Μυκήτων δὲ οἱ μὲν τῷ γένει βλάπτουσιν, οἱ δὲ τῷ πλήθει· ἐπιφέρουσι δὲ πάντες [21] πνιγμοὺς ἐοικότας ἀγχόναις. Οἷς εὐθέως βοηθεῖν δεῖ κοινῶς, ἀναγκάζοντας ἐμεῖν δι' ἐλαίου· θαυμαστῶς δὲ ὠφελοῦνται πίνοντες κονίαν κληματίνην, ἢ ἐξ ἀχραδίνου ξύλου, μετὰ ὀξυκράτου καὶ ἁλῶν ἢ νίτρου· καὶ συνεψόμεναι δὲ αἱ ἀχράδες ἢ τὰ φύλλα τοῖς μύκησιν, ἀφαιροῦνται τὸ πνιγῶδες αὐτῶν· ἐσθιόμεναι δὲ ὠφελοῦσιν· βοηθεῖ δὲ αὐτοῖς ἀλεκτορίδων ὠὰ [22] σὺν ὀξυκράτῳ πινόμενα, μετ' ἀριστολοχίας ὁλκῆς α', ἢ ἀψίνθιον σὺν οἴνῳ· μέλι τε [23] ἐσθιόμενον καὶ πινόμενον σὺν ὕδατι· μελισσόφυλλόν τε σὺν νίτρῳ [24], πάνακός τε ῥίζα καὶ καρπὸς [25] σὺν οἴνῳ· τρύξ τε οἴνου κεκαυμένη μεθ' ὕδατος, καὶ χαλκοῦ ἄνθος [26] σὺν ὄξει, ῥάφανός τε ἢ νάπυ ἢ κάρδαμα [27] ἐσθιόμενα.

20) Mensuram hanc e Lacun. cod. et Paullo addidi.
21) Paull. παντελεῖς ληφθέντες.
22) Cornar. voluit ἀφόδευμα, ut congruat cum Diosc. 4, 83. Sed Paullus nostram lectionem tuetur.
23) Sic Lacunae cod.; μέλι δέ Paull.; καὶ μέλιτι vulgo.
24) Sic Ald., Aët. et Paull.; οἴνῳ vulgo.
25) Καρπός omittitur in Ald., est tamen in Paullo.
26) Ex Ald. et Paullo; χάλκανθος vulgo.
27) Ex Paullo; καρδάμωμον vulgo.

cum tepida aqua. Convenit etiam thapsiae succus aut scammonii trioboli pondere sumtus.

Cap. XXIII. [*De fungis.*] Fungorum alii toto genere, alii copia maiore nocent: omnes tamen strangulationem, velut a laqueo productam, inferunt. Quare confestim communi auxilio succurrendum est, scilicet oleo citata vomitione. Mirifice vero iuvat lixivia sarmentitia aut e pyrastri ligno, cum posca et sale aut nitro pota. Sed et pyrastri fructus aut folia cum fungis decocta strangulandi vim illam auferunt, comestaque iuvant. Prosunt et gallinarum ova cum posca bibita, itemque aristolochiae aut absinthii drachma una cum vino: insuper etiam mel, seu in cibo, seu ex aqua sumtum. Sic et melissophyllum cum nitro, panacis radix et semen in vino: faex quoque vini cremata cum aqua, et aeris flos cum aceto, denique raphanus, sinapi, aut nasturtium esu prosunt.

Κεφ. κδ΄. [*Περὶ γύψου.*] *Καὶ ἡ γύψος πνιγμὸν ἐπιφέρει λιθουμένη· ὅθεν καὶ τούτοις ἁρμόζει διδόναι τὰ πρὸς τοὺς μύκητας βοηθήματα· καὶ ἐπὶ τούτων τὸ τῆς μαλάχης ἀφέψημα, ὃ παραληπτέον ἀντὶ τοῦ ἐλαίου· λιπαρὸν γὰρ ὂν καὶ ἐν τῷ ἐξεμεῖσθαι ὄλισθον ἐμποιοῦν, οὐκ ἐᾷ καταξύεσθαι τὰ σώματα· λιθουμένη γὰρ ἡ γύψος ἐργάζεται τοῦτο· ἁρμόζει δὲ καὶ τὸ ἔλαιον σὺν μελικράτῳ ἢ σύκων ἀφεψήματι· καὶ κονία συκίνη ἢ κληματίνη σὺν οἴνῳ πολλῷ πινομένη· καὶ ὀρίγανος ἢ θύμος σὺν κονίᾳ, ἢ ὄξει, ἢ γλυκεῖ· δεῖ δὲ τούτους ὑποκλύζειν τῷ τῆς μαλάχης ἀφεψήματι.*

Κεφ. κε΄. [*Περὶ αἵματος ταυρείου.*] *Αἷμα δὲ ταύρειον νεοσφαγὲς ποθὲν δύςπνοιαν ἐπιφέρει καὶ πνιγμόν· ἐμφράττον τοὺς περὶ τὰ παρίσθμια καὶ τὴν κατάποσιν πόρους μετὰ σπασμοῦ ἰσχυροῦ· εὑρίσκεταί τε ἐπ᾽ αὐτῶν ἡ γλῶττα ἐρυθρά, καὶ ὀδόντες βεβαμμένοι*[28], *καὶ θρομβία μεταξὺ αὐτῶν. Ἐφ᾽ ὧν τὸν ἔμετον παραιτούμεθα, τῶν θρόμβων μᾶλλον ἐν τῷ στομάχῳ σφηνουμένων, διὰ τὸ μετεωρίζεσθαι αὐ-*

28) Paull. *βεβρωμένοι* mendose.

Cap. XXIV. [*De gypso.*] Et gypsum suffocationem infert, dum intra ventriculum lapidescit: quare et eadem, quae adversus fungos, valent auxilia: super haec malvae decoctum, quod quidem olei vice assumendum est; quoniam, pingue cum sit, et ad vomitiones lubricas vias praestet, deradi corpora minime sinit; quod alioqui gypsum, ubi duratur in lapidem, facere solet. Quin etiam prodest oleum ex aqua mulsa aut ficuum decocto, et lixivia e ficulneo aut sarmentitio cinere facta, cum vino largiore pota: item origanum vel thymum cum lixivia, vel aceto, vel passo. Sed et malvae decoctum clystere infundi oportet.

Cap. XXV. [*De taurino sanguine.*] Tauri recens iugulati sanguis potus spirandi difficultatem strangulatumque producit, dum tonsillarum fauciumque meatus cum vehementi convulsione obstruit. Lingua inde rubescit, ac dentes tinguntur, grumique inter ipsos remanent. Vomitum in hoc malo vitabimus, ne forte grumi eiusmodi, attractu

τοὺς κατὰ τὴν ὁλκήν. Διδόναι[29] δὲ, ὅσα δύναται τὴν πῆξιν διαλῦσαι τοῦ αἵματος, καὶ τὴν κοιλίαν ὑπάγειν· τούς τε ὀλύνθους, πλήρεις ὄντας τοῦ ὀποῦ, σὺν ὀξυκράτῳ· καὶ νίτρον δὲ καθ' ἑαυτὸ ὠφελεῖ· καὶ πυτία ἅπασα σὺν ὄξει, καὶ σιλφίου ῥίζη ἢ τῷ ὀπῷ· ὁμοίως καὶ κράμβης σπέρμα, κονία τε συκίνη, καὶ κονύζης φύλλα[30] σὺν πεπέρει, καὶ βάτου χυλὸς σὺν ὄξει· δεῖ δὲ τὴν κοιλίαν ὑπάγειν. Εἴωθε δὲ τοῖς σωζομένοις ἀποδίδοσθαι διὰ τῆς ἕδρας δυςώδη καὶ ῥοώδη[31]· καταπλάσσειν δὲ καὶ στόμαχον καὶ τὴν κοιλίαν ἀλεύρῳ κριθίνῳ μετὰ μελικράτου.

Κεφ. κϛ'. [*Περὶ γάλακτος ἐμπυτιασθέντος.*] Καὶ τοῖς λαβοῦσιν ἐμπυτιασθὲν γάλα ἄθρουν[32], πολὺς πνιγμὸς γίνεται, διὰ τὸ θρομβοῦσθαι· οἷς βοηθοῦντας προςφέρειν δεῖ, ὥςπερ ἀντίδοτον, πυτίαν σὺν ὄξει, πολλάκις ἀναγκάζοντας πίνειν· καὶ καλαμίνθης τὰ φύλλα ξηρὰ, ἢ τὸν χυλὸν ὁμοίως·

29) Sic cum Paullo lego propter accus. sequentes; *δίδοται* vulgo.
30) Cum Ald. et Paull.; *σπέρμα*, Asul. et rell.
31) *Δυςώδη*, vulgo omissum, lacunam prodit, sequente *καί*. Paullus: *κοπρώδη καὶ δυςώδη*. Marcell. et Cornar. legendum ita esse censent, ut ego posui. Sed fere magis arridet scriptura Io. Actuarii (meth. med. 5, 12.) *καρυκώδη*, quam vocem Galenus, (expos. voc. Hipp. p. 492.) *ὕφαιμα* interpretatur.
32) Sic Paull.; *γάλα, ἀθρόως* vulgo perperam.

in sublime elati, gulae magis impingantur. Danda vero sunt, quae sanguinem concretum solvere et alvum subducere possunt, uti caprifici grossi latice turgentes ex posca. Nitrum quoque per se auxiliatur: atque coagulum omne cum aceto, et silphii radice, aut eius succo: itidem et brassicae semen, et e cinere ficulneo lixivia. Prosunt et conyzae folia cum pipere, et rubi succus ex aceto. Alvum praeterea solvere par est: siquidem in iis, qui evasuri sunt, solent per alvum foetida et fluida (intriti similia cruenta) egeri. Stomacho denique alvoque hordeaceam farinam ex aqua mulsa cataplasmatis vice imponere debemus.

Cap. XXVI. [*De lacte intus coagulato.*] Eos quoque, quibus lac largius iusto assumtum intus coagulatur, strangulatio frequens invadit, quia in grumos coalescit. Hos iuvaturi debemus adhibere antidoti vice coagulum ex aceto, cogentes id saepius bibere. Et calaminthae folia arida

ἢ σιλφίου ῥίζαν ἢ τὸν ὀπὸν σὺν ὀξυκράτῳ· θύμον τε σὺν οἴνῳ[33], καὶ τὴν πιλοποιητικὴν[34] κονίαν· ἅλυκὸν δὲ μηδὲν προςφερέσθω· μᾶλλον γὰρ πήγνυται καὶ τυροῦται τὸ γάλα· ἀλλ' οὐδὲ τούτους ἐμεῖν δεῖ· ἐνιστάμενον γὰρ ἐπὶ τὰ τοῦ στομάχου στενὰ τεθρομβωμένον πνίγει.

Κεφ. κζ. [Περὶ λιθαργύρου.] Λιθάργυρος δὲ ποθεῖσα βάρος ἐπιφέρει στομάχῳ καὶ κοιλίᾳ καὶ ἐντέροις, μετὰ στρόφων ἐπιτεταμένων· ἐνίοτε δὲ καὶ τιτρώσκει τὰ ἔντερα διὰ τὸ βάρος· καὶ ἐπέχει τὰ οὖρα· παροιδεῖ δὲ αὐτῶν τὸ σῶμα, καὶ μολυβδώδη ἀπρέπειαν λαμβάνει[35]· ἐφ' ὧν ἁρμόζει μετὰ τὸν ἔμετον πινόμενα σὺν οἴνῳ, ὁρμίνου[36] ἀγρίου σπέρμα, σμύρνης <, ἢ ἀψίνθιον[37], ὕσσωπον, σελίνου σπέρμα, ἢ πέπερι, ἢ κύπρου ἄνθος σὺν οἴνῳ· περιστερῶν τε ἀγρίων ἄφοδος ξηρὰ μετὰ νάρδου ἢ οἴνου.

33) Ald. et Paull. consentiunt; ὄξει Asul. et sequ.
34) E Gorraei et H. Stephani inquisitionibus patescit significatus huius vocis, quam vulgo πηλοποιητικήν scribunt.
35) Sic Ald. et Cornar.; βάρος, καὶ τὸ σῶμα μολυβδῶδες γίνεται, τὴν ἀπρέπειαν λαμβάνον Asulan.
36) Paull. θερμίνου, manifesto errore, quamvis Galenus adversus sanguinem taurinum θέρμινον ἄλευρον imperet (de antidot. lib. 2. p. 143. ed. Lips.). Asul. τέρμινθος ἀγρίου.
57) Sic lego; quanquam in Ald. et Paull. σμύρνης <ή. ἀψίνθιον sit. Aëtius habet σμύρνης τριώβολον.

damus, aut succum similiter, aut silphii radicem et laticem ex posca: pariter et thymum ex vino, ac lixiviam, qua pileorum opifices utuntur. Ceterum salsi nihil exhibeatur: magis enim lac coït et in caseum densatur. Neque hos vomitus adiuvat: lac enim concretum in gulae angustias semet insinuans facile strangulat.

Cap. XXVII. [*De lithargyro.*] Lithargyrus pota stomacho, ventri intestinisque gravitatem cum torminibus vehementibus affert: interdum et pondere suo intestina vulnerat, urinamque supprimit: intumescit vero corpus, plumbeamque concipit deformitatem. His secundum vomitionem subveniunt pota ex vino sylvestris hormini semen, myrrhae drachma, aut absinthium, hyssopum, apii semen, aut piper, aut cypri flos ex vino: nec non et fimus palumbinus aridus cum nardo et vino.

Κεφ. κη'. [*Περὶ ὑδραργύρου.*] Ὑδράργυρος δὲ ποθεῖσα τὰ αὐτὰ ἐπιφέρει τῇ λιθαργύρῳ, καὶ ἐπὶ τούτων δεῖ τοῖς αὐτοῖς βοηθήμασι χρῆσθαι· δοκεῖ δὲ αὐτοὺς ὠφελεῖν γάλα πολὺ[38] πινόμενον· ἐμείτωσαν δὲ καὶ οὗτοι.

Κεφ. κθ' [*Περὶ τιτάνου, σανδαράχης καὶ ἀρσενικοῦ.*] Τίτανος, σανδαράχη καὶ ἀρσενικὸν ποθέντα, τὰ αὐτὰ ἀλγήματα κοιλίας καὶ ἐντέρων ἐπιφέρει μετὰ δηγμοῦ σφοδροῦ· ὅθεν προσφέρειν δεῖ ἅπαντα, ὅσα μετὰ τοῦ κιρνάναι, δύναται τὸ εὐμενὲς[39], καὶ πρὸς τὴν κοιλίαν ὀλισθηρὸν παρέχειν· οἷός ἐστιν ὁ τοῦ ἰβίσκου καὶ τῆς μαλάχης χυλὸς, λίαν ὀλισθηρὸς ὑπάρχων· παρέχειν δὲ δεῖ καὶ ἀφέψημα λινοσπέρμου, ἢ τράγου[40], ἢ ὀρύζης· καὶ γάλα πολὺ σὺν μελικράτῳ καὶ ζωμοὺς λιπαροὺς καὶ εὐχύμους[41].

Κεφ. λ'. [*Περὶ λαγωοῦ θαλασσίου.*] Λαγωοῦ δὲ θαλασσίου ποθέντος, παρακολουθεῖ γεῦσις ὁμοία ἰχθύσι βρωμώδεσιν· ἐν δὲ τῷ χρονίσαι κοιλία τε ἀλγεῖ[42], καὶ οὖρα ἐπέχε-

38) Hoc in Ald., omissum ab Asul. et rell.
39) Paull. *ἐνεμές*, quem et Marcell. et Goupyl. et Sarac. sequuntur.
40) Sic Paull.; *καὶ ὁ τῆς τράγου καλουμένης βοτάνης καρπός* supervacanea *μετάφρασις* librarii serioris in Ald. et serioribus editt.
41) Vulgo nominat. *ζωμοί* etc.
42) X. *ἀργεῖ*.

Cap. XXVIII. [*De hydrargyro.*] Hydrargyrus pota eadem, quae lithargyrus, infert, quapropter et eadem exposcit auxilia. Lac autem largius potum auxiliari constat. Vomitus etiam minime negligendus est.

Cap. XXIX. [*De calce, sandaracha et arsenico.*] Calx, sandaracha et arsenicum eosdem ventris et intestinorum dolores cum vehementi rosione inferunt. Quamobrem exhibenda, quaecunque et acrimoniam temperare et blandiorem ac lubricam alvi excretionem praestare possunt: cuiusmodi hibisci et malvae succus est: natura enim utrique perlubrica. Praebendum etiam decoctum seminum lini seu tragi (frumentacei) vel oryzae, et lac copiosum cum aqua mulsa: iura denique pinguia et boni succi.

Cap. XXX. [*De lepore marino.*] Hausto marino lepore, virosus quidam sapor, qualis putentium piscium, percipitur: procedente vero tempore venter dolore affici-

ται· εἴ ποτε δὲ ἐκκριθείη, πορφυρίζοντα τῇ χρόᾳ ὁρᾶται· ἀποστροφή τε καὶ μῖσος πρὸς πάντα ἰχθύν· καὶ ἱδροῦσι δυςώδη· παρέπεται δὲ αὐτοῖς καὶ ἔμετος χολώδης, ἐνίοτε αἵματι μεμιγμένος· οἷς δοτέον γάλα ὄνειον, ἢ γλυκὺ[43] συνεχῶς, καὶ μαλάχης ῥίζης καὶ τῶν φύλλων τὸ ἀφέψημα, ἢ κυκλαμίνου[44] ῥίζαν λείαν σὺν οἴνῳ· ἢ ἐλλεβόρου μέλανος ἢ σκαμμωνίας ὀποῦ < α΄ [45] μετὰ μελικράτου· ῥοῶν τε πυρῆνας[46], ἢ κεδρίας λείας μετ᾽ οἴνου· ποιεῖ καὶ χηνὸς αἷμα ποθὲν θερμόν· μὴ δυνάμενοι δὲ οὗτοι ἰχθύας προςενέγκασθαι, μόνους τοὺς ποταμίους καρκίνους ἑφθοὺς ἐσθίουσι, καὶ πίνοντες οἶνον μεμιγμένον ἐπ᾽ αὐτῶν, πέσσουσιν ὠφελούμενοι[47]· τεκμήριον δ᾽ ἐστὶν ἐπ᾽ αὐτῶν σωτηρίας, ὅταν ἄρξωνται ἰχθύας προςφέρεσθαι.

Κεφ. λα΄. [Περὶ φρύνου.] Φρῦνος ἢ βάτραχος ἕλειος προςενεχθεὶς ἐπιφέρει οἰδήματα σώματος μετὰ ὠχρότητος ἐπι-

43) Sarac. suspicatur ἢ (γάλα) γυναικεῖον.

44) Paull. πευκεδάνου.

45) Mensuram addunt Ald. et Paull., omittit Asul., quem posteriores sequuntur.

46) Sic Aët., cod. X. et Cornar.; πυρήνων vulgo.

47) Sic credo esse textum Aldinae restituendum. Hic autem est: *Καὶ πίνουσι οἴνῳ μεμιγμένῳ ἐπ᾽ αὐτῶν καὶ πέσσ. ὠφ.* Hoc ultimum omittunt seriores.

tur urinaque cohibetur: quae si quando redditur, purpurascens colore conspicitur. Accedit et omnis generis piscium aversatio ac odium, ac sudor graveolens: biliosus itidem vomitus, admixto interdum sanguine, subsequitur. His propinandum assidue lac asininum aut passum, nec non et decoctum radicis foliorumque malvae, aut trita cyclaminis radix cum vino, aut hellebori nigri scammoniaeve succi drachma cum aqua mulsa: punicorum porro nucleos aut cedrias tritas cum vino. Iuvat et anserinus sanguis adhuc calens epotus. Sed cum pisces omnes respuant, solos cancros fluviatiles elixos comedunt, et superbibito vino mixto cum levamento concoquunt. Signum denique salutis fuerit, si pisces in cibos admittere coeperint.

Cap. XXXI. [*De rubeta.*] Rubeta aut rana palustris assumta corporis tumorem ciet, cum intenso pallore,

τεταμένης, ὡς δοκεῖν πύξῳ ἐοικέναι, δυςπνοεῖν τε καὶ δυςωδίᾳ ὀδωδέναι τὸ στόμα· καὶ λυγμὸς αὐτοῖς ἕπεται, ἐνίοτε δὲ καὶ σπέρματος ἀπροαίρετος ἔκκρισις. Εὐβοήθητοί τε τυγχάνουσι μετὰ τὸν ἔμετον λαμβάνοντες ἄκρατον πολὺν, καὶ καλάμου ῥίζης < β', ἢ κυπείρου τὸ αὐτό· δεῖ δὲ αὐτοὺς καὶ ἀναγκάζειν συντόνως περιπατεῖν καὶ τρέχειν, διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς ναρκῶδες· λούειν τε καθ' ἑκάστην ἡμέραν.

Κεφ. λβ'. [Περὶ βδελλῶν.] Βδέλλας τὰς καταπινομένας σὺν τῷ ὕδατι καὶ προςφυομένας τῇ καταπόσει ἢ τῷ στόματι τῆς κοιλίας [48]*, ἑλκούσας τὰ μέρη, καὶ φαντασίαν ἐκμυζήσεως παρεχούσας, ὅπερ καὶ σημεῖόν ἐστι τοῦ βδέλλας καταπεπόσθαι, ἀποβάλλει ἅλμη καταῤῥοφουμένη, καὶ ὀπὸς κυρηναϊκὸς, ἢ φύλλα σιλφίου ἢ τεύτλου, σὺν ὄξει πινόμενα, ἢ χιὼν σὺν ὀξυκράτῳ* [49]*· ἀναγαργαριζέσθωσαν δὲ νίτρῳ σὺν ὕδατι καὶ χαλκάνθῳ σὺν ὄξει ἀνεθέντι* [50]*· πρὸς* [51] *τὰς δὲ τῷ*

48) Vulgo *ἐν τῇ καταπόσει τῷ στόματι*, ubi pro actu deglutitionis sumitur. At vero ipse meatus, seu pharynx et oesophagus, huic auctori audit *κατάποσις*. Diosc. 3, 94.

49) Ultimum habent Ald. et Paull. (mendose *χιτών*). Ad notha, nescio cur, ablegavit Asul.

50) Sic Paull.; *ἀναγαργαρίζεσθαι νίτρον* vulgo.

51) Vulgo *πρὸς* deest. Deest etiam in Paullo, sed hic post *διακρατεῖν* ponit *ἐξελεῖς*.

qui buxi colorem imitatur. Accedunt spirandi difficultas et gravis oris halitus singultusque, ac interdum invita seminis excretio. His, qui sumsere, facile succurritur post vomitionem largiore meri potu et calami (aromatici) radicis binis drachmis aut cyperi totidem. Cogendi quoque sunt, ut vehementi ambulatione cursibusque corpus exerceant, ob torporem ex hoc morbo nasciturum. Quin etiam quotidie lavandi sunt.

Cap. XXXII. [*De hirudinibus.*] Devoratae cum aqua hirudines si gulae aut ori ventriculi adhaerescant, tractione partium nonnullam suctionis imaginem praebent: atque hoc signo hausta hirudo deprehenditur. Eas muria sorbitione excutit, et cyrenaicus liquor, aut folia silphii vel betae cum aceto pota, vel nix cum posca. Nitrum praeterea ex aqua gargarizatur itemque chalcanthus aceto dilutus. Si vero faucibus haeserint, demisso in aquae ca-

βρόγχῳ προςφυείσας, ἐμβιβάσας εἰς ἔμβασιν θερμὴν, δίδου ψυχρὸν ὕδωρ ἐν τῷ στόματι διακρατεῖν, καὶ ἐξελεύσονται.

Κεφ. λγ'. [Περὶ τῶν ἐπ' ὠφελείᾳ διδομένων, πολλάκις δὲ ἐπικινδύνων.] Προνοητέον δὲ καὶ τῶν ἐπ' ὠφελείᾳ διδομένων, ἐπιφερόντων δὲ πολλάκις κίνδυνον οὐχ ἧττονα τῶν ἄλλων φαρμάκων· ὡς ἐλλεβόρου λευκοῦ, καὶ θαψίας, καὶ ἐλατηρίου, καὶ ἀγαρικοῦ τοῦ μέλανος· πνιγμὸν γὰρ ἐπιφέρει [52] ταῦτα ἢ ὑπερκάθαρσιν· ἐφ' ὧν τοὺς πνιγμοὺς μὲν θεραπεύσομεν [53], ὡς προείρηται ἐπὶ μυκήτων καὶ τῶν ὁμοίων· τὰς δὲ ὑπερκαθάρσεις τοῖς δυναμένοις ἐπέχειν τὰς ἐκκρίσεις στελοῦμεν. Καὶ τῶν μὲν δοκούντων ἐπ' ὀλίγον βλάπτειν, ἐνίοτε δὲ κινδύνους ἐπιφερόντων, οὐκ ἀμελητέον· ὧν ἐστι τὸ ἄγριον πήγανον, καὶ τὸ μελάνθιον, καὶ οἱ νέαροι πάπποι· ἄνθη δέ ἐστιν ἀκάνθης τῆς καλουμένης κάκτου [54]· ἐφ' ὧν ἔμετος μόνος παραληφθεὶς ἀποκαθίστησι τοὺς λαμβάνοντας.

Κεφ. λδ'. [Περὶ τῶν συμφύλων ἡμῖν, ὕδατός τε ψυ-

52) Ald. ὑπερφέρει sphalmate.

53) Sic e Paull. emendavit Cornar. vulg. θεραπεύομεν δὲ, ὡς.

54) Sic e Paullo emendavit Sarac. vulg. νέαροι παγετοί. Ἄξος ἐστὶν ἄνθος ἀκάνθης τῆς καλουμένης ἄξου. De Cacto vid. Theophr. hist. 6, 4. Athen. 2, 70. Plin. 21, 57.

lidae solium aegro, frigidam ore continendam exhibeto, et ad eam prodibunt.

Cap. XXXIII. [*De iis, quae utiliter data tamen saepius periculum afferunt.*] Providendum etiam iis, quae, quamvis utiliter exhibeantur, haud minora tamen pericula, quam venena cetera, saepius afferunt: qualia sunt elleborus albus, thapsia, elaterium et agaricum nigrum: siquidem haec suffocationem inferunt aut nimiam purgationem. Ac suffocationibus quidem ea medentur, quae in fungorum similiumque mentione retulimus: nimias autem deiectiones iis, quae sistere possunt excretiones, coërcebimus. Neque vero negligenda, quae paullulum quidem nocere videntur, interim vero periculo non vacant: quo in numero sunt sylvestris ruta, melanthium, et recentes pappi, hoc est, flores spinae, quae cactus appellatur. Eos vero, qui talia sumsere, sola vomitio restituit.

Cap. XXXIV. [*De domesticis, ut frigida aqua et*

χροῦ καὶ οἴνου.] Καὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ἀθρόον ποθὲν, ἢ ἄκρατος πολὺς καὶ γλυκὺς οἶνος ποθεὶς, μάλιστα ἀπὸ βαλανείου ἢ δρόμου καὶ τῶν εὐτόνων γυμνασίων πνιγμοὺς καὶ ἀλγήματα ἐπιφέρει· ἐφ᾽ ὧν φλεβοτομία ταχέως παραληφθεῖσα καὶ κένωμα[55] λύει τὸν ἐπηρτημένον κίνδυνον.

Καὶ περὶ μὲν τῶν σημείων τοῖς λαβοῦσι τὰ θανάσιμα τῶν φαρμάκων, καὶ τῆς ἁρμοζούσης αὐτοῖς θεραπείας, ἔτι δὲ προφυλακτικῆς ἀγωγῆς, ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν εἰρήσθω· ὑπογράψομεν δὲ καὶ τὰς ἀντιδότους ἀναγκαιότατα καὶ γενναιότατα βοηθούσας, αἷς ἐχρήσαντο, τῇ τε Μιθριδατείῳ, καὶ τῇ δι᾽ αἱμάτων, καὶ τῇ διὰ σκίγκων· ἃς διὰ τὸ ἐν ταῖς ἀντιδότοις ἀκριβέστατα ἀναγεγράφθαι παρῃτησάμην ἀναγράφειν ἐνταῦθα.

55) Sic e Paullo emendavit iam Cornar. vulg. *κενώσασα.*

vino.] Aqua etiam frigida largius pota, aut meracum vinum ac dulce liberalius haustum, praesertim a balneo aut cursu et concitata exercitatione, strangulatus doloresque infert. In eiusmodi casu venaesectio protinus adhibita itemque per enemata vacuatio ab imminente liberat periculo.

Hactenus de signis veneficiorum eorumque convenientibus remediis, nec non et praecavendi modo dictum esto. Subiungeremus et usitata antidota maxime necessaria, quaeque inter cetera praeclare auxiliari constat: quale est Mithridatium, et quod e sanguinis variis generibus, et quod e scinco paratur. Verum, quoniam inter antidota accuratissime descripta sunt, visum est hoc loco eorum descriptione supersedere.

[ΠΕΔΑΝΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ] ΠΕΡΙ ΙΟΒΟΛΩΝ, ΕΝ Ωι ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΛΥΣΣΩΝΤΟΣ ΚΥΝΟΣ.[56]

ΤΟ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τὸν μὲν περὶ τῶν ἰοβόλων ζώων καὶ θανασίμων φαρμάκων λόγον προτιθέμεθα διελθεῖν εἰς συμπλήρωσιν τοῦ θεραπευτικοῦ τρόπου[57]. Καὶ γὰρ οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἧσσον ἀναγκαῖόν ἐστι τοῖς ἰατρεύουσιν· ἐπειδήπερ καὶ κινδύνων καὶ

56) Hanc inscriptionem omnes ab Aldo ad Goupylum habent. Inchoat vero hic liber VII. in Ald. et sequentibus. Sarac. περὶ ἰοβόλων, καὶ τῆς τῶν ἀπ' αὐτῶν πληγέντων σημειώσεως καὶ θεραπείας.

57) Sic Marcell. in duobus codd. legit. Vulgo περιοδευτικοῦ; X. περιοδικοῦ. Sarac. suspicatur θηριακοῦ.

[PEDANII DIOSCORIDIS] DE IIS, QUAE VIRUS EIACULANTUR, ANIMALIBUS LIBELLUS, IN QUO ET DE RABIOSO CANE.

PRAEFATIO.

De bestiis venenatis et exitialibus venenis agere iccirco nobis propositum est, ut curationis expleatur modus. Siquidem pars haec non minus quam cetera necessaria est iis, qui medicinam faciunt: quippe cum eorum admini-

περιωδυνιῶν[58] *καὶ ἀλγηδόνων καὶ πλείστων ἄλλων κακῶν ἀπαλλάσσεσθαι τοὺς ἀνθρώπους συμβαίνει διὰ τῶν ἐν αὐτῷ παραδιδομένων.*

Κατὰ δὲ τῶν ἀνωτάτω μερίζεται διχῇ, καθάπερ ἐν ἀρχῇ προαναπεφώνηται·[59] *καὶ ὁ μὲν περὶ τῶν ἰοβόλων προςαγορεύεται θηριακός· ὁ δὲ περὶ τῶν θανασίμων ἀλεξιφάρμακος, ὃν τάξαντες δὴ προδείξομεν τὰ εἰωθότα παρακολουθεῖν· τά τε δυνάμενα βοηθεῖν πρὸς ἕκαστον αὐτῶν. Δεῖ δὲ πάντα πρόχειρα τὸν τεχνίτην ἔχειν, διὰ τὸ κατεπείγειν πολλάκις τὴν χρείαν· ὀλίγα μὲν γὰρ καὶ τῶν ἰοβόλων καὶ τῶν θανασίμων σχολαίους καὶ ἐξ ἀναβολῆς φέρει τοὺς κινδύνους, τὰ πολλὰ δὲ εὐθέως· καὶ οἱ δι' ἔμφυτον πονηρίαν ἐπιβουλεύοντες ἑτέροις ἀνυπέρθετον τὸ κακὸν ἀπεργάζεσθαι βούλονται· καὶ οἱ διὰ μοχθηρὰν συνείδησιν ἢ χαλεπὴν περίστασιν ἑκουσίως προςενεγκάμενοι θανάσιμα, εἶτα φωραθέντες ἢ μετανοήσαντες, ὀξυτάτης δέονται βοηθείας· καὶ πολέμιοι δὲ*

58) Henr. Stephanus iam vulgarem lect. *περιωδυνιῶν* sic emendavit. Posset tamen *περιωδύνων* retineri, cum *τὸ περιώδυνον* substant. occurrat.

59) *Ἀναφωνεῖν* hoc sensu in Arist. de mundo c. 5. Sed haec divisio nusquam reperitur.

culo, quae in ea traduntur, periculis, cruciatibus doloribusque et plurimis aliis malis homines liberari contingat.

Haec autem summatim bipartito distribuitur, ut iam initio annunciatum est: de bestiis enim virus eiaculantibus doctrina theriaca appellatur; alexipharmaca de exitialibus. Eum porro servabimus ordinem, ut, quae symptomata comitari consuerunt, priore loco praecipiamus, dein unicuique propria subiungamus remedia. Omnia autem in promtu artificem habere oportet, propter urgentem saepenumero necessitatem. Etenim pauca sunt e virulentis animalibus venenisque, quae tarda temporisque dilationem admittentia pericula cieant, plura vero confestim (perniciem minantur.) Sunt praeterea, qui ingenita pravitate struentes aliis insidias, repentinum afferre exitium cupiant. Alii, scelesta conscientia aut infausto rerum eventu instincti, sponte sua venena hauriunt: dein vero depre-

τόξα χρίοντες καὶ βέλη[60], *καὶ φρέατα καὶ πηγὰς δηλητηρίοις διαφθείροντες φαρμάκοις, ἀνυπέρθετον μηχανῶνται τοῖς ἐναντίοις τὸν θάνατον. Ἐφ' ὧν δὲ οὐχ εὐθὺς, ἀλλ' ἐςύστερον ἀπαντᾷν τὸ κακὸν πέφυκεν, εἰ μὴ παραχρῆμα προληφθείη*[61] *τοῖς βοηθήμασιν, ἀνόνητος ἡ εἰςαῦθις ἐπικουρία, τῆς φθοροποιοῦ δυνάμεως καταδραξαμένης*[62] *τῶν σωμάτων. Διόπερ, οὐχ ὅπως ἔτυχε καὶ τὴν ἐν τούτοις ποιητέον ἐντρέχειαν, ἵνα, ὅπερ*[63] *ἐν τοῖς ἄλλοις, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα*[64] *ἡ τέχνη παρέχῃ τοῖς ἀνθρώποις τὴν σωτηρίαν. Παρὰ μὲν οὖν τοῖς ἀρχαίοις τοῦ θεραπευτικοῦ μέρους ὑπελαμβάνετο οὗτος ὁ τρόπος· οἱ δὲ νεώτεροι αὐτὸν ἐχώρισαν, προφυλακὴν καὶ προφυλακτικὸν ὀνομάζοντες· τοῦ δὲ ὑγιεινοῦ καὶ τοῦ θεραπευτικοῦ μέσον τάξαντες, μικρᾷ καὶ παντάπασιν ἐπιπολαίῳ πλανηθέντες πιθανότητι. Φασὶ γὰρ γίνεσθαι τρεῖς καταστάσεις τοῖς ἀνθρωπίνοις σώμασι· μίαν μὲν, καθ' ἣν ὑγιαίνουσι· ἑτέραν δὲ, καθ' ἣν νοσοῦσι· τρίτην δὲ μέσην ἑκατέρων,*

60) Ex interpretibus priscis; *πολέμια δὲ τόξων χρίοντες βέλη* Ald., Asul., Marcell.; *πολέμιοι* Cornar., Goup., Sarac.
61) Cod. X. et Sarac.; *παραληφθείη* Ald. — Goupyl.
62) Cod. X. *καταδεξαμένης.*
63) Sarac. coniicit *ὥςπερ* — *οὕτως.*
64) Asulan. et sequ. habent *ὅλη*, quod neque in Ald., neque in cod. X.

hensi, aut poenitentia ducti, celerrimam exposcunt opem. Atque hostes tela iaculaque inficientes, aut puteos fontesque venenis perniciosis corrumpentes, inevitabilem adversariis necem moliuntur. In quibus autem haud subito, sed aliquando post maleficii effectus contingere consuerunt, inutile est tum auxilium, obsessis iam corporibus vi veneni perniciosa. Proinde non vulgarem industriam adhiberi convenit, ut, quemadmodum in aliis malis, ita et in his ars mortalibus afferat salutem. Itaque apud priscos hic modus curandi ad therapeuticen pertinere existimabatur. At recentiores, posito discrimine, praecautionem et prophylacticen nominarunt: medium ei locum assignantes inter hygienen et therapeuticen, parva nihilominus eaque levi persuasione decepti. Enimvero tres esse corporum humanorum status agnoscunt; unum, quo secunda fruuntur valetudine, alterum, quo aegrotant, ter-

καθ' ἣν δοκοῦσι μὲν ὑγιαίνειν, εὐεμπτώτως δὲ εἰς τὰ πάθη καὶ τοὺς κινδύνους ἔχουσι, διά τινα φθοροποιὸν ἐγκειμένην τοῖς σώμασι δύναμιν· ὡς ἐπὶ τῶν ὑπὸ κυνὸς λυσσῶντος δεδηγμένων θεωρεῖται, καὶ μήπω περιπεπτωκότων[65] ὑδροφόβῳ· καὶ τῶν κανθαρίδας εἰληφότων, μήπω δὲ περιωδυνομένων ἢ δυςουρούντων. Ἀναλόγως οὖν ταύταις ταῖς τρισὶ καταστάσεσιν εἰς τρία[66] διῃρῆσθαι (φασὶ) τὴν τέχνην· εἴς τε τὸ ὑγιεινὸν, ὃ δὴ τηρητικόν ἐστι τῆς ὑγείας, καὶ εἰς τὸ προφυλακτικὸν, ὅπερ κωλυτικόν ἐστι τῆς εἰς τὰς νόσους ἐμπτώσεως, καὶ εἰς θεραπευτικὸν, δι' οὗ λύεται τὰ πάθη.[67]

Ῥητέον δὲ πρὸς αὐτούς· πρῶτον μὲν, ὅτι κατὰ τὴν ἐπιβολὴν[68] ταύτην οὐχὶ τρεῖς καταστάσεις περὶ τὸ σῶμα, ἀλλὰ τέσσαρες εἶναι λέγονται· ὡς γάρ εἰσί τινες, οἳ μήπω μὲν νοσοῦντες, ἐπιτηδείως δὲ πρὸς τοῦτο διακείμενοι διὰ τὴν ἐπικειμένην αἰτίαν, οὕτως εἰσί τινες, οἳ μηκέτι νοσοῦντες, μήπω δὲ τὴν ὑγείαν εἰληφότες· ὅπερ ἰδεῖν ἐστιν ἐπὶ τῶν ὑπο-

65) Sic cod. C. et X.; πεπτωκότων Ald. — Goupyl.

66) Sarac. addit μέρη.

67) Cf. Galen. de constit. artis med. ad Patroph. p. 296. Ars med. p. 359. ed. Lips.

68) Cornar. et Goupyl. ἐπιβουλήν.

tium, medium inter utrumque, in quo positi recte quidem valere videntur, attamen parati sunt facili lapsu in morbos incurrere et in pericula, propter vim corruptricem, quae corporibus insidet. Quemadmodum in iis videre licet, qui, a cane rabioso morsi, nondum aquae horrore prehensi sunt: itidemque in iis, qui cantharidibus haustis nondum cruciatus sentiunt aut urinae difficultates. Huic igitur triplici corporum constitutioni tripartitam artis distinctionem merito (aiunt) respondere: hygienen nimirum, quae sanitatem tueatur, prophylacticen, quae morbos arceat, et therapeuticen, qua morbi solvantur.

Respondendum vero iis est: primum quidem, secundum hanc ipsam sumtionem non tres esse corporis constitutiones, sed quatuor. Sicut sunt nonnulli, qui, nondum aegrotantes, in morbum tamen, ob terrentem caussam, proclives habentur; ita et alii, licet haud amplius aegro-

γυίως ἀπηλλαγμένων τῆς νόσου, ἀναλήψεως δὲ καὶ ῥώσεως δεομένων· ἀλλ' ὅνπερ τρόπον ἡ ἐπιμέλεια τοῦ θεραπευτικοῦ μέρους τῆς τέχνης ἐστὶ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ προφυλακτικὸν ὑπὸ τούτῳ τετάχθαι προςήκει· βοηθήμασι γὰρ χρώμεθα καὶ τοῖς σφοδροτάτοις ἐν τῇ προφυλακῇ, κατασχάσματι βαθυτέρῳ, καὶ καύσεσι, καὶ περικοπῇ, καὶ δηκτικοῖς ἐπιθέμασι, καὶ προποτισμοῖς, καὶ ἄλλοις πλείοσιν· ἀλλά γε οὕτως εἰσί τινες ἀγνώμονες, ὡς μηδὲ βοηθήματα καλεῖν τὰ προφυλακτικά· οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν καθ' ὅν τινα λόγον· καὶ τὸ ὄνομα μὲν γὰρ προφυλακὴ, καὶ ὁ τῆς ἐνεργείας δὲ τρόπος τοῦτο αὐτὸ πάντως βοήθημα ἀποδείκνυσι· πῶς δὲ οὐχ ὑποτάσσουσι τῇ διαιρέσει καὶ τοὺς ἐν ταῖς λοιμικαῖς περιστάσεσιν, οὔπω μὲν ἑαλωκότας πάθει, διακειμένους δὲ πρὸς τοῦτο ἐπιτηδείως πως διὰ τὴν ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀφορμήν; Εἴποι δ' ἄν τις, καὶ τὴν τῶν ὑγιεινῶν παραγγελιῶν ἀγωγὴν οὐδὲν ἕτερον ἢ προφυλακτικὸν ὑπάρχειν· δυςπαθῆ γὰρ τὰ σώματα καὶ στερεὰ παρασκευάζειν πειρώμεθα, χάριν τοῦ δυςάλωτα γενέσθαι ταῖς νόσοις· τὸ δὲ κυριώτατον ῥητέον ἐστὶ, τὰ μέρη

tantes, pristinae tamen valetudini nondum restituti sunt: id quod in iis cernere licet, qui nuper a morbo liberati virium recreationem ac confirmationem desiderant. Sed quemadmodum haec curandi ratio ad therapeuticen pertinet, ita et prophylacticen huic subiici par est. Utimur enim adminiculis in praecautione et violentissimis, scilicet scarificatione altiore, ustionibus, et amputationibus, rodentibus fomentis, similibus sorbitionibus et pluribus aliis. Attamen adeo rudes sunt nonnulli, ut prophylactica praesidia haud adminicula esse velint. Nec facile quis dixerit, quamnam ob caussam. Namque et ipsa praecautionis appellatio et modus facultatis, adminiculis esse omnino accensenda illa praesidia, probant. Sed quomodo non complectuntur divisione illa eos, qui in pestilenti constitutione nondum correpti morbo, propter ambeuntis tamen aëris opportunitatem proni in eum redduntur? Dicet forte quispiam, nec salubrium praeceptorum observationem aliud esse, quam prophylacticen, quippe cum corpora morbis minus obnoxia reddere ac firma nitamur, ne

τῆς ἰατρικῆς οὐχὶ ταῖς καταστάσεσι τοῦ σώματος δεῖν διῃρῆσθαι[69], ἀλλὰ φυσιολογεῖν διὰ τὸ σημειωτικὸν ἰδίᾳ ἕκαστον τῶν ἄλλων, ὡς ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις ὑποδείκνυμεν. Πρὸς τούτους μὲν οὖν οὐ πλείονα ῥητέον. Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον παρασημειωτέον, ὅτι καλεῖται μὲν ἀναιτιολόγητα τὰ ἀπὸ τῶν ἰοβόλων ζώων καὶ τὰ ἀπὸ τῶν θανασίμων συμβαίνοντα φαρμάκων[70]. Διὰ τοῦτό γε καὶ παρατηρητικῆς τυγχάνει ἀναλογητικῆς τε τέχνης προςπεσούσης ἀπόρημα, καθ' ἣν[71] δὴ ὁ λόγος πεπίστευται· οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ καθάπαξ τοῦτο ἦν ἀληθές· ἀλλ' ἀεὶ τὸ παρέλκον καὶ μηδεμίαν χρείαν ἐπί τινα τῶν ἔργων παρεχόμενον, δυστόχαστον[72], καὶ τελέως ἀναιτιολόγητον ὑπάρχει κατὰ τὰς ἰδιότητας· τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν θανασίμων φαρμάκων καὶ τῶν ἰοβόλων ζώων εἰωθὸς ἀποβαίνειν. Τὸ μέντοι εὔχρηστον[73] εἰς τὰ ἔργα καὶ τὸ παρέχον τὰς τοῦ θεραπεύειν ἀφορμὰς, οὔτ' ἀκατάληπτόν ἐστιν, οὔτ' ἀναιτιολόγητον· καὶ μᾶλλόν τις ὁρμώμενος ἀπ' αὐτοῦ, πίστιν

69) Vulgo ἀναλόγως εἰρῆσθαι.
70) Quod interpositum habent: καὶ πρὸς ταῦτα βοηθεῖ, nec huius loci, nec in cod. X. est.
71) *Καθ'* apposui, ut accus. ne ψιλός et obscurus maneat.
72) *Εἰ* redundat.
73) Sic cod. Par. apud Goupyl.; ἄχρηστον vulgo.

aegritudinibus tam facile succumbant. Tanquam summa vero rei tenendum est, quod medicinae partes haud ita distribuendae sint, ut constitutionibus corporis respondeant: sed in naturam cuiusque seorsim inquirendum est, quemadmodum id congruis locis docemus. Cum illis igitur non est pluribus agendum. Illud potius animadvertitor, affectuum, qui a virulentis animalibus venenoque contrahuntur, caussas latere videri: unde et dubia nascuntur circa praeservationem in analogia ad artem adplicanda, quanquam vulgari expositioni fides tribuatur. Neque tamen id prorsus verum est. Sed id, quod superfluum est ac nullum in operibus usum praebet, haud facile est assequi: quia caussa exponi iuxta proprietates prorsus nequit. Id autem in exitialibus venenis ac virulentis animalibus evenire solet. Verumtamen, quod ad opera est utile, quodque medendi exhibet opportunitates, id nec incomprehensibile est, nec caussa eius penitus latere existimatur.

καὶ παῤῥησίαν ἔχειν διεβεβαιώσατο περὶ τῆς καταλήψεως τῶν ἀδήλων· διαφέρουσι γὰρ ταῖς αἰσθήσεσιν ἀπὸ τῶν ἰδίων, διὰ τὴν σμικρότητα, καταλήψεως δὲ ἐναργοῦς ἐξ ἀλλήλων τυγχάνουσιν· ἱκανῶς δὲ ἐφώδευσε τοὺς τρόπους Διοκλῆς ἐν τῷ πρὸς Πλείσταρχον ὑπομνήματι, γράφων ταῦτα κατὰ λέξιν. Γνοίη δ᾽ ἄν τις τοῦτο καὶ ἐπ᾽ ἄλλων οὐκ ὀλίγων καὶ ἐπὶ τῶν ἐχιδνῶν καὶ σκορπίων καὶ ἑτέρων τοιούτων, ἀτενίσας δὲ ὡς ἄδηλα καὶ μικρὰ τὸ γένος ὄντα, μεγάλων αἴτια κινδύνων καὶ πόνων γίνεται· ὧν οὐδὲ ἰδεῖν ἔνια ῥᾴδιον παρά τινα σμικρότητα καὶ ἰσχὺν ἀπολειπομένην αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἄλλων θηρίων· ὁπηλίκον γάρ τι νομίζειν τὸ μέγεθος, ὅσον ἀπὸ τῆς πληγῆς, τοῦ σκορπίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τῇ σαρκὶ λυμαινομένων; ὧν τὰ μέν ἐστι ποιοῦντα πόνον ἰσχυρὸν, τὰ δὲ σήποντα, τὰ δὲ κτείνοντα συντόμως· ἢ τὸ διὰ τοῦ φαλαγγίου δήγματος ἐνιέμενον καὶ ὅλον τὸ σῶμα διαπονούμενον; οὐδὲ γὰρ ἂν διαγνῶναι τὸ μέγεθος αὐτῶν δύναιτό τις, διὰ τὸ παντάπασιν εἶναι μικρόν. Ὅτι μὲν οὖν

Quin potius ab eo aliquis proficiscens certiorem de abditorum comprehensione fiduciam se comparasse affirmabit. Nam etsi exiguitate differant, sensibus percepta, a peculiaribus rebus, evidenter tamen ex ipsis inter se collatis deprehenduntur. Diocles autem in eo commentario, quem ad Plistarchum scripsit, modos abunde persecutus est, ad verba ita loquens. Nosse aliquis hoc potest cum in aliis non paucis, tum in viperis et scorpionibus et aliis id genus, animo reputans, quantorum, licet parva sint et inconspicua, diseriminum dolorumque caussae sint. Ex iis constat nonnulla ne cerni quidem ob parvitatem posse, robore etiam a ceteris bestiis separari. Quantula enim censebitur, si vulnus spectes, scorpionis et aliorum eiusmodi corporibus nostris perniciem afferentium, magnitudo? Et horum tamen aliqua vehementes excitant cruciatus, alia putrefaciunt, alia cito enecant. Rursus, quantulum, quaeso, aestimabitur, quod a phalangii morsu ingeritur venenum, quodque universum corpus magnopere affligit? Magnitudinem certe aliquam vix ac ne vix quidem deprehendere quisquam possit, dum id ipsum animal pror-

πρὸς τὰς διαθέσεις ταῦτά ἐστιν, ὡμολόγηται παρὰ πάντων· ὅτι δὲ καὶ ἀκριβῶς κατείληπται, τῷ τὴν δύναμιν αὐτῶν γενέσθαι τινὰ φθοροποιὸν, ἥτις καταμιγνυμένη τοῖς σώμασιν αἰτία τῶν συμβαινόντων κακῶν γίνεσθαι συγκεχώρηται, καὶ τοῦτο πεπίστευται. Καὶ οὐδεὶς ἂν οὕτως εὑρεθείη φιλόνεικος, ὡς ἄλλοθεν φῆσαι τὰς ὀχλήσεις καὶ οὐχὶ δι' ὕλης φθοροποιοῦ καθαπτομένης τῶν σωμάτων μόνων ἀπὸ μέρους συμπίπτειν. Τοῦτο δὲ ἦν τὸ πρὸς τὰ ἔργα τῆς τέχνης χρησιμεύοντα, κατὰ πᾶν ἔργον, τὸ ἔργον[74] τοῦτο ποιούμενον ὑπαγορεύειν, ὥςτε ἡμᾶς μηδὲ βλάπτεσθαί τι κατὰ πάντα ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ἰδιότητα ἀκαταληψίας· τῆς κοινῆς αἰτίας καὶ τότε ἐνδείκνυσθαι δυναμένης, βεβαίως κατειλημμένης. Διὸ καὶ ὁ Ἐρασίστρατος, ἐπισκώπτων τὴν αὐθάδειαν τῶν ἐμπειρικῶν[75], αἰτίαν τοῖς ἀναιτιολογήτοις ἀνέθηκεν· οὐ συγχωρῶν αὐτοῖς, τὴν αἰτίαν τὴν ἐπαναβεβηκυῖαν καὶ καθολικὴν ἄληπτον ἐπὶ τῇ νόσῳ ὑπάρχειν· τῇ τε περὶ αἰτιῶν

74) Sic Cornar., Goupyl. et Sarac.; τὸν ἔργον Ald., Asulan., Marcell.

75) Solius Philini Coi aetatem Erasistratus attigit.

sus exigua mole constet. Ergo haec ad dispositiones potius referenda esse, apud omnes est in confesso. Id quoque exacte deprehensum est, vim quamdam ipsis inesse corruptricem, quae, insinuata corporibus, malorum, quae accidunt, caussa sit, id quod acceptum est iam dudum et omnium consensu persuasum. Neque quisquam invenietur tantopere contentiosus, ut aliunde perturbationes existere asserat, neque e materia corruptrice, ex parte tantum corpora contingente. Id erat, quod inter utilia artis opera in omni opere dicere par erat, quaenam res hoc efficiat, ut nihil prorsus nos laedat incomprehensa caussae proprietas, quandoquidem communis caussa tunc ostendi potest, cum firmiter comprehensa est. Ideo et Erasistratus, cavillans empiricorum arrogantiam, quorum caussae explanari non posse credebantur, eorum caussam in medium protulit: illis minime largiens, caussam morborum supremam et communem incomprehensibilem esse, et hanc in eo, quem de caussis edidit, commentario

γραφῇ ταύτην διαλαμπρύνων[76]· τῷ τε μὴ λέγειν, ἐπὶ τίνων ἀρκούμεθα τῇ τετριμμένῃ θεραπείᾳ, οἷον ἐπὶ τῶν θηριοδήκτων καὶ θανασίμων, ἢ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀρκεσθησόμεθα τῇ παρατηρήσει, τῆς τῶν αἰτιῶν προςλήψεως χωριζόμενοι τελέως· πρῶτον μὲν κατὰ γένος οὐκ ἀκατάληπτά[77] εἰσιν· ὅτι μὲν γὰρ δύναμις ὑπάρχει φθαρτικὴ καὶ τῶν ὑποκειμένων ἀλλοιωτικὴ, καὶ τούτων[78] κατὰ γένος, οὐ μὴν κατ' εἶδος ὑπογράφει θεραπείαν, δι' ἧς[79] ταῦτα ἀμβλυντέον καὶ κατεργαστέον. Ὅτι δέ φησιν· ἦλθέ τις ἐφ' ὕδωρ γλυκὺ καὶ πότιμον, καὶ πρὸ τῆς παρατηρήσεως ἐπ' ἔμετον, διάτασιν[80] τοῦ πεπληγότος ἢ δεδηγμένου μέρους ἀποθηλασμὸν[81], σικύας προςβολὴν, ἐκτομὴν καυτηρίων, φαρμάκων τὸ αὐτὸ δυναμένων ἐπίθεσιν, τὸ τελευταῖον ἀποκοπὴν τοῦ μέρους, ἀνελογίσατο, τῶν πεφυκότων φαρμάκων εἰς τὴν ἐπιφάνειαν φέρεσθαί τινα, τῇ ἐνιεμένῃ εἰς τὰ κατὰ βάθος ἐναντιοῦσθαι φθορᾷ. Ταῦτα

76) Vulgo *διαλευκαίνων*.
77) Sic Goup. et Sarac.; *οὐκ ἄληπτα* cod. X.; *οὐ κατάληπτα* Ald., Asul., Cornar.
78) E cod. X. Sarac. sic; *ἐκ τῶν* Ald. — Goup.
79) Sic Ald., cod. X. et Sarac.; *διό* Asul., Cornar. et Goupyl.
80) Cod. Par. apud Goup. *διάσπασιν*.
81) Sic Asul. et sequ.; *ἀποθλασμόν* Ald.

illustrans. (Quin et illos reprehendit,) quod non praecipiant, in quibus dispositionibus satisfaciat trita medendi ratio. Siquidem (secundum eos) in venenatorum morsibus, veneficiis et ceteris id genus observatione contenti fuerimus, comprehensione caussarum penitus ablegata. At vero primum generatim non incomprehensibiles sunt: etenim vis exstat corruptrix subiectaque corpora ita immutans, ut etiam perimat: haec quidem generalem, sed non specialem subindicat curationem: quae scilicet vim habeat (virus) hebetandi ac expugnandi. Dum vero subiunxit: „Venit quis ad aquam dulcem ac potulentam, et „ante observationem vomitum provocavit, vulnus dilata„vit, aut partem demorsam exsugi iussit, cucurbitulas ad„movit, cauteriorum ope exsecuit, imposuit remedia idem „valentia, postremo partem amputavit:“ animo versasse videtur nonnulla eorum remediorum, quae, ad summam cutim adhibita, perniciei ad intima immissae adversari

μὲν οὖν, δι' ὧν εἴρηκεν Ἐρασίστρατος, πάντα εἴρηκε καλῶς καὶ τοῖς ἔργοις ἀκολούθως.

Θαυμάζειν δέ ἐστιν ἐπὶ τῶν Μεθοδικῶν, οἵτινες οὐ συγχωροῦσιν[82], αἰτίαν εἶναι τὴν φθοροποιὸν ἐνιεμένην δύναμιν, τῶν ἀπ' αὐτῆς γινομένων ὀχληρῶν, ἀλλὰ τρόπον μόνον[83], ἀνοήτως οὕτω τῷ ὀνόματι προσέχουσι· φθοροποιὸς γὰρ καὶ παρ' αὐτοῖς ἄντικρυς ἡ ἐνιεμένη δύναμις προσαγορεύεται· τὸ δὲ φθοροποιὸν εἶναί τι, αἰτίας, οὐκ ἄλλου τινὸς ἔργον[84] ἐστίν. Φασὶ δὲ τὸ μὲν ὄνομα τὸ μάρσιππος καὶ τὸ ἀνακαλύπτειν τοῖς λοιποῖς πᾶσι παραπλήσιον ὑπάρχειν, ἐφ' ὧν μέρη τινὰ τῶν λέξεων οὐχ ὅτι κατὰ δύναμιν, ἀλλὰ κατὰ ψιλὴν περιείληπται τὴν ἐκφοράν· ἔν τε γὰρ τῷ μάρσιππος καὶ τῷ ἀνακαλύπτειν, ὡς τὰς κυρίας[85] καὶ προηγουμένας οὐκ ἔχει σημασίας, οὕτω καὶ ἐν τῷ φθοροποιεῖν παρελκόντως καὶ οὐ κατὰ δύναμιν ἐντέτακται. Μεταβαίνουσι δὲ ἐνταῦθα ἐπὶ τὰς τῶν αἰτίων διαφορὰς, καὶ λέγουσιν, ὅτι τῶν αἰ-

82) Lacunae cod. interpositum habet ἁπλῶς.
83) Vulgo μέν.
84) Sic cod. X.; ἔργου vulgo.
85) Sic cod. X.; καιρίας Ald. — Goup.

possent. Haec itaque, quae disseruit Erasistratus, tum veritati, tum artis operibus sunt consentanea.

At Methodicos demirari licet, qui quidem non concedant, corruptricem vim corporibus immissam esse caussam perturbationum ab ea profectarum, sed solummodo modum: usque adeo inepte nomini insistunt. Manifesto enim et apud ipsos vis immissa corporibus corruptrix appellatur. Corruptricem autem vim habere, caussae, non alius cuiuspiam rei opus est. Aiunt porro, voces μάρσιππος et ἀνακαλύπτειν reliquis omnibus esse similes, in quibus partes quaedam dictionum non pro virtute, sed iuxta nudam enunciationem comprehensae sunt. Sicut enim in vocibus μάρσιππος et ἀνακαλύπτειν non principes et praevii significatus insunt, ita et vox φθοροποιός supervacuo modo, nec secundum virtutem, coagmentata est. Dein transeunt ad caussarum differentias, affirmantque caussarum quasdam esse praecursorias (praeparatorias), quae, post-

τίων τινὰ μέν ἐστι τὰ προκατάρξαντα, ἃ ποιήσαντα πάθος χωρίζεται· οἷον κόπος καὶ ψύξις, ἔγκαυσις, καὶ τὰ παραπλήσια· τὰ δὲ συνεκτικὰ, διὰ τὸ ποιεῖν τὸ πάθος καὶ παραμένειν, τουτέστιν, ὧν μὲν παρόντων τὰ ἀποτελέσματα πάρεστιν, αὐξανομένων δὲ αὔξεται, καὶ μειουμένων μειοῦται, καὶ παυσαμένων παύεται· καὶ αὐτοτελῆ δύναται εἶναι καθ' ἑαυτὰ παραγινόμενα τῶν ἀποτελεσμάτων. Καὶ τοιαῦται μὲν τῶν αἰτίων αἱ δοκιμώταται διαφοραί· τὸ δὲ φθοροποιὸν οὐδεμιᾷ τούτων ὑποτάσσεσθαι πέφυκε· προκαταρκτικὸν μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν, ἐπειδήπερ τὸ πάθος αὐτὸ παραμένει καὶ τοῦ σώματος οὐ χωρίζεται·[86] συνεκτικὸν δ' οὐκ ἂν λέγοιτο· πλεῖστον μὲν γὰρ τοῦτο πάρεστι[87], καθάπερ ὑπὸ λυσσῶντος κυνὸς δεδηγμένον γίνεται. Εἰ δὲ μὴ προκαταρκτικὸν γίνεται, μηδὲ συνεκτικὸν, οὐδὲ αὐτοτελὲς, οὐδὲ συναίτιον ἂν εἴη. Εἰ δὲ ἐκ μηδεμιᾶς διαφορᾶς τῶν αἰτίων ἄγειν δυνησόμεθα τὸ φθοροποιὸν, συγχωροῦμεν αὐτὸ μηδὲ αἴτιον ὑπάρχειν. Τοιούτων δὲ λεγομένων καὶ ὄντων, τὸ μέν τινα τῶν ὀνομάτων

86) Galen. differ. sympt. p. 44. 45. ed. Lips.
87) Cael. Aurel. acut. 3, 15. p. 227. ed. Almelov. Forte hic ἀλλαχόθεν omissum.

quam morbum effecerunt, a corpore separantur, cuiusmodi sunt labor, frigus, aestus et similia: alias (caussas) esse continentes, quae excitato morbo etiamnum permanent, hoc est, quibus praesentibus et effectus integri adsunt, quibus increscentibus et effectus augescunt, decrescentibus minuuntur, desinentibus cessant; quae igitur per se perfectae (finem per se constituentes) dici possunt, quia, dum adsunt, affectus omnes per se inducunt. Tales quidem sunt celebratissimae caussarum differentiae, quarum neutri τὸ φθοροποιόν subiici recte potest. Praeparatoria enim caussa non est, quoniam passio permanet, nec a corpore separatur: nec continentem caussam id quis dixerit, quoniam plerumque (aliunde) adest, quemadmodum fit in iis, qui a cane rabioso demorsi sunt. Quodsi neque praeparatoria, neque continens caussa fuerit, utique neque perfecta dici potest, neque adiuvans caussa. Quando vero τὸ φθοροποιόν nulli caussarum discrimini accensere possumus, fateamur necesse est, neutiquam id caussam esse.

ἐν αὐτοῖς μὴ ἔχειν μέρη σημαντικὰ τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ κατὰ ψιλὴν τὴν ἐκφορὰν πεποιημένα, συγχωρητέον. Ὅτι δὲ μὴ πάντα ὑποληπτέον τοιαῦτα ὑπάρχειν, ἀλλὰ παντελῶς ὀλίγα· οὐδὲ τὸ ποιεῖν ἐν τῷ φθοροποιῷ παραπλησίως τοῖς παραλειφθεῖσιν[88] ἐξενήνεγκται· κυριωτάτην δὲ ἔχει τὴν σημείωσιν· ὡς γὰρ τὸ τῆς φθορᾶς ὄνομα τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολῆς σημαντικόν ἐστιν, οὕτω καὶ τὸ ποιεῖν παραληπτέον, μηδὲν ἐν τῷ φθορὰν ἔχειν δηλοῦν· τούτου δ᾽ οὗ περ ἐξακούουσι πάντες, τελέως ἄσημον γίνεται τοὔνομα, καὶ παραπλήσιον τῷ παιδὶ ἔχειν, δίψος.

Εἰ διδόασιν, ἀπὸ τῆς φθορᾶς ὑγιεῖ γίνεσθαι τὴν νόσον, συγχωροῦσι δηλονότι καὶ ἐπὶ τοῦ ποιεῖν, εἰ μή τι φθορᾶς ἀπεργαστικόν ἐστι· πᾶν δὲ τὸ ποιοῦν καὶ ἀπεργαζόμενόν τι καθ᾽ ἕκαστον αἴτιον δείκνυται τῶν ὑποκειμένων ἐν τοῖς σώμασιν, ἐπί τε τῶν ἐνιεμένων καὶ θανασίμων φαρμάκων· ἀλλὰ καὶ ὑποπίπτειν τί φασι ταῖς τῶν αἰτίων διαφοραῖς· πεπλά-

88) Sic Ald. et cod. X.; ὑπολειφθεῖσιν Asulan. — Sarac.

Hisce hoc modo dictis constitutisque, esse vocabula quaedam, quae in se non habeant partes rerum significatrices, sed iuxta nudam effictas pronunciationem, concedendum est. Verum plane perpauca, nedum omnia talem nancisci conditionem, existimandum est. Neque enim *ποιεῖν* in hoc nomine *φθοροποιόν*, perinde ac in reliquis exemplis vocum partes, enunciatur, sed longe principem obtinet significationem. Nam, quemadmodum *φθορᾶς* nomen mutationem in peius, sic et hoc verbum *ποιεῖν* ita accipiendum est, ut nihil declaret in eo, quod corruptioni obnoxium est, atque, quod omnes palam audiunt, vox sit nihil penitus significans, sicut infanti (voculae) *ἔχειν* et *δίψος*.

Quodsi largiuntur, ex corruptione morbum sano contingere, concedunt utique, vim in verbo *ποιεῖν* esse, siquidem aliquid est, quod corruptionem efficiat. Omne autem, quod aliquid facit ac perficit, per singulas caussas ostenditur subiectorum in corpore, idque tam in iis, quae ingeruntur, quam in letalibus venenis. Sed cum asserunt, differentiis caussarum aliquid tribuendum esse, falluntur

νηνται δὲ κἀνταῦθα, διαίρεσιν ἀκριβῆ οὐκ εἰληφότες· λέγεται δὲ καὶ παρὰ τοῖς δογματικοῖς αἴτιον ὑπάρχειν καὶ αὐτὸ κατὰ μέν τι παρασκευαστικὸν, κατὰ δέ τι συνεκτικόν· ὡς βουβώνων ἕλκος καὶ βουβώνων πυρετὸς, καὶ τὸ συνεφιστάμενον τῷ ἀποτελεσματικῷ, χωριζόμενόν τε ὡς πτῶμα κατάγματος· καὶ καθόλου δὲ, ὅταν τι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν αἴτιον ὑπάρχῃ, μὴ περιέχηται δὲ ἔν τινι διαιρέσει, μοχθηρὸν μὲν, οὐχὶ δὲ καὶ αἴτιον τῆς τῶν ὁμογενῶν περιγέγραπται φύσεως. Ὅτι δὲ τὸ φθοροποιόν ἐστιν αἴτιον, ἐλέγχεται μὲν καὶ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος· δείκνυται δὲ ἐναργέστερον ἐπὶ τῶν συμβαινόντων. Τί γὰρ αἴτιον ὑπέλαβον εἶναι μετὰ τὴν ἐκ τοῦ δακέτου πληγὴν, ἢ τὴν ἐπιγινομένην ὑπὸ τοῦ ζώου δύναμιν, καὶ τὸν εἰς τὰ σώματα βαλλόμενον ἰόν; μήτε ψύξιν, μήτε ἔγκαυσιν, μήτε ἐκκοπὴν[89], μήτε ἀπεψίαν, μήτε ἀλλό τι παραπλήσιον ἔχοντες αἰτιᾶσθαι. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῖς διαφοραῖς χαίρουσι τῶν αἰτίων, τὰ μὲν καλοῦντες συνεκτικὰ, τὰ δὲ προκα-

89) Singularis significatus ab ἔκκοπος, quod idem ac ἔγκοπος, κατάκοπος.

et in hac parte, quoniam haud exactam proposuerunt divisionem. Apud dogmaticos vero dicitur ea caussa partim praeparans, partim continens, quemadmodum e bubonibus tum ulcus tum febris exsistit, et quae ad effectum plenum producendum confert, tum vero secedit e corpore, sicut lapsus (ex alto) fracturam affert. In summa, quoties quidpiam suapte natura caussa fuerit, nec ulla caussarum divisione comprehenditur, molestum quidem est, neque simul tanquam caussa naturae eorum circumscribitur, quae eiusdem generis sunt. Sed, quod φθοροποιόν caussa sit, probatur quidem ipso nomine, ostenditur etiam apertius ex iis, quae contingunt. Nam post acceptum a venenata bestia ictum, quam, quaeso, aliam arbitrantur esse caussam, nisi vis ipsa fuerit ab animante profecta, ac illapsum in corpora virus? Quandoquidem neque frigus, neque aestus, neque lassitudo, neque digestionis labes, neque aliud quicquam caussari possunt. Quoniam vero etiam caussarum differentiis gaudent, has continentes, illas praeparatorias appellantes, regerendum

ταρκτικὰ, λεκτέον αὐτοῖς, ὅτι καθ' ἕτερον δὴ τούτων αἴτιόν ἐστι· τὸ προκαταρκτικὸν ῥηθήσεται δὲ ἀπὸ τοῦ προάγειν τοῦ ἀποτελέσματος καὶ τοῦ προϋπόστασιν λαμβάνειν τοῦ σώματος[90]*, συνεκτικὸν δὲ, ἐπειδὴ τῶν παθῶν παρόντων καὶ αὐτὸ πάρεστι, καὶ χωρισθέντος αὐτοῦ χωρίζεται καὶ τὰ συμβαίνοντα περὶ αὐτό.*

Περὶ τούτων μὲν οὖν οὐ πλείω ῥητέον. Θετέον δὲ, δύναμιν ἔσωθεν φθοροποιὸν ἐναργεστάτην εἶναι αἰτίαν, καὶ τὸν προηγούμενον σκοπὸν τοῦτον ποιητέον· καὶ πρὸ μὲν τῆς κατασκήψεως τῶν παθῶν ποικίλως διαγωνιστέον, μέχρι τοῦ παντελῶς αὐτὴν ἀποσκευασθῆναι τῶν σωμάτων· τοῦτο μὲν, ὑπεξαιρουμένην, δι' ὧν εἰςῄει μερῶν· τοῦτο δὲ, κρατουμένην περὶ ἑνὶ, καὶ μάλιστα οὐ κυρίῳ τόπῳ, πρὶν εἰς τὸ βάθος ἀπελθεῖν καὶ σπλάγχνων ἅψασθαι· τοῦτο δὲ ἀποπλυνομένην ἢ ἐπικιρνωμένην, ἐπειδὰν φθάσῃ χωρεῖν διὰ τῶν σωμάτων· ὅτε μὲν οὖν ὑπέρζεσις αὐτοῖς, κομιδὴ ἐπὶ τῶν θανασίμων φαρμάκων δι' ἐμέτων γίνεται· ἐπὶ δὲ τῶν ἰοβόλων διὰ τοῦ

90) Sarac. exemplo correxi vulgarem scriptionem: *καὶ τὸ πρ. λαμβάνον.*

iis est, utroque modo esse caussam. Ac praeparatoria quidem dicetur, quod effectum plenum praecedat, et corporis substantiam praeoccupet: continens vero, quod passionibus praesentibus et ipsa adsit, hacque remota abscedant simul, quae ex ipsa evenerant.

Sed de his hactenus. Statuendum autem, vim intrinsecus corruptricem manifestissimam esse caussam, et hunc principem nobis proponendum esse scopum. Iccirco, antequam irruant passiones, variis modis certandum est, donec vis omnis ea corporibus excutiatur. Modo enim, qua parte intro subierit, eam revocari oportet; modo coërceri circa partem quampiam, maxime vero haud nobilem, priusquam altius irrepens viscera tentet: modo ablui (corruptricem rem) ac dilui oportet, quando iam ipsa pervasura est membra. Cum igitur primum efferbuerit, vomitionibus evacuanda sunt exitialia venena: si ictu morsuve (pernicies allata fuerit), scarificationes adhi-

κατασχασμοῦ, καὶ σικυῶν προςβολῆς, ἐκμυζήσεως καὶ περισαρκισμοῦ, ὅτε δὲ δι᾽ ἀκρωτηριασμοῦ· ἡ δὲ κατοχὴ καὶ διακράτησις διὰ κλύσιων καὶ διὰ δριμέων ἐπιθέσεως φαρμάκων· ταῦτα δὴ κρατεῖν ὁμοῦ καὶ ἀποπλύνειν δύναται τὸν ἰόν. Ἡ σβέσις δὲ καὶ ἡ ὑποκράτησις[91] δι᾽ ἀκρατοποσίας ἀκράτου τε καὶ γλυκέως, ἢ καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων δριμυφαγίας· ἐπὶ τέλει δὲ συνεργεῖ τούτοις καὶ κάθαρσις κοιλίας καὶ ἱδρωτοποιΐα, καί τινα ἄλλα κοινῶς, καθὼς κατὰ μέρος ἐπιδείξομεν.

Δεῖ δὲ οὐ μόνον τὴν φθοροποιὸν ὕλην ποιεῖσθαι σκοπὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ μέγεθος[92] αὐτῆς καὶ τὸν χρόνον· καὶ γὰρ παρὰ ταῦτα πλείστην ὅσην διαφορὰν τὰ βοηθήματα λαμβάνει· παρὰ μὲν τὸ μέγεθος, ἐπειδήπερ τῶν δηλητηρίων καὶ τῶν ἰοβόλων, τὰ μὲν διεγερτικὰ κινδύνων γίνεται, τὰ δὲ σηπεδόνων βαθυτέρων ἢ ἐπιπολαιοτέρων, τὰ δὲ περιωδυνιῶν σφοδροτέρων ἢ ἀμυδροτέρων, τὰ δὲ ἄλλων δυςεργημάτων, ἧσσον ἢ μᾶλλον ὀχλούντων· δεῖ δὲ πρὸς τὰ κίνδυνον ἔχοντα διὰ τῶν ἀγωνιστικωτέρων ἀγωνίζεσθαι βοηθημάτων, πρὸς δὲ

91) Sic Ald. et cod. X.; *κράτησις* Asulan. et sequ.
92) Sic iterum Ald. et cod. X.; *μέρος* Asulan. et sequ.

bendae et cucurbitulae, suctio etiam et incisio carnis circinata, nonnunquam et membri amputatio. Retinetur vero ac cohibetur collutionibus et impositis acribus rebus: haec virus coërcere possunt et eluere. Restinguitur porro et subigitur meracioris vini passive potu, aut etiam esu acrium, quae contraria vi polleant. Post alvi purgatio, sudoris evocatio et alia quaedam communia, quae singulatim praecipiemus, auxiliantur.

Attamen non solum ad materiam corruptricem consilium transferatur, sed et ad ipsius magnitudinem ac ad ipsum tempus. Etenim ab his remedia quam maximum capessunt discrimen. A magnitudine quidem, quoniam nonnulla e venenis, tam haustis, quam morsu inflictis, pericula accersunt, alia putredines excitant altiores vel magis superficiem legentes, alia dolores cient aut vehementiores aut leviores, alia denique incommoda magis minusve molesta inferunt. Quamobrem oportet, quae gravius periculum afferunt, valentioribus debellare admi-

τὰ ἥσσονα χαλεπὰ διὰ τῶν ἐπιεικεστέρων· ἄτοπον γὰρ, ἐπὶ τῶν μειζόνων μικροτέροις, ἂν οὕτω τύχῃ, χρώμενον βοηθήμασι, κινδύνῳ τὸν θεραπευόμενον περιβάλλειν, ἐπὶ δὲ τῶν μικροτέρων δι᾽ ἀποτόμου τῆς βοηθείας μάτην αἰκίσασθαι τὸ σῶμα.

Πρόχειρος δὲ καὶ ὁ ἀπὸ τῶν χρόνων ἐστὶν ὁρισμός· ὁ μὲν γὰρ ὀξέως καὶ παραχρῆμα καὶ τὰς ὀχλήσεις καὶ τοὺς κινδύνους ἐπιφέρει· ὁ δὲ ἐξ ἀναβολῆς καὶ χρόνου πλείονος ἢ ἐλάττονος. Προσήκει τοίνυν, τοῖς μὲν ὀξέσι κατεσπευσμένως βοηθεῖν καὶ διὰ πολλῶν ὁμοῦ, τοῖς δὲ σχολαιοτέρως. Ταυτὶ μὲν οὖν, ὡς ἐν τεχνολογίᾳ, μετρίως ὥρισται· προάγωμεν δὲ ἑξῆς, ὡς ἐπὶ καταμέρος.

Κεφ. α΄. [Σημεῖα κυνὸς λυσσῶντος καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ δεδηγμένων.] Τὸν περὶ τῶν λυσσοδήκτων λόγον προετάξαμεν τῶν ἄλλων, ἐπεὶ καὶ τὸ ζῶον πολύ τε καὶ σύνηθές ἐστι, καὶ συνεχῶς ἁλίσκεται τῇ λύσσῃ ὁ κύων καὶ ἀπόλλυται, καὶ δυςφύλακτον καθέστηκε· καὶ ὁ ἀπ᾽ αὐτοῦ κίνδυνος ἀπαραίτητός ἐστιν, εἰ μὴ πολλοῖς χρήσαιτο τοῖς βοηθήμασι.

niculis; quae minus infesta sunt, mitioribus. Quippe ineptum fuerit, in gravioribus malis leviora adhibere, si fors tulerit, praesidia, atque adeo hominem in discrimen adducere, in minoribus vero praecipiti violentaque curatione corpus cruciare.

Est et in promtu, quae a temporibus desumitur, indicatio. Sunt enim, quae praesentes ac subitaneas inferant perturbationes et calamitates, alia vero nonnisi temporis spatio, et modo longiore, modo breviore, nocent. Itaque in acutis quidem multa festinanter auxilia simul adhiberi oportet, reliquis tardius. Haec, sicut in tractatu de arte (fieri assolet), mediocriter praecepimus: iam in singula statim descendamus.

Cap. I. [*Signa rabiosi canis eorumque, qui ab eo demorsi fuerint.*] De rabidi canis morsu commentarium aliis iccirco praeposuimus, quod id animal, ut frequens et homini familiare est, ita et rabie saepenumero prehenditur, indeque perit, et ab eo sibi cavere difficile est. Hinc ideo periculum inevitabile hominem manet, nisi multis

Λυσσᾷ δὲ ὁ κύων ὡς τὸ πολὺ[93] μὲν ἐν τοῖς σφοδροτάτοις καύμασιν, ἐνίοτε δὲ ἐν τοῖς ἐφισταμένοις[94] κρύεσι· λυσσήσας δὲ ἀποτρέπεται καὶ βρῶσιν καὶ πόσιν· καὶ φλέγμα πολὺ ἀφρῶδες ἐκ τοῦ στόματος καὶ τῶν ῥινῶν προβάλλει· καὶ πονηρὸν βλέπει καὶ στυγνότερον τοῦ συνήθους· ἐφορμᾷ[95] δὲ χωρὶς ὑλακῆς πᾶσιν ὁμοίως καὶ θηρίοις καὶ ἀνθρώποις, πᾶσί τι συνήθεσι καὶ ἀγνώστοις, δάκνων. Καὶ παραχρῆμα μὲν οὐδὲν ὀχληρὸν ἐπιφέρει, πλὴν ὅσον ὀδύνην, τὴν ἐκ τοῦ τραύματος· ὕστερον δὲ ἐμποιεῖ πάθος τὸ καλούμενον ὑδροφοβικόν· συμπίπτει δὲ μετὰ σπασμῶν καὶ ἐρυθημάτων ὅλου τοῦ σώματος, μάλιστα δὲ ὅλου τοῦ προσώπου, καὶ μετὰ ἐφιδρώσεως καὶ ἀπορίας·[96] καὶ τινὲς μὲν φεύγουσι τὴν αὐγὴν, τινὲς δὲ τρύχονται συνεχῶς· ἔνιοι δὲ ὑλακτοῦσιν, ὥςπερ κύνες, καὶ δάκνουσιν ἐπιόντας·[97] καὶ δάκνοντες αἴτιοι

93) Sic Ald., Asul. et Paull. lib. 6. c. 6., ubi haec excerpsit; ἐπὶ τὸ πολύ Cornar., Goup. et Sarac.

94) Melius Paull. ἐπιτεταμένοις.

95) Ald. ἐφορᾷ.

96) E Paullo mendosum textum: καὶ μάλιστα ἀπὸ ἱδρώσεως καὶ ἀπυρίας, quem Ald., Asulan. et Cornar. habent, Goup. et Sarac. tamen ἀπορίας, sic emendavi.

97) E Paullo loco ἐπιόντες.

utatur praesidiis. Plerumque vero canis in rabiem agitur per flagrantissimos aestus, ac interdum etiam per instantia (saevissima) frigora. Rabie autem correptus et cibum et potum aversatur, largam spumantemque pituitam ex ore proiicit naribusque, torvum ac solito tristius intuetur, in omnes homines iuxta ac bestias irruit, ac omnes passim, tam familiares, quam ignotos, morsu petit. Neque tamen protinus aliud quicquam grave, quam ex vulnere dolorem, infert: deinceps vero morbum producit, hydrophobia appellatum. Hunc comitantur convulsiones ac totius corporis rubedines, praesertim faciei, cum sudoribus profusis et anxietate. Non desunt aegri, qui lucis splendorem refugiant, alii continuo conficiuntur (crucian-tur.) Nonnulli latratus edunt, et obvios morsibus invadunt, quibus ipsorum morbum aliis inferunt. Ex iis porro, qui

τοῦ αὐτῶν [98] πάθους κατέστησαν. Τῶν δὲ ἐμπεσόντων εἰς τὸ πάθος μηδένα ἴσμεν περισωθέντα [99], εἰ μὴ καθ' ἱστορίαν παρειλήφαμεν περιγενέσθαι ἕνα καὶ δεύτερον· καὶ γὰρ Εὔδημος περιγεγενῆσθαί τινά φησι· καὶ Θεμίσωνα οἱ μὲν λέγουσι τῷ πάθει δηχθέντα περιπεσεῖν, καὶ σωθῆναι· οἱ δὲ, φίλῳ ὑδροφοβιῶντι προςκαρτερήσαντα προθύμως καὶ συμπαθῶς, εἰς τὴν ὁμοίαν ἐμπεσεῖν διάθεσιν, καὶ πολλὰ κακοπαθήσαντα σωθῆναι. Τὸ μὲν οὖν πάθος ἐστὶν ἀργαλέον· πρὸ δὲ τῆς πείρας αὐτοῦ [100] πολλοὺς καὶ αὐτοὶ περιεσώσαμεν, καὶ ὑπ' ἄλλων ἰατρῶν σωθέντας ἔγνωμεν.

Κεφ. β'. [Θεραπεία τοπικὴ τῶν ὑπὸ λυσσῶντος κυνὸς δηγμάτων.] Τῆς θεραπείας ἡ μέν ἐστι κοινή· καὶ χρηστέον αὐτῇ ἐπὶ πάντων τῶν ὑπό τινος ἰοβόλου ζώου δεδηγμένων· ἡ δέ τις ἰδία τῶν λυσσοδήκτων, τοῖς μὲν γὰρ ἄκρως ὠφελεῖν εἰθισμένη, τοῖς δὲ ἀπὸ πολλοῦ δηχθεῖσιν, ἀνάρμοστος· καὶ πρῶτόν τε αὐτὴν ἐκθέμενοι, μετὰ τοῦτο

98) Recte sic Ald.; αὐτῶν rell.

99) Haec e Paullo, quibus cum careant editiones, lacuna nata est.

100) Paull. πρὸ δὲ τῆς τοῦ πάθους καταπείρας.

in eiusmodi aegritudinem illapsi fuerint, nullum servatum scimus, nisi unum vel alterum evasisse, ex historiis accepimus. Namque et Eudemus superstitem quendam evasisse narrat. Themisonem quoque demorsum referunt in hanc incidisse affectum, servatum tamen fuisse. Quin et fertur, quendam, cum apud amicum hydrophobicum libenter et amore commotus perseveraret, similem contraxisse affectum, attamen post multos cruciatus salvum tandem superfuisse. Est igitur hoc morbi genus atrocissimum: a quo tamen, priusquam ipsum experirentur, demorsos haud paucos ipsi servavimus, et complures ab aliis medicis curatos cognovimus.

Cap. II. [*Curatio particularis morsuum rabidi canis.*] Ratio medendi quaedam communis est, qua utendum in iis omnibus, qui a virulenta quadam bestia demorsi fuerint, altera iis peculiaris, quos rabiosus canis momorderit. Haec nonnullis quidem maxime prodesse consuevit, aliis vero, qui iam dudum morsi fuerint, inu-

καὶ τὴν κοινὴν ἐκτροχάσομεν. Δεῖ τοίνυν καρκίνους ποταμίους ἐπὶ κληματίδος λευκῆς ἀμπέλου καῦσαι, καὶ τὴν τέφραν αὐτῶν λειοτριβήσαντα ἔχειν ἀποκειμένην· ὁμοίως δὲ καὶ ῥίζαν γεντιανῆς ἀποθέσθαι κεκομμένην καὶ σεσησμένην. Ὁπότε δέ τις δηχθείη ὑπὸ λυσσῶντος κυνὸς, εἰς οἴνου ἀκράτου κυάθους δ΄ ἐμβάλλειν δύο μὲν κοχλιάρια τῆς τῶν καρκίνων τέφρας, ἓν δὲ κοχλιάριον τῆς γεντιανῆς, καὶ ἐγκυκήσαντας ὡς ἐν ἀλφίτῳ δεδευμένῳ, πίνειν ἀπὸ τῆς α΄ ἡμέρας, μέχρι τεσσάρων ἡμερῶν·[1] ἀπαρχῆς μὲν οὖν διδόμενον τὸ φάρμακον τοῦτον προςφερέσθω τὸν τρόπον· εἰ δὲ ἡμέραι παρεληλύθασι δύο ἢ τρεῖς ἀπὸ τῆς δήξεως, ἐγχειροῦντας τῇ θεραπείᾳ, τριπλάσιον δεῖ διδόναι, ὅσον ἐξαρχῆς εἰρήκαμεν. Τὸ μὲν ἄριστον ἐπὶ τῶν λυσσοδήκτων βοήθημα, ὃ δὴ καὶ μόνον ἐνίοις ἤρκεσε, τοῦτό ἐστι, καὶ χρηστέον αὐτῷ μετὰ πεποιθήσεως· ἕνεκα δὲ τοῦ καὶ δι᾽ ἄλλων ἠσφαλίσθαι πρὸς ἄφυκτον δοκοῦντα κίνδυνον, οὐδὲν τὸ κωλύον ἐστὶ καὶ τοῖς λοιποῖς χρήσασθαι· αἱρετώτερον δὲ διακενῆς, ἂν οὕτω τύχῃ, [τῶν

1) Suspicabatur Cornar. *τεσσαράκοντα ἡμερῶν.* Sed et Paullus: *πότιζε ἡμέρας δ΄.*

tilis. Qua quidem ratione protinus exposita, dein et communem illam perstringemus. Cancros igitur fluviatiles igni e clematidis albae sarmentis cremare oportet, et cinerem eorum ad laevorem tritum reconditum habere: pariterque gentianae radicem tusam cribratamque reponere. Quoties autem aliquis a cane rabioso demorsus fuerit, in quaternos meraci vini cyathos bina cineris cancrorum cochlearia, unumque gentianae coniiciantur, ac, ubi in polentae dilutioris modum subacta remistaque fuerint, quatriduo bibantur. Hoc vero modo exhibetor remedium statim ab initio. Quodsi ab illato morsu duo tresve dies iam elapsi fuerint, curationem inchoaturi, triplex eius modi, quod ab initio retulimus, exhibebimus. Optimum id est adversus rabiosorum morsus praesidium, quod etiam unicum nonnullis satis ad salutem fuit, quoque cum fiducia uti licet: attamen, quo firmius contra periculum, ut videtur, inevitabile muniamur, nihil quicquam obstat, quominus et aliis utamur auxiliis. Sed et inhumanos

βοηθημάτων τὸ ἀπάνθρωπον ὑπομεῖναι, ἢ διὰ τὴν ὀλιγωρίαν κινδύνῳ περιπεσεῖν.

Οὐχ οὕτω δ' εὐλαβητέον τὰ μεγάλα τραύματα ἐπὶ τῶν λυσσοδήκτων, ὡς τὰ μικρὰ καὶ ταῖς ἀμυχαῖς ἐμφερῆ· διὰ γὰρ τῶν μειζόνων ἄθρουν καὶ πολὺ αἷμα προχεόμενον δύναταί τε καὶ τοῦ ἰοῦ συναποκλύζειν, διὰ δὲ τῶν μικροτέρων οὐδαμῶς· καὶ ἐκ μὲν τῶν μειζόνων τὰς ἀφισταμένας σάρκας αὐτόθεν ἀφαιρετέον καὶ τὰ χείλη περιγλυπτέον διὰ τῆς ἀκμῆς· ἀνατεθείσης δὲ τῆς σαρκὸς ἀγκίστρῳ ἢ μυδίῳ[2]*, τὴν ἐκτομὴν ἀποτελεστέον· ἐπὶ ἀμφοτέρων δὲ τὰ ἐν κύκλῳ βαθυτέραις ἀμυχαῖς κατασχαστέον, ὅπως*[3] *ἡ τοῦ αἵματος πλείων*[4] *γενομένη κένωσις ἐναντιωθήσεται τῇ τοῦ ἰοῦ διὰ τὸ σῶμα διαδόσει.*[5] *Πολλὴν δὲ καὶ ἡ σικύα κολληθεῖσα μετὰ πολλῆς φλογὸς παράσχοι ὠφέλειαν, ὥςτε λύσαι τοῦ ἰοῦ τὴν δύναμιν.*

Ἡ δὲ καῦσις[6] *ἀνυσιμώτατον ἐπὶ τῶν ἰοβόλων ἐστὶ βοήθημα.*[7] *Τὸ γὰρ πῦρ, πάσης δυνάμεως εὐτονώτερον ὑπάρχον,*

2) Sic Ald.; *μύδρῳ* Cornar. et sequ. *Μύδιον* etiam alio loco habet Paull. 6, 78.
3) Sic Goup.; *εἴπως* Ald. et rell.
4) Sic cod. Par. apud Goup.; *παραπλησιωτέρα* Ald. et rell.
5) Vulg. *ἐναντ. τὰ σώματα τῇ τοῦ ἰοῦ διαδόσει.*
6) Ald. peculiare habet cap. *περὶ καύσεως.*
7) Vulg. *βοηθημάτων.*

quantumvis frustra remediorum tolerare cruciatus satius multo fuerit, quam per inertiam in discrimen adduci.

Neque vero tantopere metuenda in demorsis a rabioso cane maiuscula vulnera, quantopere minora, rimisque similia: quippe e maiori vulnere copiosus sanguis confertim emanans simul veneni particulam eluere potis est: id quod minori vulnere fieri nequit. Quin et a maioribus abscedentes carnes quamprimum auferri, ipsa quoque labra acie scalpelli circumscribi oportet: hamulo autem aut volsella prehensa caro abscindi. In utrisque partes circinatim profundioribus rimis scarificantor: sic enim uberior sanguinis evacuatio adversabitur distributioni viri per corpus. Multam et affert utilitatem cucurbitula cum insigni flamma affixa, ut vim veneni exsolvat.

Ustio vero expeditissimum est contra virulentos ictus adminiculum. Ut enim ignis, qua prae ceteris pollet effi-

ὁμοῦ μὲν κρατεῖ καὶ κωλύει φέρεσθαι τὸν ἰὸν ἐσωτέρω, ὁμοῦ δὲ τὸ κρατηθὲν αὐτοῦ μέρος τῆς ἐφεξῆς θεραπείας καταβολὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐργάζεται, παραμενούσης τῆς ἑλκώσεως ἐπιπλέον. Τὴν μὲν γὰρ ἔκπτωσιν τῆς ἐσχάρας μάλιστα ἐκ τούτου φροντιστέον, ὅπως μὴ τάχιον τὰ μέρη συγκλεισθείη. Ἀλλ', εἰ δυνατόν ἐστι, πολὺ τῆς προθεσμίας τὰς ἑλκώσεις τηρητέον, καὶ ἐπιφλεγμαινούσας καὶ ἐπιῤῥυπαινομένας· παρέξει δὲ αὐταῖς τὸ τοιοῦτον τάριχος ἐπιτιθέμενος, καὶ σκόροδον ἄγριον λελειοτριβημένον[8], κρόμμυά τε ὡςαύτως· ὀπὸς μὲν οὖν μάλιστα ὁ κυρηναϊκὸς ἢ ὁ καλούμενος μηδικὸς ἢ παρθικός· κόκκοι δὲ πυρῶν ἐπιτιθέσθωσαν καὶ μεμασσημένοι καὶ ἀμάσσητοι· διαφυρώμενοι μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἐμβροχῆς ἀνευρύνουσι τὰ τραύματα. Τινὲς δὲ οἴονται, τοὺς μεμασσημένους ἀντιπαθές τι ἔχειν ἀπὸ τῆς τῶν μεμασσηκότων νηστείας· οὐ μὴν τοῦτο βέβαιόν ἐστι· ἀλλὰ εὐκαίρως αὐτοῖς χρηστέον. Εἰ δὲ, ὅπερ γίνεται πολλάκις, καὶ οὐλαὶ συνερχόμεναι φθάνουσι πρὸ τῶν ἡμερῶν, διὰ χειρὸς ἀναξαίνειν

8) Cornar. et Goup. *λειοτριβόμενον.*

cacia, virus ipsum evincit penitiusque ferri prohibet; ita et pars ignem experta futurae deinceps curationi non mediocre ponit fundamentum, dum diutius ulcerata permanet. Quam ob caussam etiam exinde accurate animadvertendum est, ut ne, cum exciderit crusta, ulceris orae celerius coalescant. Quin, si fieri potest, magnam praefiniti temporis partem ulcerationes, licet inflammatione obsessas et sordibus inquinatas, prorogari convenit. Id commode praestabit inditum iis salsamentum, itemque allium sylvestre ad laevorem tritum: similiter et cepae, ac inprimis liquor cyrenaicus, aut quem medicum parthicumve appellant. Tritici quoque grana tam mansa, quam minime mansa imponantur: haec enim, dum humore concepto turgescunt, vulnera dilatant. Neque desunt, qui commanducata eiusmodi grana arbitrentur a mandentium ieiunio vim aliquam veneno adversariam asciscere, verum id certum non est. Sed tempestive ea adhibenda sunt. At si, quod saepius accidit, cicatrices ante dies praestitutos coïre desierint, promte eas refricare expedit, seu car-

προςήκει, περισαρκίζοντας καὶ τέμνοντας, ἢ καὶ ἐπικαίοντας πάλιν, ἐὰν οὕτω τύχῃ· παρελθούσης δὲ τῆς προκειμένης προθεσμίας, ἀφετέον μὲν ἀπουλωθῆναι τοῖς ἕλκεσιν· ἐμπλάστρῳ δὲ τῇ διὰ τῶν ἁλῶν ὅλον τὸν τόπον καταληπτέον· μετὰ ὀλίγας δὲ ἡμέρας σιναπιστέον.

Κεφ. γ'. [Περὶ διαίτης τῶν ὑπὸ κυνὸς λυσσῶντος δηχθέντων.] Ἡ μὲν οὖν τοπικὴ θεραπεία τῶν λυσσοδήκτων τοιαύτη τίς ἐστι. Δεῖ δὲ καὶ τὴν δίαιταν αὐτῶν ἐστοχάσθαι τῆς πρὸς τὸν ἰὸν ἐναντιώσεως, ἵνα ὁμοῦ μὲν ἀμβλύνῃ καὶ σβεννύῃ τὴν δύναμιν, ὁμοῦ δὲ κωλύῃ τὴν εἰς βάθος φοράν· καταλαμβανόμενα γὰρ ἀντιπίπτει τῇ παρειςδύσει τῆς φθοροποιοῦ δυνάμεως· δύναται δὲ τούτων ἑκάτερον παρέχειν τοῦτο, οἴνου ἀκράτου ζωροτέρου πόσις καὶ γλυκέος καὶ γάλακτος· οἱ γὰρ ταῦτα πάντα λαμβάνοντες πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν, ἐνίστανταί τι ἰῷ, ὅτι πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δριμύτητα ἐκκναίει·[9] ὡςαύτως δὲ καὶ σκορόδων καὶ πράσων καὶ κρομμύων ἐδωδή· καὶ ταῦτα γὰρ τὸ ὅλον δυςμετάβλητα καὶ δυς-

9) Etiamsi nusquam non ἐκκαίει legatur, mea tamen scriptura et natura rei ipsa, et priscorum interpretum auctoritate sancitur.

nes circinatim incidere, seu etiam, si fors ita tulerit, iterum adurere. Transacto vero praefinito tempore permittendum est, ut ulcera cicatrice obducantur, et pars tota emplastro, quod e salibus conficitur, comprehendenda. Paucos tandem post dies etiam sinapismus imponendus est.

Cap. III. [*De victus ratione eorum, qui a cane rabioso demorsi sunt.*] Talis est curatio eorum topica, qui a cane rabioso morsi sunt. Oportet vero eam victus institui rationem, quae veneno adversetur, ut ipsius vires hebetet ac restinguat, simul vero arceat, quominus ad intima pernicies illabatur. Namque assumta maleficae qualitatis penetrationi resistunt. Horum utrumque praestare potest vini meraci annosioris potus, passi lactisque: siquidem, qui haec omnia provide assumunt, veneno non parum resistunt, cum omnem eius acrimoniam obtundant. Simili modo protest alliorum, porrorum ceparumque esus, quippe cum difficillime transmutentur ac vix aboleantur.

ἐξίτηλα· παραμένουσι γὰρ αὐτῶν αἱ ποιότητες ἐπὶ πλείους ἡμέρας, ὁπόταν οὐ νικᾶται οὐδὲ τρέπεται ὑπὸ τῆς φθοροποιοῦ δυνάμεως· ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων κρατεῖν αὐτῆς πέφυκεν· εἰς τοῦτο δὲ καὶ τῶν ἀντιδότων ἐστὶ χρεία, καὶ τῆς θηριακῆς, καὶ τῆς Εὐπατωρίου λεγομένης, καὶ τῆς Μιθριδατείου, καὶ πάσης ἄλλης, ἥτις ἐκ πλειόνων ἀρωμάτων εἴληφε τὴν σύστασιν· δυςμετάβλητα γὰρ τῇ συστάσει πάντα τὰ ἀρώματα ταῖς δυνάμεσι καὶ ταῖς οὐσίαις· διὸ περικρατεῖται τοῖς σώμασι. Τοιοῦτος μὲν οὖν καὶ ὁ τῆς διαίτης τρόπος.

Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι ἡ τοῦ ὑδροφοβικοῦ πάθους ἐγκατάσκηψις οὐδὲ ὡρισμένην ἔχει προθεσμίαν· ὡς ἐπιτοπλεῖστον γὰρ ἕως τεσσαρακοστῆς ἡμέρας εἰωθὸς, τοῖς ἀμεληθεῖσι καὶ δι᾽ ἑξαμήνου ἐνίοις ἀπήντησε, καὶ δι᾽ ἐνιαυτοῦ· καὶ ταῦτα ἡμῖν ἑώραται[10]· ἱστοροῦσι δέ τινες μετὰ ἑπταετίαν ἐνίοις ἐνδιδόναι τῷ πάθει· καὶ κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς τῶν λυσσοδήκτων ἡ θεραπεία τοιαύτη ἐστίν· ἐὰν δὲ ὁπωςδηποτοῦν ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις μὴ προληφθῇ τὰ προειρημένα βοηθήματα, τὸ

10) Ald. ὁρᾶται.

Complures enim dies qualitates eorum permanent, ac tamdiu a vi mortifera neque vincuntur neque mutantur, sed contra hanc ipsam sua natura superant. Ad hoc ipsum valet antidotorum usus, theriacae, et eius, quae Eupatoria dicitur, Mithridatiae etiam et alius cuiusvis, quae e pluribus constet aromatis: quippe aromata omnia aegre suas tum qualitates tum substantias permutant, atque adeo integris viribus in corporibus retinentur. Victus igitur ratio hoc modo se habet.

Nosse autem oportet, hydrophobici affectus invasionem haud certum praefinitumque servare tempus. Cum enim ut plurimum ad quadragesimum usque diem differri soleat, neglectis tamen quibusdam post semestre, imo etiam post annum supervenisse observavimus. Sunt et qui narrent, nonnullos post septennium eo affectu correptos fuisse. Ac inter initia quidem ea, quam praecepimus, debet curatio esse morsorum a cane rabioso. At vero, si qua demum cunque e caussa praesidia ante memorata primis diebus praetermissa fuerint, alienum deinceps erit, et

μὲν περισαρκίζειν καὶ καίειν παραλειπτέον·[11] οὐ γὰρ ἱκανῶς εἰς τὸ βάθος παρεληλυθὸς μετάγειν δύναται·[12] οὐδεμία γὰρ ὄνησις τῆς ἐπιβολῆς, ἀλλὰ διακενῆς τὰ σώματα ταῖς ὀδύναις ὑποβληθήσεται.[13]

Τρόπος δὲ τῆς θεραπείας ἕτερος ἀγέσθω, κάθαρσις, ἣ καὶ μέγα ὄφελος ἐμπαρέχειν δυναμένη, συμμεταποιεῖ γὰρ τὴν ἕξιν κινοῦσα· ἥ τε διὰ τῆς κολοκυνθίδος ἱερὰ δόσις· καὶ δὴ καὶ τὸ γάλα τὸ σχιστὸν ὁμοῦ κάθαρσιν καὶ ἐπικράσεις[14] παρέχειν δυνάμενον· αἵ τε δριμυφαγίαι καὶ ἡ τοῦ ἀκράτου πόσις παραλαμβανέσθωσαν καθημέραν, ἀμβλύνειν δυνάμεναι τὸν ἰόν· καὶ πρὸς τούτοις ἱδρωτοποιΐα καὶ πρὸ τροφῆς καὶ μετὰ τροφήν· δρωπακισμός τε καὶ σιναπισμὸς κατὰ μέρος ἐφ᾽ ὅλου τοῦ σώματος· πάντων δὲ ἀνυσιμώτατον αὐτῶν[15] ὁ ἐλ-

11) Sic Ald.; παραληπτέον Asul.; μὴ παραλειπτέον Paull., ubi suspicor, παραληπτέον esse legendum, cum sequatur: φθάσαντος ἤδη τοῦ ἰοῦ χωρῆσαι παρὰ τὸ βάθος.

12) Vulgarem lectionem: καὶ γὰρ ἱκ. εἰς τὸ παρελ. μ. δ. sic emendavi. Imperant eam emendationem et nexus et modus, quo Paullus haec intellexit.

13) Sic Ald.; βλαβηθήσεται Asul. et sequ.

14) Ald. ἐπικρατήσεις. Sed nostram lectionem, quae vulgaris est, tuetur Diosc. lib. 2. c. 53. et Galenus, qui ἐπικράσεως definitionem tradit, meth. med. lib. 9. c. 10. p. 640.

15) Sic Ald.; ἀπὸ τούτων Asul. et rell.

carnem scalpro circinare et ustionem experiri. Non enim satis, quod iam ad penetralia progressum est, transferre (ac iterum revocare) haec auxilia possunt. Nullus tum esset eius administrationis profectus, sed corpora frustra doloribus opprimerentur.

Proinde alia curationis ratio ineunda est: imperanda nimirum purgatio, quae, dum corpus agitando ipsius habitum transmutat, magnum affert adiumentum. Adhibenda est hiera, quae colocynthidem recipit, itemque lac schiston, quippe quod simul et deiectionem moliri potest et contemperandi vim habet. Acrium porro esus et meraci potus, quibus hebetari venenum potest, quotidie assumi debent. Praeter haec sudores et ante pastum et post eum eliciendi: quin et dropaces et sinapismi alternatim universo corpori applicandi. Attamen helleborismus omnium

λεβορισμὸς ἐγνώσθη, καὶ χρηστέον τεθαῤῥηκότως τῷ βοηθήματι, οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πλειστάκις πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἢ καὶ μετὰ ταῦτα· τοςαύτην γὰρ τὴν ἰσχὺν προςφέρεται τὸ βοήθημα, ὥςτε τῶν ἤδη συνησθημένων τοῦ ὑδροφόβου, περισωθῆναί τινας λαβόντας ἐλλέβορον εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ καταπειρασμῷ τοῦ συμπτώματος· τοὺς γὰρ ἤδη κατεσχημένους, οὐδὲ αὐτός τι περιποιῆσαι δύναται.

Τὴν μὲν οὖν τῶν λυσσοδήκτων ἐπιμέλειαν πρώτην ἐξεθέμεθα, δι᾽ ὃν ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν ἐπιλογισμόν· μεταβαίνοντες δ᾽ ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἰοβόλων, πρῶτον μὲν τὰς σημειώσεις αὐτῶν ὑπὸ μίαν ἐκθησόμεθα πρόφασιν· μετὰ δὲ τοῦτο, κοινὴν τὴν θεραπείαν, πᾶσιν ἁρμόσαι δυναμένην· ὑποδραμόντες δὲ ἑξῆς ὑποδείξομεν, εἴ τινα κατ᾽ ἰδιότητα ἐνίους προςωφελεῖν πέφυκεν· ὁμοίως καὶ τὰ τελείως ἀβοήθητα παρασημειωσόμεθα.

Κεφ. δ΄. [*Περὶ φαλαγγίων.*][16] Τοῖς μὲν ὑπὸ φαλαγγίων δεδηγμένοις αὐτὸς μὲν ὁ τόπος ἐνερευθής ἐστι καὶ

16) Ald., Asul. et Marcellus hic ordiuntur librum octavum universi operis. Cornarus primus, ut par erat, cum priori contraxit.

efficacissimum deprehenditur praesidium, quo quidem cum fiducia non semel aut iterum, sed frequentius etiam ante diem quadragesimum, vel post hoc etiam tempus, uti licet. Tantam enim vim habet id genus auxilii, ut nonnulli, qui aquae metu iam prehendebantur, sumto in ipso morbi insultu helleboro incolumes evaserint. Nam eo malo iam occupatos ne helleborus quidem servare poterit.

Atque iam primariam exposuimus huius morbi curationem, iuxta ratiocinium, quod initio protulimus. Nunc transgrediendum est ad reliqua ictu aut morsu infesta animalia: protinus eorum signa, unam secuturi normam, trademus: dein vero communem medendi rationem, quae omnibus ex aequo conveniat: tandem cursim ea subiiciemus, quae nonnullos sua proprietate iuvare possunt. Similiter, et quae prorsus insanabilia sunt, annotabimus.

Cap. IV. [*De phalangiis.*] Eis, qui a phalangiis demorsi fuerint, pars affecta rubens et velut aculeis com-

ὅμοιος κεντήμασιν, οὔτε διῳδηκὼς, οὔτε περίθερμος, ἀλλὰ μετρίως μὲν ὑπέρυθρος[17], ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων κατεψυγμένος· παρακολουθεῖ δὲ τρόμος δι᾽ ὅλου τοῦ σώματος, καὶ ἐντάσεις περὶ τοὺς βουβῶνας καὶ τὰς ἰγνύας, προςεοικυῖαι σπασμῷ· περὶ τὴν ὀσφὺν ἄλγημα[18], καὶ συνεχὴς πρὸς οὔρησιν ἐρεθισμός· δυςκολία πολλὴ περὶ τὴν ἔκκρισιν τοῦ περιττώματος· ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ ἱδρὼς ψυχρὸς καθ᾽ ὅλην τὴν ἐπιφάνειαν ἐκκρίνεται· τά τε ὄμματα δακρύει καὶ ποσῶς ἀμαυροῦται.

Κεφ. ε΄. [Περὶ σκολοπένδρας.] Τοῖς δὲ ὑπὸ τῆς καλουμένης σκολοπένδρας ἢ ὀφιοκτένης[19] δεδηγμένοις, ὁ μὲν ἐν κύκλῳ τόπος τοῦ δήγματος πελιοῦται καὶ περισήπεται[20]· καί ποτε τρυγώδης, κατὰ τὸ σπάνιον καὶ ἐνερευθὴς φαίνεται· ἑλκοῦται δὲ, ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ δήγματος λαμβάνων τὴν ἀρχὴν, ἕλκωσίν τινα ἐπίπονον καὶ δυςαλθῆ[21]· πρὸς δὲ τούτοις περὶ ὅλον τὸ σῶμα συναίσθησις γίνεται κνησμώδης.

17) Asul., Cornar. et Ruell. *ὑπέρυγρος*. Sed nobiscum scribunt Paull., Aët., Ald., Marcell., Goup. et Sarac.

18) Ex Actuario sic emendavit Sarac. vulg. *σύλλημα* Ald., Asul., Cornar., *σύλλημμα* Marc., Goupyl., quam vocem corruptam censuit H. Stephan., vario modo intellexerunt interpretes.

19) *Ὀφιοκτόνης* mavult Schneider in lex.

20) Paull. *ἐπαίρεται*.

21) Sic Ald., Cornar., Goup. et Sarac.; *δυςανθῆ* mendose Paull.; *δύςφορον* Asul. et Marc.

puncta conspicitur; ceterum neque intumescit, neque adeo calet, sed contra, quamvis mediocriter rubeat, friget tamen. Consequuntur totius corporis tremor, ac distentiones circa inguina et poplites, convulsionibus haud absimiles, lumborum dolor et perpetua mingendi cupido, nec non et eiusdem excernendae difficultas. Similiter et per universam cutem frigidus sudor excernitur: collacrimant oculi, et quodammodo caligant.

Cap. V. [*De scolopendra.*] Si cui scolopendra seu ophioctones morsum intulerit, pars per ambitum livet ac computrescit: interdum faeci similis, at rarius rubra, conspicitur. Ulceribus autem, quae a parte demorsa originem ducunt, dolores cient, et curationem respuunt, obsidetur membrum. Ad haec prurigo per totum corpus sentitur.

Κεφ. ϛ΄. [Περὶ σκορπίου.] Τοῖς δὲ ὑπὸ σκορπίου πληγεῖσιν[22] ὁ μὲν τόπος εὐθέως ἄρχεται φλεγμαίνειν, σκληρὸς καὶ ἐνερευθὴς καὶ περιτενὴς[23] σὺν ὀδύνῃ γινόμενος· καὶ ἐναλλὰξ, ὁτὲ[24] μὲν γὰρ πύρωσις, αὖθις δὲ ψύξις ἐπιλαμβάνεται· καὶ πόνος ἐξαπίνης, καί ποτε μὲν ῥαΐζει, ποτὲ δὲ ἐπιτείνεται· παρέπεται δ' αὐτοῖς ἱδρὼς καὶ φρικώδης αἴσθησις, καὶ τρόμος καὶ περίψυξις ἀκρωτηρίων, καὶ βουβώνων ἔπαρσις, φυσήματα[25] διὰ τῆς ἕδρας· ὀρθοτριχία τε καὶ δύςχροια ἐπαλγὴς περὶ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς αἰσθήσεως, καθάπερ ἀπὸ βελόνης κεντημάτων ὀδυνωμένης.[26]

Κεφ. ζ΄. [Περὶ τρυγόνος θαλασσίου.] Τοῖς δὲ ὑπὸ τρυγόνος θαλασσίου δηχθεῖσι[27] παραυτίκα μὲν περιωδυνίαι συμβαίνουσι δυςκατέργαστοι, σπασμοί τε συνεχεῖς, καὶ πόνος, καὶ ἀτονία, καὶ διανοίας διαφορά· μετὰ δὲ τοῦτο ἀφωνία καὶ σκοτασμὸς ὀφθαλμῶν· αὐτὸς δὲ ὁ πληγεὶς τόπος πέλιος

22) E Paullo, loco vulg. δηχθεῖσιν, cum non mordeant scorpiones.

23) E Paullo; περιπελής Ald.; περιπαθής Asul. et sequ.

24) Sic Paull.; γινόμενος ἐναλλάξ. ὅτέ vulgo.

25) Egregie lectionem vulg. φύματα sic ex Paullo correxit Sarac. In Paullo enim: πνευμάτων μετὰ ψόφου διὰ τῆς ἕδρας ἔκδοσις.

26) E Paullo, loco vulg. ὀδυνώμενος.

27) Rectius dicturus fuisset πληγεῖσι, sed Paull. etiam δηχθεῖσι.

Cap. VI. [*De scorpione.*] Icta a scorpione pars ilico incipit inflammari, indurescit, rubescit, et cum dolore circumquaque distenditur: vicissimque modo exaestuat, modo frigore prehenditur: dolor itidem, qui derepente accessit, modo se remittit, modo intenditur. Comitantur vero sudor, horroris sensus atque tremor. Quin et extremae corporis partes frigescunt, tument inguina, flatus per sedem erumpunt, surriguntur capilli, accedit decoloratio, dolorque velut ex pungente acu per universam cutem sentitur.

Cap. VII. [*De pastinaca marina.*] A pastinaca marina percussis protinus accidunt pertinaces dolores, convulsiones assiduae, lassitudo, languor et mentis alienatio: post haec etiam vocis interceptio et oculorum caligo. Ipsa vero pars percussa livet ac nigrescit per ambitum: et partes,

γίνεται καὶ μέλας τὰ κύκλῳ[28], καὶ τὰ πλησίον αὐτοῦ μέρη καὶ πρὸς τὴν ἁφὴν ἀναισθητεῖ· ἐπὰν δέ τις αὐτὸν ἀποψήσῃ, ἰχὼρ ἐξ αὐτοῦ μέλας, παχὺς, δυςώδης ἐκκρίνεται.

Κεφ. η΄. [Περὶ μυγαλῆς.] Τοῖς δὲ ὑπὸ μυγαλῆς δηχθεῖσι, κύκλῳ μὲν περὶ τὸν τόπον τοῦ δήγματος γίνεται φλεγμονὴ, φλυκτὶς δὲ ἐπανίσταται μέλαινα, μεστὴ ἰχῶρος ὑδατώδους· καὶ τὰ πλησίον πάντα πελιοῦται· ῥαγείσης τε τῆς φλυκταίνης, νομὴ παραλαμβάνει παραπλησία τῇ ἀπὸ τῶν ἑρπυστικῶν· σὺν τούτοις δὲ παρέπεται καὶ στρόφος περὶ τὰ ἔντερα, καὶ δυςουρία, καὶ ψυχρᾶς νοτίδος περίχυσις[29].

Κεφ. θ΄. [Περὶ ἐχίδνης.] Τοῖς δὲ ὑπὸ ἐχίδνης δηχθεῖσιν οἰδεῖ καὶ ἐφ᾽ ἱκανὸν τὸ σῶμα ξηραίνεται, τὴν χροιὰν δὲ ὑπόλευκον ἔχει· ἰχὼρ δὲ ἀπὸ τοῦ τραύματος προχεῖται, τὸ μὲν πρῶτον ὑπολίπαρος, μετὰ ταῦτα δὲ αἱματώδης· φλυκταινῶν τε ἐπανάστασις, καθάπερ ἐπὶ τῶν πυρικαύστων, ἕπεται· καὶ νομὴ περιλαμβάνει[30], προχωροῦσα ἐπὶ τὰ παρακείμενα πάντα πλησίον, οὐ μόνον ἐπιπόλαιος, ἀλλὰ καὶ διὰ

28) Sic cod. Par. apud. Goup. et Sarac.; μέλας γίνεται κύκλῳ Ald. — Cornar.

29) Paull. περιέγχυσις.

30) Ex Paullo loco vulg. προκαταλαμβάνει.

quae iuxta sunt, tactum non sentiunt. Si quis eam partem defricuerit, atra excernitur, crassa et graveolens sanies.

Cap. VIII. [*De mure araneo.*] A mure araneo demorsis circa locum morsus nascitur inflammatio, pustula quoque nigra exsurgit, aquosa sanie plena: proximae vero partes omnes livent. Rupta pustula accedit depascens ulcus, ei non absimile, quod a serpentium ictibus exsistit. Super haec intestinorum tormina, urinae difficultas et circumfluus mador frigidus.

Cap. IX. [*De vipera.*] A vipera demorsi corpus intumescit ac magnopere inarescit, subalbidum colorem nanciscens. Sanies e vulnere profunditur, primum subpinguis, mox vero cruenta, tandemque pustulae, quales in ambustis, erumpunt. Accedit his ulcus depascens, quod in proximas partes omnes serpit. Nec summam so-

βάθους· αἱμάσσεται δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ οὖλα· καὶ περὶ τὸ ἧπαρ συνίσταται φλεγμονή· στρόφοι τε καὶ χολώδεις ἐπισυμβαίνουσιν ἔμετοι· προςγίνεται δὲ αὐτοῖς καὶ τρόμος[31] καὶ κάρος καὶ δυςουρία καὶ ψυχρὰ περιίδρωσις.

Κεφ. ι΄. [Περὶ σκυτάλης καὶ ἀμφισβαίνης.] Παραπλήσια δὲ συμβαίνει καὶ τοῖς ὑπὸ τῆς προσαγορευομένης σκυτάλης ἢ ἀμφιςβαίνης δηχθεῖσι· βοηθεῖ δὲ σχεδὸν ἤδη τὰ πάντα· διόπερ ἰδίας ἀναγραφῆς οὔτε τετύχηκεν, οὔτε ἠξιώθη τὸ εἶδος τοῦτο.

Κεφ. ια΄. [Περὶ δρυΐνου.] Τοῖς δὲ ὑπὸ δρυΐνου δηχθεῖσιν ἰσχυραὶ περιωδυνίαι ἐμπίπτουσι καὶ φλυκταινώδεις ἐν τῷ οἰκείῳ μέρει, ὅπου δὲ καὶ ὑδατώδους ἰχῶρος ἔκχυσις· ἐπακολουθεῖ δὲ καὶ καρδιωγμὸς[32] καὶ στρόφος.

Κεφ. ιβ΄. [Περὶ αἱμόῤῥου.] Τοῖς δὲ ὑπὸ αἱμόῤῥου δηχθεῖσιν ἰσχυραὶ περιωδυνίαι ἐμπίπτουσιν· βραχέα δὲ παντελῶς καὶ στενὰ παρέχουσι τὰ ἀραιώματα ὑπὸ συνεχείας τῶν

31) Ex Paullo loco vulg. ἔμετος.
32) Ex Paullo loco vulg. δηγμός.

lum cutem occupat, sed et altius intro subit. Gingivae quoque cruentantur, et hepar inflammatione prehenditur. Succedunt tormina vomitusque biliosi: ad haec tremor, sopor, urinae difficultas frigidique sudores.

Cap. X. [*De scytale et amphisbaena.*] Consimilia eveniunt iis, qui a scytale aut amphisbaena demorsi sunt: eademque fere auxiliantur. Quamobrem propriam descriptionem hoc genus sortitum non est, neque visum est eius indigere.

Cap. XI. [*De dryina.*] A dryina morsis graves incidunt vehementesque dolores, parsque ipsa affecta in pustulas attollitur, e quibus sanies aquosa profunditur. Quin etiam stomachi rosiones et tormina consequuntur.

Cap. XII. [*De haemorrhoo.*] Ab haemorrhoo demorsis vehementes accidunt cruciatus, quibus assidue torquentibus interstitia membrorum plana vehementer contrahuntur brevioraque redduntur. E morso vero loco copiosus

ἀλγημάτων·[33] ἐκ δὲ τοῦ δήγματος αἵματος[34] ἔκκρισις γίνεται πολλή· κἂν οὐλὴ καθ᾽ ὅλου τοῦ σώματος[35] ὑπάρχῃ, ῥήγνυται καὶ αἱμοῤῥοεῖ·[36] τὰ δὲ διαχωρήματα αἱματώδη ἐκκρίνεται, καὶ τὸ ἀποῤῥούμενον αὐτοῖς[37] αἷμά ἐστι τεθρομβωμένον· βήσσοντές τε ἀπὸ πνεύμονος αἷμα ἀνάγουσι, καὶ τελευτῶσιν ἐξαιματοῦντες ἀβοηθήτως.[38]

Κεφ. ιγ΄. [Περὶ διψάδος.] Τοῖς δὲ δηχθεῖσιν ὑπὸ διψάδος ἄστεκτος ὁ καῦσος γίνεται[39] καὶ δίψος ἐπιτεταμένον ἰσχυρῶς, ὥςτε ἀπλήρωτόν τε καὶ ἀδιάλειπτον εἶναι, καὶ τὸ ποτὸν χανδὸν ἕλκειν· εἰς τὸ αὐτὸ δὲ καθίστανται τῷ μηδὲ τὴν ἀρχὴν εἰληφότι τὸ ποτόν·[40] παραπλησία τε τοῦ ὅλου συγκρίματος ἕξις παρακολουθεῖ τῇ τῶν ὑδρωπικῶν[41] διὰ τὴν συνεχῆ τοῦ πόματος εἰςφοράν· ὅθεν πρηστὴρ τε καὶ καῦσος προςαγορεύεται ἡ διψάς.

33) Ex Paullo, loco vulg. *βραχέα δὲ καὶ στεγνὰ παντελῶς τὰ σώματα ὑπὸ συντυχίας τῶν ἀλγημάτων.*

34) Ex Paullo: in editt. omittitur *αἵματος.*

35) Ibidem: vulg. *ἕτερον μέρος τοῦ σώματος.*

36) Similiter e Paullo: vulg. *παρέχει αἱμοῤῥοεῖν.*

37) Sic Paull.; *ἀπ᾽ αὐτῆς* vulgo.

38) Ex Paullo; vulg. *ἀνάγουσι, καὶ ἐξεμοῦσιν ἀβοηθήτως.*

39) Iterum e Paullo, loco vulg. *ἄστεγνος ὄγκος ἔγκειται.*

40) Et hoc e Paullo: vulg. *κἂν τῷ αὐτῷ καθίστασθαι· τῷ δὲ μὴ τὴν ἀρχὴν εἰληφότι τὸ ποτόν.*

41) Sic cum Cornar. ex Aëtio lib. 13. c. 22. correxi vulg.: *παραπλήσιόν τι ὅλου τοῦ συγκρίματος ἀκολουθεῖ διά.*

manat cruor. Quacunque alia corporis parte cicatrix forte fuerit, ea quoque finditur et sanguinem fundit. Quin et excrementa reiiciuntur cruenta, et quod iis secedit, grumosum sistit cruorem. Tussientes etiam e pulmonibus sanguinem educunt, et velut in sanguinem versi denique, sine auxiliorum spe, pereunt.

Cap. XIII. [*De dipsade.*] A dipsade percussos ardor habet intolerabilis, urgetque sitis usque eo pertinax, ut neque expleri possit, neque intermittat, atque ut ore pleno affatim potum hauriant. Perinde cetera se habent, ac si nullum antea potum sumsissent. Similis autem totius corporis habitus est hydropicis, propter assiduam potationem. Qua de caussa dipsas etiam presteris et causi cognomina meruit.

Κεφ. ιδ΄. [Περὶ ὕδρου.] Τοῖς δὲ ὑπὸ ὕδρου δηχθεῖσι τὸ ἕλκος πλατύνεται καὶ μέγα γίνεται, πελιούμενον [42] ἰχώρ τε ἐξ αὐτοῦ μέλας καὶ πολὺς καὶ δυςώδης, οἷος ἀπὸ νομῆς, ἐκκρίνεται.

Κεφ. ιέ. [Περὶ κέγχρου·[43]] Τοῖς δὲ ὑπὸ κέγχρου δηχθεῖσι τὸ μὲν δῆγμα ὅμοιον τοῖς ἀπὸ τῆς ἐχίδνης, σηπεδὼν δὲ παρακολουθεῖ· καὶ περιῤῥέουσι σάρκες ἐξοιδήσασαι πρότερον, ὡς ἐπὶ ὕδρωπος· ληθαργώδεις τε γίνονται καὶ καταφορᾶς αἴτιοι. Ἐρασίστρατος δέ φησιν, αὐτοὺς πεπονθέναι τὸ ἧπαρ καὶ τὴν κύστιν[44] καὶ τὸ κῶλον· ἀνατμηθέντων γὰρ αὐτῶν διεφθαρμένα πως εὑρίσκεται ταῦτα[45] τὰ μέρη.

Κεφ. ιϛ΄. [Περὶ κεράστου.] Τοῖς δὲ ὑπὸ κεράστου δηχθεῖσιν ὁ μὲν τόπος ἐπαίρεται μετὰ σκληρίας καὶ φλυκταινώσεως· ῥεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ δήγματος ἰχὼρ, ποτὲ μὲν μέλας, ποτὲ δὲ ὕπωχρος· κιῤῥοειδὴς[46] δὲ γίνεται περὶ σύγκριμα τὸ ὅλον· καὶ τὸ μὲν αἰδοῖον τείνεται· ἡ δὲ διάνοια ἐξίσταται,

42) Actuar. addit. ἐν μέσῳ.

43) Τὸν κεγχρίνην appellant Nicander et Paull., κεγχρίδα Aristot., κεγχρίαν et κεγχρίτην Aëtius, κεγχριδίαν noster infra c. 32.

44) Sic Ald.; νῆστιν Asul. et sequ.

45) Cum Sarac. loco πάντα scribo ταῦτα. Paullus etiam πάντα omisit.

46) Paull. κιρσοειδεῖς γίνονται.

Cap. XIV. [*De natrice*] A natrice demorsis vulnus dilatatur et ampliatur, simul livescens. Quin et sanies ex eo copiosa, eaque nigra et putida, quasi ex ulcere depascente, manat.

Cap. XV. [*De cenchro.*] Cenchri morsum, qui quidem viperino similis est, putredo consequitur, ac undique diffluunt carnes, quae prius, velut in hydrope, intumuerant. Quin et icti veterno altoque sopori obnoxii sunt. Iisdem et iecur, vesicam et colon vale affici, Erasistratus asserit: dissectis enim corporibus haec viscera quodammodo corrupta deprehenduntur.

Cap. XVI. [*De ceraste.*] A ceraste demorsis pars in tumorem attollitur, cum duritia et pustularum eruptione. Profluit e plaga sanies, modo atra, modo quandantenus pallida: totus vero corporis habitus fulvescit: ipsum ge-

ὀφθαλμῶν τε ἀμαύρωσις ἐπιγίνεται· τέλος δὲ ἀπόλλυται σπώμενος τετάνῳ.[47]

Κεφ. ιζ'. [Περὶ ἀσπίδος.] Τοῖς δὲ ὑπὸ ἀσπίδος δηχθεῖσι τὸ μὲν δῆγμα ὅμοιον τοῖς ὑπὸ βελόνης κεντήμασι μικρὸν παντελῶς φαίνεται χωρὶς τῆς ἐπάρσεως· καὶ αἱμάτιον δὲ οὐ πολὺ, ἀλλὰ βραχὺ καὶ μέλαν ἀποστάζει· ταχεῖα δὲ ἀμαύρωσις ὀμμάτων καταλαμβάνεται, πόνος τε ὅλου τοῦ σώματος πολυειδὴς, παντάπασιν ἐλαφρὸς, καὶ οὐκ ἄτερ ἡδονῆς παρακολουθεῖ· διὸ καλῶς ὁ Νίκανδρος πεφώνηκε[48]

— — καμάτου δ' ἄτερ ὄλλυται ἀνήρ.

Χρόαν ἀτρόπιος καὶ χλωρανθὴς[49], καρδιωγμὸς ὀλίγος· μέτωπον δὲ συνεχῶς ἀνασπᾶται· βλέφαρα κινοῦνται[50] μετ' ἀναισθησίας, ὁμοίως ὕπνῳ· κἂν τούτοις θάνατος συναίρει, μηδὲ τρίτον ἡμέρας διαλιπών.

47) Paull. *τετανικῶς*. Quod autem loco *τέλος*, *πέλας* habeat, mendam esse existimo.

48) Nicandri ther. v. 188.

49) Vulgo *χλοανθής*; *χλωανθής* Paull.; *χροιὴ μηλινόεσσα καὶ αἰόλος* Nicander.

50) Quanquam interpretes prisci, qui *connivere* oculos dicunt, *μύονται* aut *καμμύονται* loco *κινοῦνται* legisse videntur, haud ausus sum textum mutare, quoniam et Aëtius et Paullus et Actuarius *κινεῖται* s. *κινοῦνται* repetunt.

nitale arrigitur, mens labat et oculis caligo supervenit: tetano denique convulsi pereunt.

Cap. XVII. [*De aspide.*] Ab aspide commorsis vulnus perquam exiguum, quasi ab adacta acu, citra tumorem conspicitur. Sanguis non ita copiosus, imo perpaucus, idemque ater, exstillat, ac derepente acies oculorum hebetatur: dolor simul totius corporis multiplex, sed omnino levis et non sine voluptate consequitur. Quapropter recte Nicander cecinit:

— — at vir perit absque dolore.

Color minime constat, plerumque vero pallore virescit: accedit exigua stomachi rosio: frons assidue revellitur: palpebrae sine sensu nictitant, velut per somnum: atque inter haec, vix interposito diei triente, mors ipsa prehendit.

Κεφ. ιη΄. [Περὶ βασιλίσκου.] Ἐρασίστρατος ἐν τῷ καλουμένῳ περὶ δυνάμεων καὶ θανασίμων, περὶ τοῦ καλουμένου βασιλίσκου ῥητῶς οὕτω φησίν· ὅταν δὲ ὁ βασιλίσκος δάκῃ, πληγὴ ὑπόχρυσος γίνεται.

Τὰ μὲν οὖν ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ἰοβόλων παρακολουθοῦντα σημεῖα τοιαῦτά ἐστι· μεταβαίνοντες δ᾽ ἐπὶ τὴν θεραπείαν, πρῶτον τὰ κοινὰ τῆς θεραπείας, ὡς δυνατὸν, παραδώσομεν.

Κεφ. ιθ΄. [Τίς κοινὴ τῶν ἰοβόλων θεραπεία[51].] Πρὸς πᾶσαν πληγὴν ἰοβόλου ἁρμόζει ἡ διὰ τοῦ στόματος ἐκμύζησις· δεῖ δὲ μὴ ἄσιτον εἶναι τὸν ἐκμυζῶντα, ἀλλὰ καὶ εἰληφέναι τροφὴν καὶ διακλύζεσθαι οἴνῳ· ἔπειτα δὲ καὶ βραχύ τι ἐν τῷ στόματι ἐλαίου κατέχων, οὕτω τὴν ἐκμύζησιν ἐπιτελείτω· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τόπος σπόγγῳ πυριάσθω, ἔπειτα δὲ ἐγκατασχαζέσθω· βαθυτέρας δὲ ἐμβάλλειν τὰς ἀμυχὰς προσήκει, ὅπως τὴν ὕλην ἐκ βάθους ἀναλαμβάνῃ· καὶ περισαρ-

51) Cornarus et Goup. hic incipiunt librum Dioscoridis octavum: ceteri secus.

Cap. XVIII. [*De basilisco.*] Erasistratus in libro, qui de medicaminibus ac venenis inscribitur, de basilisco ad verbum ita scribit: Cum momorderit basiliscus, vulnus ad auri colorem efflavescit.

Ceterum istae fere sunt notae, quae plerorumque virulentorum animalium ictus consequuntur. Iam superest, ad medendi rationem transgrediamur: ac primum communia, quoad eius fieri poterit, curationis praecepta tradamus.

Cap. XIX. [*Communis vulnerum a venenatis animantibus inflictorum curatio.*] Adversus quemvis virulenti animalis ictum oris suctio convenit. Sugentem vero oportet minime ieiunum esse, sed et prius cibum sumsisse, et os vino colluisse, praetereaque, dum vulnus exsugit, olei pauxillum ore continere. Ipse autem locus spongia fovendus, deinde scarificandus: sed rimas (vulnuscula) altius adigere expedit, quo melius materiem e profundo revocemus. Carnis vero circinatio sectioque scari-

κισμὸς δὲ καὶ ἐκτομὴ πλουσιώτερον κατασχασμοῦ βοηθοῦσιν· ἴδια γὰρ ἐπ' αὐτῶν τὰ χρησιμεύοντα γίνεται· ἓν μὲν, ὅτι αἴρεται ὁ ἰὸς ἐκ τοῦ τόπου· δεύτερον δὲ, ὅτι τῷ αἵματι συνεκκρίνεται πολλῷ καὶ ἀθρόῳ τὸ φθάσαν ἔσω παρελθεῖν· εἰ δὲ ὁ τόπος τὸν περισαρκισμὸν οὐ προςδέχοιτο, σικύας χρὴ προςβάλλειν μετὰ φλογὸς πλείονος· περὶ δὲ καύσεως ἐπὶ τῶν λυσσοδήκτων προειρήκαμεν· εἰ δ' εὐφυῶς ἔχει πρὸς ἀποκοπὴν τὸ μέρος τὸ δεδηγμένον, μάλιστα ἐπὶ πάντων θηρίων ἀνενδοιάστως τὸν ἀκρωτηριασμὸν ποιητέον, ὡς ἀσπίδος καὶ κεράστου καὶ τῶν ὁμοίων. Ὡς ἐπιτηδειότερα δὲ[52] *τῶν προειρημένων βοηθημάτων ἄξιά ἐστιν τὰ ἐπιθέματα· ἐπιτιθέσθω δὲ τέφρα κληματίνη ἢ συκίνη, μετὰ κονίας στακτῆς πεφυραμένη*[53]*, γάρου δριμέος, ταρίχου· πράσα τε καὶ κρόμμυα καὶ σκόροδα, ποτὲ μὲν ὡς ἐκλειοτριβηθέντα καταπλάσσεται*[54]*, ποτὲ δὲ καέντα προςβάλλεται τοῖς δήγμασι· καὶ οἱ τῶν ὀρνίθων νεοσσοὶ διασχισθέντες καὶ θερμότατοι περιπτυσσόμενοι τῷ πεπληγότι τόπῳ· τινὲς μὲν ὡς ἀντιπαθέ-*

52) Asulan. et sequ. habent *διά*, quod deest in Ald.
53) Ald. *πεφυραμένης*.
54) Sic Ald.; *καταπλασσέσθω* Asulan. et sequ.

fication ipsa longe potentius opitulantur: peculiaria nimirum haec duo commoda eveniunt: unum, quod virus e loco tollitur, alterum, quod eius veneni pars, quae iam ad interiora pervaserat, cum multo copiosoque sanguine excernitur. At, si locus circinationem haud admittit, cucurbitulae cum largiore flamma adhibendae sunt. Quod ad ustionem spectat, de ea iam ante inter rabiosorum remedia disseruimus. Si vero icta pars commodam, ut praecidatur, habet indolem, praesertim in omnium serpentium morsibus, uti aspidis, cerastae similiumque, ea procul dubio amputanda est. Tanquam opportuniora praedictis adminicula merito censentur epithemata. Imponatur ergo sarmentitius cinis aut ficulneus cum lixivio percolato subactus, additis garo acri et salsamento. Porra quoque, cepae et allia modo ad laevorem trita illinantur, modo cremata plagis adhibeantur. Iuvant et pulli gallinacei discissi, et, dum maxime calent, percusso loco adhibiti. Neque desunt, qui iis velut repugnantibus ve-

σιν αὐτοῖς ἐχρήσαντο· πρόχειρον δὲ ἔχει τὸν λόγον· φύσει γὰρ αἱ[55] ὄρνιθές εἰσι θερμαί, διὸ καὶ ἐπίσημον τὸν ἰὸν καταπιοῦσαι τρύχουσι· καὶ τὰ ξηρότατα δαπανῶσι τῶν σπερμάτων· ἐνίοτε καὶ ψάμμους καὶ λίθους διαλύουσιν ἐμφαρυγξάμεναι· τοιγαροῦν πρὸς τὴν τοῦ ζώου θερμασίαν τὸ πνεῦμα, τὸ ἐκ τοῦ δεδηγμένου μέρους ὁρμὴν λαμβάνον, συνεξάγει τὸν ἰόν.

Ἔγνωμεν δὲ ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου τοιοῦτόν τι γινόμενον· ὁπόταν οἱ Αἰγύπτιοι θερίσωσι τὸν στάχυν, χύτραν ἔχουσι κατεσκευασμένην πίσσης καὶ σφήκωμα προσηρτημένον τῇ χύτρᾳ· τότε γὰρ μάλιστα δεδίασι τὰ θηρία, καὶ διὰ τὴν ὥραν καὶ τὸ[56] λανθάνειν αὐτὰ κείμενα κατὰ τῶν ὀπῶν τῶν ἐν ταῖς ἀρούραις, ἐπισκοτούμενα ὁμοῦ καὶ ὑπὸ τῆς δασύτητος τῶν χωρῶν· πολλὰ δὲ κατὰ τὰ πεδία χαλεπώτερα τῶν ἰοβόλων ζώων ἡ Αἴγυπτος φέρει· ἐπειδὰν οὖν δηχθῇ τις πόδα ἢ ἄλλο τι μέρος, ταχέως οἱ παρατυχόντες τὸ σφήκωμα βάλλουσιν εἰς τὴν χύτραν τῆς πίσσης, καὶ περιειλοῦσιν ἅπαξ ἢ

55) Ald. οἱ.
56) Vulg. τῷ.

neno usi fuerint: verum in promtu est eius remedii ratio. Gallinae siquidem natura calidae sunt, argumento, quod devoratum insigne virus conficiunt et aridissima quaeque semina consumunt: interdum et arenas calculosque deglutitos molliunt ac dissolvunt. Itaque animantis admoti calore nativo adiutus spiritus, ab icta parte impetum capessens, simul venenum expellit.

Comperimus etiam, quid in Aegypto in eiusmodi casu fieri soleat. Dum spicas Aegyptii metunt, ollam picis paratam habent et appensam ollae fasciam. Tunc enim a serpentibus sibi maxime timent, tum propter anni tempestatem, tum quod opacis abditi cavernis densoque arvorum caespite delitescunt: multa vero et infestissima e venenatis animalibus Aegyptus in campestribus alit. Cum primum ergo quispiam in pede aliave parte demorsus fuerit, ilico, qui adsunt, fasciam in ollam picis immittunt, ac semel aut bis brachium vel crus paullum supra vulnus

δὶς περὶ τὸν πῆχυν ἢ τὴν κνήμην, μικρὸν ἐπάνω τοῦ δήγματος, καὶ περισφίγγουσι δύο παρεστῶτες ἰσχυρῶς, καὶ ἐντέμνοντες τὸν τόπον διὰ τῆς περιθέσεως τοῦ βρόχου, ἐπιχέουσι τὴν πίσσαν· ὅταν δὲ αὐταρκῶς ἔχειν δοκῇ, τὸν βρόχον ἀφαιροῦσι, καὶ καταπλάσσουσι κρομμύοις, καὶ δι' ἄλλων τῶν προειρημένων. Καὶ τούτων δὲ χωρὶς ὑγρὰ πίσσα μετὰ ἁλῶν λείων θερμοτέρων καταπλασσομένων σπουδαίως βοηθεῖ, αὐτὴ καινοποιηθεῖσα συνεχέστερον· ὡσαύτως ἁρμόζει καὶ κέδρος[57], τά τε σπυρίθια τῶν αἰγῶν ἐν οἴνῳ καθεψόμενα· ἀρήγει δὲ αὐτοῖς καὶ κατάντλησις δι' ὄξους θερμοῦ, καὶ καλαμίνθη ἑψομένη δι' οὔρου καὶ θαλάσσης ἢ ὀξάλμης. Εἰσὶ δὲ καὶ ἔμπλαστροι δριμύταται καὶ θερμόταται, καὶ δυνάμεναι τὸν ἰὸν ἐπισπᾶσθαι καὶ διακρατεῖν καὶ διαφορεῖν· ὡς δι' ἁλῶν ἢ νίτρου καὶ σινάπεως ἢ κάγχρυος προσφερόμεναι· ὥςπερ[58] ἑξῆς ῥητέον.

Οὐκ ἀλόγως δὲ ὁ Ἐρασίστρατος ἐπιμέμφεται τοῖς ἀγνώστους δυνάμεις πρὸς τὴν χρείαν ἀναγεγραφόσιν, ὡς χολὴν ἐλέφαντος καὶ κροκοδείλου, καὶ αἷμα χελώνης καὶ ᾠὰ, καὶ

57) Posset quidem ex Diosc. 1, 105. κεδρία potius legi: sed et Paullus habit κέδρον. 58) Ald. ἄςπερ.

obligant, et arctissime duo e praesentibus undique constringunt, locumque incidentes, qua circumactus est laqueus, picem instillant. Ubi vero sat picis infudisse sibi videntur, laqueum resolvunt et cepas aliaque memorata adhibent. Quin et citra haec pix liquida cum sale trito ac fervente illita praesentaneo est auxilio, si frequentius deinceps innovetur. Similiter et convenit cedrus (cedria), itemque ſimum caprinum ex vino decoctum. Sed et iuvat perfusio ope aceti calidi, calaminthae etiam in urina et aqua marina seu muria acida decoctae. Sunt et emplastra acerrima simul et calidissima, eaque quae venenum elicere, vincere ac discutere possunt: cuiusmodi sunt, quae e sale et nitro, sinapi et canchry componuntur, de quibus deinceps erit agendum.

Non sine ratione Erasistratus eos reprehendit, qui incognita remedia in hunc usum conscripsere: qualia sunt fel elephanti aut crocodili, sanguis testudinis eiusque ova,

τὰ παραπλήσια· δοκοῦσι μὲν γάρ τινα πεποιῆσθαι παράδοσιν ὠφελούντων· ἐξηπατήκασι δὲ αὐτὰ μόνα τοὺς ἐντυγχάνοντας· ὅθεν τὰ μὲν τοιαῦτα παραιτητέον, μήτε ῥαδίως εὑρεθῆναι δυνάμενα, εἰ μὴ ὑπ᾽ ἐξουσίας βασιλικῆς· μήτε διὰ τῆς πλείστης τηρήσεως οἷαν εἰς τὸ πιστευθῆναι τὴν πεῖραν παρεσχημένα· τὰ δὲ κοινωφελῆ καὶ εὐπόριστα ὑποδεικτέον, τὰ καὶ εἰς πάντα καὶ ἐν πᾶσι τοῖς θηριοδήκτοις δυνάμενα τὴν χρῆσιν παρέχειν. Σέρις τοίνυν καὶ ἐρείκη καὶ ἀστράγαλος[59] πινόμενα μετ᾽ ὄξους, πᾶσι τοῖς θηριοδήκτοις βοηθεῖ· ὡςαύτως καὶ ἄσφαλτος[60] καὶ πλατάνου χλωρὰ σφαιρία, καθεψηθέντα ἐν κράματι, καὶ παλιούρου ἀφέψημα· καὶ ῥίζα ἀριστολοχίας καὶ ἠρύγκης· καὶ δαφνίδες ἑφθαὶ κατεσθιόμεναι, καὶ πέπερι δαψιλέστερον τρωγόμενον, καὶ πήγανον, καὶ ἄνηθον, καὶ κυκλάμινον· πράσων τε ἡ κόμη ἰδίᾳ σὺν ἄρτῳ, ἢ σκόροδα, ἢ κρόμμυα, καὶ τάριχος δριμύτατος· καὶ ὀριγάνου ἀφέψημα σὺν οἴνῳ πινόμενον· καὶ μαράθρου καὶ γλήχωνος καὶ καλαμίνθης καὶ πράσων χυλὸς σὺν μέλιτι καταῤ-

59) Paull. ἀστραγαλώτης, forte ἶρις ἀστραγαλῖτις, οἱ δὲ ἰλλυρική. Galen. de compos. med. sec. loca lib. 1. p. 422.

60) Forte ἀσφάλτιον Diosc. lib. 3. c. 123. Sed utrumque habet Paullus.

aliaque similia. Videntur enim literis nonnulla tradidisse, quae iuvare possint: ista vero sola lectoribus imposuere. Quamobrem talia repudianda sunt, quippe quae non nisi facultatibus regiis facile redimi possint, neque pluribus experimentis fidei faciendae idoneis comprobari potuerint. Quae autem ad communem usum pertinent, quaeque paratu facilia sunt, et quibuscunque a serpente percussis auxilium ferre possunt, subiungenda esse videntur. Intybus itaque, erica et astragalus ex aceto pota contra omnes serpentium morsus auxiliantur. Itidem et asphaltus (asphaltium) ac virentes platani globuli in vino diluto cocti, paliuri decoctum, radix aristolochiae et eryngii: decoctae etiam lauri baccae in cibo sumtae, piper largius esitatum, ruta, anethum et cyclamen: coma porrorum privatim ex pane, aut allia, vel cepae et salsamentum quam acerrimum: itemque origani decoctum e vino potum, quin etiam foeniculi, pulegii, calaminthae

ῥοφούμενος· ταῦτα μὲν ἐκ τῶν φυομένων· ἀπὸ ζώων δὲ λαμβάνεταί τινα ὠφελίμως, ἐγκέφαλοι μὲν ἀλεκτρυόνων ἐσθιόμενοι, πιτύα δὲ λαγωοῦ σὺν οἴνῳ πινομένη, καὶ καστορίου <β' [61] τὸν αὐτὸν τρόπον· λέγεται δὲ καὶ, ὅτι χελώνης θαλασσίας οἱ ὄρχεις λαμβανόμενοι βοηθοῦσιν· ἔτι δὲ καὶ ἡ γαλῆ σκελετευθεῖσα τῶν βεβοημένων εὑρίσκεται· πρότερον δὲ πάντη σχισθεῖσα, τῶν ἐντὸς ἐκκριθέντων, σκελετεύεται, καὶ ἀπ' αὐτῆς δίδραχμον σὺν οἴνῳ πίνεται.[62]

Τοσαῦτα δὴ καὶ τὰ ἁπλᾶ τῶν προσφερομένων. Ἁρμόζει δὲ τοῖς θηριοδήκτοις καὶ κάθαρσις διὰ κοιλίας, καὶ ἱδρωτοποιΐα, καὶ οὔρων πολλῶν ἔκκρισις· σκευαστὰ δὲ ποτήματα παραδέδοται καινοτέρως ὑπισχνούμενα βοηθεῖν, ὡς ὀπίου καὶ σμύρνης ἀνὰ ὀβολὸς, καὶ πεπέρεως <β'. ταῦτα δὲ δεῖ μέλιτι ἀναλαμβάνειν, καὶ διδόναι κυάμου μέγεθος αἰγυπτίου μετ' οἴνου· ὁμοίως πηγάνου ἀγρίου σπέρματος, μελανθίου,

61) Cum Paullus <α', Dioscorides 2, 26. <β' pondus imperent, nec facile quisquam maiorem ferre possit dosin, *οὐγγίαι β'*, quas editiones habent, expungendae sunt.

62) Omnis hic locus: *ἔτι δὲ καὶ — οἴνῳ πίνεται*, a Cornario iam sic restitutus est. Vulgo legitur: *ἔστι δὲ ἡ γαλῆ ἡ σκελετευθεῖσα τῶν βεβοηθημένων, εὑρίσκεται δὲ πρότερον ἡ πάντη σχισθεῖσα τῶν ἐντὸς ἐκκριθέντων — — — πινόμενον.*

porrorumque succus cum melle sorptus. Et haec quidem e plantis sumuntur. Ab animalibus vero quaedam utiliter etiam accipiuntur, velut cerebra gallinaceorum comesta, et coagulum leporinum ex vino potum, et castorii drachmae binae. Dicuntur et testiculi testudinis marinae assumti prodesse. Mustela itidem assiccata celebratur: haec, prius exemtis interaneis, undequaque discinditur ac deinde exsiccatur, et ex ea binae drachmae cum vino bibuntur.

Sed de simplicibus, quae exhiberi solent, hactenus. Porro convenit etiam a serpente percussis purgatio per alvum, uti et sudoris evocatio, et copiosa urinae excretio. Exstant et compositae quaedam potiones, quae polliceri praesidia nuper traditae sunt, uti, quae constat ex opii myrrhaeque singulis obolis et piperis drachmis duabus. Ea melle excipiuntur, et mole aegyptiae fabae dantur cum vino. Similiter rutae sylvaticae seminis, melanthii, cu-

κυμίνου αἰθιοπικοῦ, χαλβάνης, ἀριστολοχίας, ταῦτα πάντα λεανθέντα καὶ φυραθέντα χυλῷ εὐζώμου, ἀναπλάσσονται τροχίσκοι δραχμιαῖοι· διδόναι δὲ ἐξ αὐτῶν μετὰ οἴνου ἡμικοτύλιον[63]. Ταῦτα μὲν περὶ τῶν κοινῇ βοηθούντων· τὰ δὲ ἴδια πρὸς ἕκαστον τῶν ἰοβόλων ἑξῆς εἴποιμεν.

Κεφ. κ'. [*Περὶ θεραπείας τῶν ὑπὸ σφηκῶν καὶ μελισσῶν δεδηγμένων.*[64]] Ἐν τῇ σημειώσει περὶ σφηκῶν καὶ μελισσῶν οὐδὲν διηρθρώσαμεν· εὔδηλα γὰρ πᾶσιν ἦν, καὶ παράσημον ἔχει ἐξαίρετον, οὐδ' ὁτιοῦν φυλασσόμενον· ἐν δὲ τῇ θαραπείᾳ καὶ τούτων οὐκ ἄτοπον μνημονεῦσαι. Πρὸς οὖν[65] τὰς πληγὰς σφηκῶν καὶ μελισσῶν ἁρμόζει μαλάχη καταπλασσομένη, καὶ κρίθινον ἄλευρον σὺν ὄξει, καὶ συκῆς ὀπὸς ἐνσταζόμενος τοῖς δήγμασι, καὶ πυρία δι' ἅλμης ἢ θαλάσσης.

Κεφ. κα'. [*Περὶ τῶν ὑπὸ φαλαγγίων δεδηγμένων.*] Τοῖς δὲ ὑπὸ φαλαγγίων δεδηγμένων ταῦτα ἐπιτιθέναι δεῖ·

63) Sic Ald.; ἡμικοτυλιαίου Asul. et rell.
64) In Ald., Asulan. et Marc. incipit hic liber IX. Dioscoridis.
65) Cornar. primus οὖν addidit: ut in unum contraheret, quae ab Ald., Asul. et Marc. seiuncta essent, cum hic caput primum apud eos inciperet,

mini aethiopici, galbani, aristolochiae, singulorum portiones tritae et cum erucae succo subactae digeruntur in pastillos, quorum singuli drachmam pendeant: datur vero cum vino hemina dimidia. Haec adversus omnes ictus communia sunt. De peculiaribus contra unamquamque bestiam venenatam auxiliis deinceps agendum.

Cap. XX. [*Curatio a vespis et apibus morsorum.*] In doctrina de signis minime de vespis et apibus speciatim disseruimus. Omnibus enim manifesta videbantur, neque eximium quicquam aut notatu dignum in iis observabatur. Inter remedia tamen et eorum (signorum) meminisse haud abs re fuerit. Igitur adversus apum vesparumque ictus prodest imposita malva et hordeacea farina cum aceto, itemque lac ficulneum ictibus instillatum, denique fotus ex muria aquave marina.

Cap. XXI. [*Curatio eorum, quos phalangia momorderint.*] Phalangiorum vero morsibus sequentia imponi

τέφραν συκίνην σὺν ἁλσὶ λείοις μετ' οἴνου πεφυραμένην, ἢ ῥίζαν ἀγρίας ῥόας λελειοτριβημένην, ἢ ἀριστολοχίαν, σὺν κριθίνῳ ἀλεύρῳ καὶ ὄξει δεδευμένην· καταντλεῖν δὲ θαλάσσῃ[66] τὰ ἕλκη, ἢ μελισσοφύλλου ἀφεψήματι, ταύτης δὲ τὰ φύλλα ἐπιπλάσσειν· λουτρὰ δὲ παραλαμβάνειν συνεχέστερον[67] καὶ προποτισμοῖς χρηστέον διὰ τούτων τῶν φαρμάκων, ἀβροτόνου τὸ σπέρμα, ἄνισον[68a], ἀριστολοχία, ἐρέβινθος ἄγριος, κύμινον αἰθιοπικὸν, κεδρίδες λεῖαι, πλατάνου φλοιὸς, καὶ τὸ σπέρμα τῆς τριφύλλου πόας· τούτων δὲ ἑκάστου διδόναι κατ' ἰδίαν <β, μετ' οἴνου κοτύλης α'. Δίδοται δὲ καὶ μυρίκης ὁ καρπὸς ὡςαύτως καὶ χαμαιπίτυος καὶ τῶν χλωρῶν τῆς κυπαρίσσου σφαιρίων τὸ ἀφέψημα κιρνάμενον μετ' οἴνου. Φασὶ δέ τινες καὶ καρκῖνον ποτάμιον χυλισθέντα μετὰ γάλακτος, καὶ προςλαβόντα σελίνου σπέρμα, παραχρῆμα[68b] τῶν ὀχληρῶν ἀπαλλάσσειν.

Κεφ. κβ'. [Περὶ τῶν ὑπὸ σκολοπένδρας δεδηγμένων.] Τοῖς δὲ ὑπὸ σκολοπένδρας δεδηγμένοις κατὰ μὲν τὴν πλη-

66) Paull. addit *θερμοτέρα*.
67) Sic Paull.; *λουτρῷ δὲ λίαν συνεχέστερον* vulgo.
68a) Paull. *ἄνηθον*.
68b) Sic Ald., omissum ab Asul. et sequ.

oportet: ficulneum cinerem, adiecto sale trito cum vino subactum, aut radicem punicae sylvestris ad laevorem tritam, aut aristolochiam cum hordei farina et aceto subactam. Ulcera autem aqua maris perfundenda, aut melissophylli decocto, ac eiusdem folia illinenda. Balnea etiam frequentius adhibenda, itemque potiones e sequentibus; abrotani inquam semine, aniso, aristolochia, cicere sylvestri, cumino aethiopico, cedri fructibus tritis, platani cortice et trifolii herbae semine: seorsim autem singulorum binas drachmas dare convenit cum vini hemina. Exhibetur et tamaricis fructus: similiter et chamaepityos ac viridium expressi globulorum decoctum vino temperatum. Sunt et qui asserant, fluviatilis cancri expressum cum lacte succum, adiecto apii semine, omnibus statim liberare molestiis.

Cap. XXII. [*De scolopendrae morsu.*] A scolopendra morsis sal quam tenuissime tritus ex aceto vulneri

γὴν ἐπιθέσθαι δεῖ λελειοτριβημένον[69] μετ᾽ ὄξους ἅλας, ἢ πήγανον ἄγριον· καταντλεῖν δὲ ὀξάλμῃ τὸν τόπον, πότημα δὲ προςφέρειν ἀριστολοχίαν μετ᾽ οἴνου, ἢ ἕρπυλλον, ἢ καλαμίνθην, ἢ πήγανον ἄγριον.

Κεφ. κγ΄. [Περὶ σκορπίου πληγῆς.[70]] Τοῖς δὲ ὑπὸ σκορπίου πληγεῖσι παραχρῆμα μὲν ἀκριβῶς βοηθεῖ συκῆς ὀπὸς εἰς τὰ τραύματα ἐνσταχθείς· αὐτός τε ὁ πλήξας σκορπίος λειοτριβηθεὶς καὶ ἐπιτεθεὶς τῷ πληχθέντι τόπῳ, τῆς ἰδίας πληγῆς γίνεται βοηθὸς κατά τινα ἀντιπάθειαν, ὡς ἔοικε· μετὰ δὲ τοῦτο ἁρμόζει λεῖος ἐπιτιθέμενος ὁ σκορπίος σὺν ἅλατι καὶ λινοσπέρμῳ καὶ τῇ ἀλθαίᾳ βοτάνῃ· βοηθεῖ δὲ καὶ θεῖον ἄπυρον ἀναληφθὲν ῥητίνῃ τερμινθίνῃ, καὶ ὡς ἔμπλαστρον ἐπιῤῥιφέν· ὁμοίως δὲ καὶ χαλβάνη πλατυνθεῖσα σπληνίου τύπῳ, καὶ καλαμίνθη λεία καταπλασσομένη, καὶ ὠμήλυσις ἐν οἴνῳ σκευασθεῖσα, ἐν ἀφεψήματι πηγάνου· βοηθεῖ δὲ τὸ σπέρμα τῆς τριφύλλου[71] πόας λεαινόμενον καὶ ἐπιῤῥιπτούμενον. Τοπικὰ μὲν οὖν ταῦτα. Μετὰ δὲ τούτων καὶ ποτή-

69) Sic Ald. et Asul.; Corn. λειοτριβόμενον; Paull. λειοτριβημένους.

70) Sic Paull.; vulg. περὶ τῶν ὑπὸ σκ. δεδηγμένων.

71) Ald. τριφυλλίας.

imponendus, vel ruta sylvestris. Locus acida muria fovendus, et danda in potu aristolochia cum vino, aut serpyllum, calamintha etiam, aut ruta sylvestris.

Cap. XXIII. [*De scorpionis ictu.*] Ictis a scorpione praesentissimo est auxilio lac ficulneum in vulnera instillatum. Scorpius etiam ipse, qui ictum vibravit, tritus et percusso loco impositus sui ipsius ictus remedium est, quod antipathia quadam fieri videtur. Praeterea convenit et scorpius tritus, et cum sale, lini semine et althaeae herba impositus. Auxiliatur et sulfur ignem haud expertum, resina terebinthina exceptum, et emplastri modo adhibitum. Similiter et galbanum ad splenii formam diductum, itemque calamintha trita et illita, nec non et cruda farina cum vino subacta, addito rutae decocto. Iuvat etiamnum semen trifolii herbae tritum ac vulneri iniectum. Localia haec sunt. Cum his autem utendum est

μασι χρηστέον ὡς ἀνυσιμωτάτοις· ἔστι δὲ ἀριστολοχίας δίδραχμον, μάλιστα τοῦ φλοιοῦ, σὺν οἴνῳ, γεντιανὴ κεκομμένη, καὶ γλήχων καθεψημένη [72], καὶ δαφνίδες ἀριθμῷ βραχεῖ [73] λειοτριβούμεναι, καὶ καλαμίνθη μετὰ ὀξυκράτου· δεῖ δὲ αὐτὴν ἐπιπολὺ ἑψῆσαι ἐν τῷ ὀξυκράτῳ· καὶ κύπειρος [74] μετ' οἴνου ἢ πηγάνου ὡσαύτως· καὶ συκῆς ὀπὸς, καὶ σίλφιον, εἰ παρείη· μὴ παρόντος δὲ, τῷ παρθικῷ [75] χρηστέον ὀπῷ· ποιεῖ δὲ καὶ ὁ τοῦ τριφύλλου καρπὸς πινόμενος καὶ τὸ τοῦ ὠκίμου σπέρμα· τούτοις δὲ πᾶσιν ἀντιπαρατάσσεται λουτροῦ συνεχὴς χρῆσις [76] μετὰ πολλῆς ἱδρώσεως καὶ οἰνοποσία μετὰ κράματος.

Κεφ. κδ'. [Περὶ τῶν ὑπὸ τρυγόνος θαλασσίας πεπληγμένων.] Τοῖς δὲ ὑπὸ τρυγόνος θαλασσίας πληγεῖσιν ἁρμόζει πάντα τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅσον [77] μικρὸν ὕστερον ἐπὶ τῶν ἐχιοδήκτων ἐροῦμεν.

Κεφ. κε'. [Περὶ δράκοντος καὶ σκορπίου τῶν ἐκ θα-

72) Ex Paullo: ἐπικαθημένη vulgo.
73) Paull. δέκα.
74) Paull. κυπειρίς. Vulgo κυπάρισσος.
75) Ex Paullo, loco vulg. πευκεδάνου. Supra iam ὀπὸς μηδικὸς ἢ παρθικός laudebatur.
76) Sic Ald. et Goup.; τούτοις δὲ πλατύτερον λουτροῦ συνεχῶς χρῆσις Asulan.
77) Sarac. mavult ὅσα.

potionibus ut efficacissimis, quales parantur ex aristolochiae, praesertim corticis, binis drachmis cum vino, e gentiana tusa et pulegio decocto, tritis itidem lauri baccis numero paucis, et calamintha in posca multum decocta. Valet et cyperus cum vino, et ruta similiter: sic et lac ficulneum, et silphium, si affuerit, sin minus, parthico utendum succo. Efficax quoque est epotum trifolii semen, nec non et ocimi. Sed his omnibus aequipollent frequens balnei usus cum multa sudatione, dilutaque potio vini.

Cap. XXIV. [*De morsis a pastinaca marina.*] Quae deinceps a vipera demorsis conferre dicemus, eadem omnia et eodem modo percussis a pastinaca marina conveniunt.

Cap. XXV. [*De marinorum draconis scorpiique*

λάσσης.[78]] Γίνονται δὲ ἰδίως[79] πληγαὶ καὶ ὑπὸ δράκοντος καὶ σκορπίων τῶν ἐκ θαλάσσης· καὶ περιωδυνίας χαλεπὰς φέρουσι, σπανίως δέ ποτε καὶ νομάς· ἁρμόζει δὲ πρὸς τὰς πληγὰς αὐτῶν ποτισμὸς ἀψινθίου ἢ ἐλελισφάκου, ἢ θείου σὺν ὄξει τετριμμένου· καὶ αὐτοὶ δὲ ἀναπτυχθέντες καὶ ἐπιτεθέντες τοῖς τραύμασι τὰς ἰδίας ἰῶνται πληγάς[80].

Κεφ. κϛ'. [Περὶ τῶν ὑπὸ μυγαλῆς δεδηγμένων.] Τοῖς δὲ ὑπὸ μυγαλῆς δηχθεῖσι βοηθεῖ χαλβάνης[81] σπληνίον ἐπιτεθὲν κατὰ τοῦ δήγματος, ὡς φάρμακον μετ' ὄξους λελειοτριβημένον, καὶ κρίθινον ἄλευρον μετ' ὀξυμέλιτος ἐπιπλασθέν· καὶ ἡ αὐτὴ δὲ ἡ δακοῦσα μυγαλῆ ἀναπτυσσομένη καὶ ἐπιτιθεμένη τῆς ἰδίας πληγῆς ἀντιφάρμακόν ἐστι, καὶ γλυκείας ῥοιᾶς ἑφθὰ καταπλασθέντα κοκκία·[82] καὶ πράσα ἑφθὰ καταπλασθέντα καὶ σκόροδα συντετριμμένα καὶ ἡ διὰ τῆς

78) Cod. Paris. habet hanc inscriptionem peculiaris capitis. In Ald. sine inscriptione continuantur sequentia ad verbum. Asulan. ἁρμόζει δὲ proxime post ἐροῦμεν ponit.

79) Cod. Paris. et Sarac. ἰώδεις.

80) E Diosc. 2, 15. sic Marcell. emendavit vulg. αὐτὴ δὲ ἀναπτυχθεῖσα etc., cuius loco Cornar. ex Paullo et Dioscor. 2, 24. καὶ τρίγλη δὲ ἀναπτυχθεῖσα praefert.

81) E Paullo; vulgo χαλβάνη, cuius loco Sarac. suadet χαλβάνη ὡς σπληνίον.

82) Σίδια habent Paull. et Aët.

ictibus.] Peculiares sunt etiam ictus, qui a dracone scorpioque marinis inferuntur, quippe qui acerbissimos dolores, raro etiam depascentia ulcera excitant. Hisce absinthii, aut salviae, vel sulfuris ex aceto triti potio subvenit. Quin et ipsi (pisces), diffissi et vulneribus impositi, propriis ictibus medentur.

Cap. XXVI. [*De muris aranei morsu.*] Demorsis a mure araneo splenium e galbano vulneri impositum per se, aut ex aceto tritum auxiliatur, itemque hordeacea farina ex aceto mulso illita. Quin et mus ipse araneus, qui morsum intulerit, si divulsus imponatur, contra ictum suum remedio est. Idem praestant dulcis mali punici cocculi decocti et illiti. Similiter porri cocti adhibitique, itemque allia contrita, et muriae calidae fotus. Atque

θερμῆς ἅλμης[83] κατάντλησις. Τοπικὰ μὲν ταῦτα· ποτιζόμενον δὲ ἀρήγει ἀβρότονον καθεψηθὲν, εἶτα δι᾽ οἴνου προςφερόμενον· ἕρπυλλος δὲ καὶ χαλβάνη καὶ εὔζωμον διεθέντα οἴνῳ, καὶ κυπαρίσσου τὰ ἁπαλὰ σφαιρία μετ᾽ ὄξους, καὶ κυκλάμινον μετ᾽ ὀξυμέλιτος, καὶ πύρεθρον σὺν οἴνῳ, καὶ χαμαιλέοντος τῆς βοτάνης ἡ ῥίζα. Τινὲς δὲ ἀναγράφουσιν, ὅτι καὶ αὐτὴ λειοτριβηθεῖσα ἡ μυγαλῆ πρὸς τὸ ἴδιον πλῆγμα ποτίζεται· τὴν δὲ ἱστορίαν ταύτην ἐν ἄλλοις κειμένην εὑρόντες, παρασημειώσεως μόνον ἠξιώσαμεν· ἔνιοι δέ φασι μὴ ἄλλως ἑλκοῦσθαι τὸν δηχθέντα, εἰ μὴ ἔγκυος[84] ἡ μυγαλῆ τυγχάνει· τότε οὖν φασὶ βοηθεῖν.

Κεφ. κζ΄. [Περὶ τῶν ὑπὸ ἐχίδνης δεδηγμένων.] Τοῖς δὲ ὑπὸ ἐχίδνης δηχθεῖσι βοηθοῦσι τῶν αἰγῶν αἱ σπύραθοι μετ᾽ οἴνου ἀνατεθεῖσαι[85] σπουδαίως· καὶ δάφνη ὡςαύτως, καὶ ἀβρότονον καὶ χαλβάνη ἀντὶ σπληνίου ἐπιῤῥιπτούμενα, καὶ ὀρίγανος χλωρὰ ἀνεθεῖσα[86], καὶ τῶν ὀρνίθων οἱ νεοσσοὶ ἀναπτυχθέντες καὶ παραχρῆμα προςτιθέμενοι· ὀροβινόν τε ἄλευρον μετ᾽ οἴνου πεφυραμένον· καὶ ῥαφάνου φλοιὸς ἰσχυ-

83) E Paullo *ἅλμης* addidi.
84) Ex Oribas. et Aët. Cornarius restituit. Vulgo *ἐκτός*.
85) Paull. *καταπλασθεῖσαι*. Sarac. mavult *ἀνεθεῖσαι*.
86) Paull. *λεανθεῖσα*.

haec quidem affecto loco imponuntur. Prodest vero potum abrotani decoctum, in vino exhibitum: praeterea serpyllum, galbanum ac eruca, si in vino diluantur, itemque teneri cupressi globuli cum aceto, cyclamen cum aceto mulso, pyrethrum cum vino et chamaeleontis herbae radix. Tradunt nonnulli, tritum murem araneum contra suos ictus commode bibi. Eam traditionem apud alios inventam dignam rati sumus, quae commemoraretur. Asserunt alii, vix ulcerari demorsum, nisi praegnans fuerit mus araneus, ac tum demum auxiliari ferunt.

Cap. XXVII. [*De morsis a vipera.*] Demorsis a vipera fimum caprinum cum vino impositum statim opitulatur: nec non et laurus, abrotanum et galbanum, splenii loco superiecta, nec non origanum viride dilutum: item pulli gallinacei discerpti ac protinus appliciti: ervi farina vino subacta, raphani cortex valide contusus, ut

ρῶς κοπεὶς, ὥςτε λειότατος γίνεσθαι, καὶ σκίλλα ὀπτὴ [87] καὶ χαμαίμηλον λελειωμένα, καὶ ὠμήλυσις δι᾽ ὀξυμέλιτος ἐσκευασμένη, προκατηντλημένου θερμοῦ. Ταῦτα μὲν τοπικῶς ἐπιτιθέμενα· ὠφελεῖ δὲ τοὺς ἐχιοδήκτους καὶ βάτος μετ᾽ οἴνου· ἔνιοι δὲ ἄγχουσαν τὴν λεπτόφυλλον βοηθεῖν ἀφηγοῦνται· [88] πίνεται δὲ καὶ λαγωοῦ τῆς πιτύας ὅσον τριώβολον ἐν οἴνῳ [89], καὶ πράσου χύλισμα ὅσον ἡμικοτύλιον [90] ἐν ἀκράτῳ· καὶ μελισσοφύλλου τῶν φύλλων ὁ χυλὸς, καὶ πήγανον ἄγριον· ταῦτα δὲ ἐν οἴνῳ δεῖ ποτίζειν· καὶ αὐτὴ ἡ οἰνοποσία συνεχῶς παραλαμβανομένη, σκόροδά τε ἐσθιόμενα καὶ κρόμμυα, καὶ πράσα ἁπαλὰ, καὶ τάριχος δριμύτατος καὶ πολυτελέστατος· [91] καὶ τὰ μὲν ἁπλᾶ ταῦτα. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ φάρμακον εὐδοκιμοῦν ἐπὶ τῶν ἐχιοδήκτων [92], ὅπερ ἐστὶ σμύρνης, καστορίου, πεπέρεως, σανδαράχης ἀνὰ < α΄ [93], ἀνήθου σπέρματος ὀξύβαφον τὸ ἥμισυ· ταῦτα λέαινε ἐν γλυ-

87) Paull. ἑφθή.

88) Solus Asul. mendose ἐφικνοῦνται.

89) Sic Ald. Ceteri omittunt ἐν οἴνῳ.

90) E Paullo: κοτύλιον vulgo.

91) Cornar. coniecit πολυετέστατος.

92) Sic Cod. Par. apud Goup. Vulgo ὀφιοδήκτων.

93) Sic Paullus e Lyco. Vulgo ἀνδράχνης ἄνθους καὶ σπέρματος ὀξυβάφου.

tritus appareat: scilla tosta et chamaemelum, quae ad laevorem terantur, et cruda farina ex aceto mulso subacta: sed locus ante calida foveatur. Et haec quidem affectae parti admoventur. Rubus vero intro sumtus contra viperae ictus in vino prodest. Nonnulli et anchusam tenuifoliam auxilio esse prodiderunt. Bibuntur et leporini coaguli oboli terni, et porracei succi semihemina in mero: itemque foliorum melissophylli succus et sylvestris ruta: haec ipsa quoque in vino propinari debent. Quin et ipsa vini potio frequens iuvat, alliorumque, ceparum ac porrorum tenerorum esus, salsamentaque acerrima et exquisitissima. Simplicia haec sunt. Compositum vero medicamentum contra viperarum morsus celebratur, quod e myrrhae, castorii, piperis, sandarachae anethique seminis, singulorum dimidio constat acetabulo: haec

κεῖ κρητικῷ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ τῶν σπουδαίων. Ἐρασίστρατος δὲ ἐν τῷ περὶ δυνάμεων ἀνεγράψατο, καὶ ἄλλα τινὰ πλείονα βοηθεῖν δυνάμενα τοῖς ἐχιοδήκτοις· τὰ δοκιμώτατα δὲ τοιαῦτα·[94] τοὺς τῶν ὀρνίθων ἐγκεφάλους σὺν οἴνῳ πινομένους, καὶ κράμβης ἡμέρου τοῦ σπέρματος ὀξύβαφον λεῖον πινόμενον μετ᾽ οἴνου· ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸν δάκτυλον καταβάπτειν εἰς πίσσαν ὑγράν, ἔπειτα εἰς οἶνον ἀποκλύζοντα πίνειν· τοιαῦτα μὲν πρὸς τοὺς ἐχιοδήκτους.

Κεφ. κη΄. [*Περὶ τῶν ὑπ᾽ ἀμφισβαίνης δεδηγμένων.*] Περὶ ἀμφισβαίνης τοπικῶς ἐπεμνήσθημεν, ὅτι πῶς ταῖς πρὸς τὰς ἐχίδνας ἀναγεγραμμέναις βοηθείαις πέφυκε βοηθεῖσθαι ὁ ἐξ αὐτῆς πληγείς.

Κεφ. κθ΄. [*Περὶ τῶν ὑπὸ δρυΐνου δεδηγμένων.*] Τοῖς δὲ ὑπὸ δρυΐνου πληγεῖσιν ἁρμόζει ἀριστολοχία σὺν οἴνῳ πινομένη, καὶ ἡ τρίφυλλος πόα, ῥίζα δὲ ἀσφοδέλου παραπλησίως λαμβανομένη, καὶ δρυὸς πάσης ὁ καρπὸς πινόμενος· καὶ

94) Haec et quae sequuntur in Ald., ab Asul. ad notha ablegantur.

omnia in passo cretico aut alio quopiam generoso teruntur. Erasistratus eo in libro, quem de facultatibus scripsit, complura etiam alia contra viperarum morsus auxilia tradidit: celebratissima autem sequentia: gallinarum cerebella in vino pota, et brassicae sativae seminis triti acetabulum cum vino bibitum. Utile praeterea censetur, digitum in picem liquidam intingere, ac dein in vinum demergere, potuique hoc dare. Et de iis quidem hactenus, quae contra viperarum morsus auxiliantur.

Cap. XXVIII. [*De amphisbaenae morsu.*] De amphisbena supra agentes iam monuimus, localia remedia eadem ab ipsa percussis adhiberi, quae contra viperarum morsus scripta fuere.

Cap. XXIX. [*De morsu dryini.*] A dryino ictis convenit aristolochia cum vino pota et trifolium herba: similiter et assumta asphodeli radix et quercus cuiusvis

τῆς πρίνου αἱ ῥίζαι κοπτόμεναι καὶ καταπλασσόμεναι τοπικῶς παρηγοροῦσιν.

Κεφ. λ΄. [Περὶ τῶν ὑφ᾽ αἱμόῤῥου καὶ διψάδος δεδηγμένων] Αἱμόῤῥου καὶ διψάδος πρὸς τοῖς πλείστοις[95] *τῶν προγενομένων ἀπηγορεύθησαν, ὡς ἀβοήθητοι αἱ δήξεις· διὸ καὶ τῶν κατ᾽ ἰδιότητα πρὸς τὸ θηρίον τὴν διψάδα ὠφελούντων ἀποροῦσι· δεῖ μὲν οὖν ἀποπειρᾶσθαι τῶν κοινῶν βοηθημάτων· παραχρῆμα δὲ τοὺς κατασχασμοὺς παραλαμβάνειν, τήν τε καῦσιν ποιεῖν, καὶ εἰ ὁ τόπος ἐγχωροίη, τὸν ἀκρωτηριασμόν· ἐφεξῆς δὲ τὰς τῶν δριμέων καταπλασμάτων ἐπιθέσεις, ὑπὲρ ὧν εἰρήκαμεν πολλάκις· χρησιμεύειν οἶδα καὶ δριμυφαγίας, μάλιστα τὰς ἀπὸ τῶν ταριχηρῶν· ἀκρατοποσία τε καὶ λουτρὸν ὠφελεῖ· ταῦτα συνεχῶς ἐκ μικρῶν διαστημάτων πλεονάκις παραληπτέον*[96]*, πρὶν κατασκήψῃ τὸ τῶν νοσημάτων εἶδος· ἐκείνων δὲ ἅπαξ ἐπιφανέντων, οὐδοτιοῦν παρὰ τῆς τῶν ἰατρῶν ἐπικουρίας ὄφελος γίνεται· ἐπὶ δὲ τοῦ αἱμόῤῥου τὰ αὐτά· καὶ πρὸς τούτοις τὰ ἐν τῷ κοινῷ τῶν βοηθημάτων· οἷον τοὺς κατασχασμοὺς καὶ τὰς καύ-*

95) Asul. *τοῖς πληγεῖσι.*
96) Ex Paullo, loco vulg. *καταληπτέον.*

generis fructus epotus. Parti vero ictae ilicis radices tusae et impositae auxiliantur.

Cap. XXX. [*De morsu et haemorrhoi et dipsadis.*] Haemorrhoi dipsadisque morsus a plerisque maiorum nostrorum pro immedicabilibus habentur: quapropter et dubitant, peculiaria quaedam iuvantia contra dipsada suadere. Attamen communia experiri operae pretium fuerit. Protinus ergo scarificationes adhibendae ustionesque, et si locus id permiserit, praecidenda membra. Dein et acria imponenda cataplasmata, quorum saepe meminimus. Deprehendi etiam, acrium esus, praecipue salsamenta, usui esse. Quin et meri potio balneaque iuvant: sed haec continuo et brevibus interiectis temporis spatiis adhibenda sunt, priusquam morbus apparuerit, quo semel oborto nihil iuvare medicorum conatus possunt. In haemorrhoi ictibus eadem valent, et ad haec communia praesidia: scarificationum exemplo et ustionum, acrium esus

σεις καὶ δριμυφαγίας, καὶ ἀκρατοποσίας, καὶ ὅσα ὡρίσαμεν ἐπὶ διψάδος· ἔτι δὲ καὶ ἀμπέλου φύλλα ἑφθὰ σὺν μέλιτι λελειωμένα.

Κεφ. λα'. [Περὶ τῶν ὑφ' ὕδρου δηχθέντων.] Τοῖς ὑφ' ὕδρου δηχθεῖσιν ἁρμόζει ὀρίγανος λεία φυραθεῖσα ὕδατι, κονία τε ἑνεθεῖσα ἐλαίῳ[97], ἢ ἀριστολοχίας φλοιὸς ἢ ῥίζα[98] λειοτριβηθεῖσα, καὶ κρίθινον ἄλευρον σὺν ὕδατι μετὰ μέλιτος συντετηκός· ποτίζεται δὲ καὶ ἀριστολοχίας δίδραχμον ἐν κράματι ὀξυκράτου κυάθοις δυσίν·[99] ἢ πρασίου χυλὸς, ἢ ἀφέψημα ὁποτέρου σὺν οἴνῳ· πρόςφατόν τε κηρίον προςφερόμενον μετ' ὄξους.

Κεφ. λβ'. [Περὶ τῶν ὑπὸ κεγχριδίου δηχθέντων.] Τοῖς δὲ ὑπὸ κεγχριδίου δηχθεῖσι θριδακίνης ὁ καρπὸς μετὰ λινοσπέρμου καταπλασσόμενος βοηθεῖ, καὶ θύμβρα, καὶ ἄγριον πήγανον, καὶ ἕρπυλλος σὺν ἀσφοδέλῳ λελειωμένος· ποτιζόμενα δὲ παραχρῆμα, κενταυρίου τῆς ῥίζης <β' σὺν οἴνου

97) Paull. κονία δρυὸς ἐλαίῳ δευθεῖσα.

98) Interpositum vulgo δρυός expungendum esse, ex Actuario censeo cum Sarac.

99) Ex Paullo, loco vulg. κυάθων ἕξ.

et meri potus, quae ad dipsadem notavimus. Conferunt et vitis folia cocta cum melle et ad laevorem trita.

Cap. XXXI. [*De morsu natricis.*] Morsis a natrice confert origanum tritum aqua subactum, itemque lixivium oleo temperatum, vel aristolochiae cortex aut radix tritae, et hordeacea farina cum aqua et melle colliquefacta. Bibuntur et aristolochiae drachmae binae in poscae dilutae cyathis duobus, aut marrubii succus, vel alterutrius decoctum cum vino. Favus item recens cum aceto exhibetur.

Cap. XXXII. [*De cenchridii morsu.*] Morsis a cenchridio auxiliatur lactucae semen cum lini semine cataplasmatis in modum applicitum: itemque thymbra, sylvestris ruta et serpyllum cum asphodelo tritum. Dantur vero protinus in potu centaurii radicis drachmae binae cum

κυάθοις γ', ἢ ἀριστολοχίας ῥίζα ὡςαύτως· καρδαμόν τε καὶ γεντιανὴ παραπλησίως.[100]

Κεφ. λγ'. [Περὶ τῶν ὑπὸ κεράστου δηχθέντων.] Τοῖς δὲ ὑπὸ κεράστου δηχθεῖσι καὶ ἀσπίδος συντόμως ὁ ἀκρωτηριασμὸς ἐπαμύνει· διόπερ ἀνυπερθέτως ἀποκόπτειν δεῖ, ὅσον τὸ δηχθὲν μέρος, ἢ περισαρκίζειν τὰ δηχθέντα μέρη παραχρῆμα καὶ τὰ τούτοις πλησίον·[1] *εἶτα δὲ τὰ ὑπολειπόμενα τοῖς καυτηρίοις ἀνικμαστέον·*[2] *καὶ γὰρ καὶ τούτοις ὁ ἰὸς οἷος ὁ τοῦ βασιλίσκου.*

Κεφ. λδ'. [Περὶ τῶν ὑπ' ἀσπίδος δηχθέντων.] Τοῖς δὲ ὑπὸ ἀσπίδος δηχθεῖσιν, ὅσα καὶ τοῖς ὑπὸ κεράστου, ὡς προγέγραπται, προσενεκτέον βοηθήματα· ὃν τρόπον γὰρ βοὸς αἷμα ὀξύτατα πήγνυσι τὸ ἐν ταῖς ἀρτηρίαις αἷμα καὶ πνεῦμα[3], *πρὸς τούτων καὶ ὁ ἰὸς, ὥςπερ καὶ ὁ τοῦ βασιλίσκου.*

Κεφ. λε'. [Περὶ τῶν ὑπὸ βασιλίσκου δηχθέντων.] Τοῖς

100) Omnem hunc locum e Paullo transscripsi, praeeuntibus interpretibus priscis et Saraceno et ipso consensu codd. Pariss., quos Goupylus contulit. Lect. vulg.: *καὶ ἕρπυλλος σὺν ἀσφοδέλου* < *β', καὶ σὺν οἴνου κυάθοις γ', ἢ ἀριστολοχίας ῥίζα ὡςαύτως, καὶ καρδάμωμον καὶ γεντιανὴ παραπλησίως.*

1) Ex Paullo, loco vulg. *παραπλήσια.*

2) Itidem ex Paullo; *ἐπακτέον* Ald., Cornar. et Goupyl.; *αἱμακτέον* Asul.

3) Ex Paullo, loco vulg. *πήγνυται.*

cyathis vini ternis, aut aristolochiae radix eodem modo. Similiter et nasturtium et gentiana.

Cap. XXXIII. [*De morsu cerastae.*] A ceraste et aspide ictis cita succurrit extremae partis amputatio. Quare sine mora totam partem ictam resecare oportet, aut tum partes affectas, tum iis vicinas scalpro confestim circumcidere. Tandem vero reliquiae cauteriis exsiccandae, siquidem horum animalium virus basilisci veneno simile est.

Cap. XXXIV. [*De morsu aspidis.*] Ictis ab aspide eadem, quae adversus cerastae morsus, uti modo scriptum est, accommodanda remedia. Horum enim, uti et basilisci virus, haud secus ac taurinus sanguis, sanguinem spiritumque arteriis contentum ocissime coagulat.

Cap. XXXV. [*De basilisci morsu.*] Morsis basilisco

δὲ ὑπὸ βασιλίσκου δηχθεῖσιν, ὥς Ἐρασίστρατός φησι, βοηθεῖ καστορίου < α΄, πινομένη σὺν οἴνῳ· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ τῆς μήκωνος ὀπός.

Τοιοῦτος μὲν ὁ θηριακὸς τρόπος.

Erasistratus auxiliari asserit castorii drachmam unam in vino potam, itidem papaveris succum.

Et haec quidem est ratio medendi ictibus morsibusque venenatorum animalium.

[*ΠΕΔΑΝΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΣ*]

ΠΕΡΙ ΕΥΠΟΡΙΣΤΩΝ ΑΠΛΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΣΥΝΘΕΤΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ ΠΡΟΣ ΑΝΔΡΟΜΑΧΟΝ.

Ἡ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων παράδοσις, τιμιώτατε Ἀνδρόμαχε, τῆς τῶν ποικίλων ἀποδεκτοτέρα πέφυκεν, οὐ μόνον διὰ τὸ εὐπαρακολούθητον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ εὐπόριστον· καὶ διὰ τὸ αὐτῶν τῶν προςφερομένων ἑκάστου τὴν δύναμιν φανερὰν ὑπάρχειν τοῖς προσφερομένοις καὶ χρωμένοις, ἀπολελυμένην καὶ ἀνεπίμικτον ἑτέρου γένους ὑπάρχουσαν, λαμβά-

[PEDANII DIOSCORIDIS ANAZARBEI]

DE FACILE PARABILIBUS TAM SIMPLICIBUS QUAM COMPOSITIS MEDICAMENTIS AD ANDROMACHUM LIBER PRIOR.

Doctrinam de simplicibus medicamentis, spectatissime Andromache, ea, quae de varie compositis agit, gratiorem acceptioremque esse constat: quia non modo intellectu facilior est, sed et expeditior. Adde, quod singulorum, quae exhibentur, vis et facultas, tanquam sincera, soluta et impermixta, utentibus ipsis conspicuam sese praebet, ex iis-

νεσθαί τε ῥαδίως ἐξ αὐτῶν[1] τὸ πρὸς τὰ πάθη κατάλληλον· ὅπερ ἐπὶ τῶν ποικιλωτέρων οὐχ ὁρᾶται γινόμενον φαρμάκων· ἀναφέρεται γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνων, οὐκ ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος τῶν μιγνυμένων ἐνεργείας ἡ δύναμις, ἐπὶ δὲ τὴν ἐκ μίξεως ἀνεκλάλητον ἀλληλουχίαν. Ἀνατίθεμεν δέ σοι τὰ βιβλία τῷ δυναμένῳ ἐπικρῖναι, δι᾽ ἧς ἔχεις ἐμπειρίας τῶν ἡμετέρων πόνων, καὶ διότι ὀφείλεται ἀνδρὶ ἀποδεχομένῳ ἡμᾶς ἡ τοιαύτη χάρις. Ποιησόμεθα δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν περὶ κεφαλὴν συνισταμένων παθῶν, προδιαστειλάμενοι, ὅτι ὅσα ἐν πωτήματος μέρει παραλαμβάνομεν ἐπὶ τῶν ἐντοσθιδίων, ταῦτα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ τῶν κεχρονισμένων ἤδη καὶ τύλον ἐχουσῶν ἐγκρίνομεν διαθέσεων· οὐκ ἀγνοοῦντες μὲν, ὅτι πρόσφατον πάθος διὰ τῆς κοινῆς καὶ ἀπεριέργου θεραπεύεται ἀγωγῆς.

Εὐπόριστα βοηθήματα πρὸς τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν πάθη.

Κεφ. α΄. Πρὸς κεφαλαλγίας προςφάτους δίχα πυρετοῦ

1) Sic Moib.; ἐξ αὐτῆς τὸ ὡς πρός vulgo.

que facile deprehenditur, id quod peculiaribus affectibus curandis apte convenienterque congruit: at in iis medicamentis, quae maiore varietate praedita sunt, haud ita fieri animadvertitur. In iis enim facultas non ad singulares eorum, quae simul miscentur, actiones, sed ad ineffabilem quamdam ipsius mixtionis compagem refertur. Hos autem libellos tibi dedicamus, tum quia pro rerum usu, quo ipse vales, de laboribus nostris iudicium facere potes, tum quia viro nostri studioso talis etiam gratia merito debetur. Porro a capitis affectibus ordiemur, si prius monuerimus, remedia, quae ad interna vitia potionum forma usurpamus, ea nos non nisi in diuturnis, quique iam veluti callum contraxerint, affectibus admittere: quippe qui haud ignoremus, mala recentia communi ac minus operosa curatione sanari.

Parabilia capitis affectuum remedia.

Cap. I. Capitis doloribus recentibus citra febrim

γινομένας ὠφελεῖν πέφυκεν, ἔλαιον ἐμβρεχόμενον τὸ ἐκ τῆς ἀγριάδος ἐλαίας, ῥόδινον, μυρσίνινον, ἀμυγδάλινον, μήλινον, οἰνάνθινον· ποιεῖ δὲ ταῦτα καὶ μετὰ ὄξους, καὶ μετὰ χυλοῦ ἐνίοτε παραμιγνυμένου ἀνδράχνης, ἀειζώου, ἑλξίνης, στρύχνου, τριβόλου χλωροῦ, μυώτου.[2] Ποιεῖ δὲ καὶ τὸ ψύλλιον σὺν ὄξει βραχὲν καὶ ῥοδίνῳ· καὶ τῆλις βραχεῖσα ἐν ὕδατι, καὶ ἑψηθεῖσα ἐπὶ ὀλίγον, ἕως γλισχράσματος αὐτῆς μετὰ ῥοδίνου καὶ ὄξους ἐμβρεχομένης. Κατάπλασμα κεφαλῆς, μετώπου καὶ κροτάφων· ἄρτον μετ' ὀξυκράτου καὶ ῥοδίνου λειώσας ἐπιτίθει.

Κεφ. β'. Πρὸς δὲ τὰς χρονίας κεφαλαλγίας ὀνίνησιν ἐμβρεχόμενα σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ ταῦτα· σπονδύλιον, πευκέδανον, ἄγνου σπέρμα, σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ γλοιοποιηθὲν, ὤκιμον, ἄμωμον, δαφνίδες, ἕρπυλλον, καλαμίνθη, κόνυζα ἡ λεπτόφυλλος, πήγανον, ἀμύγδαλα πικρά· καὶ τὰ ἀποζέματα δὲ τούτων, μιγνύμενα τῷ ὄξει καὶ ῥοδίνῳ, ποιεῖ· πρὸς δὲ τούτοις σκαμμωνία τε καὶ συκαμίνου ὀπὸς, καταπλασσομένου τοῦ μετώ-

2) *Μύωτον* vid. tom. 1. p. 334.

ortis auxilio sunt infusa haec olea: sylvestris olivae, rosaceum, myrtinum, amygdalinum, melinum et oenanthinum: eaque cum aceto, admixto interdum succo portulacae, sempervivi, helxines, solani, tribuli virentis aut myosotidis. Est et efficax psyllium maceratum in aceto cum rosaceo: nec non et e foeno graeco in aqua macerato et leviter cocto extracta muccago, cum rosaceo et aceto itidem irrigata. Capiti vero, fronti ac temporibus cataplasmatis in modum adhibeto panem, cum posca et rosaceo tritum.

Cap. II. Doloribus capitis inveteratis haec cum aceto et rosaceo utiliter irrigantur: Spondylium, peucedanum, viticis semen cum aceto et rosaceo in glutinis molem mutatum, ocimum, amomum, lauri baccae, serpyllum, calamintha, conyza tenuifolia, ruta et amygdalae amarae. Idem praestant eorundem decocta, admixtis aceto et rosaceo: ad haec scammoniae et mori succus, fronti

που καὶ κροτάφων· ἐνίοτε δὲ, εἰ ἐπείγοι, καὶ ὅλης τῆς κεφαλῆς. Ἁρμόζει δὲ μετὰ ἀλφίτου, ἤγουν ἀλεύρου κριθίνου, ἢ ἄρτου ταῦτα· ἡδύοσμον ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, ἀνδράχνη, ὑοςκυάμου φύλλα, στρύχνον, κόριον, σέριδος, πολυγόνου, ἀειζώου, σισυμβρίου τῆς καλουμένης καρδαμίνης· μετὰ ὄξους δὲ καὶ ῥοδίνου μιχθέντα καταπλάσσεται ἄγνου φύλλα, ἀλόη[3], μελίλωτον, μύρτα, ὀξυμυρσίνης καρπὸς, οἰνάνθινον, ῥόδα, ῥίζα ἴριδος ξηρᾶς, ἀγριελαίας ἄνθη, μελάνθιον, σταφὶς ἀγρία μετὰ δαφνίδων, μάλιστα δὲ ἐπὶ τῶν χρονίων· σήσαμον ὁμοίως, αἴρινον ἄλευρον μετὰ στέατος χοιρείου· καὶ τὸ αὐτὸ ἐπὶ τῶν κεχρονισμένων ἤδη· ἢ κάρδαμον φώξας λεῖον, ἀναλάμβανε ὄξει καὶ ῥοδίνῳ, καὶ ἔμπλασον ἐπὶ τοῦ μετώπου· ἢ κάρυα ποντικὰ καὶ πήγανον ὀλίγον, λεῖα σὺν ῥοδίνῳ· ἢ ὀρίγανον λεῖον σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ φυράσαι, ἢ σικύου ἀγρίου ῥίζαν ξηρὰν λείαν σὺν οἴνῳ ἀμυναίῳ[4] ἢ ἴρεως λείας ὀξύβαφον, καὶ πεπέρεως κόκκους ἑπτὰ, σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ.

3) Repetuntur vulgo *ἀμύγδαλα πικρά*, quae iam supra.

4) Vulg. *καμηναίῳ*.

ac temporibus adhibitus: interdum etiam, si dolor urgeat, toti capiti. At cum polenta farinave hordeacea aut pane conveniunt isthaec: menta seu recens, seu arida, portulaca, hyoscyami folia, solanum, coriandrum, intybi folia, itemque polygoni sempervivi, et sisymbrii, quod cardamine dicitur. Aceto vero et rosaceo mixta haec imponuntur: viticis folia, aloë, melilotus, myrti baccae, rusci fructus, oenanthe, rosae, radix iridis sicca, oleastri flores, melanthium, staphis agria cum lauri baccis, praesertim in diutinis doloribus: sesamum similiter, loliacea farina cum adipe suillo, idemque in affectibus iam inveteratis. Aut nasturtium tostum et tritum excipe aceto et rosaceo, frontique alline: aut nucibus avellanis et pauca ruta tritis cum rosaceo eodem modo utitor: aut origanum tritum cum aceto et rosaceo subigito, aut cucumeris sylvestris radicem tritam cum vino aminaeo: aut denique iridis tritae acetabulum, additis piperis granis septem cum aceto et rosaceo.

Κεφ. γ΄. Πταρμικὰ, ἐγχεόμενα ταῖς ῥισὶ σὺν μέλιτι, καθαίρει καὶ διὰ στόματος ὠφελίμως· χρώμεθα δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τῶν κεχρονισμένων κεφαλαλγιῶν, καὶ πρὸς μηδὲν τῶν ἄλλων βοηθημάτων ὑπακουουσῶν. Ἀναγαλλίδος χυλὸς, πρασίου, κυκλαμίνου ῥίζης, ἀνεμώνης ῥίζης, σικύου ἀγρίου ῥίζης, χελιδονίου τοῦ μικροῦ τῶν ῥιζῶν, κισσοῦ φύλλων, κράμβης φύλλων, τευτλίου λευκοῦ τῆς ῥίζης· ἴρινον μῦρον. Ξηρὰ δὲ λεῖα ἐγχεῖται σὺν μέλιτι στρουθίον, δαφνοειδοῦς σπέρμα, ἶρις ξηρὰ, ἐλλέβορος λευκὸς, καστόριον, νίτρον, σάμψυχον, πέπερι, σταφὶς ἀγρία, μελάνθιον σὺν ἰρίνῳ, ἐλατήριον σὺν ὕδατι.

Κεπ. δ΄. Ὑποθυμιώμενον δὲ ταῖς ῥισὶ διὰ τῆς τῶν ἀτμῶν ἀναδόσεως, ὠφελεῖ ἄνισον. Ὠφελεῖ δὲ κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς παραλαμβανόμενα καὶ τὰ πταρμικά· ἔστι δὲ ἐλλέβορος καὶ καστόριον, πέπερι, στρουθίον, σίνηπι, ἰὸς ξυστὸς, τριχομανὲς λεῖον ἐντιθέμενον ταῖς ῥισὶν, καὶ ἡ λεγομένη πταρμικὴ πόα.

Κεφ. ε΄. Καὶ οἱ ἀποφλεγματισμοὶ δὲ οὐκ ἀνωφελῶς ἐπὶ τῶν χρονίως κεφαλαλγούντων παραλαμβάνονται. Ἐπι-

Cap. III. Sternutatoria, quae naribus infunduntur cum melle, utiliter etiam per os evacuant. Iis autem utimur in antiquis capitis doloribus, quique aliis nullis cedunt auxiliis. Sunt autem succi anagallidis, marrubii, radicum cyclaminis et anemones, itemque cucumeris agrestis et chelidonii minoris. Itidem foliorum hederae et brassicae, nec non et radicis betae albae: praetereaque irinum unguentum. Sicca vero tritaque cum melle infunduntur struthium, daphnoidis semen, iris sicca, helleborus albus, castorium, nitrum, sampsuchum, piper et staphis agria: itemque melanthium cum irino unguento, et elaterium ex aqua.

Cap. IV. Erit et utile suffitus excitare, quorum vapores naribus excipiantur, uti ex aniso. Iuvant et convenientibus adhibita temporibus sternutatoria: qualia sunt helleborus, castorium, piper, struthium, sinapi, et aerugo rasilis: trichomanes itidem tritum naribus inditum, uti et ptarmica dicta herba.

Cap. V. Quin et apophlegmatismi haud inefficaciter usurpantur in his, qui diuturno capitis dolore infestantur.

τηδεύονται δὲ διαμασσωμένων τούτων, δαφνοειδοῦς σπέρματος, καππάρεως τοῦ ἐκ τῶν ἀγρίων καρποῦ, κρίθμου, καρδάμου καρποῦ, μαστίχης, νάπυος, πεπέρεως στρογγύλου καὶ μακροῦ, πυρέθρου, καὶ σταφίδος ἀγρίας, μετὰ νίτρου καὶ πεπέρεως· (καίει δὲ ἀρτηρίαν·) ἀνεμώνης ῥίζα, σταφὶς ἐκγεγαρτισμένη μετὰ πεπέρεως, θύμον, ὕσσωπον, στρουθίον· ὑπατμιζόμενα δὲ πρὸς ὠφελείας καθίσταται θάλασσα θερμὴ σὺν ὄξει ἑψομένη.

Κεφ. ϛ΄. Εἰ δέ ποτε ἀναγκαζόμεθα δι' ὑπερβολὴν ἀλγημάτων ἐπὶ ποικιλωτέρας ἔρχεσθαι βοηθείας, χρησόμεθα ἐκ τῶν προειρημένων καὶ καταντλήμασιν, ἐψιλωμένης τῆς κεφαλῆς, ἀποζέματι κυπαρίσσου, δάφνης, μήκωνος κωδίων ξηρῶν, ἄγνου φύλλων, καὶ καρποῦ μήκωνος τῆς ῥοιάδος τῶν κεφαλῶν· χρώμεθα δὲ τούτοις καὶ ἐπὶ τῶν φρενιτικῶν· ὑπνωτικὰ γὰρ ἄγαν καθεστήκασι.

Κεφ. ζ΄. Καταῤῥους δὲ τοὺς ἐν μυκτῆρσιν ἐφίστησιν, ἄσφαλτος ὑποθυμιωμένη, σμύρνα διαχριομένων τῶν μυκτήρων, κυάμινον ἄλευρον σὺν σκορόδῳ ῥοφούμενον· μελάνθιον

In eum vero usum commode commanducatur daphnoidis semen, capparis agrestis fructus, crithmi et nasturtii semina, mastiche, sinapi, piper rotundum aeque ac longum, pyrethrum et staphis agria cum nitro et pipere: (sed haec fistulam spiritalem adurunt:) anemones radix, uva passa, extractis vinaceis, cum pipere, thymus, hyssopus, struthium. Est et utilis vaporatio ex aqua marina calente in aceto cocta.

Cap. VI. Sin doloris acerbitas nos ad alia magis composita transire cogat auxilia, post ante memorata, abraso prius capite, perfusionibus utemur e decocto cupressi, lauri, capitulorum papaveris siccorum, viticis foliorum et seminis, quod papaveris erratici capitulis continetur. Sed his utimur etiam in curandis phreniticis: sunt enim somnifera.

Cap. VII. Catarrhos, qui in nares feruntur, inhibent bitumen suffitum, myrrha naribus illita, et farina fabarum cum allio absorpta. Confert et nigella plurimum

ὀσφραινόμενον ὠφελεῖ μεγάλως, κυπαρίσσου σφαιρίου σπέρμα, τετριμμένον μετὰ οἴνου καὶ ἀναῤῥοφηθὲν τῷ μυξωτῆρι.

Κεφ. η΄. Πταρμοὺς δὲ κινοῦσι παρακρατηθεῖσαι τοῖς δακτύλοις αἱ ἐγκανθίδες φλέβες καὶ ῥίνες· παύει δὲ πταρμοὺς συνεχεῖς ὠκίμου σπέρμα λεῖον, καὶ ἡ πόα ἀποσφραινομένη.

Κεφ. θ΄. Τοῖς δὲ σειριῶσι παιδίοις ὠφελίμως κατὰ τοῦ βρέγματος ἐπιτίθεται ἡλιοτροπίου τοῦ σκορπιούρου καλουμένου φύλλα, κολοκύνθης ξέσματα, σικύου τοῦ πέπονος τὸ ἐπικείμενον τῇ σαρκὶ δέρμα, στρύχνου κηπαίου τῶν φύλλων χυλὸς μετὰ ῥοδίνου.

Κεφ. ι΄. Ἐπὶ δὲ τῶν μετὰ πυρετοῦ τὴν κεφαλὴν πεπονθότων, ὡς ἐπὶ φρενιτικῶν καὶ ληθαργικῶν, ἁρμόζει ἰδίως ἄγνου σπέρμα μετ᾽ ἐλαίου ἑψηθὲν καὶ ἐπιβρεχόμενον· ἀμύγδαλα πικρὰ σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ, πήγανον σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ, καὶ ἕρπυλλον ὁμοίως, κισσοῦ τῶν φύλλων χυλὸς, καστόριον, ἢ πευκέδανον, ἢ σφονδύλιον μετὰ ῥοδίνου καὶ ὄξους,

olfactu, itemque cupressi globulorum semen cum vino tritum et in nares attractum.

Cap. VIII. Sternutamenta excitantur, si digitis firmiter prehendantur nares simul et venae ad oculorum angulos sitae. Contra sistuntur sternutationes continuae herbae ocimi aut seminis eiusdem contriti odore.

Cap. IX. Siriasi laborantibus puerulis ex usu sunt haec sincipiti imposita: heliotropii, quem scorpiurum vocant, folia, cucurbitae ramenta, cucumeris, qui pepon dicitur, cutis carni incumbens, solani hortensis e foliis succus cum rosaceo.

Cap. X. His, quibus cum febre caput male affectum est, veluti phreniticis atque lethargicis, privatim ista conveniunt: lini semen cum oleo coctum et instillatum, amygdalae amarae cum aceto et rosaceo, ruta itidem cum aceto et rosaceo, similiterque serpyllum, hederaceorum foliorum succus, castorium, aut peucedanum, aut sphondylium cum aceto et rosaceo: ruta denique et lini semen

πήγανον καὶ λίνου σπέρμα πεφωγμένον ἡσυχῇ, ἀναληφθέντα κηρωτῇ καὶ ἐπιτεθέντα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ μέτωπον.

Κεφ. ια΄. Ὑπνοποιὰ δὲ καθέστηκεν καταπλασσόμενα κατὰ τοῦ μετώπου καὶ μυκτῆρσι προςαγόμενα, καρπὸς ὠκίμου, ἀτρακτυλίδος, μήκωνος ὀπὸς, ὑοςκυάμου καρπὸς καὶ φύλλα, ἁλικακάβου ὁμοίως· καὶ τὰ μωρίου φύλλα· εἶδος δέ ἐστι μανδραγόρου· στρύχνου ῥίζης τοῦ ὑπνωτικοῦ φλοιὸς, βακχάριδος φύλλα· ἔστι δὲ εὐώδη· μαράθρου[5] φύλλα ἑψηθέντα ἐν οἴνῳ, τῶν μυξωτήρων διαψώμενα, κρόκινον, μετώπιον, κύπρος· ἄνθη μανδραγόρου, ὀπὸς καὶ ῥίζα καὶ καρπός· καὶ μήκωνος ὁμοίως, καστόριον, σμύρνα.

Κεφ. ιβ΄. Πινόμενα δὲ ὕπνον ποιεῖ· μηκωνείου < α΄, μετὰ στύρακος καὶ σμύρνας ἴσων, δίδου ὀρόβια γ΄. ἢ μανδραγόρου ὀβόλους δύο μετὰ τῶν προγεγραμμένων ἴσων. ἢ τῶν ῥιζῶν τὸ ἀπόβρεγμα, κυάθων δύο λαμβανομένων· ἢ ὀποῦ μήκωνος ὅσον ὄροβος καταπινόμενος· ἢ τὰ φύλλα τοῦ μήκωνος ἀντιλαμβανόμενα, ἐσθιόμενα· θρίδακος ἀγρίας ὀπὸς

5) Sic coniecit Sarac.; vulg. μελαθρῶν; Moiban. μαλαβάθρου.

leviter tostum, si cerato excipiantur et capiti frontique adhibeantur.

Cap. XI. Somni porro conciliandi vim habent haec imposita fronti cataplasmatum more, vel naribus admota: semen ocimi et atractylidis, papaveris liquor, semen ac folia hyoscyami, similiterque halicacabi, morii, quae species est mandragorae, folia, solani somniferi e radice cortex, baccharis folia, quae quidem odorata sunt, foeniculi folia in vino decocta et naribus affricta, crocinum unguentum, metopium, cyprus, mandragorae similiterque papaveris flores, liquor, radix et semen, castorium, myrrha.

Cap. XII. Haec vero sumpta somnos alliciunt: meconii drach. j. cum styracis ac myrrhae pari pondere misceto: dosis, quanta est trium ervi granulorum magnitudo. Aut mandragorae obolos duos cum ante memoratorum pari pondere exhibeto. Aut infusi, quod ex eiusdem radicibus paratur, cyathos duos. Aut papaveris liquor ervi magnitudine deglutiatur: aut papaveris folia in cibo sumantur. Idem praestant lactucae sylvestris ae-

καὶ ἡμέρας πινόμενος, καὶ αὐταὶ δὲ ἐσθιόμεναι. Χρώμεθα δὲ τοῖς ὑπνωτικοῖς καὶ ἐφ᾽ ὧν ἔστι χρόνια τὰ πάθη, ὅτε τεμνόμενός τις ἢ καιόμενος ἀναντίληπτος ἐθελήσειε τῶν ἀλγηδόνων γίγνεσθαι.

Κεφ. ιγ΄. Δακτυλίῳ δὲ προσαγόμενα ὕπνον ποιεῖ μανδραγόρου ἢ μήκωνος ὀπὸς ἀνεθεὶς, καὶ σὺν ἐρίῳ προστεθείς.

Κεφ. ιδ΄. Ἐγερτικὴν ἔχει δύναμιν, ἐπὶ ληθαργικῶν ταῖς ῥισὶ προσαγόμενα, ὄξος, ἐλλέβορος λευκὸς, σίνηπι, πέπερι, καστόριον, στρουθίον, σφονδύλιον, πευκέδανον, φώκης πυτία, κεδρία, πίσσα ὑγρὰ, πήγανον, ἀβρότονον, ἐλλύχνιον κεκαυμένον, κάρδαμον, πίττα ὠμὴ, σιλφίου ὀπὸς, κρόμμυον, σκόροδον, χαλβάνη, ἄσφαλτος, κνίδη προσαγομένη σκέλεσι καὶ μετώπῳ· ὕδατος πολλοῦ καὶ ψυχροῦ, ἢ ὄξους κατάντλησις· σίνηπι λεῖον σὺν ὄξει καταχριόμενον κατὰ τῶν σκελῶν καὶ χειρῶν ἄκρων· ἐκ τοῦ ῥύπου τοῦ ὠτὸς τοῦ ὄνου ἄλειφε τὸ μέτωπον τοῦ ἔχοντος. Ἄλλο, μὴ διεγερτικὸν, ἀλλὰ ὑπνωτικόν·[6] λιβάνου, σμύρνης, μανδραγόρου μέλανος

6) Sarac. correctio. Lectio vulg. ἄλλο διεγερτικὸν καὶ ὑπνωτικόν.

que ac sativae liquor haustus, ac ipsae quoque lactucae esitatae. Ceterum utimur et somnificis in diuturnis affectibus, cum quis sectionem ustionemve admissurus cruciatuum sensum cupit subterfugere.

Cap. XIII. Accersit et somnum mandragorae aut papaveris liquor, si dilutus lana excipiatur anoque subdatur.

Cap. XIV. Lethargicos excitare valent haec admota naribus: acetum, helleborus albus, sinapi, piper, castorium, struthium, sphondylium, peucedanum, vituli marini coagulum, cedria, pix liquida, ruta, abrotanum, ustus lucernae funiculus, nasturtium, pix cruda, laserpitii liquor, cepa, allium, galbanum, bitumen, urtica cruribus et fronti admota, frigidae copiosae aut aceti perfusio, tritum sinapi ex aceto cruribus et manibus extremis illitum. Aliud: asininae auris sordibus aegri frontem illine. Aliud, quod non quidem excitat, sed somnum potius allicit: turis, myrrhae, radicis siccae nigrae mandra-

τῆς ῥίζης ξηρᾶς ἀνὰ < β′, ὀπίου μήκωνος < α′, τρίψας, μίξας μετὰ ῥοδίνου ἐλαίου, καὶ ἀναλαβὼν εἰς ῥάκος λινοῦν ὀσφραίνου.

Κεφ. ιε′. Ὑποθυμιώμενα δὲ ἐγείρει λίθος κάτωθεν τῇ σαμίᾳ γῇ εὑρισκόμενος, λωτοῦ τοῦ δένδρου πρισμάτων τὸ ἀπόβρεγμα, καστόριον, βαλσάμου καρπὸς μεθ᾽ ὕδατος, ὃς καὶ τοὺς σκοτωματικοὺς ὠφελεῖ ἐν ἐμβρέγματι, λίθος γαγάτης, πευκέδανον, ἄσφαλτος, χαλβάνη, σφονδύλιον, σαγαπηνὸν, λειχὴν ἵππων, ἡμιόνου, ἐλέφαντος ὄνυξ, καὶ ξύσμα ὀδόντων, κέρας ἐλάφου, φώκης πυτία καὶ ἐρίφου, τράγου ῥύπος, κροκοδείλου στέαρ, ἀβρότονον, σίλφιον. Πινόμενα δὲ ἐγείρει λίθος ὁ ἐν τῇ σαμίᾳ γῇ εὑρισκόμενος, λωτοῦ τοῦ δένδρου πρισμάτων τὸ ἀπόβρεγμα, καστόριον, βαλσάμου καρπὸς μεθ᾽ ὕδατος.

Κεφ. ις′. Καὶ τοὺς σκοτωματικοὺς δὲ ὠφελεῖ ἐμβρέγματα τὰ προγεγραμμένα ἐπὶ τῶν κεφαλαλγούντων· διεγείρει δὲ αὐτοὺς ὅσα καὶ τοὺς ληθαργικούς.

Κεφ. ιζ′. Χρᾶσθαι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μαινομένων, ἐπι-

gorae ana drachmas ij., opii drachmam j., terito et cum rosaceo misceto, tandemque panniculo lineo excepta olfacito.

Cap. XV. Suffitu vero excitant haec: lapis, qui sub samia terra reperitur, loti arboris ramentorum dilutum, castorium, balsami semen ex aqua (quod vertiginosos itidem irrigatum adiuvat), lapis gagates, peucedanum, bitumen, sulphur, galbanum, sphondylium, sagapenum, lichen equorum, muli et elephantis ungula, eboris ramentum, cornu cervinum, vituli marini, itemque hoedi coagulum, hirci sordes, adeps crocodili, abrotanum et silphium. Excitant et haec in potu sumpta: lapis, qui in samia terra reperitur, loti arboris ramentorum dilutum, castorium, semenque balsami ex aqua.

Cap. XVI. Vertiginosis utiles sunt irrigationes, quas antea caput dolentibus convenire diximus. Eosdem etiam excitant quaecunque lethargicos expergefaciunt.

Cap. XVII. Furiosos itidem iuvabunt irrigationes,

βρέγμασι τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ κεφαλαλγίας. Ποτήματα δὲ ὠφελεῖ τοὺς μαινομένους, ἱππομαράθρου ῥίζα καὶ τὸ σπέρμα σὺν ὕδατι, βρυωνίας ῥίζας < α′, μεθ' ὕδατος καθημερινὴ σὺν μελικράτῳ· καὶ λίθος ὁ ἐν τῇ σαμίᾳ γῇ εὑρισκόμενος, ῥητίνης λιβυκῆς < α′, μεθ' ὕδατος πινομένη· θυμιᾶται δὲ ἐπ' αὐτῶν ὠφελίμως, ὅσα ἐπὶ ληθαργικῶν ἱστόρηται.

Κεφ. ιη′. Ἐπιληπτικοὶ δὲ ὠφελοῦνται, ἐάν τις τὰς χοιράδας αὐτῶν μέχρι τοῦ τραχήλου γαλῆς αἵματι καταχρίσῃ· ὠφελεῖ δὲ καὶ ἑφθὴ ἐσθιομένη γαλῆ, χωρὶς τῶν ποδῶν αὐτῆς καὶ κεφαλῆς· καὶ τὸ ἧπαρ δὲ αὐτῆς μεθ' ὕδατος πινόμενον ὠφελεῖ· καὶ ἧπαρ ὄνειον ἐσθιόμενον· νήστεις δὲ λαμβανέτωσαν· ἢ λέοντος χολὴν μίξας, μέλιτι ἀπόθου, καὶ δίδου ἐντεῦθεν κοχλιάριον ἓν μεθ' ὕδατος ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ, προκαθαίρων τούτῳ· κρόκου [7] *ὀβ. γ′, νάρδου ὀβ′. β′, ἐλλεβόρου μελανος ὀβ. α′, σκαμμωνίας < δ′, νίτρου < β′ μέλιτι ἀναλάμβανε, καὶ δίδου < β′ μετὰ μελικράτου. Ποιεῖ καὶ πελαργοῦ κόπρος μεθ' ὕδατος, ἢ μετ' ὀξυμέλιτος· καὶ ἀγα-*

7) Sarac. mavult *κνίκου*, ut purgans vis augeatur; sed helleborus cum scammonia iam sufficiunt.

quarum usum in capitis doloribus esse diximus. Iisdem porro in potu conferunt hippomarathri radix et semen ex aqua, bryoniae radicis itidem drach. j. ex aqua aut melicrato quotidie sumpta, nec non et lapis, qui in samia terra reperitur, ac resinae itidem africanae drach. j. ex aqua pota. His praeterea suffitus iidem adhibentur, quos lethargicis ascripsimus.

Cap. XVIII. Comitiales iuvantur, si eorum glandulae ad collum mustelae sanguine perungantur. Sed et ipsa mustela confert, abiectis capite ac pedibus cocta, et in cibo sumpta: veluti et iecur eiusdem ex aqua potum, itemque iecur asininum esitatum, idque ieiuno ventriculo. Aliud: fel leoninum melli admixtum serva, et de eo exhibe cochlear unum ex aqua ad dies septem, purgato tamen prius corpore sequenti medicamento: Croci obolos tres, nardi ob. ij., hellebori nigri ob. j., scammoniae drach. iiij., nitri drach. ij. melle excipito, et drachmas duas ex aqua mulsa potui dato. Prodest et ciconiae fimum ex aqua

ρικοῦ ὀβ. γ', πευκεδάνου τὸ αὐτό· καὶ φώκης πυτίας ὀβ. α', συνειληφέντα λεῖα· ἢ ὀνώνιδος ῥίζας ἐν ὀξυμέλιτι εἰς τὸ ἥμισυ ἕψει. Πίνεται ὠφελίμως σὺν ὀξυκράτῳ αἰγείρου καρπός· ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος < α', αἷμα δὲ ἄγει, πηγάνου ἀγρίου σπέρμα· ἀκόνης ναξίας τὸ ἀπότριμμα, καὶ τοῦ πρὸς αὐτὴν ἀκονηθέντος σὺν ἐλαίῳ σιδήρου· πυτία λαγωοῦ ἢ νεβροῦ· σφονδύλιον σὺν ὕδατι· βρυωνίας ῥίζης < α', καθ' ἡμέραν εἰς ἐνιαυτὸν λαμβανομένη· στρύχνου τοῦ τὸν καρπὸν ἔχοντος πυῤῥὸν ῥίζα ξηρά· βαλσάμου καρποῦ < ϛ'.[8] ἢ φώκης πυτία μετὰ ἵππου λειχήνων· καὶ αὐτοὶ δὲ καθ' ἑαυτοὺς λειχῆνες· ἴου ἀγρίου ἄνθος· λίθος ἄσσιος μετὰ μέλιτος, ἐπὶ παιδίων· καρδαμώμου < α', λωτοῦ τοῦ δένδρου τῶν πρισμάτων ἀπόβρεγμα· πενταφύλλου φύλλα λ', καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπὶ ἡμέρας λ', πινόμενα καθ' ἑαυτά· πίνεται δὲ καὶ χελώνης χερσαίας καὶ θαλασσίας αἷμα· ποιεῖ δὲ καὶ ἑψηθεῖσα καὶ ἐκλειχομένη· ἀρνόγλωσσον ἐσθιόμενον· ὄξος σκιλλητικὸν καταῤῥοφούμενον ὀποῦ φύλλον, ἢ ὀπὸς σὺν τροφῇ λαμβανό-

8) Aëtius < γ'.

vel aceto mulso. Itidem agarici ob. iij., peucedani tantundem, et coaguli phocae obolus unus terantur, simulque misceatur. Aut: radices ononidis in aceto mulso coquito ad medias. Utiliter quoque bibitur ex posca populi nigrae fructus, nec non ammoniaci thymiamatis drach. j., (sed sanguinem educit:) rutae sylvestris semen, quod e cote naxia ferro exacuendo deteritur, cum oleo, leporis aut hinnuli coagulum, sphondylium ex aqua: radix bryoniae drach. j. pondere sumpta quotidie ad annum integrum: solani, quod fulvum gerit fructum, radix sicca, balsami semen pondere drach. vj. Sic et phocae coagulum cum lichenibus equorum, ac ipsi quoque lichenes per se, flos violae agrestis, lapis assius cum melle, in puerulis: cardamomi drach. j., loti arboris ramentorum dilutum. Conveniunt et quinquefolii folia tricena, diebus triginta per se pota. Bibitur et sanguis testudinis tam marinae quam terrestris: eadem etiam cocta et delincta proficit: plantago esitata prodest, acetum scilliticum absorptum, silphii semen, aut ipse liquor in cibis sumptus,

μενος, ἐπιῤῥοφεῖν δὲ ὑδρόμελι. Ποιεῖ καὶ τοῦτο· γαλῆς κοιλίαν κορίῳ πληρώσας ξήρανον, καὶ δίδου ἐξ αὐτοῦ μεθ' ὕδατος, ἢ ὄξους· ἢ λίθον σεληνίτην ἀποξύων δίδου· ἢ μήκωνος ἀφρώδους καρπὸς, ὀξυβάφου πλῆθος· ὄνυχος ὀνείου κεκαυμένου κοχλιαρίων β' πλῆθος· ὠφελεῖ δὲ καὶ ἡ ὑπὸ τὴν γλῶσσαν φλὲψ ἐντμηθεῖσα κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος ὡς ἐπὶ δάκτυλον· κνίδη λεία καταπλασθεῖσα· καὶ ταῖς ῥισὶ δὲ ἐντίθεται ὠφελίμως χολὴ χελώνης θαλασσίας.

Κεφ. ιθ'. Περιαπτόμενον δὲ ἱκανῶς ὠφελεῖ τοῦτο τοὺς ἐπιληπτικούς· χελιδόνων νεοσσούς ἀνασχίσας ἐκ τῆς πρώτης νεοσσιᾶς, εὑρήσεις λίθους ἐν τῇ γαστρὶ δύο, ποικίλον ἕνα, καὶ τὸν καθαρὸν ἕνα· τοὺς δύο δὴ πρινὴ χαμαὶ τεθῆναι, ἔνδησον εἰς δέρμα γαλῆς, ἢ πλατυκέρωτος ἐλάφου, καὶ περίαψον τραχήλῳ ἢ βραχίονι· διηνεκῶς δὲ ἐχέτω τοῦτο, χαμαὶ μηδέποτε τιθείς· λάμβανε δὲ μεταξὺ αὐξομένης τῆς σελήνης τοὺς λίθους· τοῦτο ἂν προςάψῃς ἐπιληφθέντι, διεγερθήσεται.

Κεφ. κ'. Ἀνακαλεῖται καὶ τοὺς ἐπιλήπτους σίνηπι μετ'

dummodo aqua mulsa superbibatur. Efficaciter etiam auxiliatur mustelae ventriculus coriandro refertus et exsiccatus, si de eo bibendum detur ex aqua vel aceto. Aliud: lapidis selenitis derasum pulverem exhibeto, aut papaveris spumei semen acetabuli mensura, aut ungulae asininae ustae cochlearia duo. Iuvat et venam, quae linguae parti dextrae subiacet, ad digiti ferme spatium incidere. Valet et urtica trita et adhibita. Naribus vero fel testudinis marinae utiliter inditur.

Cap. XIX. Inter amuleta comitiales hoc potenter adiuvat: Hirundinum pullos primae feturae diffindito: in eorum ventre duos invenies lapillos, unum quidem colore varium, alterum purum et unicolorem. Hos, priusquam terram attigerint, pelli mustelae aut cervi platycerotis illigato, et e collo brachiove suspendito continenter gestandos, ita ut nunquam humi deponantur. Sunt porro hi lapilli, dum luna crescit, inquirendi. Hoc eodem amuleto, quem accessio comitialis invaserit, si contigeris, excitabitur.

Cap. XX. Excitant et comitiales sinapi cum aceto

ὄξους ὀσφραινόμενον, χαλβάνη ὑποθυμιαθεῖσα. Κἂν διέλῃς δὲ ἐξ οὐδηποτοῦν μέρους τὸ σῶμα ἀπ᾽ αὐτῶν, καὶ τῷ ἀποῤῥέοντι αἵματι διαχρίσῃς τὸ στόμα, εὐθέως διεγείρονται.

Κεφ. κα΄. Ἐλέγχει δὲ ἐπιληπτικοὺς θυμιώμενα, ἄσφαλτος, γαγάτης λίθος, κέρας αἴγειον. Ἐσθιόμενα δὲ, ἧπαρ τράγειον, ἡ ὀσμή τε ἀπ᾽ αὐτοῦ ὀπτωμένου ἀναφερομένη.

Κεφ. κβ΄. Πρὸς δὲ τοὺς ὑπὸ τῶν ἐφιάλτων συνεχῶς πνιγομένους ἰῶνται γλυκυσίδης οἱ μέλανες κόκκοι ιε΄, ποθέντες μεθ᾽ ὕδατος πολλάκις.

Κεφ. κγ΄. Ἀμέθυστα δέ ἐστιν ἀμυγδαλῶν πικρῶν ἀποβρέγματος κύαθος εἷς πινόμενος, ἐλάφειον ταριχηρὸν ὀπτὸν προεσθιόμενον, ἢ οἶνος ἀψινθίτης προπινόμενος, ἢ μυρτίτης, ὁμοίως λαμβανόμενος, καὶ τὰ μύρτα ἐσθιόμενα, καὶ πηγάνου ἀπόζεμα πινόμενον.

Κεφ. κδ΄. Ἐπιπινόμενα δὲ μέθην σβεννύει κενταυρίου τοῦ λεπτοῦ ἀπόζεμα, ἱερᾶς βοτάνης τὸ σπέρμα μεθ᾽ ὕδατος ποθὲν, καὶ κράμβη ἐπεσθιομένη, καὶ ῥάφανος.

olfactum et suffumigatum galbanum. Quin etiam confestim revocabitur aeger, si quamcunque libuerit illius corporis partem compunxeris, mananteque inde sanguine os ipsius perunxeris.

Cap. XXI. Suffitu vero comitiales arguunt bitumen, lapis gagates et cornu caprinum: iecoris itidem caprini assati nidor, et ipsum quoque iecur in cibo sumptum.

Cap. XXII. Iis, quos incubus frequenter quasi praefocat, remedio sunt paeoniae grana nigra XV, ex aqua saepenumero pota.

Cap. XXIII. Ebrietatem arcent amygdalarum amararum cremor, cyathi unius mensura potus, cervina caro sale condita, si assata praesumatur, vinum absinthites praebibitum, ac myrtites etiam similiter sumptum, myrti quoque baccae esitatae, et rutae decoctum haustum.

Cap. XXIV. Ebrietatem vero iam contractam discutiunt centaurii tenuis decoctum, verbenae supinae semen ex aqua potum: sic et brassica et raphanus, si superedantur.

Κεφ. κέ. Δεῖ δὲ παραφυλάττεσθαι ἐπὶ τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν παθῶν τὰ ἁπτόμενα ταύτης, καὶ πολλάκις εἰς ὑπομνήσεις καὶ παροξυσμοὺς ἄγοντα τὰς διαθέσεις· ἔστι δὲ πινόμενα μὲν ἄγνου σπέρμα, ἀψινθίου χύλισμα, γάλα γλυκύ· ἐσθιόμενα δὲ βάλανοι δρύϊνοι, ἐλαίαι μέλαιναι, ὁ καρπὸς τοῦ κομάρου, ἔστι δὲ μεμαίκυλα, ὄροβος· οὗτος δὲ καὶ ἄρθρα παραλύει, πολλάκις βρωθείς· ἐπὶ πλεῖον δὲ ἅπτεται, ὥςτε καὶ ὑποκαροῦν, σμύρνα πινομένη· λίβανος, ὃς καὶ μανίαν ποιεῖ· κισσοῦ κόρυμβοι, οἳ καὶ ταράσσουσι τὴν διάνοιαν· ὁλοσχοίνου καρπὸς καρωτικὸς[9], ὥςτε καὶ πταίειν[10] πολλάκις τὴν διάνοιαν· κρόκος, πευκέδανον, κυκλάμινος ξηρὰ σὺν οἴνῳ ποθεῖσα· στύραξ δὲ ὀλίγος μὲν ποθεὶς λύει σκυθρωπότητα, πολὺς δὲ καὶ κατασκευάζει.[11]

Κεφ. κς'. Ταραχώδεις δὲ ὕπνους ποιεῖ ποθέντα σὺν οἴνῳ, πυκνοκόμου καρπὸς, λεοντοποδίου ὁμοίως, ἐρεγμὸς πολὺς βρωθείς.

9) Sarac. sic emendavit lectionem corruptam κρητικός.

10) Sarac. loco vulg. παίζειν.

11) Moib. ex Gal. et Aëtio addit ταραχώδεις ὕπνους.

Cap. XXV. Porro in capitis affectibus cavenda, quae id ipsum tentare apta sunt, adeoque affectus ipsos plerumque renovant aut exacerbant. Sunt autem huius generis, quae bibuntur, ista: viticis semen, absinthii succus et lac dulce. In cibis vero sumuntur glandes quernae, olivae nigrae, fructus arbuti, quos memaecyla vocant: ervum, quod quidem frequentius esitatum etiam articulos resolvit. Amplius vero caput offendit, adeo ut levem etiam soporem inducat, myrrha epota: tus, quod et insaniam parit: hederae corymbi, qui mentem etiam permovent: holoschoeni semen, soporiferum adeo, ut mentem etiam saepe laedat: crocus, peucedanum, cyclamen siccum, in vino pota: styrax denique, qui quidem, parce bibitus, tristitiam solvit, liberalius vero haustus, eandem affert.

Cap. XXVI. Somnos turbulentos efficiunt haec in vino pota: pycnocomi semen, itidemque leontopodii, nec non et faba fresa copiosior in cibo sumpta.

Τὰ τῶν ὀφθαλμῶν βοηθήματα.

Κεφ. κζʹ. Ὀφθαλμῶν δὲ μελλόντων ῥευματίζεσθαι, ἐφίστησι πολλοῦ ψυχροῦ κατάντλησις, ἐνίοτε καὶ ὄξους μιγέντος, καὶ μάλιστα θέρους.

Κεφ. κηʹ. Ἵστησι δὲ τὰ ῥεύματα ἐπὶ τοῦ μετώπου ἐπιτιθέμενα ἀνακολλήματα, ὠοῦ τὸ λευκὸν, γῦρις, λίβανος, μιγέντα καὶ ἐπιχρισθέντα ὀθονίῳ, ἢ ἀπὸ τῶν μαγειρείων[12] αἰθάλη πτυέλῳ μαλαχθεῖσα ἐπιχρίεται.

Κεφ. κθʹ. Πρὸς δὲ τὰς φλεγμονὰς τῶν ὀφθαλμῶν καταπλάσματα ἁρμόζει ἄλφιτα μετὰ ἀρνογλώσσου καταπλασσόμενα, βάτου φύλλα ἢ ἀρνογλώσσου, ἢ μυὸς ὠτίδος, ἢ τριβόλου χλωροῦ, ἀνδράχνης, ἀειζώου, ἀμώμου, ἡμεροκάλλους, ἴου, κρότωνος· φύλλα ἐλατίνης[13], φύλλα πολυγόνου, σερίδος, σελίνου, κορίου, κυπαρίσσου φύλλα λεῖα, κολοκύνθης ξέσματα, πέπονος σὰρξ, σχοίνου φύλλα τὰ ἁπαλὰ, ὑοσκυάμου φύλλα, κυδωνίων ἄνθος, μήκωνος κωδίων ἀφέψημα προςαντλούμενον, καὶ αὐταὶ αἱ κωδίαι λεῖαι καταπλασσόμε-

12) Sarac. loco vulg. *μεγείρων*; Gesn. *καμίνων*; Moiban. *αἰγείρων*.
13) Moiban. recte sic vulgatum *ἐλάτης* emendat.

Oculorum affectorum remedia.

Cap. XXVII. Quominus oculi fluxionibus reddantur opportuni, prohibet largioris frigidae affusio, admixto etiam interdum aceto, praesertim aestatis tempore.

Cap. XXVIII. Ipsas vero fluxiones sistunt adhibita fronti anacollemata ex ovi albumine, farinae polline et ture simul mixtis et linteolo inductis. Iuvat et coquinariam fuliginem saliva subactam illinere.

Cap. XXIX. Oculorum inflammationibus pro cataplasmate adhibita conveniunt polenta cum plantagine, folia rubi, plantaginis, auriculae muris, tribuli virentis, portulacae, sempervivi, amomi, hemerocallis, violae purpureae, ricini, elatines, polygoni, intybi, apii et coriandri: itidemque cupressi folia trita, cucurbitae ramenta, peponis caro, tenella iunci folia, uti et hyoscyami, cotoneorum flos. Conferunt et fotus e papaveris capitum decocto, ac ipsa quoque capita trita et adhibita, butyrum

ναι, βούτυρον νεαρὸν μετὰ ἐρίου ἐπιτιθέμενον, κράμβης φύλλα θερμὰ ἐπιτιθέμενα, κρόκος σὺν μελιλώτῳ καὶ γλυκεῖ, φλόμων φύλλα ἑφθὰ σὺν οἴνῳ μετὰ παλῆς ἀλφίτου, ἀβρότονον σὺν μήλῳ κυδωνίῳ ἑφθῷ, τυρὸς νεαρὸς λεῖος.

Κεφ. λ΄. Κατὰ δὲ τοῦ μετώπου[14] καταπλασσόμενα ὠφελεῖ σεῦτλον σὺν στυπτηρίᾳ ὀλίγῃ λείᾳ, μαλαβάθρου φύλλα ἐν οἴνῳ ἀποζεσθέντα, κυάμινον ἄλευρον σὺν ὕδατι, σικύου πέπονος σάρξ, πηγάνου φύλλα ἐν οἴνῳ ἑφθά.

Κεφ. λα΄. Πρὸς δὲ τὰς φλεγμονὰς καὶ τὰ ῥεύματα τοῦ ἀσφοδέλου ῥίζης χυλοῦ < α΄, κρόκου < α΄, σμύρνης < α΄, γλυκέως παλαιοῦ ξέ. β΄ ἕψει, ἕως ἑνωθῇ καὶ σχῇ ἐπίχριστον πάχος· ποιεῖ καὶ τὸ γλαύκιον σὺν ὕδατι, κρόκος σὺν γάλακτι, κωνείου χύλισμα, λύκιον, ῥόδων χυλὸς ἑψημένος.

Κεφ. λβ΄. Ἐγχυματιζόμενα δὲ ὠφελεῖ ἁπλᾶ καὶ απερίεργα ὄντα, καὶ στέλλοντα[15] ταχέως τὰς ἐπιφορὰς, καὶ

14) Sarac. loco προςώπου.

15) Sarac. coniecit, loco vulg. ἄγοντα.

recens cum lana impositum, nec non et brassicae folia calentia, crocus cum meliloto et passo, verbasci folia cum meliloto et passo, verbasci folia cum vino cocta, addito polentae polline, abrotanum cum malo cotoneo cocto, denique et caseus recens tritus.

Cap. XXX. Fronti vero imposita iuvant beta cum exiguo alumine trito, malabathri folia in vino fervefacta, fabacea farina cum aqua, cucumeris peponis dicti caro, et rutae folia in vino decocta.

Cap. XXXI. Ad inflammationes simul et fluxiones oculorum valet sequens remedium: succi radicis asphodeli, croci, myrrhae an. drach. j. cum passi veteris sextariis duobus coquito, dum unita probe linimenti crassitudinem adipiscantur. In id ipsum faciunt glaucium ex aqua, crocus cum lacte, densatus cicutae succus, lycium, ac denique coctus rosarum succus.

Cap. XXXII. Quae vero sequuntur simplicia, neque adeo operosa remedia, ipsis adhibita oculis, valent tum ad sistendas confestim oculorum lippitudines, tum ad eo-

τὰ ἕλκη πληροῦντα καὶ ἀποκαθαίροντα· σπόδιον καὶ ὀπὸς, ἴσα μιγνύμενα αὐτοῖς εἰς ἀνάπλασιν· ἀειζώου χυλὸς, καὶ ἀνδράχνης κατὰ τὸ πρόςφατον ἐγχυματιζόμενοι μετὰ κόμμεως καὶ σποδίου ἡμίσους, ἢ ἀναπλασθέντες καὶ ἀναχριόμενοι· καὶ ἀρνογλώσσου χυλὸς, ὤκιμον σὺν οἴνῳ.

Κεφ. λγ′. Τὰς περιωδυνίας δὲ παύει κρόκος σὺν γάλακτι, σπόδιον σὺν κωνείου χυλίσματι, ὄπιον ὁμοίως, χαλκὸς κεκαυμένος, λίθος γαλακτίτης μετὰ γάλακτος γυναικείου, καὶ μάλιστα ἐπὶ παιδίου ἐνσταζόμενος. Ποιεῖ δὲ ἄκρως καὶ τοῦτο τὸ ἔγχρισμα· ἀγρώστεως χυλοῦ τῆς ἐν Παρνασσῷ, καὶ μελίλωτος ἴσα, σμύρνης ἥμισυ, πεπέρεως καὶ λιβανωτοῦ τὸ τρίτον, οἴνου καὶ μέλιτος σύμμετρον· ἕψε ἐν χαλκοῖς καὶ χρῶ.

Κεφ. λθ′. Πρὸς δὲ τὰ κεχρονισμένα ἕλκη καὶ ῥεύματα ἁρμόζει σὺν ὕδατι λεῖα ἐγχριόμενα λίθος γαλακτίτης, λίθος θυΐτης καλούμενος, λίθος σάπφειρος σὺν γάλακτι, χαλκὸς κεκαυμένος σὺν γάλακτι, θρίδακος ἀγρίας ὀπὸς σὺν γυναικείῳ γάλακτι· αὐτὴ καὶ ποιεῖ πρὸς ἕλκη καὶ πρὸς ἐπι-

rundem ulcera et expurganda et carne implenda: spodium et laser, paribus mista portionibus, et in pastillos conformata, sempervivi ac portulacae succi, cum gummi et spodii dimidia parte in trochiscos conformati, ac in recenti malo seu instillati, seu etiam illiti: itidem portulacae succus, et ocimum cum vino.

Cap. XXXIII. Vehementes oculorum dolores mitigant crocus cum lacte, spodium cum densato cicutae succo, opium similiter, aes ustum, lapis galactites cum lacte muliebri, maxime infantibus, instillatus. Eximiam vero opem affert et iste illitus: Sume succi graminis parnassii et meliloti partes aequales, myrrhae dimidium, piperis ac turis tertiam partem, vini ac mellis quantum sat est: coquito in aeneo vase, ac utitor.

Cap. XXXIV. Inveteratis ulceribus atque fluxionibus conveniunt trita, et ex aqua illita, lapis galactites ac thyites itidem dictus: lapis sapphirus cum lacte, sylvestris lactucae liquor cum lacte muliebri: ipsa quoque lactuca facit ad ulcera et adustiones. Sumptum vero

καύματα. Πινόμενον δὲ ἵστησι ῥεύματα χρόνια κύμινον, σὺν οἴνῳ καὶ ὕδατι λαμβανόμενον.

Κεφ. λέ. Περιαπτομένη δὲ τῷ τραχήλῳ διηνεκῶς κωλύει ὀφθαλμίαν, τριβόλου ῥίζα, πολυγόνου ὁμοίως. δοκοῦσι δὲ τηρεῖν ἐπ' ἐνιαυτὸν ἀνοφθαλμιάτους κύτινοι ῥοιᾶς μικροὶ καὶ μεμυκότες καταπινόμενοι.

Κεφ. λϛ'. Οἰδήματα δὲ πραΰνει ἄμμι σὺν λινοσπέρμῳ, ἀνήθου ῥίζα μεθ' ὕδατος λεία, κυάμινον ἄλευρον σὺν λιβανωτῷ λείῳ, καὶ ὠοῦ τὸ λευκόν.

Κεφ. λζ'. Πρὸς δὲ τὰς ἐκ πληγῆς συγχύσεις καὶ φλεγμονὰς ἰδίως ποιεῖ στοίβης καρπὸς ἐν οἴνῳ ἑψηθεὶς καὶ λεῖος ἐπιτεθείς.

Κεφ. λη'. Ὑποδρομὰς δὲ αἵματος θεραπεύει ἐγχριόμενον αἷμα περιστερᾶς πρόςφατον, τρυγόνος, πέρδικος, φάττης· γάλα γυναικεῖον σὺν λιβανωτῷ, κόκκος βαφικὸς σὺν γάλακτι ὁμοίως, αἱματίτης λίθος σὺν γάλακτι γυναικείῳ, ὕσσωπον λεῖον ἐνδεθὲν εἰς ὀθόνιον, καὶ ἀποβαπτόμενον εἰς

in potu cuminum ex vino et aqua diuturnas fluxiones sistit.

Cap. XXXV. Ophthalmiam arcet perpetuo appensa collo tribuli radix similiterque polygoni. Creduntur et anno toto ab eo affectu incolumes conservari, qui punicae arboris cytinos exiguos necdum hiantes devoraverint.

Cap. XXXVI. Oculorum oedemata mitigant ammi cum lini semine, anethi radix in pulverem redacta cum aqua, fabacea farina cum pulvere turis, itemque ovi albumen.

Cap. XXXVII. Oculorum ab ictu confusionibus et inflammationibus privatim opitulatur stoebes fructus in vino coctus, deindeque tritus et impositus.

Cap. XXXVIII. Oculis cruore suffusis medetur sanguis recens detractus e columba, turture, perdice, palumbo: lac item muliebre cum ture, granum tinctile cum lacte similiter, haematites lapis cum lacte muliebri, hyssopus tritus, linteolo involutus, in calentem aquam demer-

ὕδωρ θερμὸν, πυριωμένου τοῦ ὀφθαλμοῦ· ἄσφαλτος καὶ λίβανος ἴσα ὑποθυμιαθέντα.

Κεφ. λθ'. Προπτώσεις δὲ ὀφθαλμῶν στέλλει καταπλασσόμενα, εἰ μὲν ἀλγήματα εἴη, λινόσπερμον καὶ τῆλις σὺν ὑδρομέλιτι ἑφθά· εἰ δὲ παρήκμακε τὰ ἀλγήματα, ἢ μηδὲ ἐγένετο, εὐθέως ἐπὶ τὰ στύφειν καὶ ψύχειν δυνάμενα παραγίνεσθαι δεῖ· ὁποῖά ἐστι βάτου φύλλα, μελίλωτον σὺν γλυκεῖ καὶ ᾠοῦ ἑφθοῦ λεκύθοις καὶ κρόκῳ, κυάμινον ἄλευρον σὺν ῥόδοις, λινόσπερμον σὺν ὕδατι καὶ λιβανωτῷ καὶ σμύρνῃ, μελάνθιον σὺν ἀλφίτῳ λείῳ, μηκώνιον σὺν λεκύθῳ ᾠοῦ ὀπτοῦ καὶ κηρωτῇ, πήγανον σὺν ἀλφίτῳ.

Κεφ. μ'. Σταφυλώματα δὲ αἴρει, κανθαρίδος προσφάτου θλασθείσης ἐγχριόμενον τὸ ὑγρὸν, ἢ αὐτή· καθαίρει δὲ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις, ἄργεμα καὶ νεφέλια καὶ ἀχλῦς· ποιεῖ δὲ καὶ ὀξυδερκίαν.

Κεφ. μα'. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀμβλυωπούντων ἐγχριόμενα, ἀκόρου χύλισμα, λιβανωτίδος σπέρμα λεῖον μετὰ γάλακτος· μήκωνος κερατίτιδος τοῦ φύλλου ἢ καὶ τῶν ἀνθῶν ὁ χυλὸς ἐν-

sus, et oculo pro fotu adhibitus. Suffumigantur et oculi bituminis ac turis paribus portionibus.

Cap. XXXIX. Procidentes oculos reprimunt, siquidem dolores infestant, imposita haec: lini semen et foenum graecum cum aqua mulsa cocta. Sin dolores remiserint, aut nulli prorsus adfuerint, statim ad ea, quae adstringendi refrigerandique facultate pollent, accedendum: qualia sunt rubi folia, melilotus cum passo, ovorum coctorum vitellis et croco: lomentum fabarum cum rosis, lini semen cum aqua, ture et myrrha: melanthium cum polenta tritum, meconium cum assati ovi vitello et cerato, ruta cum polenta.

Cap. XL. Staphylomata tollit contusae recens cantharidis humor illitus: ac ea ipsa quoque. Purgat et quaecunque pupillis tenebras offundunt, uti argema, nubeculas et caligines, oculorumque aciem exacuit.

Cap. XLI. Oculorum hebetudini medentur haec illita: densatus acori succus, libanotidis semen cum lacte tritum, e corniculati papaveris folio aut etiam flore suc-

σταζόμενος, καὶ ἐπὶ κτηνῶν ἄργεμον ἀποκαθαίρει· ἁλικακάβου ῥίζης τοῦ φλοιοῦ καὶ καρποῦ χυλὸς ὁμοίως, ἢ καὶ ὀπὸς αὐτοῦ σὺν μέλιτι· πευκεδάνου ὀπὸς ὁμοίως, σαγάπηνον ὁμοίως, ἀνεμωνίου χυλὸς ὁμοίως, ὁρμίνου ἀγρίου σπέρμα ὁμοίως, κεγχρίδων ἄφοδος ὁμοίως, ἐλαίας αἰθιοπικῆς τὸ δάκρυον, ἐλλέβορος λευκὸς, ἔρια οἰσυπηρὰ κεκαυμένα, εὐφορβίου χυλὸς, ἰὸς καεὶς, κισσὸς, κιννάμωμον, ἰτέας χυλὸς καὶ ὀπὸς, κενταυρίου τοῦ λεπτοῦ χυλὸς, κίσσηρις ὀπτὴ λεία, κρομμύου χυλὸς, κυκλαμίνου τῆς ῥίζης χυλὸς, μαράθρου τῆς ῥίζης χυλὸς, μελανθίου καὶ μελισσοφύλλου χυλὸς, ἠριγέροντος χυλὸς, ὀμφάκιον, ὀπὸς σιλφίου, ὀποπάναξ, πηγάνου ἀγρίου χυλὸς, δρακοντίου ῥίζης χυλὸς, θρίδακος ἀγρίας χυλὸς, ἀψίνθιον λεῖον, λωτοῦ τῆς πόας χυλὸς, χαμαίδρυος χυλὸς, ὠκίμου χυλὸς, πρασίου χυλὸς, νίτρον, ζιγγίβερι, στρουθίον, στυπτηρία ἡ κεκαυμένη, αἱματίτης λίθος, κοράλλιον, κοχλίας χερσαῖος κεκαυμένος, χελιδόνων νεοττῶν κεκαυμένων ὡς τέφρα· τούτων ἕκαστον σὺν μέλιτι ἀττικῷ λελειωμένον καλῶς· ἐβένου ῥίνημα σὺν οἴνῳ, οὖρον ἀφθόρου παιδὸς ἐν χαλκώματι ἑψηθὲν μετὰ μέλιτος, οὔρου ἀνθρω-

cus instillatus, qui quidem et argema iumentorum expurgat: halicacabi e radicis cortice et semine succus eodem modo, ac liquor etiam eiusdem cum melle. Similiter et peucedani liquor, sagapenum, anemones succus, hormini sylvestris semen, fimum cenchridum, olivae aethiopicae lacrima, helleborus albus, lanae succidae ustae, euphorbii succus, aerugo usta, hedera, cinnamomum, salicis succus et liquor, centaurii minoris succus, pumicis usti pulvis, cepae succus, cyclaminis e radice succus, uti et e radice foeniculi: succi melanthii, apiastri et senecionis: omphacium, laser, opopanax, rutae sylvestris succus, dracunculi e radice succus, agrestis lactucae succus, absinthium tritum: succi loti herbae, chamaedryos, ocimi et marrubii: nitrum, zingiber, struthium, alumen ustum, haematites lapis, corallium, terrestris cochlea cremata, ustorum hirundinis pullorum ceu cinis: horum inquam unumquodlibet cum melle attico probe contritum. Scobs ebeni cum vino, urina pueri impubis in aeneo vase cocta cum melle, urinae humanae sedimentum cum

πείου ὑποστάθμη σὺν κυπρίνῳ ἐλαίῳ· χαλκοῦ ἄνθος λεῖον προςαπτόμενον ἐλαίῳ, ἴσα μιγέντα· ἔλαιον παλαιόν· βαλσάμου ὀπὸς, κύπρινον ἔλαιον, ἴσα μιγέντα· πισσέλαιον, σάκχαρις, στέαρ ποταμίου ἰχθύος ἐν ἡλίῳ ἀποτακὲν καὶ μιγὲν μέλιτι· χολὴ δὲ πέρδικος ἀγρίου, ἰχθύος τοῦ καλλιωνύμου, σκορπίου ἰχθύος, χελώνης θαλασσίας, ὑαίνης, αἰγὸς ἀγρίας, σὺν μέλιτι πᾶσαι.

Κεφ. μβ'. Οὐλὰς δὲ σμεῖ ἐγχριόμενα ἰδίως ἁλκυόνιον μιλήσιον σὺν μέλιτι, ἀμμωνιακὸν λειανθὲν σὺν οἴνῳ καὶ μέλιτι, ἀνεμώνης ῥίζα τῆς στογγύλης σὺν μέλιτι, ἀναγαλλίδος φοινικῆς χυλὸς ὁμοίως, πηγάνου ἀγρίου χυλὸς ἐγχριόμενος.

Κεφ. μγ'. Ἁρμόζει δὲ ἐσθιόμενα ἀμβλυωποῦσι ταῦτα· ἐχίδνης σὰρξ ἑφθὴ, θύμον, κράμβης καυλοὶ ὠμοὶ, ῥάφανος, μάραθρον, κρόμμυον, κάρδαμον, καὶ πάντα καθόλου τὰ δριμέα, ὄξος σκιλλητικόν· φυλάσσεσθαι δὲ δεῖ καὶ τὰ ἐπιτείνοντα τὰς ἀμβλυώσεις,, ἐσθιόμενα· ἔστι δὲ ἄνηθον καὶ τὸ

cyprino oleo, aeris flos tritus et cum aequali portione olei subactus, oleum antiquum, balsami liquor cum olei cyprini pari portione, picis oleum, saccharum, adeps fluviatilium piscium in sole eliquatus et melli admixtus: fella denique perdicis sylvestris, callionymi piscis, scorpii piscis, testudinis marinae, hyaenae et caprae agrestis, horum inquam singula cum melle.

Cap. XLII. Privatim oculorum cicatrices illita exterunt alcyonium milesium cum melle, et ammoniacum cum vino ac melle tritum, anemones rotundae radix itidem cum melle: similiter et anagallidis puniceae succus, nec non et rutae agrestis.

Cap. XLIII. Porro laborantibus oculorum hebetudine in cibis ista conveniunt: viperae caro cocta, thymus, crudi brassicae caules, raphanus, foeniculum, cepa, nasturtium, acetum scilliticum, et in universum acria omnia. In iisdem vero cibis ea cavere oportet, quae hebetudinem augent, uti anethum cum suo semine, lenticu-

σπέρμα αὐτοῦ, φακὸς, ἐλαῖαι μέλαιναι, θρίδαξ, πράσον κεφαλωτὸν, σέλινα, ὤκιμον.

Κεφ. μδ΄. Νυκτάλωπας δὲ ἐγχριόμενα ὠφελεῖ αἷμα τρυγόνος, φάσσης, περιστερᾶς, πέρδικος, ἢ αἰγὸς ἀγρίας καὶ τράγου, ἥπατος αἰγείου ὁ ἐν τῇ ὀπτήσει ἰχὼρ ἀποῤῥέων ἐγχριόμενος, καὶ αὐτὸ τὸ ἧπαρ ἐσθιόμενον, καὶ ἡ ἀτμὶς ἀπ' αὐτοῦ ἑψομένου ἑλκομένη ἀνεωγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς· ὠφελεῖ δὲ καὶ ἐλατήριον λεῖον σὺν μέλιτι ἐγχριόμενον.

Κεφ. με΄. Πτερύγια δὲ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς τήκει προσαγόμενα κίσσηρις ὀπτὴ λεία, σηπίας ὄστρακον λεῖον, ἢ ἅλες καὶ καδμία λεῖα, ἅπαντα ἴσα.

Κεφ. μϛ΄. Τὰ δὲ τραχέα βλέφαρα λεπτύνει ἐγχριόμενα σὺν μέλιτι λεῖα· (δεῖ δὲ πυριᾶν ὕδατι μετὰ τὴν ἔγχρισιν, μέχρι παύσονται δακνόμενα·) ἰὸς χαλκοῦ καὶ σιδήρου σκωρία κεκαυμένη, χάλκανθος κεκαυμένη, μίσυ κεκαυμένον, χαλκῖτις κεκαυμένη, ὀμφάκιον, λεπὶς χαλκοῦ καὶ σιδήρου, καδμία καεῖσα τρίτον καὶ σβεσθεῖσα οἴνῳ, στυπτηρίαι πᾶσαι καεῖσαι,

lam, nigricantes olivas, lactucam, porrum capitatum, apium et ocimum.

Cap. XLIV. Nyctalopas iuvant inuncta haec: sanguis turturis, palumbis, columbae, perdicis aut caprae sylvestris et hirci, latex e caprino iecore, dum inassatur, exstillans inunctus, ac ipsum quoque iecur in cibo sumptum, nec non et ex eodem, dum coquitur, vapor in apertos oculos attractus. Confert et elaterium tritum cum melle inunctum.

Cap. XLV. Ungues oculorum absumunt haec adhibita: pumex crematus et tritus, sepiae testa trita, sal et cadmia, trita omnia aequali pondere.

Cap. XLVI. Scabras palpebras extenuant quae sequuntur, trita et cum melle illita, ita tamen ut haud ita multo post aqua locus foveatur, dum morsu excitatus dolor desinat. Sunt autem isthaec: aerugo, ferrique scoria usta, chalcanthus cremata, misy ustum, chalcitis cremata, omphacium, squama aeris et ferri, cadmia tertio usta vinoque restincta, aluminis genus omne ustum, maxime-

καὶ μάλιστα σχιστὴ, οἴσυπον[16] κεκαυμένον, οὔρου ἀνδρείου ὑποστάθμη σὺν κυπρίνῳ μύρῳ.

Κεφ. μζ΄. Ξύειν δὲ δεῖ τὰ τετυλωμένα, ἐκστρέφοντα βλέφαρα συκῆς[17] φύλλοις τραχέσιν, ἢ σμιλίῳ, ἢ σηπίας ὀστράκῳ σχηματισθέντι εἰς κολλύριον· καὶ ἰῷ ἀναληφθέντι κόμμει εἰς κολλύριον.

Κεφ. μη΄. Μίλφους δὲ καὶ τὰ βεβρωμένα βλέφαρα ὠφελεῖ ἀμόργη ἑψημένη καὶ ἐγχριομένη· ἢ λύκιον, ἀρμενιακὸν[18] σὺν ὕδατι ἐγχριόμενον, ὃ καὶ τὰς τρίχας αὔξει· θαλλίας χυλός· ἰὸς σιδήρου ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐν ἡλίῳ τριβεὶς, μετὰ οἴνου καὶ σμύρνης εἰς κολλύριον ἀναπλασθείς· κρομμύου χυλὸς σποδίῳ ἀναληφθεὶς, λεπὶς χαλκοῦ· ἢ καδμία λεπτὴ ἀναληφθεῖσα μέλιτι καὶ καεῖσα ἐν χυτριδίῳ καινῷ, πηλῷ τε κεραμικῷ πεπωμασμένῳ· ἔπειτα ὀπτηθεῖσα ἐπ' ἀνθρακώματος, μιγέντων αὐτῇ χαλκοῦ κεκαυμένου ἴσου καὶ στίμμεως δὲ ἡμίσους μέρους.

16) Sarac. loco ὕσσωπον, recte.

17) E Paullo, loco vulg. ἰοῦ.

18) Ex Galeno fac. simpl. lib. 9. p. 211. loco vulg. ἀμμωνιακόν Moiban.

que scissile, oesypum ustum, ac denique urinae virilis sedimentum cum unguento cyprino.

Cap. XLVII. Callosas vero palpebras eversas radere oportet fici foliis asperis, aut scalpello, aut sepiae testa in collyrium conformata, aut denique collyrio ex aerugine excepta gummi.

Cap. XLVIII. Defluvio pilorum arrosisque palpebris prosunt amurca cocta et illita, lycium, armenium quoque cum aqua inunctum, (quod et pilorum incrementum promovet,) succus recentium oleae germinum, rubigo ferri, multis diebus in sole trita, et cum vino ac myrrha in collyrium redacta, spodium cepae succo exceptum, squama aeris, aut cadmia tenuis, melle excepta ustaque in ollula nova, quae argilla figlina operculata sit: deinde tosta super prunis cum aequali portione aeris usti ac stibii parte dimidia.

Κεφ. μθ′. Ξηροφθαλμίαν δὲ καὶ κνησμοὺς ἰάσεις ψωρικῷ λείῳ προςαπτόμενος, ἢ λεπίδι λείᾳ πεπλυμένῃ καὶ πεπέρει, ἢ καὶ σὺν πεπέρει, ἢ σιδήρου ἰῷ ξηρῷ, ἢ ὀμφακίῳ ξηρῷ λείῳ ὁμοίως.

Κεφ. ν′. Τὰ δὲ λεπρώδη πάθη τῶν βλεφάρων ὑγιάζει συκῆς ὀπὸς καταχριόμενος.

Κεφ. να′. Φθειριάσεις δὲ τὰς ἐν τοῖς βλεφάροις καὶ ὀφρύσι θεραπεύει σὺν μέλιτι ἢ ὕδατι ἐπιχριόμενα σανδαράχη, σταφὶς ἀγρία.

Κεφ. νβ′. Τὰς δὲ νυττούσας δίχα ῥευματισμοῦ χρονίου καὶ ἐκτιλείσας τρίχας ἐπὶ τῶν βλεφάρων ὡς τὸ πολὺ οὐκ ἐᾷ φυῆναι, μετὰ τὸ ἐκτιλῆναι εὐθέως καταχριόμενα, αἷμα βατράχων τῶν χλωρῶν πρόςφατον καθ᾽ ἑαυτὸ, ἢ μιγὲν χαμαιλέοντι κεκαυμένῳ λευκῷ ἄχρις ἀνθρακώσεως, ἢ αἷμα κόρεως καθ᾽ ἑαυτὸ, ἢ καπνοῦ τοῦ ἐν ταῖς κριθαῖς φυομένου ὁ χυλὸς σὺν κόμμει, ἢ τελλῖναι ταριχηραὶ κεκαυμέναι λεῖαι μετὰ κεδρίας, λωτοῦ κεκαυμένου ἡ τέφρα, ἢ στυπτηρία φορίμη.

Cap. XLIX. Lippitudinem aridam et pruritum oculorum sanabis, si leviter attingas psorico contrito, aut squama trita lotaque et pipere, aut alio quopiam cum pipere, aut rubigine ferri sicca, aut omphacio sicco tritoque similiter.

Cap. L. Leprosos vero palpebrarum affectus sanat ficulneus liquor illitus.

Cap. LI. Pediculare vitium in palpebris et superciliis curatur sandaracha et staphide agria cum melle et aqua illitis.

Cap. LII. Evulsos vero pilos, qui citra diuturnam fluxionem oculos pungebant, ut plurimum renasci prohibent ea, quae sequuntur, siquidem illinantur, cum primum illi evulsi fuerint: nempe sanguis ranarum viridium recens per se, vel mistus albo chamaeleonti usto, dum in carbones redactus fuerit: aut sanguis cimicis per se, aut fumariae nascentis inter hordea succus addito, gummi, aut tellinae salsae ustae tritaeque cum cedria, loti combusti cinis, denique alumen liquidum, quod phorimon dicitur.

Κεφ. νγ΄. Ἀνακολλήματα δὲ πρὸς τὰς εἰςκλωμένας ἢ παραφυομένας τρίχας ἐν τοῖς βλεφάροις, μαστίχη μηλωτίδι θερμῇ προςαγομένη αὐτοῖς, καὶ οὕτως ἀνακολλωμένων ἐπὶ τὴν ἰδίαν τάξιν τῶν τριχῶν· ἢ ἄσφαλτος ὁμοίως, ἢ λιθοκόλλα· ὁμοίως κοχλίου τὸ κολλῶδες βελόνῃ ἀναλαμβανόμενον, ἢ χονδρίλλης κόμμι ὁμοίως· Κάλαμον λεπτὸν σχίσας τὸ μῆκος δακτύλων β΄, καὶ τὸ δέρμα τὸ ἐπάνω τῶν βλεφάρων λαβιδώσας, δῆσον ἰσχυρῶς, ἕως οὗ πέσῃ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ μὴ λύσῃς, καὶ ἔσται ὑγιής.

Κεφ. νδ΄. Αἰγίλωπας δὲ θεραπεύει, ἐφ᾽ ὧν μὴ διὰ βάθους ἔφθαρται τὸ ὀστέον, ἀνθέμιδος φύλλα μασσηθέντα καὶ ἐπιτεθέντα, αἰγίλωπος τοῦ ἐν τοῖς σίτοις χυλὸς σὺν ἀλεύρῳ σιτανίῳ καταπλασσόμενος, ἀρνογλώσσου φύλλα μασσηθέντα καὶ ἐπιτεθέντα, ἢ μαλάχης φύλλα λεῖα σὺν χολῇ ταυρείᾳ, ὡς ἐν τούτῳ ὑγρῷ ὄντι βρέχων σπληνάρια ἢ ὀθόνια ἐπιτίθει, καὶ ὕγραινε τῷ φαρμάκῳ· ξηραινόμενα δὲ ἄλλασσε δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας· ἢ αὐτὰ μασσησάμενος τὰ φύλλα τῆς μαλάχης μετὰ ἁλός· μετὰ δὲ τὸ ἀναστομωθῆναι αὐτοὺς, τῇ

Cap. LIII. Intro reflexos aut transverso tramite natos palpebrarum pilos ita replicat glutinatque, ut in suum redigantur ordinem, per specillum calens admota mastiche: similiter et bitumen, atque lithocolla, nec non et cochleae viscidus lentor acu exceptus, denique et chondrillae gummi ad eundem modum. Arundine tenui ad duorum digitorum longitudinem fissa, cutem, quae supra palpebras est, prehendito, arcteque stringito, neque prius solvito, quam sponte per se excidat: atque sanabitur.

Cap. LIV. Aegilopas, in quibus nondum ima parte corruptum os est, sanant chamaemeli folia commanducata et imposita: succus aegilopis, qui inter frumenta nascitur, cum sitanii seu trimestris tritici farina adhibitus, plantaginis folia commanducata et imposita, malvae folia trita cum felle taurino, ita ut hoc remedio madentia splenia linteolave imponantur: haec si resiccantur, denuo bis terve quotidie humectari par est. Idem praestabunt malvae contrita folia cum sale: sed post apertum aegilopem

μαλάχῃ λείᾳ χρῶ μέχρι κατουλώσεως· ἢ καρύων βασιλικῶν τὸ ἐντὸς μασσώμενον ἐπιτίθει, ἢ μύρτα ὡςαύτως, ἢ οἰνάνθην ὁμοίως· μυὸς ὤτων τοῖς φύλλοις ὁμοίως μετὰ ἁλῶν χρῶ· ποιεῖ δὲ καὶ στρύχνος κηπαῖος, καὶ μάλιστα ὁ καλούμενος ἁλικάκαβος, χαμαίζηλον ἔχων ἐν φύσᾳ τὸν ἐρυθρὸν καρπόν· ἢ λίβανος καὶ περιστερᾶς κόπρος, λεῖα μιγέντα. λιθοῦται δὲ καὶ προςμένει μέχρι ἀπουλώσεως· ἢ ἀείζωον καθ' ἑαυτὸ, καὶ μετὰ μέλιτος· στυπτηρία σχιστὴ ὡς ὅτι πλείστη τερμινθίνῃ ἀναληφθεῖσα· πρόπολις καὶ τερμινθίνη καὶ χόνδρος, ἴσα ἐν σπληνίῳ· ἢ ἅλες μετὰ μαστίχης[19], μάννα μετὰ στακτῆς ἀναμαλαχθεῖσα, ἢ μάννα σόγχου χυλῷ γαλακτίζοντι ἀναληφθεῖσα· ποιεῖ καὶ βάλανος δρυΐνη καεῖσα σὺν ὄξει· καὶ σποδὸς ἀμπελινὴ ὁμοίως, ἢ ὄροβος μετὰ μέλιτος· ἢ σῦκα ξηρὰ λιπαρὰ σὺν πίσσῃ βρυττίᾳ ἀναμαλαχθέντα ἴσα.

Κεφ. νέ. Χαλάζια δὲ διαφοροῦσιν ὄλυνθοι ἑφθοὶ ἐπιπλασθέντες, ἢ τὰ τῆς συκῆς φύλλα.

19) Moiban. loco vulg. *μαστίας*.

ipsa malva trita utere, dum cicatrix inducta fuerit. Similiter et nucis iuglandis partem interiorem commanducatam imponito, aut myrti baccas, aut oenanthen. Ad eundem quoque modum auriculae muris foliis cum sale uti licebit. Id ipsum praestat solanum hortense, maxime vero quod halicacabum dicitur, quodque intra folliculum rubentem fructum in terram pronum continet. Itidem tus et fimum columbinum trita simulque mixta: quae lapidescunt inhaerentque, dum cicatrix inducta fuerit. Sempervivum quoque, seu per se, seu cum melle: alumen scissile copiosa terebinthina exceptum, propolis terebinthinae et chondri pares portiones splenio inducta: sal cum mastiche: manna cum stacte subacta, aut sonchi lacteo succo excepta. Facit et glans querna cremata cum aceto: itemque cinis vitium similiter: nec non et ervum cum melle, itidemque caricae pingues cum picis bruttiae pari portione subactae.

Cap. LV. Grandines palpebrarum dissipant grossi cocti et impositi, aut ficulnea folia.

Κεφ. νϛʹ. Ὑπώπια δὲ αἴρει καὶ πελιώματα καταπλασσόμενα ἄνισον σὺν μέλιτι ἀττικῷ, ὁμοίως ὀρίγανον· ῥαφάνου φλοιὸς, σάμψυχον, ταῦτα σὺν μέλιτι· σκόρδιον κεκαυμένον σὺν μέλιτι, βρυωνίας ῥίζα σὺν οἴνῳ ἐπιχριομένη, βολβὸς μετὰ λεκύθων ὠοῦ καταπλασσόμενος, ἀψίνθιον ὁμοίως· ἄλευρον κυάμινον, ἢ αἴρινον· κυμίνου σπέρμα, μετὰ ἁλῶν καὶ ἐλαίου, θάλασσα πυριωμένη, θαψίας χυλὸς ἐπιχριόμενος πρὸς βραχὺ, καὶ ἡ ῥίζα σὺν κηρωτῇ, θέρμινον ἄλευρον σὺν ἀλφίτῳ, καλαμίνθη ἐν οἴνῳ ἑφθὴ, καρύου βασιλικοῦ τὸ ἐντὸς λεῖον, κύμινον ἄγριον μασσηθὲν σὺν ὄξει καὶ μέλιτι ἢ σταφίδι, μαράθρου σπέρμα σὺν κηρωτῇ, νάπυ σὺν κηρωτῇ ἢ μέλιτι, σιλφίου ῥίζα σὺν ἐλαίῳ· ἢ ὕσσωπον καταπλασθὲν καὶ ἐνδεθὲν εἰς ὀθόνιον ἀποβαπτομένου τοῦ ἐνδέσμου εἰς θερμὸν ὕδωρ, καὶ πυριωμένου τοῦ ὑπωπίου· ἐπὶ πάντων δὲ τῶν καταχρισμάτων πυριᾷν δεῖ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν αὐτῶν· ἅμα γὰρ τὰ οἰδήματα καὶ τὰ πελιώματα διαφορεῖ· ἔτι δὲ καὶ τυρὸς ἁλμυρὸς καταπλασσόμενος· αἴρει γὰρ παραχρῆμα· ἐὰν δὲ μένῃ, καὶ κρομμύου δεῖ μιγῆναι χυλόν·

Cap. LVI. Sugillata liventiaque emendant haec imposita: anisum cum melle attico, similiter et origanum, raphani cortex, sampsuchum, haec inquam cum melle: scordium ustum cum melle, bryoniae radix cum vino illita, bulbus cum vitellis ovorum impositus, absinthium eodem modo, farina fabacea aut loliacea, cumini semen cum sale et oleo, fotus ex aqua marina, thapsiae succus ad breve tempus inunctus, eiusdem radix cum cerato, farina lupinorum cum polenta, calamintha in vino cocta, nucis iuglandis pars interior trita, sylvestre cuminum commanducatum cum aceto et melle aut uva passa, foeniculi semen cum cerato, sinapi cum cerato aut melle, laserpitii radix cum oleo. Aliud: hyssopum in cataplasmatis formam redactum nodulo illigato, hocque in calentem aquam demerso sugillata foveto. Sed et post quemvis illitum, statim ut aufertur fomentum, adhiberi oportet: simul enim et oedemata et livores discutit. Insuper et caseus salsus utiliter imponitur: confestim enim sugillata tollit: quodsi perseverent, etiam allii succum admisceri

αἴρει δὲ καὶ ἄρου ῥίζα ἐπιτιθεμένη· ἢ σηπίας ὄστρακον ξυσθὲν, καὶ μετὰ ὄξους καταχρισθὲν, ἢ νάπυ ἀναληφθὲν σὺν κηρωτῇ.

Τῶν πρὸς τὰ ὦτα παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. νζ. Τὰς δὲ περὶ τὰ ὦτα ἀλγηδόνας καὶ φλεγμονὰς παραμυθεῖται ταῦτα, ἐνσταζόμενα χλιαρά· παρθενίου χυλὸς, μυοσωτίδος ὁμοίως, ἀχιλλείου, ἡδυόσμου χυλὸς σὺν μελικράτῳ, δρακοντίου χυλὸς ἐν ἐλαίῳ διεθεὶς, ἑλξίνης χυλὸς σὺν ῥοδίνῳ εἰς τὸ ἀντικείμενον οὖς ἐγχεόμενος, κολοκύνθης ξυσμάτων ὁ χυλὸς ὁμοίως· λεύκης φύλλων χυλὸς ὁμοίως σὺν ῥοδίνῳ· ναρκίσσου φύλλων χυλὸς ὁμοίως, ἢ τῆς ῥίζης· ὀριγάνου χλωροῦ χυλὸς σὺν γάλακτι γυναικείῳ· πηγάνου χυλὸς, ἢ πολυγόνου ἐν σιδίῳ ῥοιᾶς θερμανθείς· πράσου τῶν φύλλων χυλὸς σὺν ῥοδίνῳ καὶ μηκωνίῳ, ἰτέας τῶν φύλλων χυλὸς, ἀλώπεκος στέαρ χλιαρὸν ἐνσταζόμενον, ἅλες ὀρυκτοὶ λεῖοι σὺν μέλιτι· (ἔλαιον) ἀμυγδάλινον, ἴρινον, δάφνινον, κίκινον, κρόκινον, σησάμινον, ὑοσκυάμινον· τὸ δὲ ἀμυγδάλινον μετὰ ἀλόης ὀλί-

oportet. Eadem quoque tollit ari radix imposita, itemque testae sepiae ramentum cum aceto illitum, nec non et sinapi cerato exceptum.

Aurium male affectarum remedia.

Cap. LVII. Aurium dolores et inflammationes mitigant haec, si tepida instillentur: parthenii succus et auriculae muris similiter, achilleae et menthae succus cum aqua mulsa, dracunculi succus oleo solutus, helxines succus cum rosaceo in aurem contrariam infusus, et cucurbitae ramentorum succus ad eundem modum: itidem foliorum populi albae succus cum rosaceo, narcissi e foliis aut radice succus simili modo, origani virentis succus cum lacte muliebri, rutae aut polygoni succus in cortice mali punici calfactus, porri foliorum succus cum rosaceo et meconio, foliorum salicis succus, vulpinus adeps tepide instillatus, sal fossile tritum cum melle: amygdalinum oleum, irinum, laurinum, ricini, crocinum, sesaminum et hyoscyaminum: amygdalinum cum aloë pauca et croco:

γης καὶ κρόκου· κάχρυ σὺν ἀμυγδαλίνῳ ὁμοίως· κυάμου αἰγυπτίου τὸ ἐντὸς πικρὸν σὺν ῥοδίνῳ· λιβανωτὸς σὺν οἴνῳ· χαλκὸς κεκαυμένος λεῖος σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ· μηκώνιον σὺν σμύρνῃ καὶ ῥοδίνῳ καὶ κρόκῳ καὶ γάλακτι γυναικείῳ· οὖρον ὄνου, ταύρου, συάγρου, αἰγὸς, σὺν ῥοδίνῳ· πισσέλαιον· κεδρία σὺν ῥοδίνῳ μύρῳ· στυπτηρία, πολυγόνου ἢ ῥοιᾶς χυλῷ ἀνεθεῖσα· νάρδος ἐν κοχλίᾳ λιβυκῷ ἀναληφθεῖσα, καὶ μετὰ τὸ ἑψηθῆναι ἐγχυθεῖσα, ὠφελεῖ· καὶ τὸ λῖπος ἐκ τοῦ ἐλειοῦ, ὃς ῥωμαϊστὶ καλεῖται γλῆρις, καὶ ἄλλου, ὃς σκίουρος λέγεται[20], ἐγχεόμενον· καὶ σιλφῶν τῶν κατοικιδίων τὸ ἐντὸς λεῖον, σὺν ῥοδίνῳ ἐνσταζόμενον· ἢ οἱ κατοικίδιοι ὄνοι μετὰ ῥοδίνου ἢ ἐλαίου λεῖοι χλιανθέντες· ἢ γῆρας ὄφεως ἐν ἐλαίῳ ἑψηθὲν, ἢ μύρῳ μετὰ κωδίας μήκωνος· ἀράχνη τὸ ζῶον λεῖον μετὰ ῥοδίνου καὶ ὄξους· κηκὶς λεία ἐντεθεῖσα ὀθονίῳ καὶ ἑψηθεῖσα ἐν οἴνῳ, ἀνωδύνους ποιεῖ· ὠφελεῖ καὶ ψυχρὸν ὕδωρ, εἰς τὸ ἀντικείμενον οὖς ἐγχεόμενον· καὶ σαρκῶν βοείων ὀπτωμένων ἰχὼρ, ἐγχεόμενος τῷ ἀλγοῦντι· καὶ

20) Post Moibanum et Saracenum textum valde corruptum sic restituere conatus sum.

cachrys cum amygdalino, simili modo: fabae aegyptiae interior pars amara cum rosaceo, tus cum vino, aes ustum tritum cum aceto et rosaceo: meconium cum myrrha, rosaceo, croco et lacte muliebri: urina asini, tauri, apri et caprae cum rosaceo: oleum picis, cedria cum unguento rosaceo, alumen, polygoni aut mali punici succo solutum: nardum etiam, cochlea africana exceptum, utiliter, ubi coctum fuerit, infunditur: sic et pingue animalis, quod Latini glirem, et alius, quod sciurum appellant. Sed et blattarum domesticarum interanea, trita cum rosaceo, instillantur: sic et millepedae cum rosaceo aut oleo simplici contritae et tepefactae: anguis senecta cocta in oleo aut unguento cum capite papaveris: araneus, animalculum, contritus cum rosaceo et aceto: galla trita inditaque linteolo et cocta in vino dolorem eximit. Iuvat et frigidam aquam auri oppositae infundere: ipsi vero dolenti serosum humorem, qui ex assata carne bubula

κεδρία μιγεῖσα ναρδίνῳ, ποτὲ μὲν πρὸς ἴσον, ποτὲ δὲ πρὸς διπλοῦν.

Κεφ. νη΄. Πρὸς δὲ τὰς γινομένας ῥήξεις τῶν ὤτων ἁρμόζει ἐγχυματιστὰ ταῦτα· ἄνισον σὺν ῥοδίνῳ, ἀπαρίνης χυλὸς, ἀρνογλώσσου χυλὸς, στρύχνου χυλὸς ὁμοίως, κεδρία σὺν ῥητίνῃ τερμινθίνῃ συντακεῖσα, σόγχου χυλὸς καὶ ἡ ῥίζα σὺν ἐλαίῳ καὶ σιδίῳ ἑψηθεῖσα, χολὴ βοεία μετὰ γάλακτος, ἢ πράσου χυλοῦ· ὠκίμου χυλὸς σὺν χηνείῳ στέατι.

Κεφ. νθ΄. Ὑπατμίζεται δὲ διὰ καλάμου πρὸς ὠταλγίας καὶ ἤχους ἀψινθίου ἀπόζεμα, ὑσσώπου, ἢ δαφνίδων· ἢ ἀβροτόνου δι᾽ ὄξους, ἢ διὰ κοχλάκων πεπυρωμένων ἑψηθέν· ἢ θάλασσα θερμὴ, θεῖον ἄπυρον ὑποθυμιώμενον· δεῖ δὲ πωμάσαντα τὴν χύτραν καὶ περιπλάσαντα πηλῷ τιτράναι κατὰ μέσον τὸ πῶμα, καὶ οὕτω δέχεσθαι εἰς τὴν εὐρύτητα[21] τοῦ ὠτὸς τὸν ἀτμόν· καὶ πυρία δὲ ἁρμόζει πρὸς τὰ ἀλγήματα τοιαύτη· ἐγχέας εἰς ὄξος ἔλαιον καὶ κρομμύων χυλὸν, θέρμαινε, καὶ περιθεὶς ἔριον μηλωτίδι, ἀπό-

21) Sic Moib. loco vulg. *εὐρίαν.*

exstillat. Denique confert et cedria nardino mixta oleo, interdum aequali, alias dupla portione.

Cap. LVIII. Fractis auribus commode instillantur anisum cum rosaceo, succi aparines, plantaginis, solani: cedria cum resina terebinthina liquata, sonchi succus, eiusdemque radix cum oleo et malicorio cocta: fel bubulum cum lacte aut porri succo, ocimi succus cum anserino adipe.

Cap. LIX. Auribus dolore ac sibilo affectis per calamum vapor immittitur, instillato in silices ignitos aceto, cui incocta sint absinthium et hyssopum, aut lauri baccae, aut abrotanum. Excipitur et vapor aquae marinae calentis, itemque sulphuris ignem minime experti suffitus. Sed ollulae operculatae lutoque oblitae operculum in medio perforandum, quo vapor in aurium cavitatem suscipiatur. Convenit et ad aurium dolores fomentum huiusmodi: acetum, cui oleum et ceparum succum infuderis, calfacito: eique calenti lanam obvolutam

βαπτε θερμῷ τῷ ὄξει, καὶ κάθες εἰς τὸ οὖς, μέχρις ἀνέχεται.[22]

Κεφ. ξʹ. Πρὸς δὲ τὰς πυοῤῥοίας καὶ ἑλκώσεις ἁρμόζει ἐνσταζόμενα ἢ σὺν ἐρίῳ ἁπαλῷ ἐντιθέμενα ταῦτα· ἀγριελαίας χυλὸς, ἀπαρίνης χυλὸς ὁμοίως, ἀμόργη, ἐν ἐλαίῳ ἑψημένη, λύκιον, μάλιστα τὸ ἰνδικὸν, ἀσφοδέλου χυλὸς καθ' ἑαυτὸν, καὶ σὺν λιβανωτῷ καὶ μέλιτι καὶ σμύρνῃ καὶ οἴνῳ χλιανθείς· ἀψίνθιον λεῖον σὺν μέλιτι· γῆς ἔντερα ἑψηθέντα σὺν στέατι χοιρείῳ ἢ ἐλαίῳ· ἢ βάτου φύλλων χυλὸς ἐν ἐλαίῳ· γῆρας ὄφεως ἑψηθὲν ἐν οἴνῳ· διφρυγὲς σὺν μέλιτι· ἐλαίας χυλὸς· σμύρνα σὺν καστορίῳ καὶ μηκωνίῳ καὶ γλαυκίῳ[23], κισσοῦ λευκοῦ χυλὸς σὺν ἐλαίῳ, κρομμύων ὁμοίως· μίσυ σὺν ῥοδίνῳ· ἀπαρίνης χυλὸς καὶ ἀφέψημα· ὀμφάκιον σὺν μέλιτι· οὖρον ἀφθόρου παιδὸς ἐν ῥοιᾶς σιδίῳ ἑψηθὲν· κονία συκίνη συγκλυζομένη· πίσσα ὑγρὰ ὁμοίως, καὶ αὐτὴ σὺν ῥοδίνῳ ὀλίγῳ ἐν κελύφει ῥοιᾶς ἑψηθεῖσα· καὶ στοίβης καρπὸς ἑψηθεὶς ἐν οἴνῳ· στυπτηρία πᾶσα σὺν πολυγόνου χυ-

22) Sarac. sic corruptum textum restituit.
23) Sic Moib. l. γλυκεῖ.

specillo intingito, demittitoque penitius in aurem, quatenus aeger sustinebit.

Cap. LX. Pure manantibus et ulceratis auribus conveniunt instillata, aut cum molli lana indita, haec: oleae sylvestris succus, uti et aparines, amurca in oleo cocta, lycium, praesertim indicum, asphodeli succus per se et cum ture, melle, myrrha et vino tepefactus: absinthium tritum cum melle, lumbrici terrestres cocti cum adipe suillo vel oleo: rubi foliorum succus cum oleo, anguium senecta in vino cocta, diphryges cum melle, oleae succus, myrrha cum castorio, meconio et glaucio: hederae albae succus cum oleo, ac ceparum similiter, misy cum rosaceo, aparines decoctum, omphacium cum melle, urina pueri incorrupti cocta in malicorio, lixivium e cineribus ficulneis infusum auribus: sic et pix liquida, ac ipsa quoque cum pauco rosaceo in cortice mali punici cocta, stoebes fructus in vino coctus, alumen omne cum succo po-

λῳ, χάλκανθον ἑψηθὲν σὺν μέλιτι, καὶ χολὴ βοεία μετὰ μέλιτος.

Κεφ. ξα΄. Τοὺς δὲ γινομένους σκώληκας ἐν ταῖς χρονίαις περὶ ὦτα ἑλκώσεσιν ἀποκτείνει ἀμυγδάλινον ἔλαιον ἐγχεόμενον, καὶ καλαμίνθης χυλὸς, ἢ τοῦ καρποῦ χλωροῦ· κεδρία, οὖρον ἀνθρώπειον παλαιὸν, ἐλλέβορος λευκὸς λεῖος μετὰ μέλιτος· καὶ τοῖς πρὸς τὰς ἑλκώσεις ἀναγεγραμμένοις χρηστέον.

Κεφ. ξβ΄. Τὰς δὲ ὑπερσαρκώσεις τὰς ἐν τοῖς ὠσὶ γινομένας καθαιρεῖ μέλας ἐλλέβορος ξηρὸς λεῖος ἐπιπασσόμενος. Ἀφαιρεῖ δὲ αὐτὰς ταχέως τρὺξ μετ᾽ ἀσβέστου καὶ κονίας στακτῆς λεία, γλοιώδης, δἰ ἐρίου καὶ μηλωτίδος προςτεθεῖσα.[24]

Κεφ. ξγ΄. Ἤχους δὲ τοὺς περὶ τὰ ὦτα ὠφελεῖ σῦκον λεῖον ἀναληφθὲν σὺν σινήπει καὶ νίτρῳ, καὶ ἐντεθὲν καὶ ἐαθὲν ἐπὶ ἡμέραν, ἐλλέβορος μέλας ξυόμενος καὶ ἐντιθέμενος ἑκάστης ἡμέρας νεαρός· ἢ δαφνίνου καὶ ἀμυγδαλίνου ἑκάστου

24) Moiban. mutilum textum sic restituit.

lygoni, chalcanthum cum melle coctum, et fel bubulum una cum melle.

Cap. LXI. Vermes in diuturnis aurium ulceribus genitos haec interimunt: oleum amygdalinum infusum, calaminthae succus, vel seminis eiusdem virentis: cedria, urina humana antiqua, helleborus albus, tritus cum melle. Utendum et illis, quae ad ulcerationes iam praescriptae sunt.

Cap. LXII. Carnes immodice in auribus excrescentes leniter erodit et imminuit helleborus niger in pulverem redactus atque inspersus. Ipsas vero celeriter aufert et absumit faex cum calce viva et lixivio stillatitio ad stigmenti crassitiem redacta, per lanam et specillum indita.

Cap. LXIII. Contra sonitus, qui auribus obstrepunt, ista prosunt: ficus trita, excepta sinapi ac nitro, et intra aurem relicta diei unius spatio: helleborus niger derasus et quotidie recens inditus. Aut: olei laurini et amygdalini

ἴσον, καστορίου ὀλίγον, ὄξους σταλαγμοὺς τρεῖς τρίψας ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ χλιάνας ἔνσταξον· ἢ φλοιοῦ ῥαφανίδος χυλὸν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἔγχει· τῇ δὲ τετάρτῃ ἐκχέας τὸν χυλὸν, καλαμίδα διαμπὰξ τετρημένην κάθες εἰς τὸ οὖς· κατὰ δὲ τὸ ὑπερκείμενον μέρος, καλαμὶς ἐχέτω ἐλλύχνιον καιόμενον· οὕτω γὰρ πυριώμενον ὠφελεῖ λίαν· κλύζεται δὲ παραχρῆμα διὰ νίτρου καὶ ὕδατος· ποιεῖ καὶ γάρον, μέλι, ῥόδινον, ἴσα· ἢ ἀμυγδάλινον σὺν μέλιτι, ἢ ἔλαιον βαλάνινον μετὰ στέατος χοιρείου, δαφνίδων πίεσμα σὺν οἴνῳ καὶ ῥοδίνῳ ἐνσταζόμενον, κεδρία σὺν ὑσσώπῳ, κρομμύου χυλὸς, κύμινον ἄγριον σὺν μυελῷ μοσχείῳ, καὶ πηγάνου χυλὸς, κύπρινον, ἴρινον, σούσινον[25] σὺν ὄξει καὶ πηγάνῳ καὶ ἀμυγδάλοις πικροῖς· νίτρον, ἀφρόνιτρον σὺν ὄξει καὶ λιβανωτῷ, πράσου χυλὸς, μέλι ἀττικὸν σὺν ὄξει, περσέας τὸ ἐντὸς μετὰ ῥοδίνου χλιαρὸν ἐνσταζόμενον.

Κεφ. ξδ΄. Δυςκωφίας δὲ θεραπεύει χρονίας χαλκοῦ ἄνθος λεῖον ἐμφυσώμενον εἰς τὸν πόρον διὰ σωληνίου· ἀσφο-

25) Moiban. loco vulg. σελγικόν.

aequas partes sumito, castorii parum et guttas aceti tres: haec simul trita et tepefacta instillato. Aut: corticis raphani succum tribus diebus infundito: quarto demum die eodem effuso, in aurem demittito arundinem utrinque pertusam, quae superiore sui parte accensum habeat ellychnium: eiusmodi siquidem fotus strenue iuvat: eluitur vero statim auris aqua et nitro. Conferunt et garum melli et rosaceo aequaliter mixtum, amygdalinum cum melle, oleum balaninum cum adipe suillo, lauri baccis expressus succus, cum vino et rosaceo instillatus, cedria cum hyssopo, cepae succus, cuminum agreste cum medulla vitulina, et rutae succus: unguenta cyprinum, irinum et susinum cum aceto, ruta et amygdalis amaris: nitrum spumaque nitri cum aceto et ture, porri succus, mel atticum cum aceto, perseae quod interius est tepidum, cum rosaceo instillatum.

Cap. LXIV. Aurium gravitati diuturnae medentur flos aeris contritus, per cannulam insufflatus, oleum, in quo

δέλου ῥίζα ἐν ἐλαίῳ ἑψημένη, τοῦ ἐλαίου ἐνσταζομένου· κρομμύου χυλὸς, σικύου ἀγρίου τῶν φύλλων χυλὸς ἐν ὄξει, οὖρον αἰγὸς ἐγκλυζόμενον συνεχῶς θερμὸν, καὶ τὸ διὰ σινήπεως καὶ νίτρου καὶ σύκου ἐντιθέμενον.

Κεφ. ξε΄. Πρὸς δὲ τὰς τῶν ὑδάτων ἐναπολήψεις, κρομμύου χυλὸς ἐνσταζόμενος διακόπτει τὴν τοῦ πνεύματος ἔνστασιν· ἐκμύξαι δὲ τὸ ὕδωρ, καλαμίδα διαμπὰξ τετρημένην ἐνθεὶς τῷ ὠτίῳ.

Κεφ. ξϛ΄. Τὰ δὲ τεθλασμένα τῶν ὠτίων ἰῶνται, μὴ ἐῶντες διαπυΐσκειν καὶ διαπυήσαντα διαφοροῦντες, βολβοὶ σὺν ἀλφίτῳ καταπλασσόμενοι, σμύρνα σὺν κοχλίου σαρκὶ, θεῖον ἄπυρον σὺν σμύρνῃ καὶ οἴνῳ καὶ λιβάνῳ καὶ πίσσῃ καταχριόμενον· ἐὰν δὲ ἐρυθήματα ᾖ καὶ φλεγμονὴ μεγάλη, σησάμῳ λείῳ κατάπλασσε, ἢ χόνδρῳ ἐν ὄξει ἑφθῷ.

Κεφ. ξζ΄. Ζώου δὲ ἐμπεσόντος εἰς τὸ οὖς ἐνσταζόμενα ἀναβιβάζει ταῦτα· μαλάχης χυλὸς, κενταυρίου ἀφέψημα μετὰ ὄξους, πευκεδάνου ὀπὸς, ἀψινθίου χυλὸς, νίτρον ἀλειφθὲν, θεῖον ἄπυρον σὺν ὄξει, χολὴ μυὸς καὶ βατράχου διει-

radix asphodeli decocta fuerit, instillatum, cepae succus, cucumeris agrestis foliorum succus in aceto, urina caprae calens frequenter infusa: denique inditum collyrium, quod e sinapi, nitro et ficu concinnatur.

Cap. LXV. Si aqua auribus interclusa fuerit, instillatus cepae succus flatuum obstaculum dissipabit: sed calamo utrinque perforato in aurem immisso aquam exsugi par est.

Cap. LXVI. Contusas aures suppurare non sinunt, ac si suppuraverint, pus ipsum dissipando sanant bulbi, cum polenta cataplasmatis in modum adhibiti, myrrha cum cochleae carne, sulphur ignem minime expertum, cum myrrha, vino, ture ac pice illitum. Quod si rubor et magna inflammatio adfuerit, sesamum tritum aut alicam in aceto decoctam more cataplasmatis imponito.

Cap. LXVII. Illapsum in aurem animalculum haec instillata educunt: malvae succus, centaurii decoctum cum aceto, peucedani liquor, absinthii succus, nitrum inunctum, sulphur vivum cum aceto: fel muris, uti et ranae,

μέναι ὄξει, πράσου χυλὸς σὺν μέλιτι, θεῖον διεθὲν σὺν ἀφθόρου παιδίου οὔρῳ.

Κεφ. ξη΄. Λιθαρίου δὲ, ἢ κυάμου, ἢ ἄλλου τινὸς ἐμπεσόντος, εἰλήσας ἔριον περὶ μηλωτίδα, καὶ βρέξας ῥητίνῃ, ἢ ταυροκόλλῃ, καθεὶς πραέως ἅπτου.

Τὰ τῶν ὀδόντων καὶ οὔλων βοηθήματα.

Κεφ. ξθ΄. Πρὸς δὲ ὀδονταλγίας ἁρμόζει ἑψόμενα σὺν ὄξει καὶ ἀνακογχυλιζόμενα· δεῖ δὲ θερμοῖς αὐτοῖς χρᾶσθαι, καὶ ἐφ᾽ ὅσον δύναταί τις χρόνον διακρατεῖν ἐν τῷ στόματι κατὰ τὸν ἀλγούμενον ὀδόντα· ὑοςκυάμου ῥίζα, πενταφύλλου ῥίζα, ἀλθαίας ῥίζα, πύρεθρον, ὀνώνιδος ῥίζα, ἀρνογλώσσου ὁμοίως, δᾳδία καὶ μελάνθιον, σταφὶς ἀγρία, ἐλλέβορος μέλας· καππάρεως ῥίζα, καὶ ὁ ἐκ τῶν ἀπίων αὐτῆς καρπός· ἐλάφου κέρας ὠμὸν ἢ κεκαυμένον, θεῖον ἄπυρον ὀλίγον σὺν ὀριγάνῳ καὶ δᾳδίῳ, μελισσόφυλλον, γλήχων, μορέας φύλλα καὶ ἡ ῥίζα, σίλφιον, ὀπόφυλλον μετὰ ὑσσώπου καὶ σύκου, πίτυος καὶ λεύκης

aceto dilutum: porri succus cum melle, sulphur denique, urina pueri venerem non experti solutum.

Cap. LXVIII. Sin lapillus, faba, aliudve quiddam in aurem inciderit, obvolutam specillo lanam resinae aut glutini taurino immergito, eaque leniter in aurem demissa, quidquid illud fuerit, contingito, quo facilius extrahas.

Dentium et gingivarum remedia.

Cap. LXIX. Dentium dolori conveniunt haec in aceto decocta et gargarizata, si modo actu calida ea oris parte, quam diutissime fieri poterit, contineantur, quam dens affectus occupat: hyoscyami radix, itemque pentaphylli et althaeae, pyrethrum, radix ononidis, similiterque plantaginis, taedae et nigella, staphis agria, helleborus niger, capparis radix, eiusdemque fructus, cornu cervinum, seu crudum, seu ustum, sulphuris vivi tantillum cum origano et taeda, apiastrum, pulegium, mori folia et radix, silphium eiusque semen cum hyssopo et ficu, pi-

φύλλα, σικύου ἀγρίου ῥίζα, σκορόδου ῥᾶγες σὺν λιβανωτῷ, τιθύμαλλος, μήλων περσικῶν ὀστᾶ, κηκὶς μετὰ ἁλὸς καὶ κεδρίας· ἕκαστον τούτων μετ' ὄξους· ἢ κολοκυνθίδα κενώσας, καὶ ἐναποζέσας αὐτῇ ὄξος, δίδου διακλύζεσθαι· ἀποβάλλει δὲ τοῦτο καὶ τοὺς σαθροὺς αὐτῶν· ὠφελεῖ δὲ καὶ ἀγρώστεως τῆς ἐν Παρνασσῷ γινομένης ὁ χυλὸς σὺν ὀξάλμῃ, ἀρνογλώσσου τῶν φύλλων ὁ χυλὸς. Σὺν οἴνῳ δὲ ἑψηθέντα πρὸς τὴν αὐτὴν χρῆσιν φλόμου ῥίζα, ἁλικακάβου ἀγρίου ῥίζα, ἀσπαράγου ῥίζα, νίτρον σὺν πεπέρει καὶ πηγάνῳ, πλατάνου σφαιρία, ὀξυμυρσίνης ῥίζα, ὀπὸς σιλφίου, ῥόδα ξηρὰ οἴνῳ ἑψηθέντα ἄχρι τρίτου· ἐπὶ δὲ τῆς χρείας δίδου ἀνακλύζεσθαι.

Κεφ. ο΄. Διαμασσώμενα δὲ καὶ δηχθέντα τοὺς πεπονθότας ὀδόντας ὠφελεῖν πέφυκε ἀκάνθας λευκῆς ῥίζα, κηκίδος τὸ ἐντὸς, πυρέθρου ῥίζα. Ὠφελεῖ δὲ ὀδονταλγίας ἐνεργῶς τρυγόνος θαλασσίας κέντρου τῷ ἄκρῳ παρατρίβων τὸν ἀλγοῦντα ὀδόντα· σήπεται δὲ τὸ πεπονθὸς μέρος τοῦ ὀδόντος· ἔνιοι δὲ ἐπὶ καλαμίδι ἐγκρύπτοντες αὐτὸ

nus et populi albae folia, cucumeris agrestis radix, allii nuclei cum ture: tithymallus, malorum persicorum ossa, galla cum sale et cedria. Aliud: acetum, quod in excavata colocynthide efferbuerit, colluendum exhibeto: hoc genus remedii putridos etiam cariososve dentes extrahit. Confert et parnassii graminis succus cum acida muria, uti et plantaginis foliorum succus. Vino autem incoquuntur in eundem usum haec: verbasci radix et halicacabi agrestis, itemque asparagi, nitrum cum pipere et ruta, platani globuli, rusci radix, laser, rosae siccae in vino coctae. Ista, cum postulabit usus, colluenda, exhibeantur.

Cap. LXX. Commanducata et commorsa dentes affectos curare solent albae spinae radix, gallae pars interior, pyrethri radix. Porro dentium dolori efficaciter auxiliabitur, qui pastinacae piscis aculeo summo dentem dolentem affricuerit: sic enim pars dentis affecta corrumpitur. Nec desunt, qui eodem utantur aculeo intra cannam

οὕτω χρῶνται, ὑπολαμβάνοντες συμβάλλεσθαι καὶ τοῦτο πρὸς ἀπονίαν.

Κεφ. οα΄. Εἰς δὲ τὸ βρῶμα ἐντιθέμενα, ἢ περιπλασσόμενα τῷ ὀδόντι, ὠφελεῖ τοὺς ὀδονταλγοῦντας· (ἔνια δὲ θρύπτει, ἢ σήπει·) ἀμόργη ἑψημένη μετ᾽ ἐλαίου ὀμφακίνου, ἄχρις ἂν γένηται μελιτώδης· αὕτη καὶ περιχριομένη τὸν ὀδόντα ἐκτινάσσει· βατραχίου ῥίζα ὁμοίως σκευασθεῖσα θραύει· ἀμπέλου δάκρυον ἐντιθέμενον μετ᾽ ὀποπάνακος καὶ σιλφίου· ἄσφαλτος ὑγρὰ σὺν νίτρῳ πλασθεῖσα· πύρεθρον ταριχευθὲν σὺν ὄξει ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα· ἐλαίας αἰθιοπικῆς δάκρυον, ῥοῦ τοῦ βυρσοδεψικοῦ δάκρυον· ὀπὸς συκῆς ἀγρίας καὶ ἡμέρου, τιθυμάλλου ὀπός· ἄνωθεν δὲ κηρὸν ἐπιτίθει πρὸς τὸ φράσσεσθαι τὸ βρῶμα· χαλβάνη καὶ περιπλάσσεται· κεδρία καὶ θραύει τὸν ὀδόντα· κηκίδος τὸ μέσον· μόρου τῆς ῥίζης ὀπός· ὀπὸς σιλφίου σὺν σαρκὶ σταφίδος καὶ περιπλάσσεται, ἢ σὺν ῥητίνῃ καὶ σὺν κηρῷ· σὺν δὲ θείῳ καὶ λιβανωτῷ ἐν ὀθονίῳ ἔγχριστος περιτίθεται· ὀποπάναξ ὁμοίως ἐπιτηδευθεὶς σὺν σανδαράχῃ, σῶρι αἰγύπτιον ῥητίνῃ ἀναληφθέν,

occultato, existimantes, hoc ipsum etiam ad dolorem levandum conferre.

Cap. LXXI. Erosorum dentium cavis indita oblitave, dolori remedio sunt haec, quorum nonnulla eosdem etiam comminuunt aut putrefaciunt: amurca cum oleo omphacino ad mellis crassitudinem decocta: (haec etiam circumlita dentem excutit:) ranunculi radix eodem modo praeparata etiam frangit: vitis lacrima cum liquore panacis et silphii: bitumen liquidum nitro subactum: pyrethrum aceto conditum diebus quadraginta: oleae aethiopicae lacrima, rhois coriariorum lacrima, ficus tam domesticae quam sylvestris liquor, tithymalli liquor: superne vero imposita cera cavernam dentis obturato. Galbanum etiam denti circumdatur: cedria dentem quoque frangit, gallae pars media, mori e radice collectus liquor: laser cum uvae passae carne circumlinitur, aut cum resina et cera: cum sulfure autem ac ture linteolo inductum circumponitur: opopanax eodem adhibetur modo cum sandaracha: sori aegyptium resina excipitur. Prodest

σαύρας ἧπαρ ἐντεθέν· πευκεδάνου ὀπὸς, ἢ θεῖον, ἢ κηκὶς λεία μετὰ γλυκέως, περιπλαττόμενα μετὰ τὴν κάθαρσιν· ἢ πέπερι καὶ κρόκος σὺν ῥητίνῃ τερμινθίνῃ ἀναληφθέντα· ἢ ὄφεως γῆρας καύσας καὶ τρίψας μετ᾽ ἐλαίου περίχριε, γλοιώδη περιχαράξας πρότερον· ἢ κάρδαμον καὶ νάπυ ἔμπλασσε, ἢ στυπτηρίαν μετὰ μέλιτος φορίμην ἑψήσας, διάτριβε τὸν ὀδόντα· ἢ ὄφεως γῆρας ἐπιτίθει· ἢ κηκίδα λείαν καὶ σμύρναν ἑψήσας μετὰ μέλιτος, ἐντίθει· ἢ ἄσφαλτον, πίσσαν, κεδρίαν, στυπτηρίαν σχιστὴν ὁμοίως· χαλβάνην, πέπερι, κόκκον κνίδιον· ἢ βατράχου ἧπαρ καὶ ῥοῦν βυρσοδεψικὴν ἑψήσας ἐν ὕδατι μέχρι τοῦ πάχος ἔχειν μέλιτος, εἶτα ἐναποῤῥίψας τὰ σκύβαλα, τὸ ἀπόθλιμμα ἕψει, ἕως ἐμπλαστρῶδες γένηται, καὶ ἐντίθει· ἢ πρόπολιν μαλάξας, περίπλασσε.

Κεφ. οβ΄. Εἰς δὲ τὸ ἀντικείμενον οὖς τοῦ ἀλγοῦντος ὀδόντος ἐνστάζεται ἀσφοδέλου χυλός· καρδάμου χλωροῦ χυλός· κισσοῦ τοῦ χρυσοκορύμβου σφαιρία ιέ θλασθέντα, καὶ σὺν ῥοδίνῳ ἐν σιδίῳ ῥοιᾶς θερμανθέντα· σεύτλου χυλὸς μετὰ

et lacertae iecur inditum: item peucedani liquor, sulfur, aut gallae pulvis cum passo denti prius expurgato circumdata: piper et crocum, resina terebinthina excepta. Aliud: anguium exuvias ustas tritasque cum oleo circumline. exsculptis prius circumquaque viscidis sordibus, si quae dentibus inhaeserint: aut nasturtium et sinapi illinito: aut alumine liquido, quod phorimon dicitur, cum melle decocto dentes infricato: aut senectam serpentis imponito: aut gallae pulverem et myrrham cum melle coctam inserito: aut bitumen, picem, cedriam et alumen scissile eodem modo: galbanum itidem, piper et granum cnidium: aut ranae iecur et rhoëm coriariorum in aqua decoque ad iustam crassitudinem: deinde, reiectis crassamentis, id quod expresseris ad emplastri formam coquito, dentique imponito: aut remollitam propolin circumlinito.

Cap. LXXII. In aurem vero denti dolenti oppositam instillantur succus asphodeli, nasturtii virentis succus, hederae, quae aureis est corymbis, acini quindecim contusi, et cum rosaceo in cortice mali punici calfacti:

κυμίνου· ὄφεως γῆρας θλασθὲν, καὶ μετὰ ῥοδίνου ἑψηθέν. Εἰς δὲ τὸν ἀντικείμενον μυξωτῆρα ἐνστάζεται ὠφελίμως ἀναγαλλίδος χύλισμα. Περιαπτομένη ὀδόντος πόνον ἱστορεῖται παύειν λεπιδίου ῥίζα.

Κεφ. ογ'. Ἀρεῖς δὲ ἀπόνως, ἂν περιχαράξας περιπλάσῃς θείῳ, ἢ μολυβδαίναν λείαν κηρῷ ἀναληφθεῖσαν, ἢ πύρεθρον ὄξει ταριχεύσας ἐπὶ ἡμέρας μ' περιπλάσῃς, κηρῷ τοὺς ἄλλους ἀσφαλισάμενος· ἢ σῶρι μετ' ὄξους λειώσας, ἢ σώρεως < δ', μολυβδαίνης < ς', κεδρίας τῷ αὐτάρκει ἀναλάμβανε.

Κεφ. οδ'. Τὰς δὲ ἐπὶ τῶν παιδίων ὀδοντιάσεις καὶ κνησμοὺς παύει βούτυρον διαχριόμενον καθ' ἑαυτὸ καὶ μετὰ μέλιτος, λαγωοῦ ἐγκέφαλος ὀπτὸς παρατριβόμενος καὶ ἐσθιόμενος, μῦς οἱ κατοικίδιοι ἐσθιόμενοι· καὶ τὸν πολὺν δὲ σίελον κωλύουσιν ἐπὶ τῶν παιδίων, ζῶντες προσαγόμενοι τοῖς στόμασιν αὐτῶν.

Κεφ. οε'. Αἱμωδίας δὲ τὰς ἐπὶ τῶν ὀδόντων παύει ἀνδράχνη διαμασσωμένη, ἔλαιον παρατριβόμενον.

betae succus cum cumino: anguis senecta tusa et cum rosaceo cocta. Oppositae quoque nari utiliter infunditur expressus anagallide succus. Sed et e collo suspensa lepidii radix dentium dolorem lenire fertur.

Cap. LXXIII. Sine vexatione dentes eximes, si circumscarificatos sulphure obduxeris, aut plumbaginem tritam cera exceptam circumleveris, aut etiam pyrethrum aceto conditum diebus XL, dentibus reliquis cera praemunitis. Aliud: sori ex aceto tritum adhibeto: aut soreos drachma iiij, plumbaginis drach. vj, cedria quanta sat erit excipito.

Cap. LXXIV. Infantium dentitiones gingivarumque pruritus sedant butyrum per se, et cum melle perunctum, cerebrum leporis assum, seu affrictum, seu in cibo sumptum: mures etiam domestici esitati: qui quidem copiosam infantium salivam arcent, si vivi ipsorum admoveantur ori.

Cap. LXXV. Dentium stuporem demulcent portulaca commanducata et ipsum etiam oleum affrictum.

Κεφ. ος'. Σμήχει δὲ τοὺς ὀδόντας ἀριστολοχίας ῥίζα, ἐλάφου κέρας κεκαυμένον, μιγνυμένης ὀλίγης μαστίχης· ἅλες λευκοὶ, φυραθέντες μέλιτι καὶ καέντες ἐν χύτρᾳ, ἄχρις ἀνθρακωθῶσι· κήρυκες πληρωθέντες ἁλὶ καὶ καέντες, κίσσηρις ὀπτὴ οἴνῳ σβεσθεῖσα, κοχλίας χερσαῖος καεὶς σὺν μέλιτι, λίθος ἀραβικὸς καεὶς σὺν μέλιτι, μύακες συγκεκαυμένοι, ἢ σηπίας ὄστρακον κεκαυμένον· τούτων ἑκάστῳ ἢ εὐωδίας χάριν μίγνυται νάρδου στάχυος ὀλίγον, ἢ σχοίνου ἄνθος· ἢ ἔρια οἰσυπηρὰ κεκαυμένα λεῖα, ὀλίγου ἁλὸς αὐτοῖς μιγνυμένου.

Κεφ. οζ'. Σειομένους δὲ ὀδόντας κρατύνει καὶ οὖλα πλαδῶντα, διακλυζόμενα καὶ διακρατούμενα ἐφ' ἱκανὸν ἐν στόματι, ἐλαίας τῶν φύλλων ἀφέψημα, γάλα ὄνειον, κολυμβάδος ἐλαίας χυλὸς, σμύρνα σὺν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ διακλυζομένη, γαγάτης λίθος σὺν οἴνῳ ἑψηθεὶς, πλατάνου φύλλα σὺν ὄξει ἑψηθέντα, ὄξος σκιλλητικὸν, βάτος διαμασσώμενος, μαλάχης ῥίζα ὁμοίως, ἰὸς σιδήρου προσαπτόμενος ξηρὸς, κύτινος ὁμοίως, στυπτηρία σχιστὴ μιγεῖσα σμύρνῃ, ἢ δίχα τῆς

Cap. LXXVI. Dentes abstergunt aristolochiae radix, cornu cervinum ustum, exigua mastiche admixta: sal candidum melle subactum et in olla crematum, usquedum in carbones redigatur: buccina sale referta et combusta: pumex torrefactus, vino restinctus: cochlea terrestris cremata cum melle: lapis arabicus ustus cum melle: mytuli combusti: sepiae denique testa cremata: quorum singulis odoris gratia aut spicae nardi, aut floris iunci non nihil adiicitur. Prosunt et lanae succidae crematae et in pulverem tritae, addito pauco sale.

Cap. LXXVII. Mobiles dentes simul et gingivas prae nimia humiditate flaccidas firmant roborantque haec colluta et in ore diutine retenta: oleae foliorum decoctum, lac asininum, olivarum muria conditarum succus, myrrha cum vino et oleo, gagates lapis cum vino coctus, platani folia in aceto cocta, acetum scilliticum, rubus itidem commanducatus, et malvae radix eodem modo: ferrugo sicca admota, similiterque cytinus, alumen scissile mixtum cum myrrha, aut citra myrrham cum

σμύρνης σὺν ὄξει ἢ μέλιτι, σῶρι κεκαυμένον ὁμοίως, στύραξ σὺν ἁλσὶν ἐπιτιθέμενος· ἢ σμύρνα, πομφόλυξ, ἄμυλον, ἴσα, λεῖα, ξηρά· ἢ ῥόας λεπτόχανα, κηκὶς, χάλκανθος, σὺν ὄξει δευθέντα, διακλυζόμενα· ἢ βάτραχοι ί, ἢ ὄξους ἡμίχους, χαλκάνθου < δ΄, μανδραγόρου ῥίζης < ς΄, ἑψόμενα μεχρι τρίτου καὶ διακλυζόμενα· ποιεῖ καὶ πρὸς ἀλγηδόνας τοῦτο. Ἀλόης < δ΄, λιβάνου < ά, σχιστῆς < δ΄, μέλιτι μιγέντα καὶ διατριβόμενα.

Κεφ. οη΄. Πρὸς δὲ τὰ οἰδοῦντα τῶν οὔλων καὶ ἐκσαρκοῦντα ἢ σηπόμενα ἁρμόζει, διακλυζόμενα καὶ διακρατούμενα, ἀνδράχνης χυλὸς, ἀστραγάλου ῥίζης ἀπόζεμα ἐν οἴνῳ, ἐλαίας κολυμβάδος ἅλμη, ἔλαιον ὠμοτριβὲς, καὶ μήλινον, καὶ σχίνινον, διακρατούμενα· σμύρνα σὺν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, κεδρία σὺν ὄξει ἢ ἀμόργῃ, καὶ κηκίδος ἀπόζεμα, μόρων φλοιοῦ καὶ φύλλων ἀπόζεμα, ὄξος σκίλλινον.

Κεφ. οθ΄. Ξηρὰ δὲ λεῖα προσαπτόμενα ὠφελεῖ ἀριστολοχίας ῥίζα, ἀρνογλώσσου σπέρμα ξηρὸν, ἀσπάλαθον

aceto vel melle: sory combustum ad eundem modum: styrax cum sale impositus: myrrha, pompholyx, amylum, aequis partibus contrita in pulverem. Mali quoque punici tunicae, galla et chalcanthus, si aceto irrigaveris, collutione proderunt. Aliud: Ranas X, aceti sextarios tres, chalcanthi drach. iiij, radicis mandragorae drachm. vj coquito ad tertias pro collutione: facit et hoc ad dentium dolores. Aliud: aloës drach. iiij., turis drachmam j., aluminis scissilis drach. iiij. melli admisceto et affricato.

Cap. LXXVIII. Ad tumentes ac praeter modum luxuriantes putrescentesve gingivas utile fuerit ista colluere ac in ore detinere: portulacae succum, astragali radicis decoctum e vino, olivarum conditarum muriam: olea, omphacinum, quod ex immaturis olivis exprimitur, melinum et lentiscinum: myrrham cum vino et oleo: cedriam cum aceto aut amurca: gallae decoctum, mori corticis et foliorum decoctum, acetum denique scilliticum.

Cap. LXXIX. Sicca vero et in pulverem redacta haec utiliter adhibentur: aristolochiae radix, plantaginis

ξηρὸν, μαράθρου ῥίζα κεκαυμένη, διφρυγὲς, ἰὸς χαλκοῦ καὶ σιδήρου, χάλκανθος ὀπτὴ, κηκὶς, κύπρος, κύτινοι, ῥόδων ἄνθος, λύκειον, μαστίχη ξηρὰ, μίσυ σὺν ὄξει, χαλκὸς κεκαυμένος σὺν ἀρσενικῷ ὀλίγῳ, σχίνου ξυλάρια χλωρὰ παρατριβόμενα τοῖς μεταξὺ τῶν ὀδόντων· ἁρμόζει δὲ καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἐκσαρκούντων, διὰ τοῦ ζεστοῦ ἐλαίου πυριᾶν· δεήσει δὲ ἔριον μηλωτίδι περιτιθέντα, καὶ ἀποβάπτοντα εἰς τὸ ἔλαιον προςάγειν, ἄχρις οὗ λευκὰ γίνηται τὰ οὖλα· στέλλεται γὰρ ὁ ῥευματισμὸς αὐτῶν, καὶ ἀναξηραίνεται.

Κεφ. π΄. Τὰς δὲ ἐπουλίδας στέλλει στυπτηρία πᾶσα κεκαυμένη, ἢ σῶρι, ξηρὰ λεῖα προςαπτόμενα.

Κεφ. πα΄. Τὰ δὲ γεγυμνωμένα οὖλα σαρκοῖ ῥόδων ἄνθους μέρη β΄, καλάμου ἀρωματικοῦ μέρος ἓν, προςαπτόμενα.

Τῶν λοιπῶν περὶ τὸ στόμα καὶ τὴν φάρυγγα παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. πβ΄. Τὰς δὲ ἄφθας καὶ νομὰς θεραπεύει μέλι,

semen, aspalathum, foeniculi radix usta, diphryges, rubigo aeris ac ferri, chalcanthum tostum, galla, cyperus, cytini, rosarum flos, lycium, mastiche trita, misy cum aceto, aes ustum cum arsenici momento. Prodest et virentes lentisci surculos mediis dentium spatiis affricare. Convenit praeterea, excrescentibus potissimum carne gingivis, fotus ex fervente oleo. Oportebit autem obvolutam specillo lanam oleo immergere, tamdiuque gingivis admovere, donec albescant: sic enim cohibetur fluxio, ipsaeque resiccantur.

Cap. LXXX. Epulidas reprimunt, probe contrita et adhibita, aluminis genera omnia usta, itemque sory.

Cap. LXXXI. Nudatas carne gingivas explet adhibitum medicamentum ex floris rosarum partibus duabus et calami atomatici parte una.

Ad reliquos oris fauciumque affectus remedia.

Cap. LXXXII. Oris aphthas et depascentia ulcera

καὶ ὅσα πρὸς τὰ οἰδαλέα καὶ ἐκσαρκοῦντα τῶν οὔλων ἀναγέγραπται· ἐκ περισσοῦ δὲ καὶ ἰδίως ταῦτα· ἄγνου ἢ κύπρου φύλλα σὺν μέλιτι διατριβόμενα, τριβόλου χυλὸς, ἀκακίας χυλὸς ὁμοίως, ὑποκιστίδος ἢ ῥοὸς βυρσοδεψικῆς χυλὸς ὁμοίως, ὀμφάκιον, ὀρίγανον ὁμοίως, ῥοῦς ὁ ἐπὶ τὰ ὄψα ὡςαύτως· βαλαύστιον ὁμοίως, καὶ ξηρὸν προςαπτόμενον, καὶ ἀφέψημα αὐτοῦ διακλυζόμενον· σανδαράχη σὺν ῥοδίνῳ διακλυζομένη· ὅ, τε βεττονικῆς πόας χυλὸς, ἀγριελαίας φύλλα ὁμοίως. Ἀρσενικοῦ μέρος α΄, χάρτου κεκαυμένου μέρη γ΄· χρῶ δὲ ξηρῷ καὶ σὺν μέλιτι· γάρος ὁ ἐκ τῶν μαινίδων διακλυζόμενος, ἀρνογλώσσου χυλὸς διακλυζόμενος, κηκὶς μετὰ μέλιτος διακλυζομένη, στυπτηρία ὑγρὰ ὁμοίως.

Κεφ. πγ΄. Τὰς δὲ ἐν τῷ στόματι σηπεδόνας ἵστησι μὲν καὶ τὰ πρὸς νομὰς ἀναγεγραμμένα· ἰδίως δὲ ταῦτα· μαράθρου ἀγρίου ῥίζης κεκαυμένης ἡ τέφρα, ἢ μαινίδων κεκαυμένων μέρη β΄, ἀλόης μέρος α΄, ξηρά· ἢ ἀρσενίκου < δ΄, χάρτου κεκαυμένου < ιβ΄, ξηρά· ἢ σταφὶς λεία χωρὶς τῶν

sanant mel et quaecunque ad tumentes luxuriantesque gingivas descripta sunt: multo vero praestat privatimque conveniunt, quae sequuntur: viticis aut cypri folia cum melle affricta: similiterque succi tribuli, acaciae, hypocistidis, rhois coriariorum et omphacium, origanum itidem et rhus obsoniorum eodem modo. Pariter et balaustium, tum siccum adhibitum, tum et in decocto ad colluendum os usurpatum: sandaracha colluta cum rosaceo, bettonicae herbae succus, et folia sylvestris oleae ad eundem modum. Sumito arsenici partem unam, chartae combustae partes tres: hoc remedio utere et sicco et cum melle. Prosunt et collutione garum e maenis, plantaginis succus, galla cum melle, et alumen liquidum eodem modo.

Cap. LXXXIII. Putrida oris ulcera cohibent, quae ad depascentia descripsimus: privatim vero haec: foeniculi sylvestris e radice combusta cinis, pulvis e maenarum ustarum partibus duabus et aloës parte una: sic et ex arsenici drach. iiij., chartae combustae drachm xij., uva

γιγάρτων καταπλασθεῖσα, ἀμόργη ἐλαίου ἑψηθεῖσα καὶ καταχριομένη, βεττονικῆς πόας χυλός.

Κεφ. πδ'. Τὰς δὲ δυςωδίας τοῦ στόματος ἀπαλλάττει ἀγαλλόχου ἀπόβρεγμα ἢ ἀπόζεμα διακλυζόμενον· σμύρνη, σχοίνου ἄνθος, ἢ κιννάμωμον, διαμασσώμενα· μαλαβάθρου φύλλον ὑποτιθέμενον τῇ γλώσσῃ· ὄξος σκίλλινον, ἢ ἀφέψημα κεδρίνων ξύλων.

Κεφ. πε'. Πρὸς δὲ τὰς τῶν παρισθμίων φλεγμονὰς χρώμεθα ἀναγαργαρίσμασι μελικράτου μετὰ ἀποζέματος πιτύρων, ἢ ῥόδων, ἢ φακῆς· ἢ κοκκυμηλέας φύλλοις ἐν οἴνῳ ἑψηθεῖσιν. Καὶ πρὸς τὰ ἡλκωμένα δὲ παρίσθμια ἑλξίνης χυλίσμασι, ἀλόῃ, ἀμόργῃ ἑψημένῃ, βάτου τῷ χυλῷ ἑψημένῳ, ἅλσὶν ὁμοίως, λυκείῳ, πίσσῃ ὑγρᾷ, μίσυϊ, ὀριγάνου χυλῷ, χαλκοῦ ἄνθει, μόρων χυλῷ ἑψημένῳ σὺν μέλιτι καὶ στυπτηρίᾳ ὀλίγῃ· ποιεῖ δὲ καὶ ἀμυγδάλινον ζεστὸν ἐγχεόμενον εἰς τὰ ὦτα.

Κεφ. πς'. Τὰς δὲ κεχαλασμένας σταφυλὰς συστέλλει ἀναγαργαριζόμενα μέλι, κνίδης χυλὸς, ὀξύκρατον, κοκκυμη-

passa sine vinaceis trita et imposita, amurca olei cocta et illita, bettonicae herbae succus.

Cap. LXXXIV. Oris graveolentiam corrigunt agallochi dilutum decoctumve collutum, myrrha commanducata, odorati iunci flos similiter, itemque cinnamomum: malabathri folium linguae subditum: collutione denique acetum scilliticum, aut cedrinorum lignorum decoctum.

Cap. LXXXV. Ad tonsillarum inflammationes gargarismatis utimur e decocto furfurum, rosarum aut lenticulae, in aqua mulsa, vel pruni foliis in vino coctis. Quod si eaedem ulceratae fuerint, usurpamus helxines succum, aloën, amurcam coctam, succum rubi decoctum, salem similiter, lycium, picem liquidam, misy, origani succum, aeris florem, mororum succum cum melle et pauco alumine coctum. Fuerit etiam utile, oleum amygdalinum fervefactum auribus infundere.

Cap. LXXXVI. Uvas relaxatas gargarizatione comprimunt mel, urticae succus, posca, pruni foliorum de-

λέας φύλλα ἀφεψημένα σὺν οἴνῳ, ὀριγάνου ἀφέψημα σὺν οἴνῳ. Διαχριόμενα δὲ ὠφελεῖ σὺν μέλιτι ἅλες, ὀμφάκιον, ὀπὸς σιλφίου, στυπτηρία, κηκὶς μετὰ ἁλὸς καὶ πεπέρεως καὶ μέλιτος. Προσαπτόμενα δὲ ξηρὰ ὠφελεῖ βαλαύστιον, χαλκοῦ ἄνθος, χαλκῖτις λεία, στυπτηρία σχιστὴ, μίσυ, κηκὶς, ὀπὸς παρθικὸς, ἐλαίας αἰθιοπικῆς δάκρυον, αἰθάλη ἀπὸ τῶν ἀνθράκων, ἅλες.

Κεφ. πζ'. Συναγχικοὺς δὲ ὠφελεῖ, ὅσα δύναται ἀποσπᾶν ὑγρασίαν· χαλᾶται γὰρ οὕτως ἡ ξηρασία καὶ ἡ πύκνωσις τῶν μερῶν. Ἔστι δὲ τὰ ἀναγαργαριζόμενα· ὕσσωπον μετὰ σύκου ἐν ὕδατι ἑψημένον· λιβανωτὸς σὺν γλυκεῖ καὶ μέλιτι, ἢ ὀξυμέλιτι· ῥαφάνου σπέρμα λεῖον σὺν ὀξυμέλιτι· σινήπεως ἐδωδίμου κοχλιάριον σὺν μέλιτος θερμοῦ κυάθῳ ἑνί.

Κεφ. πη'. Διαχριόμενα δὲ, χελιδόνων κεκαυμένων σποδιὰ σὺν μέλιτι, χολὴ βοεία σὺν μέλιτι· ἰδίως δὲ ποιεῖ τῆς θαλασσίας χελώνης χολὴ, χρυσόκολλα μετὰ μέλιτος· κινεῖ δὲ καὶ ἔμετον· ἅλες μιγέντες ὄξει καὶ μέλιτι καὶ νίτρῳ· ἐλα-

coctum in vino, origani itidem decoctum cum vino. Ad easdem conducunt, peruncta cum melle, sal, omphacium, laser, alumen: galla cum sale, pipere ac melle. Iisdem sicca utiliter adhibentur balaustium, flos aeris, chalcitis trita, alumen scissile, misy, galla, liquor parthicus, oleae aethiopicae lacrima, fuligo e carbonibus, et sal.

Cap. LXXXVII. Angina laborantes adiuvant, quaecunque humiditatem revellere possunt: sic enim inducta siccitate, partium densitas relaxatur. Gargarizantur vero hyssopum cum ficu in aqua decoctum: tus cum passo et melle, vel aceto mulso: raphani semen tritum cum aceto mulso, sinapeos esculenti cochlear cum mellis calentis cyatho uno.

Cap. LXXXVIII. Inunguntur autem crematarum hirundinum cinis cum melle, et fel bubulum cum melle. Privatim vero confert testudinis marinae fel, et chrysocolla cum melle, (haec vero vomitum etiam concitat:) sal admixtum aceto, melli ac nitro, elaterium cum ve-

τήριον μετὰ ἐλαίου παλαιοῦ ἢ μέλιτος, ἢ χολῆς ταυρείας· κρομμύου χυλὸς μετὰ ἐλαίου, κενταυρίου χυλὸς μετὰ μέλιτος, ὄνοι οἱ ὑπὸ ταῖς ὑδρίαις σὺν μέλιτι· πίσσα σὺν μέλιτι. Ἐπιτίθενται δὲ τῷ ἀνθερεῶνι καὶ τῷ τραχήλῳ ὠφελίμως ἅλες μετὰ πίσσης λεῖοι ἐν ὀθονίῳ.

Κεφ. πθ´. *Ὠφελεῖ δὲ τοὺς συναγχικοὺς, ἐν ποτῷ διδομένη, χελιδόνων ἐσκελετευμένων < α´ σὺν ὕδατι· κάμπη ξηρὰ κοπεῖσα καὶ ποθεῖσα σὺν μελικράτῳ.*

Κεφ. ϛ´. *Τὰ δὲ καταπινόμενα ὀστέα, ἢ ἀκάνθας, καὶ πηγνύμενα τῷ στομάχῳ κομίσῃ, στέαρ ἡμίεφθον ἐνάψας λίνῳ, κατατρήσας, ἀναγκάσας τε καταπιεῖν, καὶ μετὰ τοῦτο ἀνασπάσας ῥόθιον διὰ τοῦ ἀπηρτημένου λίνου· εἴωθε γὰρ συνεφέλκεσθαι τὸ ἐρηρεικὸς ἢ πεπηγὸς· δύναται δὲ διὰ σπογγίου ἁπαλοῦ, ἢ ἐρίου, ἢ κρεῶν ἐντετμημένων τὸ αὐτὸ γενέσθαι· δεῖ δὲ σὺν ὕδατι καταπίνειν, ἢ ἄρτου ἁπαλοῦ τὸ ἐντὸς διδόναι καταπίνειν, ἢ σῦκα ξηρὰ μεμασσημένα.*

Κεφ. ϛα´. *Τοὺς δὲ ἀποκεκομμένους τὴν φωνὴν ὠφελεῖ πράσου χυλὸς καταῤῥοφούμενος· κράμβη ὠμὴ διαμασ-*

tere oleo melleve, aut felle taurino, cepae succus cum oleo, centaurii succus cum melle, aselli, qui sub vasis aquariis degunt, cum melle, pix itidem cum melle. Utiliter vero sal cum pice tritus in linteolo parti gutturis sub mento eminenti ac ipsi collo imponitur.

Cap. LXXXIX. Prodest quoque angina laborantibus potui data hirundinum exsiccatarum drachma una ex aqua, itidemque vermis, quem erucam nominant, siccus tusus ac bibitus cum aqua mulsa.

Cap. XC. Spinas ossave devorata gulaeque inhaerentia extrahes, si sebum semicrudum filo alligatum trajectumve deglutire coëgeris, moxque per appensum filum violenter ac subito retraxeris: sic enim quidquid haeret infixumve est, simul et semel extrahitur. Idem deglutitis ex aqua spongia molli lanave, aut incisis carnibus perfici poterit. Aut medullae panis recentis buccellam devorandam, vel caricas mansas itidem deglutiendas exhibeto.

Cap. XCI. Quibus suppressa vox est, prodest porri succus absorptus, item brassica cruda commanducata: in-

σωμένη, ὁ δὲ χυλὸς ἐπιῤῥοφούμενος σὺν μέλιτι· ῥοφήματα διὰ κυμίνου καὶ πράσου καὶ ἀλεύρου λαμβανόμενα· χαλβάνης μέγεθος ὅσον κύαμος, μιγὲν ἐπιμελῶς μέλιτι καὶ καταπινόμενον.

Κεφ. ϛβ΄. Βρόγχον[26] δὲ ἀποκαθαίρει ὄξος σκιλλητικὸν ἀναγαργαριζόμενον, σίνηπι τοῖς βρώμασι σκευασθὲν ἀναγαργαριζόμενον· δεῖ δὲ μετὰ αὐτὰ ἀναγαργαρίζεσθαι μελικράτῳ· τοῦτο καὶ τοὺς τύλους τοὺς περὶ τὴν ἀρτηρίαν καὶ παρίσθμια θεραπεύει.

Κεφ. ϛγ΄. Λαμπρύνει δὲ φωνὴν σκόροδον ἑφθόν τε καὶ ὠμὸν ἐσθιόμενον· πράσου καρπὸς κεφαλαιωτοῦ, στύραξ καταπινόμενος, σίλουρος ταριχηρὸς ἐσθιόμενος.

Κεφ. ϛδ΄. Ἰᾶται δὲ τὰς μὲν χρονίας τραχύτητας αἰθιοπίδος ῥίζα σὺν οἴνῳ πινομένη, γλυκύῤῥιζα καὶ σμύρνα ἀποχυλιζομένη, ὠὸν ὠμὸν ἀκροχλίαρον ῥοφηθέν, σύμφυτον σὺν μελικράτῳ πινόμενον, πενταφύλλου ῥίζης ἀφέψημα ἀναγαργαριζόμενον.

26) Sic Sarac. loco vulg. ἦχον.

superque succus eiusdem cum melle sorbitione sumptus. Conferunt et sorbitiones e cumino, porro et farina sumptae, itemque galbanum fabae magnitudine melli accurate mixtum atque devoratum.

Cap. XCII. Fauces expurgat acetum scilliticum gargarizatum, itemque sinapi, quod ad escas praeparatur, eodem modo, sed postea gargarizandum ex aqua mulsa. Hoc idem etiam callos fistulae spiritalis tonsillarumque sanat.

Cap. XCIII. Vocem limpidam canoramque reddunt allium, seu coctum, seu etiam crudum in cibo sumptum, porri capitati semen, styrax devoratus, silurus denique sale conditus, in cibis sumptus.

Cap. XCIV. Diuturnis faucium asperitatibus medentur aethiopidis radix in vino pota, glycyrrhiza, dum manditur, sensim eliquescens, ac myrrha similiter, ovum crudum, quod exiguo calore tepeat, absorptum, symphytum cum aqua mulsa potum, ac denique quinquefolii e radice decoctum gargarizatum.

Τῶν κατὰ τὰς τρίχας παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. ϛε'. Ἀλωπεκίας δὲ τὰς ἐν ταῖς κεφαλαῖς καὶ τῷ γενείῳ ἰᾶται ταῦτα καταχριόμενα, προεκνιτρουμένων τῶν τόπων καὶ ἀποτριβομένων τῶν ἐψιλωμένων ὀθονίῳ σὺν ὄξει· ἀκόνης ναξίας τὸ ἀπότριμμα τοῦ πρὸς αὐτὴν σιδήρου μετὰ ἐλαίου ἀκονηθέντος, ἀλκυόνιον κεκαυμένον λεῖον σὺν ὄξει ἢ οἴνῳ ἢ ἐλαίῳ, ἀπόπατος αἰγὸς ὁμοίως· μυόχοδον, ἢ αἰλούρου ἀφόδευμα μετὰ νάπυος καὶ πεπέρεως καὶ ὄξους· ἀδίαντον καταπλασθὲν ἐν ὀθονίῳ, ἀρσενικὸν ἢ σανδαράχη ἀναληφθεῖσα τερμινθίνῃ· ἄσπληνον [27], ἀσφοδέλου ῥίζης καείσης ἡ τέφρα, προκατασχασθείσης τῆς ἀλωπεκίας· βατράχιον λεῖον πρὸς ὀλίγον καταπλασθὲν, λεπίδιον ὁμοίως, ἔλαιον κίκινον μετὰ κηρύκων κεκαυμένων, ἐχίνου χερσαίου δέρμα κεκαυμένον καὶ ἐσβεσμένον πίσσῃ ὑγρᾷ, ἢ βατράχων κεκαυμένων τέφρα ὁμοίως, ἢ ἱππόκαμποι κεκαυμένοι ὁμοίως, ἢ θαψίας χυλὸς ἐπιχριόμενος, ἢ ἰὸς σιδήρου σὺν ὄξει, ἢ στέατι ἀρκείῳ, ἢ ἀξουγγίῳ· ἢ καλάμου κυπρίου φλοιὸς κεκαυμένος [28] σὺν ὄξει,

27) Sic Moibanus loco vulg. *ὡς σπλήνιον.*
28) Sic recte Sarac. loco vulg. *χυλοῦ κεκαυμένου.*

Ad pilorum affectus remedia.

Cap. XCV. Alopecias, quae capiti et mento accidunt, emendant haec inuncta, si modo loca pilis nudata, nitro ante praeparata, linteoloque aceto madente perfricta fuerint: quod adiecto oleo e cote naxia exacuendo ferro deteritur: alcyonium ustum tritumque cum aceto vinove aut oleo: fimus caprinus similiter, muscerda, aut felis stercus cum sinapi, pipere et aceto; adiantum ex linteolo illitum, auripigmentum aut sandaracha, si terebinthina excipiatur: asplenum, asphodeli radicis exustae cinis, prius tamen scarificata cute: ranunculus tritus exiguoque tempore impositus, itemque lepidium eodem modo: oleum cicinum cum buccinis crematis, erinacei terrestris corium combustum, piceque liquida exstinctum: similiterque ranarum combustarum cinis, hippocampi eodem modo exusti, thapsiae succus illitus, ferrugo cum aceto et adipe ursino vel axungia, calami cyprii cortex ustus cum aceto,

καρύου βασιλικοῦ λέπυρον καὲν σὺν οἴνῳ· καὶ τὸ ποντικὸν δὲ ὅλον καὲν ὁμοίως, ἢ σὺν ἀξουγγίῳ, ἢ ἀρκείῳ στέατι· ἢ κρόμμυον λεῖον καταχριόμενον ἢ καταπλασσόμενον, κυκλαμίνου ῥίζα ὁμοίως, σίνηπι μετὰ ὄξους, ὀπὸς σιλφίου μετὰ κρόκου καὶ οἴνου καὶ πεπέρεως, ὁπλαὶ αἰγὸς καεῖσαι σὺν ὄξει, πισσέλαιον[29] *σὺν ἀλεύρῳ κριθίνῳ καταπλασσόμενον, ῥαφάνου τὸ ἐκτὸς παρατριβόμενον, σκόροδον κεκαυμένον σὺν ναρδίνῳ μύρῳ καταπλασθὲν, σεύτλιον ὁμοίως· μυῶν κεφαλαὶ προστριβόμεναι, καὶ αὐταὶ δὲ ὅλαι, προεκνιτρωθέντος τοῦ τόπου, κάσσυμα κεκαυμένον λεῖον σὺν ὄξει.*

Κεφ. ϛϛ'. Τὰς δὲ ῥεούσας τρίχας ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἵστησιν ἀδίαντον λεῖον σὺν λαδάνῳ καὶ οἴνῳ καὶ οἰσύπῳ[30] *καὶ μυρσίνῳ περιχριόμενον· καὶ τὸ καλλίτριχον ὁμοίως· ἀλόη σὺν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ, πορφύρας πώματα ἐν ἐλαίῳ ἑψηθέντα, ἔλαιον μυρσίνινον, καὶ τὸ ἐξ ἀγρίας ἐλαίας, σμύρνα σὺν οἴνῳ καὶ λαδάνῳ καὶ μυρσινίνῳ, κάρδαμον λεῖον σὺν μυρσινίνῳ, ἢ πολύτριχον ἑψήσας ἐν οἴνῳ μέλανι ἐφ᾽ ἱκανὸν, καὶ*

29) Sic Moiban. loco vulg. *πίσσα, σόριος.*
30) Sarac. loco vulg. *ὑσσώπῳ.*

iuglandis putamen ustum cum vino: nuces avellanae totae combustae, eodem modo adhibitae, vel cum axungia aut adipe ursino: cepa contrita illita, aut cataplasmatis modo imposita, cyclaminis radix ad eundem modum, sinapi cum aceto: laser cum croco, vino ac pipere: ungulae caprinae ustae cum aceto, picis oleum cum farina hordeacea adhibitum, raphani cortex affrictus, allium ustum, cum nardino unguento pro cataplasmate impositum, beta eodem modo: affricta muscarum capita, vel ipsae integrae, loco prius nitro praeparato: soleae denique veteres crematae tritaeque cum aceto.

Cap. XCVI. Defluentes capillos continent adiantum tritum cum ladano, vino, oesypo et myrtino oleo inunctum: similiter et callitrichum, aloë cum vino nigro austero, purpurarum opercula in oleo cocta, myrtinum oleum, et quod ex olea sylvestri exprimitur, myrrha cum vino, ladano et myrtino. Aliud: Polytrichum in vino nigro diutine coquito: huius decocto admisceto calami

καύσας ἰδίᾳ κάλαμον ἀρωματικὸν μετὰ ξύλων ἰτεΐνων, μῖξον ὕδωρ ὄμβριον, καὶ ἀναδεύσας ὕλισον καὶ μίξον τῷ ἀφεψήματι τοῦ πολυτρίχου, καὶ χρῶ· ἢ σπύραθον αἰγείαν κατακαύσας ἐπ᾽ ὀστράκῳ λείαν σὺν ἐλαίῳ ἄλειφε, ἐψιλωμένης τῆς κεφαλῆς. Πρὸς τρίχας, ἵνα μὴ ἀποῤῥέωσιν, καύσας μελάνθιον, καὶ μετὰ ὕδατος τρίψας, κατάπλαττε, ἔνθα ἂν βούλῃ τρίχας φύεσθαι, μάλιστα ὀφρύων. Ἄλλο· Μελίσσας καύσας καὶ τρίψας, μετ᾽ ἐλαίου κατάχριε.

Κεφ. ϟζ΄. Ἐπὶ δὲ τῶν παιδίων ποιεῖ καλὰς καὶ πυκνὰς τρίχας ταῦτα· καρύου λέπυρον καὲν καὶ τριβὲν ἐν οἴνῳ καταχριόμενον, στέαρ ὕειον καταχριόμενον, κράμβη ὠμὴ καταπλασθεῖσα, λωτοῦ δένδρου φύλλα, σφονδυλίου ῥίζα μετὰ τὸ ἀποσμῆξαι περιχριομένη, ἀπόπατος καμήλου καεῖσα σὺν ἐλαίῳ καὶ καταπλασθεῖσα καλῶς.

Κεφ. ϟη΄. Ξανθὰς δὲ ποιεῖ τρίχας θέρμων λεπτόχανα ἀποβραχέντα σὺν νίτρῳ ἐπὶ ἡμέρας δέκα, καὶ μετὰ ταῦτα σμώμενα κύπρου φύλλα λεῖα σὺν στρουθίου χυλῷ ἐπιπλασσόμενα, λυκίου χυλὸς ἐν ὕδατι συνεχῶς σμώμενος, λωτοῦ

aromatici, separatim igni e salignis lignis succenso combusti, et cum aqua pluvia probe subacti expressionem, ac utitor. Aut fimo caprino in testa combusto tritoque cum oleo caput prius abrasum inungito. Ut ne capilli defluant, melanthium ustum et cum aqua tritum ei parti adhibeto, in qua pilum nasci volueris, maxime vero superciliis. Aliud: apes crematas tritasque cum oleo perungito.

Cap. XCVII. Pueris venustos densosque capillos haec efficiunt: iuglandis putamen ustum tritumque in vino et illitum, adeps suillus inunctus, brassica cruda adhibita, loti arboris folia, sphondylii radix loco prius absterso circumlita, cameli fimus crematus, et cum oleo cataplasmatis in modum rite adhibitus.

Cap. XCVIII. Flavum faciunt capillum lupinorum cortices, nitro praemacerati diebus decem, posteaque affricti, cypri folia trita cum struthii succo imposita, lycii succus aqua solutus, et crebro infricatus, loti arboris ra-

τοῦ δένδρου ἀφέψημα τῶν πρισμάτων, ξάνθιον καταπλασσόμενον προεκνιτρωθεισῶν τῶν τριχῶν· καὶ τὸ στέαρ τὸ βόειον ποιεῖ ἑψόμενον μετὰ κονίας ἀπὸ δρυΐνων ἢ φηγίνων ξύλων· εἶτα ἀναπλασσόμενον εἰς σφαίρας, ἐπὶ δὲ τῆς χρήσεως λυόμενον ὕδατι καὶ ἐγχριόμενον ἐν ἡλίῳ· ἢ τρὺξ ὄξους κεκαυμένη μετὰ σχινίνου ἢ βαλανίνου ἐλαίου διὰ νυκτὸς καταχρισθεῖσα.

Κεφ. ϛθʹ. Μελαίνας δὲ ποιεῖ τρίχας σμώμενα κηκίδος ἀπόβρεγμα, καὶ χαλκάνθου καὶ σιδίων· καὶ ἀκακίας χύλισμα, τὸ ἐκ τῶν κερατίων καὶ φύλλων τῆς ἀνάνθης, καὶ ὁ ἐκ τοῦ πεπείρου αὐτῆς σπέρματος χυλὸς, ἐγχριόμενος· βάτου φύλλα ἑψηθέντα καὶ σμώμενα, ὁ καρπὸς δὲ πέπειρος ἑψηθεὶς σὺν ἐλαίῳ ὀμφακίνῳ· οἶνος μυρτίτης σὺν ἑψήματι, ἐλελισφάκου ἕψημα σμώμενον, ἐλάτης ὁμοίως, σμύρνα σὺν ἀκακίᾳ καὶ ὄξει καὶ κηκίδι· κισσοῦ κόρυμβοι· καὶ καππάρεως[31] ῥίζαι, μετὰ κυάμων λεπύρων ἑψηθεῖσαι· καὶ φύλλα μελαίνης συκῆς καὶ ἀμπέλου σὺν ὀμβρίῳ ὕδατι· λάδανον μετὰ μυρσίνης ἀλείμματος· μύρτων μελάνων χυλὸς, καὶ τὸ ἀπόβρεγμα· ῥοῦς βυρσοδεψι-

31) Sarac. loco *κηπαίας*.

mentorum decoctum, xanthium impositum, pilis antea nitro praeparatis. Confert et adipem bubulum cum lixivio e quernis faginisve lignis coctum cogere in globulos, qui quidem usus tempore aqua dissolvantur, et ad solem illinantur. Rufat et capillum faex aceti usta cum lentiscino balaninove oleo tota nocte illita.

Cap. XCIX. Denigrant vero capillos haec affricta: gallae dilutum, itemque chalcanthi et malicorii: acaciae succus, tum qui ex siliquis simul et ipsius spinae foliis, tum qui e maturo eiusdem semine exprimitur, illitus, rubi folia decocta et infricata, eiusdemque fructus maturus in oleo omphacino coctus, vinum myrtites cum sapa, salviae decoctum affrictum: similiter et elates, [hoc est palmarum involucri,] myrrha cum acacia, aceto et galla: hederae corymbi, capparis radices cum fabarum corticibus decoctae: nigrae tum fici, tum vitis folia cum aqua pluvia: ladanum cum myrtino unguento, baccarum myrti nigrarum succus, earumdemque dilutum: rhus coriario-

κὴ ἑψηθεῖσα, σχίνου ἀφέψημα μετὰ σώρεως· φλόμου τοῦ χρυσανθέμου τὰ ἄνθη καὶ τὰ φύλλα καταπλασθέντα, πρίνου φλοιὸς τῆς ῥίζης ἀφεψηθεὶς ἐν ὕδατι, καὶ δι' ὅλης νυκτὸς καταπλασθεὶς, πρωῒ διακνιζόμενος.[32]

Κεφ. ρ'. Βράδιον δὲ πολιοῖ τὸ ἐξ ἀγρίας ἐλαίας καθ' ἡμέραν ἀλειφόμενον· μᾶλλον δὲ ἂν μυρσίνην τις αὐτῷ ἐναποβρέξει· καὶ τὸ μυρσίνινον δὲ μιγὲν τῷ λαδάνῳ.

Κεφ. ρα'. Σμήχει δὲ τρίχας νίτρον κεκαυμένον, τρὺξ κεκαυμένη, ἄσβεστος, τῆλις, ἀφρόνιτρον, γῆ μηλία[33], γῆ αἰγυπτία, κέρατος ἐλαφείου ἀφέψημα, κίσσηρις λεία σὺν ᾠοῦ τῷ λευκῷ.

Κεφ. ρβ'. Λεπτύνει δὲ τρίχας παρατριβόμενα λεῖα τέφρα κληματίνη, καὶ ἡ ἀπὸ τῶν γιγάρτων· κίσσηρις ὀπτὴ λεία, ἐλλέβορος λευκὸς, σηπίας ὄστρακον, κηκὶς, νίτρον, λιθάργυρος, στυπτηρία σχιστὴ, ἄφοδος κυνεία ξηρά.

Κεφ. ργ'. Ψιλοῖ δὲ τρίχας καταχριόμενα ἄσβεστος καὶ σανδαράχη μεθ' ὕδατος ἑψηθέντα, μιγνυμένης κιμωλίας,

32) Sarac. loco vulg. *διαπονιζόμενος.*
33) Moib. pro *μιλησία.*

rum decocta, lentisci decoctum cum sory: verbasci, quod aureo floret colore, tum flores, tum folia imposita: iligneae radicis cortex in aqua coctus, et per totam noctem adhibitus, ac deinde mane scalpendo derasus.

Cap. C. Ne tam cito canescant capilli, praestat oleum sylvesris olivae quotidie inunctum, eoque magis, si quis myrtum in eo maceraverit: sic et myrtinum oleum ladano admixtum.

Cap. CI. Pilos extergent nitrum ustum, faex usta, calx, foenum graecum, spuma nitri, terra melia, itemque aegyptia, cornu cervini decoctum, pumex tritus cum ovi albumine.

Cap. CII. Pilos attenuant trita et affricta haec: cinis tum sarmentitius, tum et e vinaceis, pumex tostus tritusque, helleborus albus, sepiae testa, galla, nitrum, argenti spuma, scissile alumen, et caninum stercus aridum.

Cap. CIII. Auferunt vero pilos illita haec: calx viva et sandaracha in aqua coctae, addita terra cimolia:

φρύνου αἷμα, τιθυμάλλου χαρακίου ὀπὸς, δρυόπτερις σὺν τοῖς φύλλοις καὶ ῥίζῃ καταπλασσομένη, ἄχρις ἂν ἐξιονθίσωσι[34], συνεχῶς ἀλλασσομένου τοῦ καταπλάσματος· κισσοῦ φύλλα καταπλασσόμενα· κυπέριδος ἰνδικῆς ῥίζα, (αὕτη δὲ καὶ παραχρῆμα ψιλοῖ·) λαγωὸς θαλάσσιος λεῖος καταπλασθεὶς, σαλαμάνδρα ἐν ἐλαίῳ ἐντακεῖσα· πιτυοκάμπαι ψυχθεῖσαι ἐπ᾽ ὀλίγον, καὶ μετὰ μέλιτος καταχρισθεῖσαι· κυάμου λέπυρα καταπλασσόμενα, ἡ σκολόπενδρα θαλασσία ἐλαίῳ ἐνεψηθεῖσα.

Κεφ. ρδ'. Βράδιον δὲ ποιεῖ αὔξεσθαι τὰς ἐπὶ τῶν ἀνήβων τρίχας, καταχριόμενον ἀμπέλου δάκρυον σὺν ἐλαίῳ, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ χλωροῦ κλήματος καιομένου ἱδρούμενον ὑγρὸν, κυάμινον ἄλευρον καταπλασσόμενον, ὑακίνθου ῥίζα μετὰ γλυκέως ἢ οἴνου λευκοῦ καταπλασθεῖσα.

Τῶν κατὰ τὸ δέρμα τῆς τε κεφαλῆς καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. ρε'. Πρὸς ἀχῶρας δὲ ἢ πίτυρα καὶ ἐξανθήσεις ἐπι-

34) Sarac. loco vulg. ἐξιδρίσωσι.

rubetae sanguis, lacteus tithymali characiae succus: dryopteris cum foliis et radice adhibita, frequenter iterato renovatoque, quam diu renascentur pili, eodem cataplasmate: hederae folia imposita: cyperidis indicae radix, quae quamprimum pilos abolet: lepus marinus tritus atque impositus, salamandra, quae oleo intabuerit, erucae pinorum paulisper exiccatae posteaque perunctae, fabarum cortices impositi, itidemque scolopendra marina in oleo elixata.

Cap. CIV. Impuberibus ut serius excrescant pili, praestant lacrima vitis illita ex oleo, itemque liquor, qui ex accensis viridibus sarmentis exsudat, farina fabarum imposita, hyacinthi radix cum passo aut vino albo cataplasmatis instar adhibita.

Cutis in capite reliquoque corpore vitiorum remedia.

Cap. CV. Ad achoras, furfures et exanthemata in

πολαίας ἐν τῇ κεφαλῇ, ἀδιάντου ἀφέψημα σμώμενον, ἢ συνλειούμενον οἴνῳ καὶ ῥοδίνῳ, καὶ καταπλασσόμενον· ἀμύγδαλα πικρὰ ἐγχριόμενα μετὰ μέλιτος, ἀνδράχνης χυλὸς σὺν οἴνῳ ἐγχριόμενος· βάτου χυλὸς σὺν ἐλαίῳ, βολβοὶ σὺν νίτρῳ σμώμενοι, τήλεως ἀφέψημα ὁμοίως, ἀρνόγλωσσον καταπλασσόμενον, ἀγριελαίας χυλὸς σμηχόμενος, μαλάχη λεία μετ' αἴρας καταπλασσομένη, μελίλωτον σὺν τήλει καὶ οἴνῳ καταπλασσόμενον, οἶνος μυρτίτης σμώμενος, οὖρον ἀνθρώπου παλαιὸν ὁμοίως, πηγάνου χυλὸς καταχριόμενος, σκίλλα σὺν ἐλαίῳ ἑψηθεῖσα καὶ καταχριομένη, σκόροδον σὺν ὕδατι σμώμενον, σεύτλου χυλὸς ὁμοίως, ἅλες σὺν στέατι μοσχείῳ καταχριόμενοι, συκῆ σὺν ὄξει λεία· ἐρεβίνθων ἀπόζεμα, καὶ αὐτοὶ ἑφθοὶ καταπλασσόμενοι, θέρμων ἀφέψημα σμώμενον, ἰτέας ἄνθη καὶ φύλλα καταπλασσόμενα λεῖα, κάλαμος ἀρωματίτης μετὰ ὕδατος καὶ σμύρνης ἑψηθεὶς σμώμενος, κρίνου ῥίζα σμωμένη, λάδανον σὺν οἴνῳ καταχριόμενον, λιβανωτὸς σὺν νίτρῳ καὶ ὕδατι ὁμοίως, χαμαιάκτης χυλός.

Κεφ. ρς'. Πρὸς δὲ τὰ ἐξέρυθρα ἐξανθήματα ψιμύθιον

summa capitis cute haerentia faciunt haec: adianti decoctum infricatum, aut cum vino et rosaceo tritum et applicitum: amygdalae amarae cum melle illitae, portulacae succus cum vino illitus, itemque rubi succus cum oleo, bulbi cum nitro affricti, similiter et foeni graeci decoctum, plantago imposita, oleae agrestis succus affricatus, malva trita cum lolio adhibita, melilotus cum foeno graeco et vino imposita, vinum myrtites infricatum: similiter et humana urina vetus, rutae succus perunctus, scilla in oleo cocta et adhibita, allium cum aqua affrictum, similiter et betae succus, sal cum adipe vitulino inunctus, fici folia cum aceto trita, cicerum decoctum, ac ipsi quoque elixi pro cataplasmate impositi, lupinorum decoctum affrictum, salicis flores et folia trita et adhibita, calamus aromaticus cum aqua et myrrha coctus et affrictus, lilii radix affricta, ladanum cum vino illitum, tus cum nitro et aqua eodem modo, ebuli denique succus.

Cap. CVI. Ad rubicunda vero exanthemata valent

σὺν δαφνίνῳ ἐλαίῳ καὶ θείῳ καταχριόμενον, πίτυος φλοιὸς σὺν κηρωτῇ, χαλκῖτις μετὰ ὄξους, κιννάβαρι μετὰ κηρωτῆς, ὄστρακον ἐξ ἴπνου μετ᾿ ὄξους, σεῦτλον ἑφθόν· ἐπαλείφειν δὲ δεῖ μετὰ τὰς χρίσεις[35] αὐτῶν τηλίνῳ ἐλαίῳ, ἢ μυρσινίνῳ, ἢ ῥοδίνῳ, ἢ οἰνανθίνῳ.

Κεφ. ρζʹ. Τὰς δὲ τῆς κεφαλῆς καὶ ὅλου τοῦ σώματος φθειριάσεις γινομένας τούτοις θεραπευτέον συγχρίοντας, σταφίδι ἀγρίᾳ ἢ σανδαράχῃ σὺν ἐλαίῳ, ἢ κισσοῦ χυλῷ σὺν μέλιτι, σινώπιδι σὺν ὄξει, κεδρίᾳ καθ᾿ ἑαυτὴν, ὑγρᾷ πίσσῃ μετὰ στυπτηρίας, δαφνίδων πιέσματι, ἐλαίῳ ῥαφανίνῳ, ἢ νίτρῳ μετὰ σαμίας γῆς καὶ ἐλαίου, ἑλξίνης χυλῷ δι᾿ ὅλης τῆς νυκτὸς καταχριομένῳ· μυρίκης ἀφεψήματι, ἢ θαλάσσῃ θερμῇ λούοντας· ὠφελοῦνται δὲ πίνοντες κόριον λεῖον σὺν ὀριγάνῳ καὶ οἴνῳ.

Κεφ. ρηʹ. Σμήχει δὲ χρῶτα ὀπὸς συκῆς καὶ χυλὸς μετὰ ἀλεύρου ἐρεγμίνου, ἀμύγδαλα πικρὰ μετὰ μέλιτος, τέφρα κληματίνη, καὶ ἡ ἐκ τῶν φηγίνων ξύλων σὺν ὕδατι· βέλ-

35) Moiban. loco vulg. μίξεις.

haec: cerussa cum laurino oleo et sulphure inuncta, pini cortex cum cerato, chalcitis cum aceto, cinnabaris cum cerato, testae fornacum cum aceto, beta denique elixa. Sed post haec inungendum oleum e foeno graeco, aut myrtinum, aut rosaceum, aut oenanthinum.

Cap. CVII. Pediculari morbo in capite reliquoque corpore affectos curabis, inunctis hisce: uva taminia aut sandaracha cum oleo, hederae succo cum melle, rubrica sinopica cum aceto, cedria per se, pice liquida cum alumine, expresso e baccis lauri succo, oleo raphanino, aut nitro cum terra samia et oleo, helxines succo per totam noctem inuncto, ablutione e decocto tamaricis aut aqua marina calente. Iuvantur et hausto coriandro trito cum origano et vino.

Cap. CVIII. Cutem extergunt ficulneus liquor et succus cum farina fabae fresae, amygdalae amarae cum melle, cinis sarmentitius, aut e esculeis lignis cum aqua, sed potentius, quod ex iisdem cineribus paratur, lixi-

τιον δὲ ἡ ἐξ αὐτῶν γινομένη κονία· μυροβαλάνου πίεσμα, ἄρου ῥίζα, γῆ χία ἀντὶ νίτρου, ἀριστολοχία μετὰ νίτρου, γογγύλης ἀγρίας σπέρμα μετὰ ἐρεγμοῦ καὶ ὠοῦ τοῦ λευκοῦ, καὶ καθ᾽ ἑαυτὸ τὸ λευκὸν τοῦ ὠοῦ, ἐρέγμινον ἄλευρον, ὀρόβινον, θέρμινον, πέπονος σὰρξ, σικύου χυλὸς σὺν τῷ σπέρματι μετὰ ἀλεύρου σητανίου, καὶ νίτρον ξηρανθὲν ἐν ἡλίῳ ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασι λεῖον, σικύου ἀγρίου ῥίζα μετὰ ἐρεγμοῦ, βρυωνίας ῥίζα ὁμοίως.

Κεφ. ρθ΄. Τετανοῖ δὲ χρῶτα καὶ πρόσωπον βρυωνίας ῥίζα λευκὴ ἢ μέλαινα, ἑψηθεῖσα ἐν ἐλαίῳ, καταχριομένου τοῦ ἐλαίου· ποιεῖ καὶ μετὰ σύκου πίονος καὶ ὀρόβου καταπλασσομένου, ὅσον στάδιον διελθεῖν, ψυχρῷ δὲ προςκλύζεσθαι μετὰ τὴν ἄρσιν αὐτῆς· κροκοδείλου χερσαίου ἄφοδος μεθ᾽ ὕδατος, γῆ χία ὁμοίως, γῆ σελινουσία ὁμοίως, ἀκακαλίδος οἱ κόκκοι μετὰ κηρωτῆς λεῖοι καταχριόμενοι, κρίνου ῥίζα ἐν σμήγματι, κυκλάμινος ὁμοίως σὺν μαστίχῃ.

Κεφ. ρι΄. Στιλβοῖ δὲ πρόσωπον ἐπιχριομένη γῆ χία,

vium: myrobalani expressus succus, ari radix: terra chia, loco nitri usurpari solita: aristolochia cum nitro, rapi agrestis semen cum faba fresa et ovi candido, ipsum etiam per se ovi candidum: fabae fresae farina, itemque ervina et lupinorum: peponis caro, cucumeris succus cum semine et trimestris tritici farina: nitrum siccatum in sole per aestum caniculae, deindeque tritum: cucumeris agrestis radix cum faba fresa, et bryoniae radix eodem modo.

Cap. CIX. Cutem faciemque erugat oleum, in quo bryoniae seu albae seu nigrae radix decocta fuerit, inunctum: idem facit et ipsa radix, si cum ficu pingui et ervo tanto tempore imponatur, quanto quis stadium conficiat: sed postquam amota fuerit, frigida cutis eluenda est. Convenit etiamnum terrestris crocodili stercus ex aqua: terra chia, itemque selinusia eodem modo, acacalidis grana trita cum cerato illita, lilii radix in smegmate usurpata, similiterque cyclamen cum mastiche.

Cap. CX. Faciei vero nitorem inducunt illita terra

σελινουσία ὁμοίως, μαστίχη, τήλινον μῦρον[36], ῥόδινον τὸ λευκαινόμενον ἐπὶ τῷ ἡλίῳ ὁμοίως, πτελέας τὸ ἐν τοῖς θυλακίοις ὑγρὸν, ἔλαιον σικυώνιον.

Κεφ. ρια΄. Εὐχροίαν δὲ ποιεῖ ἐρέβινθος ἐσθιόμενος ἑφθός· ἢ κόμμεως ἀκανθίνου, ἢ τοῦ ἐξ ἀμυγδάλων ἢ κερασίων, ἢ κοκκυμήλων, ὁλκὴ τριωβόλου μετὰ κράματος πινομένη.

Κεφ. ριβ΄. Χρόαν δὲ τρέπει, ποθέντα καὶ ἐπιχρισθέντα, ἄμμι μεθ' ὕδατος, καὶ κύμινον ὁμοίως, ἄχυρα πύρινα, σμύρνιον καταχριόμενον, κύτινοι ῥοιᾶς ὁμοίως.

Κεφ. ριγ΄. Τὰς δὲ ἐν ταῖς μασχάλαις δυσωδίας καὶ τοὺς τράγους καταπάσσειν δεῖ λείοις τούτοις· ἀγαλλόχῳ, βακχαρίδος ῥίζῃ, ῥόδοισιν, ἀπὸ τοῦ βαλανείου λείοις. Διαχρίειν δὲ σμύρνῃ μετὰ στυπτηρίας, ἢ κροκομάγματι, ἢ ὁμοίως κυπαρίσσου πρίσμασι μετὰ στυπτηρίας καὶ οἴνου εὐώδους, γῇ χίᾳ καείσῃ καὶ σβεσθείσῃ οἴνῳ[37], ἰρίνῳ. Ποιεῖ δὲ καὶ σκολύμου ῥίζα ἑψηθεῖσα καὶ πινομένη.

36) Sarac. loco vulg. ἄλευρον.
37) Sarac. addit.

chia, itemque selinusia, mastiche, unguentum telinum, pariterque rosaceum, quod insolatione dealbatum fuerit: humor, qui in folliculis ulmi reperitur, ac denique oleum sicyonium.

Cap. CXI. Venustum colorem inducunt cicer coctum, in cibo sumptum, gummi spinae aegyptiae aut amygdali aut cerasi prunive, pondere trium obolorum ex vino potum.

Cap. CXII. Colorem mutant, seu bibita, seu etiam illita, ammi cum aqua, similiterque cyminum, acus tritici, smyrnium perunctum, et cytini mali punicae ad eundem modum.

Cap. CXIII. Ad hirscosam alarum graveolentiam inspergendi pulveres, agallochi, radicis baccharidis, itemque rosarum, idque a balneo. Illinenda vero myrrha cum alumine, crocomagma, similiterque cupressi ramenta cum alumine et vino odorato, terra chia usta et vino restincta, et irinum unguentum. Tollit et id vitium scolymi radix cocta, etiam pota.

Κεφ. ριδ'. Οὐλὰς δὲ μελαίνας αἴρει ἐπιχριόμενα βρυωνίας ῥίζης λευκῆς καὶ μελαίνης ἑφθῆς ἐν ἐλαίῳ ἄχρι χυλώσεως τὸ ἔλαιον ἐπιχριόμενον, βάλανος μυρεψικὴ λεία σὺν οἴνῳ λευκῷ, βολβοὶ κεκαυμένοι μετὰ ἀλκυονίου σὺν οἴνῳ, καλαμίνθη σὺν οἴνῳ ἑφθή, λιθάργυρος πεπλυμένη σὺν ῥοδίνῳ λευκῷ, σικύου ἀγρίου ῥίζα σμηχομένη· εὐζώμου σπέρματα μετὰ λιθαργύρου λειωθέντα, καὶ χολῇ αἰγείᾳ ἀναληφθέντα εἰς κηρωτῆς πάχος, ἐπιχριόμενα ὠφελεῖ.

Κεφ. ριε'. Τὰς δὲ ἐκ λειχήνων οὐλὰς, καὶ τὰς ἄλλας δὲ, ὁμοχρόους ποιήσει ὄνειον στέαρ καταχριόμενον· εὐζώμου σπέρμα λεῖον μετὰ χολῆς αἰγείας, ἢ προβατείας, ἢ βοείας καταχριόμενον· εἶθ' ὅταν ξηρανθῇ ἀποτριβόμενον· καὶ ἐκ τοῦ λαχάνου δὲ τοῦ εὐζώμου χυλὸς ἐπιχριόμενος σὺν λιθαργύρῳ· ἢ σικύου ἀγρίου ῥίζαν ἑψήσας ἐν μελικράτῳ καὶ λειάνας ὡς κηρωτὴν, περίχριε ὁμοίως· ἢ λιθαργύρου μέρη β', θείου ἀπύρου μέρος ἀναλαμβάνων εὐζώμου χυλῷ, ἐπίχριε· εἶτα

Cap. CXIV. Cicatrices nigras delent haec illita: oleum, in quo radix bryoniae tum alba tum etiam nigra incocta fuerit, usquedum succum reddat: glans unguentaria trita cum vino albo, bulbi cremati et cum alcyonio permixti ex vino, calamintha in vino cocta, argenti spuma lota cum rosaceo candido, cucumeris sylvestris radix affricta: iuvant et ervi semina cum argenti spuma contrita ad laevorem, et felle caprino excepta ad cerati usque crassitudinem, atque illita.

Cap. CXV. Tum ab impetiginibus relictas cicatrices, tum et alias quascunque reliquae cuti concolores reddent asininus adeps illitus, itemque erucae semen tritum cum felle caprino aut bubulo, et perunctum, si modo, postquam inaruerit, defricando extergeatur: eiusdem erucae succus, cum argenti spuma inunctus, idem praestat. Aut cucumeris sylvestris radicem coctam in aqua mulsa et contritam, donec cerati formam assequatur, eodem modo illine. Aut lithargyri partes duas, sulphuris vivi partem unam erucae succo excipito, atque illinito: deinde in

ἀπότριβε ἐν βαλανείῳ· καὶ μετὰ τὸ λούσασθαι ἐπίχριε λιθάργυρον σὺν εὐζώμου χυλῷ.

Κεφ. ρις΄. Στίγματα δὲ αἴρει βατράχιον καταπλασθὲν, καππάρεως φύλλων χυλὸς ὁμοίως, μανδράγορας ἐπὶ ἡμέρας λ΄ παρατριβόμενος· ἢ τὰ φύλλα μανδραγόρου ταριχευθέντα ἐν ἅλμῃ καὶ ἐπιχριόμενα ἐπὶ ἡμέρας μ΄ ἢ ν΄, ὁμοίως πόα καλουμένη στατικὴ παρατριβομένη, ἢ σικύου ἀγρίου ῥίζα ἑψηθεῖσα ἐν μελικράτῳ λεία καὶ ἐπιχριομένη, ἢ ψιμύθιον ἐν ὄξει καταχριόμενον· χρονίσαντα δὲ αἴρει τοῦτο.

Κεφ. ριζ΄. Μώλωπας δὲ ταχέως ὁμοχρόους ποιεῖ λείρινον ἄλευρον ἐπαλειφόμενον συνεχῶς.

Κεφ. ριη΄. Ἀλφοὺς δὲ λευκοὺς καὶ λεύκας αἴρει ἐν ἡλίῳ καταχριόμενα, ἢ σμώμενα ἐν βαλανείῳ, δρακοντίου χυλὸς, ἄρου ῥίζα σὺν ὄξει καὶ ἀλεύρῳ κριθίνῳ, καππάρεως χυλὸς ὁμοίως, πήγανον σὺν κηρωτῇ καὶ πεπέρει, συκῆς μελαίνης κράδαι, ἢ ἀκρέμονες ἁπαλοὶ λεῖαι καταπλασθεῖσαι· καὶ τὰ φύλλα δὲ ὁμοίως· σεύτλου φύλλα καὶ ἡ ῥίζα καταπλασθεῖσα, τηλεφίου φύλλα ὁμοίως καταπλασσόμενα ἐπὶ ἡμέρας λ΄,

balneo deterito, et postquam laveris, lithargyrum cum erucae succo illinito.

Cap. CXVI. Stigmata delent ranunculus illitus, similiterque capparis foliorum succus, mandragoras diebus XXX affrictus, eiusdemque folia muria condita inunctaque diebus XL aut L: pariter et herba statice dicta, si affricetur: sylvestris itidem cucumeris radix cocta in aqua mulsa, deindeque trita et illita: cerussa denique cum aceto peruncta, quae quidem etiam inveterata stigmata delet.

Cap. CXVII. Vibices autem brevi reliquae cuti concolores efficit liliaceum unguentum frequenter inunctum.

Cap. CXVIII. Vitiliginem albam et leucen abolent haec in sole peruncta, aut in balneo affricta: dracunculi succus, ari radix cum aceto et farina hordeacea, capparis succus eodem modo, ruta cum cerato et pipere, fici nigrae ramuli tenellive surculi triti et impositi: similiter et eiusdem folia, betae folia et radix imposita, telephii folia simili modo adhibita diebus XXX ad senas horas

ἑκάστης ἡμέρας ἐπὶ ὥρας ς', ἀφαιρῶν δὲ ὠμῇ λύσει κατάπλασσε· ἄγνου σπέρμα λεῖον μετὰ ἀφρονίτρου καὶ ὄξους· ἀλθαίας σπέρμα ὁμοίως, ἀλκυόνιον σὺν ὄξει, βρυωνίας ῥίζα λευκῆς καὶ μελαίνης ἑψηθεῖσα σὺν ἐλαίῳ μέχρι χυλώσεως, ἀσφοδέλου ῥίζης χυλὸς, βάλανος μυρεψικὴ καταχριομένη, βολβοὶ λεῖοι σὺν ὀπτῷ νίτρῳ σμώμενοι καὶ καθ' ἑαυτοὺς καταπλασσόμενοι, ἐλλέβορος λευκὸς ἑψηθεὶς σὺν ὄξει καὶ σμηχόμενος, καὶ ξηρὸς παρατριβόμενος μέχρις ἀνιδρώσεως· εἶτα καταχρίειν δεῖ σανδαράχῃ καὶ γῇ μηλιάδι· χαμαιλέοντος μέλανος ῥίζα μετὰ θείου καὶ νίτρου καὶ ὄξους· δεῖ δὲ προεκνιτρῶσαι τοὺς τόπους· ἢ λιθαργύρου μέρη β', θείου μέρος α' μίξας ἀνάτριβε ἐν βαλανείῳ, καὶ μετὰ τὸ λούσασθαι κατάχριε λιθαργύρῳ μετὰ εὐζώμου χυλοῦ.

Κεφ. ριθ'. Τοὺς δὲ μέλανας ἀλφοὺς καὶ ὁμόχρους ποιεῖ γῆ μηλία καταχριομένη, ἐλλέβορος λευκὸς καὶ μέλας ἑψηθεὶς μετὰ ὄξους καὶ σμώμενος, κοχλίας χερσαῖος καεὶς σὺν μέλιτι καταχριόμενος καὶ σμηχόμενος, κρομμύου χυλὸς σὺν ὄξει, κρίνου ῥίζα σμωμένη, κυάμινον ἄλευρον ὁμοίως, κύμι-

quotidie, ita tamen, ut his amotis hordeacea farina pro cataplasmate imponatur: viticis semen tritum cum spuma nitri et aceto, althaeae semen simili modo, alcyonium cum aceto, bryoniae tam albae quam nigrae radix in oleo cocta, quousque succum reddat, asphodeli e radice succus, glans unguentaria inuncta: bulbi triti, cum nitro torrefacto affricti, ac ipsi etiam per se impositi: helleborus albus in aceto coctus et confricatus, eiusdem pulvis affrictus, dum sudor erumpat: sed post illinenda sandaracha terraque melia: nigri chamaeleonis radix cum sulphure, nitro et aceto, locis prius affricto nitro praeparatis. Aliud: spumae argenti partes II, sulphuris partem unam misceto, hisque laborantem in balneo perfricato, ac post lotionem inungito argenti spuma cum erucae succo.

Cap. CXIX. Vitiliginem nigram reliquae cuti concolorem reddunt terra melia peruncta, helleborus, tam albus quam niger, in aceto decoctus et affrictus: cochlea terrestris cremata, cum melle illita et affricta: cepae succus cum aceto, lilii radix infricata, similiter et fabacea

νον σὺν ὄξει, κάχρυς ὁμοίως, μυροβάλανος ἐν οἴνῳ, ἢ ναρκίσσου ῥίζα σὺν κνίδης σπέρματι καὶ ὄξει, σηπίας ὄστρακον σὺν ὄξει, ἢ σικύου ἀγρίου ῥίζα σμωμένη, τηλέφιον σὺν ὄξει καταχριόμενον, χονδρίλλης ῥίζα σὺν νίτρῳ κοπεῖσα ἐν σμήγματι· λιθάργυρος, ἀρσενικὸν, θεῖον, ἶσα μετὰ ἐλαίου ἐν βαλανείῳ σμώμενα.

Κεφ. ρκ΄. *Φακοὺς δὲ καὶ ἐφηλίδας καὶ ἰόνθους αἴρει ἐπιχριόμενα ἀδάρκης μεθ᾽ ὕδατος, ἄκορος σὺν μέλιτι, κόστος σὺν ὕδατι καὶ μέλιτι, ἄλυσσον σὺν μέλιτι, τιθυμάλλου ὀπὸς σὺν μέλιτι· (προςέχειν δὲ δεῖ· χρονίσαν γὰρ ἑλκοῖ διὰ βάθους·) ἀλκυόνιον σὺν ὄξει, ἀμπέλου ἀγρίας καρπὸς πέπειρος, λεῖος· βρυωνίας ῥίζα λευκὴ καὶ μέλαινα ἑψηθεῖσα μετὰ ἐλαίου ἄχρι χυλώσεως· αἴρει καὶ ἰόνθους ἀμυγδάλινον σὺν κηρωτῇ καὶ κρίνου ῥίζῃ.*

Κεφ. ρκα΄. *Αἴρει τὰς ἐφηλίδας ἄρου ῥίζα μετὰ μέλιτος, μυροβάλανος καταχριομένη σὺν οἴνῳ· βολβοὶ ὠμοὶ καθ᾽ ἑαυτοὺς, ἢ σὺν ὠοῦ λεκύθῳ καὶ σὺν ὄξει ἢ μέλιτι, ἢ κε-*

farina, cuminum cum aceto, pariterque cachrys, glans unguentaria in vino, narcissi radix cum urticae semine et aceto, sepiae testa cum aceto, cucumeris agrestis radix affricta, telephium cum aceto illitum, chondrillae radix cum nitro tusa in smegmate: denique lithargyrum, arsenicum et sulphur aequis portionibus cum oleo mixta, et in balneo affricta.

Cap. CXX. Lentigines, maculas solares et varos tollunt haec illita: adarces ex aqua, acorus cum melle, costus cum aqua et melle, alysson cum melle, tithymali liquor ex melle, (attamen cavendum, ne, si diutius relinquatur, altius exulceret:) alcyonium cum aceto, vitis sylvestris fructus maturus tritus: bryoniae tam albae quam nigrae radix decocta cum oleo, usquedum succum reddat. Exterit et varos oleum amygdalinum cum cerato et lilii radice.

Cap. CXXI. Vitia cutis a solis ardore contracta emendant ari radix cum melle, glans unguentaria illita cum vino: bulbi crudi per se, et cum ovi vitello, aceto

καυμένοι μετὰ ἀλκυονίου, μάλιστα ἔφηλιν ἀποκαθαίρουσιν· χάλβανον σὺν ὄξει καὶ νίτρῳ μάλιστα φακοὺς αἴρει· κόμμι σὺν νίτρῳ καὶ μέλιτι· καὶ ἰδίως δὲ μᾶλλον ἐφηλίδας αἴρει ἐλλεβόρου λευκοῦ μέρη β′ μετὰ μέλιτος, ἐλατήριον καταχριόμενον, κασσία σὺν μέλιτι, κιννάμωμον ὁμοίως, κράμβης σπέρμα σὺν ὄξει, ὀρόβινον, ῥαφάνου φλοιὸς σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ· ἢ κάρδαμον καταπλασσόμενον δι᾽ ὅλης νυκτὸς ἐπὶ ἡμέρας ε′· ἕωθεν δὲ ἀποπλύναντα καὶ κλύσαντα· θαψίας ῥίζα σὺν μέλιτι, κισσοῦ φύλλα σὺν οἴνῳ ἑφθὰ, κρότωνος καρπὸς καταπλασθεὶς ἐπὶ ἡμέρας γ′.

Κεφ. ρκβ′. Ἰδίως δὲ ἰόνθους αἴρει κρίνου ῥίζα σὺν σμήγματι, κυκλαμίνου ῥίζα σὺν μέλιτι, ναρκίσσου ῥίζα ὁμοίως· σηπίας ὀστράκου κεκαυμένου μέρη β′, βαλάνου μυρεψικοῦ μέρος ἓν, λεῖα σὺν ὕδατι καταχριόμενα· καὶ καταξηραινόμενα δὲ νότιζε· μετὰ δὲ ἓξ ἡμέρας πυρία· ἄλευρον σητάνιον μετ᾽ ἐλαίου καταπλασθέν· γλήχων κηρωτῇ ἀναληφθεῖσα, σμύρνα μετὰ κασσίας καὶ μέλιτος, κρομμύου χυλὸς σὺν σποδίῳ, μολύβδαινα σὺν ὄξει, καὶ σῶρι σὺν ὄξει κεκαυμένον.

aut melle, vel cum alcyonio combusti, maculas solares egregie repurgant: galbanum cum aceto et nitro lentigines potissimum abolet, uti et gummi cum nitro et melle. Peculiarius vero maculas solares emendant hellebori albi partes duae cum melle, elaterium inunctum, cassia cum melle, et cinnamomum eodem modo, brassicae semen cum aceto, ervi farina, raphani cortex cum lolii farina. Aliud: nasturtium totis sex noctibus imponatur, et mane eluatur. Eadem vitia corrigunt thapsiae radix cum melle, hederae folia in vino cocta, ricini denique grana per triduum imposita.

Cap. CXXII. Privatim autem varos tollunt lilii radix cum sapone, cyclaminis radix cum melle, narcissi radix eodem modo. Testae sepiae crematae partes II, et glandis unguentariae pars una terantur, et inungantur ex aqua. Cum exaruerint, humectato: sex vero transactis diebus, fomentum adhibeto. Tum et trimestris tritici farina cum oleo imposita, pulegium cerato exceptum, myrrha cum cassia et melle, ceparum succus cum spodio, plumbago cum aceto et sori ustum cum aceto.

Κεφ. ρκγ΄. Τοὺς δὲ ψωρώδεις καθ᾿ ὅλου τοῦ σώματος ἢ περὶ μέρος κνησμοὺς θεραπεύει καταχριόμενα σταφὶς ἀγρία μετὰ σανδαράχης καὶ ἐλαίου καὶ ὄξους προεψηθεῖσα καὶ λειοτριβηθεῖσα, στυπτηρία ὑγρὰ μετὰ μέλιτος ἑψηθεῖσα καὶ μετὰ σμύρνης καταχριομένη, ἅλες σὺν ὄξει καὶ ἐλαίῳ συγχριόμενοι, ἄχρις ἂν ἐξιδρώσωσι, νάπυ μετ᾿ ὄξους, μυροβαλάνου πίεσμα μετ᾿ ὄξους καὶ ὀλίγου ἐλαίου· λαπάθου ἀγρίου τὸ ἀφέψημα, τῆς ῥίζης τῷ λουτρῷ μιγνυμένης· καὶ ὄξος θερμὸν καταντλούμενον· ὀρόβου ἀφέψημα, ἢ ὀριγάνου, ἢ γλήχωνος καταντλούμενον, γάλα σχιστὸν πινόμενον.

Κεφ. ρκδ΄. Τοὺς δὲ περὶ τὰ πυριωμένη αἰδοῖα κνησμοὺς θεραπεύει θάλασσα, θεῖον ἐπιπασθὲν, νίτρον ἐν ἐλαίῳ καὶ ὄξει καὶ σταφίδι ἀγρίᾳ καὶ στυπτηρίᾳ σὺν ὑδρομέλιτι· συνεδρούμενον ἐν βαλανείῳ καταχριομένη, μάλιστα ἐπὶ τῶν διδύμων· καὶ τρὺξ ὄξους ξηρὰ τριβεῖσα, σὺν οἴνῳ καταχριομένη διδύμοις· ἐγκατάχριε δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ᾠοῦ τὸ λευκὸν μετὰ μέλιτος.

Κεφ. ρκε΄. Πρὸς δὲ τὰ κνησμώδη ἐξανθήματα ἁρμόζει καταχριόμενα, διφρυγὲς σὺν ὄξει, συκαμίνου ῥίζα σὺν

Cap. CXXIII. Totius corporis scabiem aut partis cuiuspiam pruritum sanant haec illita: staphis agria cocta, deindeque cum sandaracha, oleo et aceto tenuiter contrita: alumen liquidum cum melle coctum, et addita myrrha inunctum: sal cum aceto et oleo illitus, donec sudor erumpat: sinapi cum aceto: quod ex unguentaria glande tusa expressaque reliquum est, cum aceto et pauco oleo: radicum lapathi agrestis decoctum lavacro mixtum, acetum calens affusum: decoctum ervi, aut origani, aut pulegii itidem affusum: lac denique scissile in potu sumptum.

Cap. CXXIV. Genitalium pruritus sanant aqua marina pro fotu adhibita, sulphur inspersum, sic et nitrum cum oleo, aceto et staphide agria: alumen ex aqua mulsa in balneo illitum, praesertim circa testes: faex etiam aceti arida tritaque cum vino testibus illita: sed postea albumen ovi cum melle inungendum est.

Cap. CXXV. Ad pruriginosas papulas haec peruncta conveniunt: diphryges cum aceto, mori radix ex

ὄξει, μίσυ σὺν ῥοδίνῳ, μολύβδαινα σὺν ὄξει· ὁπλαὶ αἰγῶν κεκαυμέναι σὺν ὄξει, στυπτηρία πᾶσα σὺν μέλιτι ἑψηθεῖσα, πήγανον σὺν ἁλσὶ καὶ ἐλαίῳ, ἢ πήγανον σὺν κηρωτῇ μυρσινίνῃ τετραπλῇ, ψιμύθιον καὶ λιθάργυρος σὺν ὄξει, μυρσίνινον ἔλαιον, δαφνίδων πίεσμα προςκλυζόμενον, μύρτα σὺν κηρωτῇ μυρσινίνῃ ἐν ὀθονίῳ ἐπιτιθέμενα, κιννάβαρις μετὰ κηρωτῆς, σμύρνη, νίτρον σὺν ὑείῳ στέατι, κισσοῦ φύλλα ἑφθὰ σὺν οἴνῳ καταπλασσόμενα, κριθαὶ κεκαυμέναι λεῖαι καταπλασσόμεναι, νίτρον σὺν θείῳ ἀπύρῳ, καὶ τρὺξ σμωμένη.

Κεφ. ρκϛ'. Πρὸς δὲ τοὺς λειχῆνας καὶ τὰ λεπρώδη καὶ ψωρώδη καταχριόμενα ἁρμόζει ἄγνου σπέρμα σὺν ἀφρονίτρῳ καὶ ὄξει, ἰχὼρ ὁ ἀποῤῥέων ἐκ ξύλων ἀγριελαίας ὑγρᾶς καιομένων· ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν κρανάϊνων ξύλων· ἀγχούσης ῥίζα λεία σὺν ὄξει καταπλασσομένη, ἀδάρκης σὺν ὕδατι, ἐρυθροδάνου καρπὸς σὺν ὄξει, αἴρινον ἄλευρον σὺν ὄξει καταπλασσόμενον· ἀφίστησιν ἀγρίους λειχῆνας πίτυρα σὺν ὄξει ἑψηθέντα, καὶ θερμὰ καταπλασθέντα· καὶ χόνδρος ὁμοίως.

aceto, misy cum rosaceo, plumbago cum aceto, ungulae caprarum ustae cum aceto, quodvis genus aluminis cum melle coctum, ruta cum sale et oleo, ruta cum cerato myrtino quadruplo, cerussa et lithargyrum cum aceto, myrtinum oleum, expressus baccarum lauri succus affusus, myrti baccae cum cerato myrtino in linteolo impositae, myrrha, nitrum cum adipe suillo, hederae folia cum vino cocta et imposita: hordeum ustum tritumque, cataplasmatis in modum adhibitum: nitrum cum sulphure vivo, faex denique affricta.

Cap. CXXVI. Ad lichenas seu impetigines ac leprae scabieique vitia faciunt haec illita: viticis semen cum spuma nitri et aceto, humor, quem sylvestris oleae ligna viridia, dum uruntur, exsudant, similiter et quae ex corni lignis accensis exstillat, anchusae radix trita cum aceto imposita, adarces cum aqua, rubiae semen cum aceto, loliacea farina cum aceto cataplasmatis modo imposita. Feras autem impetigines tollunt furfures in aceto cocti et calentes impositi: similiter et chondrus.

Κεφ. ρκζ'. Πρὸς κνησμονὴν ἐν λουτρῷ θέρμινον ἄλευρον μετὰ χαμαιμηλίνου ἐλαίου καὶ ὀλίγου ὄξους καταχριέσθω ὁ πάσχων.

Κεφ. ρκη'. Λέπραν δὲ θεραπεύει αἴρινον ἄλευρον σὺν θείῳ καὶ ὄξει καταχριόμενον, βρυωνίας καρπὸς σὺν ὄξει καταπλασσόμενος· ἄσφαλτος μετὰ θείου καὶ ὄξους· τινὲς δὲ ἀντὶ ἀσφάλτου πίσσην· μυροβάλανον καταχριόμενον σὺν ὄξει· βατράχιον ἐπιπλασθὲν ἀφίστησι· σικύου ἀγρίου ῥίζα σὺν ὄξει, σῶρι κεκαυμένον ὁμοίως, ἐλαίας αἰθιοπικῆς δάκρυον σὺν ὄξει· καλεῖται δὲ αἰθιοπικὴ ἐλαία ἡ ἀγρία ἐλαία· ἐλλέβορος λευκὸς καὶ μέλας σὺν ὄξει καταπλασσόμενος, σμύρνα σὺν ὄξει, καὶ λίβανος ὁμοίως, ἀμμωνιακὸν ὁμοίως, ὀπὸς συκῆς ἐπιχριόμενος, ἐρέβινθος ἑφθὸς σὺν ὄξει ἐπιπλασσόμενος, ἀμύγδαλα πικρὰ σὺν ὄξει, ταυρόκολλα ὁμοίως, θαψίας χυλὸς καὶ ἡ ῥίζα σὺν ὄξει· θεῖον ἄπυρον σὺν ὄξει ἢ τερεβινθίνῃ ῥητίνῃ ἀναληφθέν· θέρμων ἀφέψημα καταντλούμενον, ἰὸς διπλοῦς ἀναληφθεὶς ῥητίνῃ τερμινθίνῃ ἁπλῇ· εὐτονώτε-

Cap. CXXVII. Ad pruriginem lupini farina in balneo cum oleo chamaemelino et pauco aceto convenienter illinitur.

Cap. CXXVIII. Lepram vero sanant lolii farina cum sulphure et aceto illita, bryoniae fructus cum aceto more cataplasmatis impositus, bitumen cum sulphure et aceto: (sunt qui pro bitumine picem usurpent:) glans unguentaria cum aceto illita: tollit et ranunculus impositus, cucumeris agrestis radix cum aceto, similiter et sory ustum: oleae aethiopicae (sic autem sylvestrem appellant) lacrima cum aceto: helleborus, tam albus quam niger, cum aceto impositus, myrrha cum aceto, ac tus eodem modo, pariterque ammoniacum, fici liquor illitus, cicer coctum ex aceto impositum, amygdalae amarae cum aceto, taurinum gluten eodem modo, thapsiae succus et radix cum aceto: sulphur vivum cum aceto aut subactum cum resina terebinthina: lupinorum decoctum affusum: aeruginis partes duae exceptae resinae terebinthinae parte una: (at efficacius redditur hoc remedium

ρον δὲ γίνεται τὸ φάρμακον, νίτρου ἢ χαλκάνθου μιγέντος ὀλίγου· καρδάμωμον ἢ κάρδαμον σὺν ὄξει, κληματὶς σὺν ὄξει καεῖσα καὶ καταπλασθεῖσα ἀφίστησι· καὶ κανθαρὶς, βούπρηστις, πιτυοκάμπη ἀναληφθεῖσα, ῥητίνῃ καὶ πίσσῃ μιγείσῃ· θαψίας ῥίζης κόμμι, ἀμυγδάλης πικρᾶς ἢ κερασίας, κοκκυμηλέας, ἢ ἀμπέλου σὺν ὄξει· κοχλίας χερσαῖος σὺν ὄξει κεκαυμένος, καὶ σὺν μέλιτι καταχριόμενος, λαπάθου ἀγρίου ῥίζα ὠμὴ καὶ μετὰ ὄξους ἑφθὴ λεία καταπλασσομένη· λειχὴν ὁ ἐπὶ ταῖς πέτραις, καταχρισθεὶς, ἢ σὺν ὄξει καταπλασθεὶς, χαμαιλέοντος μέλανος ῥίζα ἑψηθεῖσα σὺν ὄξει, μιγέντος τῷ ἀφεψήματι θείου καὶ ἀσφάλτου ἐγχριομένη, ἢ δίχα τούτων· στέαρ φώκης καὶ χάλκανθος καὶ κέδρινον ἔλαιον μιγέντα, μελάνθιον μετὰ θείου ἀπύρου καὶ ταυροκόλλης καὶ ὄξους, ὀπὸς σιλφίου σὺν ὄξει.

Κεφ. ρκθ'. Τὰς προςφάτους δὲ θεραπεύει τριφύλλου ῥίζα σὺν ὄξει καταπλασσομένη, ἢ πήγανον σὺν μέλιτι καὶ στυπτηρίᾳ ὁμοίως, πίσσα ὑγρὰ σὺν ἴσῳ κηρῷ καὶ ῥητίνῃ καὶ θείῳ τακεῖσα ὡς ἔμπλαστρος, πρασίου φύλλα ἑψηθέντα

addito nitri aut chalcanthi momento:) cardamomum aut nasturtium cum aceto. Clematis usta, et cum aceto imposita, lepras exterit. Idem praestant cantharides, buprestes, et pinorum erucae, resina et pice admixta: gummi radicis thapsiae, amygdali amarae, cerasi, pruni aut vitis cum aceto: cochlea terrestris cremata cum aceto et melle illita: lapathi sylvestris radix, seu cruda, seu in aceto cocta, tritaque et imposita: lichen, qui petris innascitur, inunctus, aut cum aceto impositus, chamaeleonis nigri radix in aceto cocta sola per se, aut additis sulphure et bitumine inuncta: vituli marini adeps, admixtis chalcantho et oleo cedrino: melanthium cum sulphure vivo, glutine taurino et aceto: silphii denique liquor cum aceto.

Cap. CXXIX. Recentes vero lepras haec emendant: trifolii radix cum aceto imposita, similiter et ruta cum melle et alumine: pix liquida cum aequali portione cerae, resinae ac sulphuris ad emplastri formam redacta: mar-

σὺν ὄξει καὶ καταπλασθέντα, πτελέας φύλλα ἢ κλάδια ὁμοίως, ῥοιὰ σὺν ὄξει καταχριομένη, σκαμμωνίας ὀπὸς ἑψηθεὶς σὺν ὄξει, ἄχρις ἂν μελιτώδης γένηται, καταχριόμενος, σκόροδον σὺν μέλιτι ὁμοίως, στρουθίου ῥίζα σὺν ἀλφίτῳ καὶ ὄξει καταπλασσομένη, στυπτηρία κεκαυμένη σὺν κράμβης χυλῷ, ἢ ὑγρὰ ἑψηθεῖσα σὺν μέλιτι καταχριομένη· τιθυμάλλου ὀπὸς καταχριόμενος, τρὺξ οἴνου κεκαυμένη, μετὰ συκῆς ἀφεψήματος καταχριομένη, χελιδονίου τοῦ μικροῦ ῥίζα καταπλασθεῖσα, γογγύλη λεία ἐπιτιθεμένη, ἰτέας φύλλα κεκαυμένα καὶ μεθ' ὕδατος ἐπιπλασσόμενα, ἄγχουσα ἀναληφθεῖσα βουτύρῳ, θεῖον ἄπυρον, μελάνθιον, ταυρόκολλα σὺν ὄξει καταχριομένη, ἀμμωνιακὸν σὺν ὄξει ὁμοίως, ἀμύγδαλα πικρὰ σὺν ὄξει ἐπιτιθέμενα, χαλκῖτις ὠμὴ μετὰ κυπρίνης κηρωτῆς, μελίας φλοιὸς καεὶς σὺν ἰρίνῳ ἢ κεδρίᾳ, ἢ πρόπολις ἐπιτιθεμένη ὡς ἔμπλαστρος.

Κεφ. ρλ'. Ὄνυχας δὲ ἀφίστησι λεπροὺς ἐπιτιθέμενα ἀσφοδέλου ῥίζα λεία, ἄρου ῥίζα ὁμοίως, βατράχιον καταπλασθὲν, κανθαρὶς, ἢ βούπρηστις, πιτυοκάμπη ἀναληφθεῖσα

rubii folia cum aceto cocta et imposita, ulmi folia et ramuli eodem modo: malum punicum cum aceto illitum, scammoniae liquor ad mellis crassitudinem in aceto coctus et illitus: pariter et allium cum melle, struthii radix cum polenta et aceto loco cataplasmatis imposita: alumen ustum cum brassicae succo, aut ipsum liquidum cum melle coctum et inunctum: tithymali liquor illitus, faex vini usta et cum fici decocto adhibita, chelidonii minoris radix imposita, similiter et rapum contritum, salicis folia cremata et ex aqua illita, anchusa butyro excepta, sulphur vivum, melanthium, taurinum gluten cum aceto inunctum, simili modo et ammoniacum cum aceto, amygdalae amarae cum aceto impositae, chalcitis cruda cum cerato cyprino, fraxini cortex ustus cum irino aut cedria, propolis denique ceu emplastrum imposita.

Cap. CXXX. Ungues autem scabros detrahunt haec imposita: asphodeli radix trita, similiter et ari, ranunculus illitus: cantharis, aut buprestis, vel pityocampe, ex-

ῥητίνῃ τερμινθίνῃ, ἢ πίσσης ὑγρᾶς μιγείσης· καὶ θαψίας ῥίζα καὶ σίνηπι σὺν ὄξει, ἢ ἀγριελαίας πυρήνων τὸ ἐντὸς ἀναληφθὲν στέατι, θεῖον ἄπυρον σὺν κηρῷ καὶ ῥητίνῃ, ἱππολαπάθου ἢ ἀγρίου λαπάθου ῥίζα ὠμὴ καὶ ἑφθὴ σὺν ὄξει, κάρδαμον σὺν ὄξει· κυπαρίσσου σφαιρία χλωρὰ καθεψηθέντα σὺν ὄξει καὶ λεανθέντα σὺν θέρμοις πικροῖς· λινόσπερμον σὺν καρδάμῳ καὶ μέλιτι, πίσσα ἐν ὄξει ἑψηθεῖσα καὶ ἐπιτεθεῖσα, πίσσα ὑγρὰ σὺν κηρῷ, σανδαράχη, ἄσβεστος, καὶ τρὺξ κεκαυμένη σὺν πίσσῃ ἢ ἰξῷ, στυπτηρία σὺν ὕδατι, ἀρσενικὸν σὺν ὄξει, ἢ ἰξὸς σὺν κονίᾳ.

Κεφ. ρλα'. Σμήχει δὲ ψώραν νίτρον, ἀφρόνιτρον, χολὴ βοεία σὺν νίτρῳ καὶ κιμωλίᾳ, γῆ μηλία, κοχλίας χερσαῖος κεκαυμένος σὺν μέλιτι· κρίνου ῥίζα ξηρὰ, λεία· μυροβάλανος ὁμοίως, καὶ τὸ πίεσμα αὐτῆς.

Τῶν κατὰ τοὺς μασθοὺς παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. ρλβ'. Πρὸς μασθοὺς, ὥστε μὴ γίνεσθαι μεγάλους, βοτάνην τὴν λεγομένην κρητικὴν, ἥν τινες καλοῦσιν

cepta resina terebinthina, vel admixta pice liquida: thapsiae radix et sinapi cum aceto, nucleorum olivae agrestis pars interior, excepta adipe, sulphur vivum cum cera et resina: hippolapathi aut lapathi sylvestris radix, seu cruda, seu cocta cum aceto: nasturtium cum aceto, cupressi virentes globuli decocti cum aceto tritique cum lupinis amaris, lini semen cum nasturtio et melle, pix in aceto cocta et imposita, pix liquida cum cera, sandaracha, calx viva, faex usta cum pice aut visco, alumen ex aqua, arsenicum cum aceto, aut viscum cum calce.

Cap. CXXXI. Scabiem tollunt nitrum, spuma nitri, fel bubulum cum nitro, terra melia, cochlea terrestris cremata cum melle, lolii radix sicca trita, glans unguentaria eodem modo, et succus, qui ex ea exprimitur.

Remedia ad mammarum affectus.

Cap. CXXXII. Mammas cohibebis, quominus in magnitudinem excrescant, si herbam dictam, quam nonnulli creticam

κώνειον αἴγυνον [38], τρίψας μετὰ ψυχροῦ ὕδατος, κατάχριε τοὺς μασθούς. Δοκιμασία τοῦ φαρμάκου· αἰγιδίου μικροῦ κατάχρισον τὰ κέρατα, καὶ οὐκ αὔξουσι.

Κεφ. ρλγ΄. Μασθοὺς δὲ οὐκ ἐᾷ αὔξεσθαι, ἐπὶ παρθένων μάλιστα, καταπλασσόμενα κωνείου σπέρμα ἔγχυλον λεῖον, ὀθονίου προϋποτιθεμένου· καὶ ἡ πόα δὲ ὁμοίως· στυπτηρία ὑγρὰ σὺν μέλιτι, ἐπιμηλίδος φύλλα καταπλασσόμενα ὁμοίως· ἀκόνης ναξίας τοῦ πρὸς αὐτὴν ἀκονηθέντος σιδήρου τὸ ἀπότριμμα, μετὰ ὄξους καταχριόμενον.

Κεφ. ρλδ΄. Τὰς δὲ σπαργώσεις τῶν μασθῶν ἀποκαθίστησι φακὸς ἑψηθεὶς ἐν θαλάσσῃ καὶ καταπλασσόμενος, ἡδύοσμον σὺν ἀλφίτῳ, στέμφυλα μετὰ ἁλῶν λείων, ἅλμη πεπυριωμένη.

Κεφ. ρκε΄. Σβέννυσι δὲ γάλα καὶ μετὰ τοὺς τόκους ἄλευρον κυάμινον καθ᾿ ἑαυτὸ καὶ σὺν ἀλφίτῳ καταπλασθέν, κιμωλία σὺν ὄξει καταχριομένη, ἢ ὕδατι καὶ ῥοδίνῳ· στυπτη-

38) Egregie iam Saracenus sic emendavit corruptelam. Vulgo τὴν λεγομένην κρητικόν, ἥν τινες καλοῦσιν ἰριγέροντα.

dictam, quam nonnulli aegynon vocant, ex frigida contriveris, et mammas illeveris. Probatio autem huius remedii haec est: hoedi tenelli cornicula inungito, et non amplius crescent.

Cap. CXXXIII. Mammillarum, in virginibus potissimum, incrementum inhibent imposita haec: cicutae semen, dum succo plenum est, contritum, supposito prius linteolo. Idem et ipsa herba praestat eodem modo: alumen liquidum cum melle, epimelidis folia similiter imposita: denique quod e cote naxia exacuendo ferro deteritur, ex aceto illitum.

Cap. CXXXIV. Turgentia lacteque distenta ubera compescunt lens in aqua marina cocta et more cataplasmatis imposita, mentha cum polenta, et vinacea cum sale trito: muria denique pro fomento adhibita.

Cap. CXXXV. Lac exstinguunt etiam post partum farina fabacea, tum per se, tum addita polenta imposita: cimolia cum aceto aut aqua et rosaceo illita: alumen li-

ρία ὑγρὰ σὺν ὕδατι, ὄξει, ῥοδίνου μιγνυμένου, γῆς σαμίας ὁ ἀστὴρ, γῆ μηλία ὁμοίως, γάλα γυναικεῖον μετὰ κωνείου χυλοῦ καταπλασσόμενον, τρὺξ ὄξους ἢ οἴνου μετ᾽ ἀλφίτου καταπλασθεῖσα· ὑοςκυάμου σπέρμα μετὰ οἴνου, λεῖον ὁμοίως· θάλασσα καταντλουμένη, κωνείου φύλλα καταπλασσόμενα, ἅλμη πυριωμένη, κάρυα βασιλικὰ καταπλασσόμενα.

Κεφ. ρλς'. Τοὺς δὲ χονδριῶντας μασθοὺς παύει πίτυρα ἐν ὄξει καὶ πηγάνου ἀφεψήματι ζεσθέντα καὶ καταπλασθέντα, ἡδύοσμον σὺν ἀλφίτῳ, ἡμεροκάλλους φύλλα καταπλασσόμενα, ἅλμη πυριωμένη, κάρυα βασιλικὰ σὺν μέλιτι καὶ πηγάνῳ, κρότωνος φύλλα λεῖα, κρόκος σὺν γάλακτι καταχριόμενος, κραταιόγονον καταπλασσόμενον, ἄλευρον κυάμινον καθ᾽ ἑαυτὸ, καὶ σὺν ἀλφίτῳ· λίθος γεώδης σὺν ὕδατι, λίθος ὀστρακίτης σὺν μέλιτι, κυδώνια ἑφθὰ σὺν μέλιτι καταπλασσόμενα· σέλινον καταπλασσόμενον.

Κεφ. ρλζ'. Ὠφελεῖ δὲ καὶ τοὺς τεθρομβωμένους μασθοὺς, οὐκ ἐᾷ δὲ ἐπὶ τῶν τιθηνουσῶν γάλα τυροῦσθαι κη-

quidum cum aqua et aceto, addito rosaceo: terrae samiae aster, terra melia eodem modo, lac muliebre cum conii succo impositum, faex aceti aut vini adhibita cum polenta, similiter et hyoscyami semen cum vino tritum, marinae aquae perfusio, conii folia imposita, muriae fomentum, nuces denique iuglandes impositae.

Cap. CXXXVI. Grumoso lacte turgentes mammas compescunt furfures in aceto et rutae decocto fervefacti et impositi, mentha cum polenta, hemerocallis folia imposita, fotus ex muria, nuces iuglandes cum melle et ruta, ricini folia trita, crocus cum lacte illitus, crataeogonum more cataplasmatis impositum, farina fabarum per se et cum polenta, lapis geodes ex aqua, ostracites cum melle, cotonea mala cocta cum melle, et in modum cataplasmatis imposita, apium denique pari modo adhibitum.

Cap. CXXXVII. Distentis grumoso lacte mammillis prodest, praetereaque lac nutricum in caseum cogi densarive prohibet cera candida, si eius grana de-

ρου λευκοῦ δέκα τὸν ἀριθμὸν κεγχριαῖα μεγέθη καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀντὶ καταποτίων διδόμενα.

Κεφ. ρλή. Κατασπᾷ δὲ γάλα πλεῖον ἱππομαράθρου ἢ μαράθρου ἀπέψημα μετὰ οἴνου πινόμενον· κέγχρος, ἐρέβινθος, ὤκιμον, μαλάχη, ἄνηθον, συνεψηθέντα ῥοφήματι· κιρκαίας καρπὸς ὁμοίως· μελάνθιον ὀλίγον πινόμενον ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας, καὶ σὺν ῥοφήματι δὲ λαμβανόμενον· ὀνώνιδος ῥίζα σὺν ῥοφήματι ἑψηθεῖσα καὶ λαμβανομένη· γλαυκὸς τῆς βοτάνης τοὺς κλάδους καὶ τὰ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη ἑψήσας ἐν ῥοφήματι δίδου· ἁλίμου χυλίσματος, ἢ σόγχου, ἢ βουγλώσσου, ἢ θρίδακος δίδου κυάθους β', καὶ ὑδρομέλιτος κύαθον ἕνα ἐπὶ ἡμέρας ζ'· καὶ ἀφεψηθέντα δὲ τὰ λάχανα σὺν κυμίνου ἀλεύρῳ καὶ λαμβανόμενα ποιεῖ· πολύγαλον πινόμενον, καὶ πρασίου πόας τὰ φύλλα ἐσθιόμενα.

Κεφ. ρλθ'. Καταπλασσόμενα δὲ γάλα κατασπᾷ σὺν ἀλεύρῳ κριθίνῳ μάραθρον, μελάνθιον, κριθῶν βεβρεγμένων χυλὸς σὺν ἀνδράχνῃ· κηρὸς καὶ σμύρνα, καὶ στέαρ χήνειον

cem miliari magnitudine pilularum instar quotidie deglutiantur.

Cap. CXXXVIII. Lactis abundantiam faciunt hippomarathri seu ipsius sativi foeniculi decoctum ex vino bibitum, milium, cicer, ocimum, malva et anethum, incocta sorbitionibus: circaeae semen eodem modo: melanthium parcius bibitum plusculis diebus, et cum sorbitione sumptum: insculum, cui radix ononidis incocta fuerit, sorbitione sumptum. Aliud: glaucis herbae ramulos, folia et flores coquito, et in sorbitione dato. Aut: succum halimi, aut sonchi, buglossive, aut lactucae, cyathorum duorum mensura, cum aquae mulsae cyatho uno diebus septem propinato. Idem praestant haec eadem olera cocta et cum cymini farina sumpta: polygalum quoque bibitum, et marrubii folia esitata.

Cap. CXXXIX. Lac uberius attrahunt mammis, imposita cum farina hordeacea, foeniculum et melanthium, hordei macerati cremor, et portulacae succus: cera, myr-

καὶ θεῖον μιγέντα· πτελέας φύλλα, ταύρου χολὴ καὶ ἧπαρ· σπλὴν ὄνου σὺν ὄξει.

Κεφ. ρμ΄. Τὰς δὲ φλεγμονὰς τῶν μασθῶν παρηγορεῖ ἀσφοδέλου ῥίζα καὶ τὰ φύλλα ἐν οἴνῳ ἑφθὰ καταπλασσόμενα· βακχάριδος φύλλα καταπλασσόμενα. Γυναικὸς ἐὰν οἱ μασθοὶ ὀγκωθῶσιν, αἰγὸς ἀφόδευμα ξηρὸν ἑψήσας μετὰ ἀκράτου κατάντλησον, καὶ λύει τὴν φλεγμονήν.

Τῶν κατὰ τοὺς διδύμους παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. ρμά. Τὰς δὲ τῶν διδύμων φλεγμονὰς ἴαται τρὺξ οἴνου μεθ᾽ ἁλῶν καταπλασθεῖσα, ὑοςκυάμου καρπὸς μετὰ οἴνου λεῖος· ἢ κιμωλία σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ γλοιώδη καταχριόμενα· ὁμοίως ἀστὴρ σάμιος καταχριόμενος, ἢ λίθος γεώδης σὺν ὕδατι, ἢ ἐρεβίνθου ἄλευρον ἐν ἀκράτῳ ἑψηθὲν, ἐρέβινθοι ἑφθοὶ καταπλασσόμενοι, ἠριγέροντος ἄνθος σὺν γλυκεῖ, καὶ ἡ πόα καταπλασσομένη, καὶ οἱ πάπποι ὁμοίως· κορίου φύλλα σὺν σταφίδι, κρίνου ῥίζα σὺν ὑοςκυάμου φύλλοις καὶ ἀλεύρῳ πυρίνῳ, κυάμινον ἄλευ-

rha, adeps anserinus et sulphur simul mixta: ulmi folia, bovis fel et hepar, splen asini cum aceto.

Cap. CXL. Mammarum inflammationes mitigant asphodeli folia cum radice in vino cocta et imposita, similiter et baccharidis folia. Quod si mulieris mammae intumuerint, caprino stercore arido cocto cum meraco eas foveto, et sedabitur inflammatio.

Remedia ad testium affectus.

Cap. CXLI. Testium autem inflammationibus medentur faex vini cum sale in modum cataplasmatis imposita, hyoscyami semen tritum cum vino: cimolia terra cum aceto et rosaceo ad strigmenti crassitudinem redacta et illita: aster samius simili modo illitus, geodes lapis ex aqua, ciceris farina in mero cocta, aut cicer ipsum coctum, cataplasmatis instar impositum: senecionis flos cum passo, et ipsa quoque herba imposita, nec non et eiusdem pappi similiter: coriandri folia cum uva passa, lilii radix

ρον ἑψηθὲν ἐν οἴνῳ σὺν κυμίνῳ καὶ σταφίδι, ἢ κηρίῳ, ἢ κηρωτῇ κυπρίνῃ, ἢ λινόσπερμον ἐν οἰνομέλιτι ἑφθῷ, ἢ μελίλωτον ἐν γλυκεῖ ἑφθὸν, μυρσίνης φύλλα σὺν κηρωτῇ, σταφὶς λευκὴ σὺν νίτρῳ ἢ ἀφρονίτρῳ, πήγανον σὺν κλάδῳ δάφνης ἁπαλῆς, βράθυος φύλλα σὺν ὕδατι καταπλασσόμενα, σπλάχνον τὸ καλούμενον βρύον ὁμοίως, ἢ τὸ θαλάσσιον βρύον· ἄγνου σπέρμα μετὰ βουτύρου καὶ ἀμπέλου φύλλων, ἀκτῆς φύλλα ὁμοίως, ἀσφοδέλου ῥίζα καὶ φύλλα ἑψηθέντα ἐν οἴνῳ.

Κεφ. ρμβ΄. Τὰς δὲ χρονίας φλεγμονὰς τῶν διδύμων λύσει ἄσσιος λίθος περιαπτόμενος ἐν ἐρίῳ ξηρῷ, ἀλθαίας ῥίζα ἑφθὴ καταπλασσομένη, ἐρύσιμον ἑφθὸν λεῖον, νίτρον ὀπτὸν διεθὲν ἐν ἐλαίῳ, ᾠοῦ ἐλαιῶδες ἐπιτιθέμενον ἐν σπληνίῳ, ἄλευρον κρίθινον σὺν πίσσῃ ὑγρᾷ. Πυριῶνται δὲ ὠφελίμως κυπαρίσσου ἀφεψήματι.

Κεφ. ρμγ΄. Τὰς δὲ ἐκσαρκώσεις τὰς ἐπὶ τῶν διδύμων τέφρα κληματίνῃ σὺν νίτρῳ φυραθεῖσα καὶ ὕδατι ἰᾶται καταπλασσομένη.

cum hyoscyami foliis et farina triticea: fabacea farina cocta in vino cum cumino et uva passa, aut favo, aut cerato cyprino: lini semen in vino mulso coctum, melilotus in passo coctus, myrti folia cum cerato: uva passa alba cum nitro aut spuma nitri, ruta cum lauri tenellae ramulo, sabinae folia ex aqua imposita: splachnon, quod bryon dicitur, eodem modo, aut etiam muscus marinus: viticis semen cum butyro et foliis vitigineis, sambuci folia simili modo, asphodeli denique folia cum radice in vino decocta.

Cap. CXLII. Diuturnas porro testium inflammationes haec solvunt: assius lapis appensus in lana sicca, althaeae radix cocta et cataplasmatis modo imposita, erysimon coctum tritumque, nitrum torrefactum, oleo solutum, ovi oleosus humor in splenio impositus, farina hordeacea cum pice liquida. Utiliter etiam testes cupressi decocto foventur.

Cap. CXLIII. Testium excrescenti carni medetur cinis sarmentitius cum nitro et aqua subactus et more cataplasmatis impositus.

Τὰ ποικίλων τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων, τραυμάτων καὶ ἑλκῶν βοηθήματα.

Κεφ. ρμδ΄. Δοθιῆνας δὲ συμπέσσει ταχέως καὶ ῥήσσει ὁρμίνου σπέρμα, ἢ τὰ φύλλα καταπλασθέντα μετὰ ἀλφίτου, ναρκίσσου ῥίζα λεία μετὰ ἀλεύρου καὶ ἐλαίου, ἅλες σὺν στέατι βοείῳ καὶ σταφίδι, ὀρίγανον σὺν ζύμῃ καὶ ἁλσὶ, καὶ ἰξὸς σὺν ῥητίνῃ καὶ κηρῷ ἴσως τακεὶς, κάρδαμον σὺν ἅλμῃ, χαλβάνη καθ᾽ ἑαυτὴν, τερμινθίνη ὁμοίως, λάδανον ὁμοίως, πρόπολις ὁμοίως, λεοντοποδίου ὁμοίως φύλλα σὺν ἀλφίτῳ, λινόσπερμον σὺν σικύου ἀγρίου ῥίζᾳ, ἄσσιος λίθος σὺν κηρωτῇ, νίτρον ἢ ἀφρόνιτρον σὺν ῥητίνῃ ἢ στέατι, συκῆς φύλλα ἢ κράδαι ἁπαλαὶ σὺν κηρωτῇ, πυκνοκόμου φύλλα σὺν ἀλφίτοις συγκεκομμένα, ἢ σὺν νίτρῳ· ζύμη μεθ᾽ ἁλῶν ἢ νίτρου, σταφὶς μεθ᾽ ἁλῶν, θεῖον καὶ πήγανον σὺν κηρωτῇ, ὑοσκυάμου φύλλα μετὰ βουτύρου.

Κεφ. ρμε΄. Πρὸς δὲ τὰς ἐν ἀρχῇ φλεγμονὰς παντὸς μέρους ἁρμόζει μετὰ ἀλφίτου λεῖα καταπλασσόμενα ἀείζωον, ἀνδράχνη, ἀμπέλου ἕλικες καὶ φύλλα, καὶ ὁ ἀπὸ τῶν τελ-

Variorum tumorum praeter naturam, vulnerum ulcerumque remedia.

Cap. CXLIV. Furunculos celeriter maturant et rumpunt hormini semen, aut folia imposita cum polenta, narcissi radix trita cum farina et oleo, sal cum sebo bubulo et uva passa, origanum cum fermento et sale, viscum cum resina et cera aequali mensura liquatum, nasturtium cum muria, galbanum per se, similiterque resina terebinthina, ladanum eodem modo, sic et propolis, leontopodii folia cum polenta, lini semen cum cucumeris agrestis radice, lapis assius cum cerato, nitrum seu spuma nitri cum resina vel adipe, fici folia aut tenelli surculi cum cerato, pycnocomi folia cum polenta contusa, vel cum nitro, fermentum cum sale aut nitro, uva passa cum sale, sulphur et ruta cum cerato, hyoscyami denique folia cum butyro.

Cap. CXLV. Incipientibus cuiusvis partis inflammationibus conveniunt haec trita et cum polenta imposita: sempervivum, portulaca, vitium capreoli et folia, lens

μάτων φακὸς, κόριον, κράμβη μετὰ ἄρτου, καὶ ἑφθὴ μετὰ ἀλφίτου· ἴου φύλλα, στρύχνον, καλάμου φύλλα χλωρὰ, κεδρίδες λεῖαι, καὶ ἀρνόγλωσσον, ἑλξίνη, ἡδύοσμον, θέρμινον ἄλευρον, κονύζης φύλλα, κολόκυνθα ὠμὴ, κοτυληδὼν, κραταιόγονον, κυπαρίσσου φύλλα καὶ σφαιρία χλωρὰ, μανδραγόρου ῥίζα, ξανθίου καρπὸς, πυκνοκόμου φύλλα σὺν ὀξυμέλιτι, ἄλευρον κρίθινον ἢ ζέϊνον ἐν ὄξει ἑψηθὲν, ἢ κυδωνίου ἀποζέματι· σόγχος καταπλασθεὶς, στυπτηρία σχιστὴ, καὶ πᾶσα σὺν μέλιτι· ἐρεβίνθου τὰ ἁπαλὰ φύλλα καταπλασσόμενα.

Κεφ. ρμϛ'. Τὰς δὲ ἐν μήνιγγι φλεγμονὰς ἰδίως στέλλει ἀκτῆς τῶν φύλλων ὁ χυλὸς ἐπιχριόμενος, βούτυρον πρόςφατον ἐπιτιθέμενον σὺν ῥοδίνῳ.

Κεφ. ρμζ'. Τὰ δὲ χρόνια οἰδήματα ἰᾶται καταπλασσόμενα, ἀκάνθης λευκῆς ῥίζα λεία σὺν ὕδατι, καὶ τῆς ἀραβικῆς ἀκάνθης, σελίνου φύλλα καὶ τὸ σπέρμα μετὰ ἀλφίτου, ἀπόπατος τράγου ἢ αἰγὸς ἐν ὄξει θερμῷ, βηχίου φύλλα καθ' ἑαυτὰ, ναρκίσσου ῥίζα λεία μετὰ ἀλεύρου καὶ ἐλαίου, παρθενίου φύλλα, δαμασσωνίου ὁμοίως,

palustris, coriandrum, brassica cum pane et cocta cum polenta, violae folia, solanum, arundinis folia viridia, cedri fructus contriti, plantago, helxine, mentha, lupinorum farina, conyzae folia, cucurbita cruda, umbilicus Veneris, crataeogonum, viridia cupressi folia et globuli, mandragorae radix, xanthii fructus, pycnocomi folia cum aceto mulso, farina hordei aut zeae cocta in aceto aut cydonii decocto, sonchus impositus, alumen scissile omneque aliud cum melle, ciceris denique tenera folia cataplasmatis instar imposita.

Cap. CXLVI. Meningis inflammationes peculiariter inhibet sambuci foliorum succus illitus, nec non et butyrum recens cum rosaceo impositum.

Cap. CXLVII. Diuturnis tumoribus seu oedematis haec medentur, more cataplasmatum imposita: spinae albae, seu etiam arabicae radix trita ex aqua, apii folia et semen cum polenta, fimus hirci aut caprae cum aceto calente, tussilaginis folia per se, radix narcissi trita cum

ἁλικακάβου ῥίζα ἑφθή, ἄρου φύλλα σὺν ἀλφίτῳ, ἀρκευθίδες λεῖαι· ἰσάτεως φύλλα ἀγρίου καὶ ἡμέρου, ἰτέας φύλλα, κάλαμος ἀρωματίτης λεῖος σὺν ἀλφίτῳ, δαφνίδες σὺν πάλῃ ἀλφίτου, δίκταμνον σὺν ἀλφίτῳ, ἐρυθροδάνου ῥίζαι ἑφθαὶ καὶ ὠμαὶ, ἐρύσιμον σὺν ὕδατι ἢ μέλιτι, σμυρνίου ῥίζαι, ζύμη μεθ' ἁλῶν, ἰξὸς σὺν ῥητίνῃ καὶ κηρῷ ἴσοις, πυρία ἡ διὰ θαλάσσης, κάρδαμον λεῖον, κρίθινον μετὰ ἀλφίτου, λιβανωτίδος ῥίζα καὶ φύλλα, λινόσπερμον σὺν μέλιτι καὶ στέατι αἰγείῳ, μελάνθιον σὺν ὄξει, ἐρεβίνθου ῥίζα ἑφθὴ, στρατιώτης ὁ ἀπὸ τῶν ὑδάτων σὺν λιβανωτῷ, τραγορίγανον σὺν ἀλφίτῳ, τρὺξ οἴνου μετὰ ἀλφίτου ἢ κριθίνου καὶ μάννης ἐν οἴνῳ ἑψηθεῖσα, φλόμου φύλλα ἑφθὰ, ψυλλίου σπέρμα λεῖον, σῦκα ξηρὰ σὺν νίτρῳ ἢ ἀσβέστῳ, ἢ ἴριδι, πενταφύλλου ῥίζα ἐν οἴνῳ ἑφθή· σκίλλα ὀπτή· διὰ τετάρτης δὲ δεῖ λύειν· σικύου ῥίζα ἑφθὴ καταπλασσομένη, μυοσωτὶς μετὰ κηρωτῆς ῥοδίνης, ἑλξίνη ὁμοίως καὶ ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων φακὸς λεῖος.

Κεφ. ρμη'. Παρωτίδας δὲ λύει ἐν ἀρχῇ μὲν βούτυρον

farina et oleo, parthenii folia, similiterque damasonii, halicacabi radix cocta, ari folia cum polenta, iuniperi baccae tritae, isatidis folia, tam sativae quam sylvestris, salicis folia, calamus aromaticus tritus cum polenta, lauri baccae cum polentae polline, dictamnus cum polenta, rubiae radices, tum coctae, tum etiam crudae, erysimum cum aqua aut melle, smyrnii radices, fermentum cum sale, viscum cum aequis cerae resinaeque portionibus, fomentum ex aqua marina, nasturtium tritum, hordeacea farina cum polenta, libanotidis radix et folia, lini semen cum melle et sevo caprino, melanthium cum aceto, ciceris radix cocta, stratiotes aquaticus cum ture, tragoriganum cum polenta, faex vini cum polenta farinave hordeacea aut manna in vino cocta, verbasci folia cocta, psyllii semen tritum, caricae cum nitro aut calce viva aut iride, quinquefolii radix in vino cocta, scilla tosta, (sed haec quarto post die soluto vinculo removenda,) cucumeris radix cocta et imposita, muris auricula cum cerato rosaceo, helxine eodem modo, lens denique palustris trita.

Cap. CXLVIII. Parotidas solvunt butyrum inter

ἐν ἐρίῳ ἐπιτεθὲν, λινόσπερμον σὺν μέλιτι καὶ στέατι αἰγείῳ, κνίδης φύλλα σὺν ἁλσὶν, ἀρνόγλωσσον λεῖον ὁμοίως, βαλλωτὴ σὺν στέατι χοιρείῳ παλαιῷ μετὰ ὄξους, ἐρύσιμον σὺν ὕδατι· πυρία δὲ διὰ θαλάσσης· ἰξὸς σὺν ῥητίνῃ καὶ κηρῷ, κυάμινον ἄλευρον σὺν τηλίνῳ ἀλεύρῳ καὶ μέλιτι, λαπάθου ῥίζα ἐν οἴνῳ ἑφθὴ, στρύχνου φύλλα μετὰ ἁλῶν, πήγανον λεῖον ἀναληφθὲν κηρωτῇ ῥοδίνῃ, θεῖον ἄπυρον ὁμοίως· ἢ ῥητίνης ὁμοίως μέρη β′, χαλβάνης μέρος α′, νίτρῳ ὡς ὅτι πλείστῳ συμμαλαχθέντα· ἢ πύρεθρον, ἢ ψιμύθιον, ἢ χάλκανθον σύκῳ ἀναληφθὲν καὶ οἴνῳ, ἄσβεστος μετὰ μέλιτος, γαλῆς ζώσης καείσης τέφρα μετὰ κηρωτῆς ἰρίνης, γλαυκὸς τοῦ ὀρνέου ἐγκέφαλος καταχριόμενος· ὄλυνθοι ἀπὸ ἀγρίας συκῆς ἑφθέντες, ἤγουν ἑψηθέντες ἐν οἴνῳ, λεῖοι καταπλασθέντες.

Κεφ. ρμθ′. Διαφορεῖ δὲ φύματα καταπλασσόμενα ἀδίαντον, ἀτράφαξις, ταύρου αἷμα σὺν ἀλφίτῳ, ἀκτῆς ῥίζα, ἑλξίνης ὁμοίως, ἀλθαίας ῥίζα ἐν οἴνῳ ἑψηθεῖσα, ὑοσκυάμου φύλλα σὺν ἁλσὶ λεῖα, βρυωνίας ῥίζα λευκῆς καὶ μελαίνης μετὰ πάλης ἀλφίτου, σικύου ἀγρίου ῥίζα ὁμοίως, ἀμμωνια-

initia impositum in lana, lini semen cum melle ac sevo caprino, urticae folia cum sale, plantago eodem modo, marrubium nigrum cum adipe suillo vetere et aceto, erysimon ex aqua, fotus ex aqua marina: viscum cum resina et cera, fabarum farina cum foeni graeci farina et melle, lapathi radix in vino cocta, solani folia cum sale, ruta trita, cerato rosaceo excepta, sulphur vivum ad eundem modum: resinae partes duae, galbani pars una cum nitro quamplurimo subactae: pyrethrum, cerussave, aut chalcanthum, si cum ficu et vino subigatur: calx viva cum melle, mustelae, quae viva cremata sit, cinis cum cerato irino, noctuae cerebrum illitum: grossi denique e caprifico cocti aut in vino decocti, deindeque triti, et pro cataplasmate impositi.

Cap. CLIX. Tubercula, quae phymata Graecis dicuntur, discutiuntur impositis hisce: adianto, atriplice, taurino sanguine cum polenta, sambuci radice, similiter et helxines, althaeae radice in vino cocta, hyoscyami foliis cum sale tritis, bryoniae tum albae tum nigrae radice

κὸν μετὰ μέλιτος μαλαχθὲν καὶ ἐπιτεθὲν, ἀπόπατος βοὸς ἐν ὄξει θερμανθεὶς καὶ ἐπιτεθεὶς, ἀρνόγλωσσον μετὰ ἁλῶν λείων, ἀσφοδέλου ῥίζα ἢ τὰ φύλλα ἑφθὰ ἐν οἴνου τρυγὶ, θύμος ἢ θύμβρα μετὰ πάλης ἀλφίτου, κιμωλία μετ' ὄξους ἐπιχριομένη, ἠρυγγίου ῥίζα καταπλασσομένη, ἢ ἰξὸς σὺν ῥητίνῃ καὶ κηρῷ, ἰτέας τὰ φύλλα ἀναληφθέντα κηρωτῇ, κονύζης φύλλα, σιλφίου ῥίζα σὺν κηρωτῇ, σκαμμωνίου ὀπὸς σὺν μέλιτι, στρουθίου ῥίζα λεία σὺν ἀλεύρῳ κριθίνῳ ἑψημένη, στέαρ ταύρειον σὺν μάννῃ· στέαρ χοίρειον παλαιὸν, πλυθὲν οἴνῳ, καὶ ἀναληφθὲν τέφρᾳ ἢ ἀσβέστῳ· συκαμίνου ὀπὸς μετὰ κηρωτῆς, θέρμινον ἄλευρον καταπλασθὲν εἰς μέλι ζέον, ἀσβέστου μιγείσης, ἐπιτιθέμενον· κράμβη ὠμὴ μετὰ ἀλφίτου, κυπαρίσσου σφαιρία μετὰ ὠοῦ κοπέντα.

Κεφ. ρν'. *Ἐκπέττει φύματα ἀβρότονον ἑψηθὲν σὺν ὠμῇ λύσει, ἄγνου σπέρμα ὁμοίως, σῦκα ξηρὰ μετὰ νίτρου, καὶ σῦκον ἑψηθὲν μελικράτῳ ὁμοίως· καὶ πύρινον καὶ ζέϊνον, λινόσπερμον, αἴρινον, καὶ σὺν περιστερᾶς κόπρῳ ἑψηθέντα καὶ νίτρῳ· λινόσπερμον μετὰ οἰνομέλιτος ἑψηθέν· γύρις με-*

cum polline polentae, cucumeris agrestis radice eodem modo, ammoniaco cum melle subacto, fimo bubulo in aceto calfacto, plantagine cum sale trito, asphodeli radice foliisve in vini faece coctis, thymo vel thymbra cum polentae polline, cimolia terra cum aceto illita, eryngii radice apposita, aut visco cum resina et cera, salicis foliis cerato exceptis, conyzae foliis, silphii radice cum cerato, scammoniae liquore cum melle, struthii radice trita et cum farina hordeacea cocta, sevo taurino cum manna, suillo adipe antiquo, vino eloto et cum cinere aut calce viva subacto: mori liquore cum cerato: lupinorum farina cum fervent melle in cataplasmatis formam redacta, addita etiam calce viva: brassica cruda cum polenta, cupressi denique globulis cum ovo tusis.

Cap. CL. Tubercula concoquunt abrotanum cum farina cruda coctum, viticis semen eodem modo, caricae siccae cum nitro, eaedem in aqua mulsa coctae: tritici, zeae, lolii ac seminis lini farinae cum fimo columbino et nitro coctae: lini semen cum vino mulso coctum:

τὰ πίσσης καὶ ἐλαίου καὶ ὕδατος ἢ ὄξους ἑψηθεῖσα· ζύμη μετὰ ἁλῶν, θέρμοι ἐν ὄξει ἑφθοὶ καταπλασθέντες· χαλβάνη καθ' ἑαυτὴν, λινόσπερμον μετὰ θείου καὶ ἴρεως· ἄσσιος λίθος σὺν κηρωτῇ· ἐξικμάζει δὲ καὶ τὰ ὑπώπια.

Κεφ. ρνα'. Ῥήσσει δὲ φύματα θαψίας χυλὸς μετὰ θείου καταχριόμενος, ναρκίσσου ῥίζα σὺν μέλιτι καὶ αἰρίνῳ ἀλεύρῳ καταπλασθεῖσα, πρόπολις, θέρμοι μετὰ ὄξους ἑφθοὶ καταπλασθέντες, σικύου ἀγρίου ῥίζα ἀναληφθεῖσα ῥητίνῃ τερμινθίνῃ, καππάρεως ῥίζα ὁμοίως, νίτρον μετὰ ζύμης ἢ σύκων, ἅλες ὁμοίως, κανθαρὶς ἀναληφθεῖσα ῥητίνῃ.

Κεφ. ρνβ'. Τὰς δὲ ἐντὸς ἀποστάσεις ῥήσσει θάλασσα ποθεῖσα μετὰ μελικράτου.

Κεφ. ρνγ'. Καὶ σκληρίαν μαλάσσει λίθος πυρίτης κεκαυμένος, ἀναληφθεὶς ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ, ἢ διφρυγὲς ὁμοίως, ἄσσιος λίθος ὁμοίως, μόρου τοῦ δένδρου χυλὸς· ἐγκόπτεται δὲ ἰσχυρῶς ἡ ῥίζα, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ εὑρίσκεται ἐπίπαγος· ξιφίου ῥίζα σὺν ὀξυμέλιτι, ὀνόβρυχις καταπλασσομένη, ὄξος

pollen cum pice, oleo et aqua aut aceto coctus: fermentum cum sale, lupini in aceto cocti et impositi, galbanum per se, lini semen cum sulphure et iride: lapis denique assius cum cerato, qui quidem hypopya etiam exsiccat.

Cap. CLI. Tubercula vero rumpunt thapsiae succus cum sulphure illitus, narcissi radix cum melle farinaque loliacea imposita, propolis, lupini in aceto cocti et more cataplasmatis impositi, cucumeris agrestis radix, excepta resina terebinthina, capparis radix eodem modo, nitrum cum fermento aut ficubus, similiter et sal: cantharis denique cum resina subacta.

Cap. CLII. Internos autem abscessus rumpit aqua marina cum mulsa epota.

Cap. CLIII. Duritias emolliunt pyrites lapis ustus, resina terebinthina exceptus: diphryges eodem modo, sic et lapis assius, itemque lycium: mori arboris liquor, qui quidem altius incisa radice postridie concretus reperitur: gladioli radix cum aceto mulso, onobrychis imposita,

θερμὸν καταντλούμενον, σπόγγος ὄξει διερὸς, μάλιστα ἐπὶ τῶν ἐναίμων ἀποστημάτων, ὀρίγανον σὺν μέλιτι, πολίου ῥίζα ὁμοίως, πίσσα ὑγρὰ σὺν κηρῷ τακεῖσα, πλατάνου φλοιὸς ἑφθὸς καὶ τὰ φύλλα, ῥητίνη τερμινθίνη σὺν στέατι· σησαμοειδοῦς σπέρμα, φλόμου φύλλα, πενταφύλλου ῥίζα· σῦκον ξηρὸν λιπαρὸν, ἐν θαλάσσῃ ἑψηθὲν, λεῖον.

Κεφ. ρνδ'. Χοιράδας διαφορεῖ ἄσβεστος μέλιτι ἢ γλοιῷ ἀναληφθεῖσα, ἢ ἐλαίῳ, ἢ ἀξουγγίῳ, καὶ ἐπιτεθεῖσα· ἄσφαλτος μετὰ γλοιοῦ, ἀπόπατος αἰγὸς ἐν ὄξει ἢ οἴνῳ ἑψηθεῖσα, θερμὴ ἐπιτιθεμένη ὁμοίως, ἀρνόγλωσσον μετὰ ἁλῶν καταπλασσόμενον, ἀδίαντον ὁμοίως, ἀλθαία ἐν οἴνῳ ἑφθή· κρίθινον ἄλευρον ἐν πίσσῃ καὶ οὔρῳ παιδὸς ἀφθόρου καὶ ἐλαίῳ καὶ κηρῷ ἑψηθέντα· αἴρινον ἄλευρον μετὰ κόπρου περιστερᾶς, καὶ λινόσπερμον ἐν οἴνῳ ἑψηθέντα· μανδραγόρου ῥίζα ὁμοίως, μελισσόφυλλον σὺν ἁλσίν· ἔχιν ἀποδήσας λίνῳ κρέμασον, ὅπως ἀποθάνῃ· εἶτα λύσας τὸ λίνον περίαψον τῷ τραχήλῳ· διαφορεῖ καὶ ἀμμωνιακὸν οἴνῳ διεθὲν καὶ ἐπιτεθέν· βαλλωτὴ, ἣν τινες μέλαν πράσιον καλοῦσι, σὺν ἁλσίν· απα-

fotus ex aceto calente, spongia aceto madens, (sed huius potissimum est usus in cruentis apostematis:) origanum cum melle: similiter et polii radix, pix liquida, liquata cum cera, platani cortex coctus, itidemque folia: resina terebinthina cum adipe, sesamoidis semen, verbasci folia, quinquefolii radix: carica denique pinguis, cocta in aqua marina et contrita.

Cap. CLIV. Strumas discutiunt calx viva, excepta melle, aut strigmento, oleove, aut axungia, et imposita: bitumen cum strigmento, fimus caprinus in aceto aut vino coctus, calensque similiter impositus, plantago cum sale imposita, pariter et adiantum, althaea in vino cocta: hordei farina in urina pueri Venerem haud experti macerata, exceptaque pice, oleo et cera liquatis: lolii farina cum stercore columbino linique semine in vino cocta: similiter et mandragorae radix, nec non et apiastrum cum sale. Collo linum circumligato, quo praeligata vipera pependerit, donec exanimata fuerit. Dissipat et strumas ammoniacum vino dilutum et impositum: ballote, quam

ρίνη ὁμοίως, ἑλξίνη ὁμοίως· ὄνυχες βοῶν, ὄνων, ἢ ἵππων κεκαυμένοι, ἐλαίῳ φυραθέντες· ὄστρακον ἴπνου κηρωτῇ ἀναληφθὲν, πενταφύλλου ῥίζα ὁμοίως λεία σὺν λιβανωτῷ καὶ ἅλσὶν ὀλίγοις, πέπερι σὺν πίσσῃ, σιλφίου ῥίζα σὺν κηρωτῇ, σκίλλα ὀπτὴ σὺν κηρωτῇ· διὰ τετάρτης δὲ λύε· ὄλυνθοι ἄγριοι καὶ ἥμεροι ἑφθοὶ, λεῖοι καταπλασσόμενοι, καὶ πᾶσαν συστροφὴν διαφοροῦσι· στύραξ μαλαχθεὶς καὶ ἐπιτεθεὶς, ἀπαρίνη μετὰ ἀξουγγίου, ἶρις ἑφθὴ καταπλασθεῖσα, ἐρύσιμον σὺν ὕδατι ἢ μέλιτι, ἐχίδνη ἑφθὴ ἐσθιομένη, πυρία διὰ θαλάσσης, θέρμοι ἑφθοὶ λεῖοι, ἰξὸς σὺν ῥητίνῃ καὶ κηρῷ, καππάρεως ῥίζα καὶ τὰ φύλλα χλωρὰ λεῖα σὺν πάλῃ ἀλφίτου, καρκῖνοι ποτάμιοι κεκαυμένοι σὺν μέλιτι, κορίου φύλλα σὺν ἐρεγμῷ, κυάμων ἑλληνικῶν λέπυρα μετὰ σχιστῆς καὶ ἐλαίου καὶ πάλης ἀλφίτου, λαπάθου ἀγρίου ῥίζα μετὰ οἴνου ἑφθὴ, λιβανωτίδος φύλλα, λινόσπερμον μετὰ νίτρου, ἢ ἁλὸς, ἢ κονίας· λίθος πυρίτης κεκαυμένος, ἀναληφθεὶς ῥητίνῃ τερμινθίνῃ, ἄσσιος λίθος ὁμοίως, φακὸς ἐν ὄξει ἑψηθείς· καταχρίονται δὲ ὠφελίμως χοιράδες καὶ αἵματι γαλῆς. Ἄλλο·

nonnulli marrubium nigrum nominant, cum sale: simili modo et aparine, itemque helxine, ungulae bubulae, asininae, aut equinae ustae, et cum oleo subactae, testa fornacum cerato excepta. Similiter quinquefolii radix trita cum ture et exiguo sale, piper cum pice, silphii radix cum cerato, scilla tosta cum cerato, sed quarto post die resolvenda. Grossi, tam sylvestres quam domestici, cocti, triti et impositi, etiam qualemcunque collectionem dissipant: styrax remollitus atque impositus, aparine cum axungia, iris cocta et imposita, erysimum cum aqua aut melle, vipera cocta in cibis sumpta, fotus ex aqua marina, lupini cocti tritique, viscum cum resina et cera, capparis radix foliaque virentia trita cum polline polentae, cancri fluviatiles cremati cum melle, coriandri folia cum faba fresa: fabarum graecarum cortices cum alumine scissili, oleo et polentae polline: agrestis lapathi radix cum vino cocta, libanotidis folia, lini semen cum nitro, aut sale, aut lixivio, pyrites lapis ustus et resina terebinthina exceptus: assius lapis eodem modo: lens denique in aceto

πρὸς χοιράδας καὶ παρωτίδας καὶ σκληρίας πάσας ἡ διὰ ὄξους εἰργασμένη < α΄, ῥητίνης φρυκτῆς < α΄, κηροῦ πυῤῥοῦ < α΄, χαλβάνης οὐγγίας γ΄, τῆξον ὁμοῦ πάντα, καὶ μαλάξας χρῶ. Ἄλλο· κράμβης φύλλα μετὰ χοιρείου στέατος κόψας, ὥςτε γενέσθαι ὡς μυελὸν, καὶ εἰς ῥάκος λινοῦν ἐμπλαστρώσας ἐπὶ τὸ πάθος. Ἰτέας φλοιὸν καύσας, καὶ τὴν τέφραν κοσκινίσας, καὶ μετὰ ὕδατος φυράσας, καὶ ποιήσας κολλύριον, ἐπίθες ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ πάθους, καὶ ὅτε τρυπήσῃ, ἐπίθες λινόσπερμον πεφρυγμένον καὶ κεκοπανισμένον. Ἄλλο δόκιμον· χαμαικέρασος πόα ἐστὶ μικρὰ, φυομένη ἔνθα τὰ βλάχνα γίνεται, καὶ κατὰ καιρὸν ὅτε καὶ ὁ καρπὸς τοῦ δένδρου· καρποὺς δὲ ποιεῖ β΄ ἢ γ΄ ὁμοίους κερασίῳ· ἄνθη δὲ εὐώδη λίαν, ὥςπερ μόσχος·[39] ταύτης δέσμη, διὰ γ΄ ῥιζῶν, φύλλων καὶ καρποῦ, σὺν οἴνῳ ἑψομένη καὶ ἀποτριτουμένη, ἀπαράβατόν ἐστι.

Κεφ. ρνε΄. Περίαπτον δὲ πρὸς χοιράδας ἀρνογλώσσου

39) Moses Chorenensis saec. V. primus moschi mentionem fecit. (Geogr. ad calc. hist. armen. p. 365. 366.)

cocta. Sed et utiliter strumae sanguine mustelao perunguntur. Aliud: ad strumas, parotidas et quamvis duritiam valet quod praeparatur medicamentum ex aceti resinae frixae, cerae fulvae an. drachma una, galbani unc. iij: omnibus simul liquatis et in malagma redactis utitor. Aliud: brassicae folia cum adipe suillo tundito, usquedum evadat mixtura medullae similis: quam panno lineo inductam instar emplastri adhibe loco affecto. Aliud: cinerem e cremato salicis cortice cribratum cum aqua subigito, formatoque collyrium, quod summae parti affectae impones: hanc ubi perfoderit, lini semen frixum pistilloque tusum adhibeto. Aliud probatum: chamaecerasus herbula est, quae inter filices nascitur, ac eodem tempore, quo et fructus cerasi arboris. Fructus duos tresve producit cerasio similes, flores sunt perquam odorati moschi instar. Huius manipulus e radicibus tribus, foliis ac fructu in vino coquitur ad tertias, estque certissimum exploratissimumque remedium.

Cap. CLV. Ad strumas amuleti ratione alligantur

ῥίζα, τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ λαμβανομένη καὶ ἐνδεσμευομένη κυτίδι· λαπάθου ἀγρίου ῥίζα ὁμοίως, ἀσφοδέλου ῥίζα ὁμοίως, ἠρυγγίου ῥίζα· πρόλεγε δὲ, εἰς ὃν λαμβάνεται, ἀφ᾽ ἑσπέρας κατὰ σελήνην ἀπὸ ὀκτωκαιεικοστῆς ἕως τριακάδος, καὶ οὕτω περίαπτε.

Κεφ. ρνς'. Μελικηρίδας δὲ διαφορεῖ μελίλωτον καταπλασσόμενον σὺν ἀλεύρῳ τηλίνῳ ἢ πυῤῥίνῳ, λαπάθου ἀγρίου ῥίζα λεία καὶ τὰ φύλλα, ἀρνογλώσσου φύλλα ὁμοίως.

Κεφ. ρνζ'. Στεατώματα δὲ διαφορεῖ βουφθάλμου ἄνθη λεῖα σὺν κηρωτῇ, κυκλάμινος λεία καταπλασσομένη.

Κεφ. ρνη'. Βρογχοκήλας δὲ διαφορεῖ βδέλλιον σιάλῳ τοῦ πάσχοντος νήστεως[40] μαλαχθὲν καὶ ἐπιτεθέν· ἄσβεστος μετ᾽ ἀξουγγίου διαφορεῖ, ἢ σαῦρα προςβληθεῖσα τῇ βρογχοκήλῃ, ἢ μάντις· ἔστι δὲ ὅμοιος ἀκρίδι ἰνδικῇ· εἶτα κρεμασθεῖσα ἐν ᾧ κατάκειται τόπῳ.

Κεφ. ρνθ'. Πολύπους δὲ ἐξεσθίει προελκωθέντας δρακοντίου ῥίζα καταχρισθεῖσα, καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς διαχριό-

40) Vulgo νηστικοῦ.

plantaginis radix, sinistra manu eruta et pelli illigata, lapathi agrestis radix eodem modo, uti et asphodeli radix, itemque eryngii. Pronuntiato vero prius eiusce nomine, cuius gratia exquiritur, erui debet sub vesperum, a vicesima octava luna usque ad tricesimam, itaque adalligari.

Cap. CLVI. Meliceridas autem discutiunt melilotus imposita cum farina foeni graeci aut tritici, lapathi agrestis radix foliaque trita, similiterque folia plantaginis.

Cap. CLVII. At steatomata discutiunt buphthalmi flores triti cum cerato, et cyclamen tritum et pro cataplasmate impositum.

Cap. CLVIII. Bronchocelas haec dissipant: bdellium laborantis ieiuni saliva emollitum et impositum, calx viva cum axungia, lacerta bronchocelae admota, aut mantis, quae indicae locustae similis est: suspendatur vero postea in eo, quo aeger decumbit, loco.

Cap. CLIX. Polypos prius exulceratos exedit dracontii radix illita, itemque succus eiusdem inunctus. Sic

μενος, ἐλελίσφακον καταπλασσόμενον· κυπαρίσσου σφαιρία κοπέντα, καὶ σύκου σαρκὶ ἀναληφθέντα, καὶ καταπλασσόμενα, καὶ ἐντιθέμενα· ὀπὸς σιλφίου μετ᾽ ἰοῦ, ἢ χαλκάνθου· κόπρος κυνεία λευκὴ, ὄξει λειοτριβηθεῖσα καὶ διαχριομένη, ἢ ἐγχυματιζομένη, ποιεῖ ἀκριβῶς.

Κεφ. ρξ΄. Ὀζαίνας πραΰνει ἀριστολοχίας ῥίζα σὺν κυπρίδι, κισσοῦ κορύμβων χυλὸς ἐγκλυζόμενος, καὶ τὰς σηπεδόνας ἐκκαθαίρει· κιννάμωμον μετ᾽ ἐλλεβόρου λευκοῦ καὶ στρουθίου, ἅμα τῇ πταρμικῇ προσαγόμενον· ἐλλέβορος μετὰ καρδάμου ὁμοίως. Πταρμικὸν ἐπὶ ἡμέρας ι΄ πρόσαγε· εἶτα τῇ πολυείδου λεγομένῃ σφραγίδι διάχριε, ἄχρις ἂν πεπανθῶσιν· ἢ καλαμίνθης χυλὸν ἐγχυμάτιζε, ἢ ξηρὰν καλαμίνθην λείαν ἐμφύσα διὰ σιφῶνος, ἢ βατραχίου χυλῷ σὺν στυπτηρίᾳ διάχριε μετ᾽ ὄξους, ἢ χαλκάνθῳ, ἢ ψωρικῷ μετὰ μέλιτος.

Κεφ. ρξα΄. Πρὸς δὲ τὰ ἐν μυκτῆρσιν ἕλκη ποιεῖ ἀμόργη ἐλαίου ἑφθὴ διαχριομένη, λύκιον ὁμοίως, καὶ τὸ ἰνδικὸν οἴνῳ ἀνεθὲν καὶ διαχριόμενον, σανδαράχη σὺν ῥοδίνῳ γλοιοποιηθεῖσα. Λιθάργυρος, λιβανωτὸς, στυπτηρία σχιστὴ,

et salvia imposita: cupressi globuli tusi et carne ficus excepti, tum impositi, tum etiam inditi: silphii liquor cum aerugine aut chalcantho. Caninum denique stercus album, cum aceto tritum et inunctum, aut etiam infusum, eximie confert.

Cap. CLX. Ozaenas mitigant aristolochiae radix cum cyperide, hederaceorum corymborum succus infusus, qui putrida etiam ulcera expurgat: cinnamomum cum helleboro albo et struthio, id quod simul etiam sternutatorium est: similiter et helleborus cum nasturtio. Sternutatorium diebus adhibeto X: post polyidae dicta sphragide oblinito, donec ulcera maturentur: aut calaminthae succum infundito, aut aridam ipsam tritam insufflato per fistulam: aut ranunculi succo et alumine, aceto addito, inungito: aut chalcantho vel psorico cum melle.

Cap. CLXI. Ulceribus narium conferunt amurca olei cocta et illita, lycium simili modo, indicum vino solutum et illitum, sandaracha cum rosaceo ad strigmenti crassitiem redacta: argenti spumae, turis, aluminis

ψιμύθιον, ἴσα σὺν οἴνῳ καὶ ῥοδίνῳ. Τὰ δ' ἐν αὐταῖς σαρκώματα στέλλει καὶ ἐλασσοῖ προςαγόμενα ἀρσενικὸν καὶ σανδαράχη, καὶ ἀσπαλάθου ῥίζα λεία, ὀπὸς σιλφίου μετ' ὠοῦ, χάλκανθον κεκαυμένον, μετὰ οἴνου γλοιωθέν.

Κεφ. ρξβ'. Τραύματα δὲ πρόςφατα καὶ ἀφεστῶτα κολλᾷ καὶ κόλπους καταπλασσόμενα λεῖα, ἀείζωον, λογχῖτις, χαμαιπίτυς, ἡρακλεία, ἐλελίσφακον, ἕλιξ ἀμπέλου, ἀναγαλλὶς, ἀνδρόσαιμον, ἀρνόγλωσσον, βάτου φύλλα· ἀλόη σὺν ὄξει μετὰ μοτῶν, καὶ καθ' ἑαυτήν· ἀμόργη ἑψημένη μετὰ μοτῶν, ἀλθαίας ῥίζα σὺν οἴνῳ ἑψηθεῖσα, ἀγριελαίας φύλλα σὺν μέλιτι, ἀκτῆς φύλλα λεῖα, ἀριστολοχίας ῥίζα σὺν ὄξει, γλυκύῤῥιζα πρόςφατος κοπεῖσα καὶ καταπλασθεῖσα, ἢ ἑψηθεῖσα ἐν ὕδατι· ἐλαφοβόσκου ῥίζα λεία· σμύρνα σὺν ὕδατι καταχρισθεῖσα καὶ ἐπιπασθεῖσα ξηρά· λίβανος ὁμοίως, σμυρνίου ῥίζα καταπλασσομένη, ἠριγέροντος ῥίζα σὺν ὄξει, ἰὸς σιδήρου λεανθεὶς ἐπὶ πολὺ μετ' οἴνου καὶ σμύρνης ἐν ἡλίῳ, λεῖος· ἱππούριδος φύλλα, ἰσάτεως φύλλα ἡμέρου καὶ ἀγρίας· κενταυρίου τοῦ μεγάλου χυλὸς τῆς ῥίζης, φύλλα κενταυρίου

scissilis et cerussae pares portiones cum vino et rosaceo. Carnes vero in naribus excrescentes reprimunt minuuntque admota arsenicum, sandaracha, radix aspalathi trita, silphii liquor cum ovo, chalcanthum denique ustum, cum vino ad visci crasssitudinem redactum.

Cap. CLXII. Vulnera recentia hiantiaque, nec non et sinus glutinant haec trita et imposita: sempervivum, lonchitis, chamaepitys, Heraclea, salvia, vitium capreoli, anagallis, androsaemon, plantago, rubi folia, aloë ex aceto cum linamentis, aut per se, amurca cocta linamentisque excepta, althaeae radix in vino cocta, oleae agrestis folia cum melle, sambuci folia trita, aristolochiae radix cum aceto, glycyrrhiza recens contusa et imposita, aut in aqua cocta: pastinacae radix trita, myrrha ex aqua illita, itemque sicca inspersa: tus eodem modo, smyrnii radix pro cataplasmate imposita, senecionis radix cum aceto, ferrugo cum myrrha diutius in sole trita, equiseti folia trita, isatidis tum sativae tum sylvestris folia, centaurii maioris e radice succus, centaurii minoris folia vi-

τοῦ λεπτοῦ χλωρὰ λεῖα, κονύζης φύλλα· γῆς ἔντερα καὶ νεύρων διακοπὰς κολλᾷ, λεῖα ἐπιτιθέμενα· κυκλάμινον σὺν ὄξει καὶ μέλιτι, κυπαρίσσου φύλλα λεῖα, λιβανωτίδος φύλλα χλωρὰ, λυσιμάχιος πόα, μυριόφυλλον καταπλασσόμενον, ὄρχεως τῆς σεραπιάδος ῥίζα, πενταφύλλου φύλλα μετὰ μέλιτος, περιστερᾶς αἷμα.[41]

Κεφ. ρξγ΄. Πρὸς δὲ τὰ ἐπιπόλαια τραύματα πολύκνημον λεῖον, τὸ ἐν τοῖς θυλακίοις τῆς πτελέας ὑγρόν· καὶ ὁ φλοιὸς δ᾽ αὐτῆς ἐπιδεόμενος, (ἔστι γὰρ ὡς φίλυρα,) κολλᾷ, καὶ ἀφλέγμαντα ποιεῖ· πρίνου χυλὸς, ῥᾶ λεῖον σὺν οἴνῳ, σύμφυτον λεῖον, σκόροδα καέντα καὶ καταπλασσόμενα. Παραδόξως δὲ τὰς διακοπὰς τῶν νεύρων καὶ τὰ πρόσφατα τραύματα παρακολλᾷ ἄγχουσα καταπλασθεῖσα.

Κεφ. ρξδ΄. Πρὸς δὲ τὰς τοῦ τραχήλου τῆς κύστεως διαιρέσεις, καὶ νεύρων καὶ μηνίγγων, καὶ τὰς φλεγμονὰς ἀρ-

41) *Περιστερεῶνος ὁμοίως*, verbenacae similiter, mavult Moibanus.

ridia trita, conyzae folia. Terrestres lumbrici etiam praecisos nervos glutinant, si triti imponantur: cyclamen cum aceto et melle, cupressi folia trita, libanotidis folia viridia, lysimachia herba, millefolium impositum, orcheos serapiadis radix, folia quinquefolii cum melle, columbae denique sanguis.

Cap. CLXIII. Ad vulnera vero superficiaria valent polycnemon tritum, humor, qui intra folliculos ulmi reperitur, quin et ulmi cortex, fasciae loco vulneribus superilligatus, (sunt enim illi tenues tunicae tiliae ad instar,) ea glutinat et ab inflammatione vindicat: ilicis contritae succus, rha tritum cum vino, symphytum tritum, allia usta et imposita. Sed prae ceteris anchusa imposita nervorum praesectiones recentiaque vulnera mirabiliter agglutinat.

Cap. CLXIV. Ad colli vesicae, nervorum ac meningum divisiones, earundemque partium inflammationes convenit butyrum impositum in linamento. Sed post cal-

μόζει βούτυρον ἐπιτιθέμενον ἐν μοτῷ· ἐπὶ δὲ τῶν λιθοτομιῶν δεῖ ὀξάλμῃ παραχρῆμα καταντλεῖν.

Κεφ. ρξε΄. Τὰς δὲ κατὰ νεύρων τρώσεις ἀφλεγμάντους τηρεῖ καταπλασσόμενα κόκκος βαφικὴ λεία σὺν ὄξει καὶ μέλιτι, κραταιόγονον λεῖον, κρίνου ῥίζα ἑφθὴ ἐν οἴνῳ λεανθεῖσα, ἢ ναρκίσσου[42] ὁμοίως, ὀπὸς σιλφίου μετά τινος τῶν θερμαντικῶν ἀποζεμάτων ἐπιτιθέμενος, νευράδος, ἣν καὶ ποτήριον καλοῦσι, ῥίζα· ἄγχουσα καταπλασθεῖσα.

Κεφ. ρξς΄. Ἀνάγει δ᾽ ὀστέα καὶ ἀφίστησι πάνακος ῥίζα ξηρὰ ἐπιτιθεμένη, καὶ ἀριστολοχίας ὁμοίως, βρυωνίας λευκῆς ἢ μελαίνης ῥίζα ὁμοίως, ἶρις ξηρά, ὀρόβινον ἄλευρον· συκῆς φύλλα καὶ κράδαι ἁπαλαί, σὺν μήκωνος ἀγρίας φύλλοις καταπλασσόμενα· λινόσπερμον σὺν ἀνίσῳ, ἶρις σὺν χαλκάνθῳ καὶ κενταυρίῳ, πευκεδάνου ῥίζα, χάλκανθος[43] σὺν ὑοσκυάμου σπέρματι, χαμαιλέων μέλας.

Κεφ. ρξζ΄. Ἀκίδας δὲ καὶ σκόλοπας ἕλκει καταπλα-

42) Sarac. recte suadet loco νάρδη.
43) Sic Sarac. suadet; χαλκάνθης ῥίζα vulgo; λευκακάνθης ῥίζα Moiban.

culosorum incisionem muriam acidam quamprimum affundere oportet.

Cap. CLXV. Nervorum autem vulnera tuentur ab inflammatione imposita haec: granum tinctile tritum cum aceto et melle, crataeogonum contritum, lilii radix in vino cocta tritaque, narcissi itidem radix eodem modo: sylphii liquor cum aliquo calfacientium decoctorum impositus: neuradis, quam et poterium vocant, radix: anchusa denique cataplasmatis more imposita.

Cap. CLXVI. Ossa infracta extrahunt ac removent inditi pulveres radicis panacis et aristolochiae, itemque bryoniae, seu albae, seu etiam nigrae, nec non et iridis, ervi quoque farina, fici folia tenellique ramuli cum agrestis papaveris foliis impositi, lini semen cum aniso, iris cum chalcantho et centaurio, peucedani radix, chalcanthum cum hyoscyami semine, chamaeleon niger.

Cap. CLXVII. Infixa corpori spicula et aculeos ex-

σθέντα ὁρμίνου φύλλα, καὶ τὸ σπέρμα μετ᾽ ἀλφίτου· ξιφίου ῥίζα σὺν ὕδατι, ἢ καὶ καθ᾽ ἑαυτὴν, ἢ σὺν λιβανωτῷ καὶ οἴνῳ· ἴρεως ῥίζα· λεοντοποδίου καρπὸς καὶ φύλλα μετ᾽ ἀλφίτου· ἀμμωνιακὸν σὺν μέλιτι· ὄρχις ἡ βοτάνη καταπλασσομένη· ἀναγαλλὶς ὁμοίως· ἀριστολοχίας ῥίζα ὡσαύτως· καλάμου φραγμίτου ῥίζα, καὶ τοῦ μεγάλου τὰ φύλλα λεῖα· κοχλίαι σὺν τῇ σαρκί· ναρκίσσου ῥίζα, ἢ βολβὸς σὺν μέλιτι· σίνηπι μετὰ ζύμης· ὀξυακάνθου ῥίζα· δίκταμνον· τοῦτο δέ φασιν ἐν Κρήτῃ νεμηθείσας, ὑπό τινων τοξευθείσας αἶγας, ἐκβάλλεν τὰ βέλη· πρόπολις ἐπιτιθεμένη, πυκνοκόμου καρπὸς λεῖος, σαύρας κεφαλὴ λεία, σιλούρου ταριχηροῦ σὰρξ, νεβροῦ πυτία, τράγιον πινόμενον.

Κεφ. ρξη΄. Ἐρυσιπέλατα δὲ ἶαται καταχριόμενα ταῦτα, ὄξους καὶ ῥοδίνου μιγνυμένων· ψιμύθιον, λιθάργυρος· ἢ γῆ κιμωλία, ἢ χία, ἢ σελινουσία. Μίγνυται δὲ χυλὸς ἀρνογλώσσου ἢ σέριδος, ἢ πολυγόνου, ἢ ἀγριελαίας, ἢ ἀνδράχνης, ἢ ἀειζώου, ἢ στρύχνου, ἢ ὑοσκυάμου, ἢ κορίου, ἢ πηγάνου, ἢ σελίνου, ἢ ἑλξίνης, ἢ ἡδυόσμου. Ποιεῖ καὶ λιθ-

trahunt haec cataplasmatum instar imposita: hormini folia et semen cum polenta, gladioli radix cum aqua, aut etiam ipsa per se, vel cum ture ac vino: iridis radix, leontopetali semen et folia cum polenta, ammoniacum cum melle, orchis herba imposita, similiter et anagallis, itemque aristolochiae radix: arundinis phragmitis radix, et grandioris folia trita: cochleae cum sua carne, narcissi radix aut bulbus cum melle, sinapi cum fermento, acutae spinae radix: dictamnum, cuius quidem pastu aiunt etiam in Creta capras tela, quibus ictae sunt, excutere: propolis imposita, pycnocomi semen tritum, lacertae caput tritum, siluri salsi caro, hinnuli coagulum, tragium denique in potu sumptum.

Cap. CLXVIII. Erysipelata sanant illita haec, admixtis aceto et rosaceo: cerussa, lithargyrum, terra cimolia, vel chia, vel selinusia. Additur autem succus plantaginis, aut intybi, aut polygoni, aut oleae agrestis, aut portulacae, aut sempervivi, aut solani, aut hyoscyami, aut coriandri, aut rutae, aut apii, aut helxines, aut men-

ἄργυρος μετὰ ῥοδίνου λεῖος· ὤχρα μετ᾽ ὄξους· ἰὸς σιδήρου σὺν ὄξει καὶ ψιμυθίῳ καὶ θείῳ καὶ λιθαργύρῳ· λιθάργυρος μετὰ πηγάνου χυλοῦ καὶ ὄξους καὶ ῥοδίνου· μηκώνειον σὺν ὄξει· ἢ ἀκακία, διφρυγὲς ὀπτὸν, σχιστὴ, ἶσα μετ᾽ ὄξους· ἄκρως δὲ ποιεῖ τοῦτο.

Κεφ. ρξθ'. Καταπλασσόμενα δὲ μετ᾽ ἀλφίτου πάλης ποιεῖ πρὸς ἐρυσίπελας ταῦτα· ἀρνόγλωσσον, κόριον, σέλινον, ἀνδράχνη, ἀείζωον, μυὸς ὦτα, στρύχνον, ὑοςκυάμου φύλλα, ἑλξίνης, κάλυκος, τῆς καλουμένης ὀνοκλείας[44], ῥίζα, κοτυληδὼν, κράμβης φύλλα, κύπρου φύλλα, κυπαρίσσου ὁμοίως, λυκάψου φύλλα, ὠκίμου φύλλα, καλάμου φλοιὸς χλωρὸς λεῖος, κρότωνος φύλλα λεῖα καθ᾽ ἑαυτὰ, ἢ μετ᾽ ὄξους· κρίνου ἄνθος καὶ φύλλα σὺν οἴνῳ· κύτινοι ἑφθοὶ σὺν οἴνῳ λεῖοι σὺν φακοῖς καὶ ῥόδοις ξηροῖς· κώνειον χλωρὸν λεῖον, μανδραγόρου ῥίζα σὺν ὄξει λεία, μαλάχης φύλλα ἑφθὰ μιγέντα ἐλαίῳ, λευκανθέμου φύλλα καθ᾽ ἑαυτὰ, φακὸς ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων λεῖος, ἀκίνου φύλλα λεῖα

44) Diosc. 4, 23.

thae. Confert et lithargyrum cum rosaceo tritum: eadem cum rutae succo, aceto et rosaceo: ochra cum aceto: rubigo ferri cum aceto, cerussa, sulphure et lithargyro: meconium cum aceto: acacia, diphryges tostum et alumen scissile paribus portionibus cum aceto: et hoc quidem remedium eximie iuvat.

Cap. CLXIX. Faciunt vero haec ad erysipelata cum polline polentae more cataplasmatum imposita: plantago, coriandrum, apium, portulaca, sempervivum, auricula muris, solanum, hyoscyami folia, itemque helxines: calycis seu anchusae, quam onocleam vocant, radix, umbilicus Veneris, brassicae folia, cypri folia, similiterque cupressi, lycopsis folia, itemque ocimi, arundinis cortex viridis contritus, ricini folia trita, per se, vel cum aceto, lilii flores et folia cum vino, cytini cocti cum vino et triti cum lentibus et rosis siccis, conium viride tritum, mandragorae radix cum aceto contrita, malvae folia cocta, oleo addito, leucanthemi folia per se, lens palustris trita,

σὺν περιστερεῶνος φύλλοις λείοις καὶ ὄξει, στρατιώτης ὁ ἐπὶ τῶν ὑδάτων, σχίνου φύλλα, σεῦτλον ἑφθὸν σὺν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ λεῖον· μελάμφυλλον, ὃ δὴ καὶ παιδέρωτα, οἱ δ᾽ ἄκανθον καλοῦσι, καθ᾽ ἑαυτὸ χλωρὸν λεῖον, καὶ σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ καὶ σὺν ἄρτῳ, ποιεῖ ἄκρως· σποδὸς μετὰ κράμβης χυλοῦ καταντλούμενος.

Κεφ. ρο΄. Ἕρπητας δ᾽ ὠφελεῖ μὲν καὶ τὰ πρὸς ἐρυσιπέλατα ἀναγεγραμμένα, καὶ μάλιστα ὅσα ἐπιτεταμένως στύφει κατάχριστα καὶ καταπλάσματα· ἰσάτεως φύλλα λεῖα σὺν ὕδατι καταπλασσόμενα, βάτου φύλλα ὁμοίως· ἀπόπατος αἰγὸς σὺν ὄξει ἐπιπλασσόμενος, ἢ βηχίου φύλλα σὺν ὕδατι, μυρσίνης φύλλα σὺν ἀλφίτῳ, πενταφύλλου ῥίζα σὺν ἀλφίτῳ· σφονδύλιον λεῖον σὺν πηγάνῳ καὶ ὄξει· καταχρίεται δ᾽ ὠφελίμως ἄσβεστος σὺν ὄξει ἐπὶ τῶν ἀνελκώτων· ἐὰν δ᾽ ἡλκωμένοι ὦσι, σὺν κηρωτῇ, διφρυγὲς σὺν ὄξει. ἡ γῆ κιμωλία ὁμοίως, λύκιον, πίτυος φλοιὸς ἀναληφθεὶς κηρωτῇ κυπρίνῃ· πίτυος φλοιοῦ < β΄ μετὰ χαλκάνθου < α΄ σὺν κηρωτῇ· ἢ σηπεδόνα ξύλου λεάνας, καὶ μίξας ἄνισον λεῖον ἴσον καὶ

acini folia trita cum foliis verbenacae et aceto: stratiotes aquaticus, lentisci folia, beta cocta in vino et oleo tritaque: melamphyllum, quod alii paederota, alii acanthum vocant, per se virens tritum et cum aceto rosaceo et pane strenue iuvat: itemque spondium cum brassicae succo affusum.

Cap. CLXX. Ad herpetas prosunt, tum quae ad erysipelata sunt, tum vero maxime quae intense astringunt, seu illita, seu etiam cataplasmatis in modum imposita, nempe isatidis folia trita, ex aqua adhibita, similiterque rubi folia, fimus caprarum cum aceto impositus, tussilaginis folia ex aqua, myrti folia cum polenta, quinquefolii radix cum polenta, sphondylium tritum cum ruta et aceto. Utiliter autem illinitur calx viva in his, qui minime sunt exulcerati, cum aceto: si vero exulcerati fuerint, cum cerato: diphryges cum aceto, similiterque terra cimolia, lycium, pini cortex cerato cyprino exceptus, pini corticis drach. ij. cum chalcanthi drach. i., cerato exceptae. Aliud: tritam lignorum cariem cum pari aniso

ἔλαιον, φύρα, καὶ ἐνδήσας ὀθονίῳ, καύσαι λείωσον, καὶ οὕτω κατάπασσε. Ποιεῖ καὶ σῶρι κεκαυμένον σὺν ὄξει, μίσυ σὺν ὕδατι, μέλαν γραφικὸν σὺν ὄξει ἐπιτιθέμενον ἄνωθεν, κράμβης φύλλα· ἢ θείου γο. α΄, λιθαργύρου γο. β΄ μετ' οἴνου λεῖα κατάχριε· ἢ σκορόδων < α΄, καρύων πικρῶν < β΄, κρόκου < ἥμισυ συλλεάνας κατάχριε· κατάντλει δ' ὄξει ψυχρῷ.

Κεφ. ροα΄. Τὰς δὲ ἐπινυκτίδας ἀγριελαίας ἄνθεσι κατάπλασσε, ἢ ῥάμνου, ἢ ἄγνου φύλλοις σὺν μέλιτι, ἀμυγδάλοις πικροῖς σὺν οἴνῳ, προβάτου κόπρῳ καθ' ἑαυτὴν, ἀρνογλώσσῳ καθ' ἑαυτὸ, σταφίδι μετὰ πηγάνου, ἀψινθίῳ σὺν ὕδατι, κορίῳ χλωρῷ λείῳ, σαμψύχῳ σὺν ὕδατι, σικύου φύλλοις ὁμοίως.

Κεφ. ροβ΄. Πρὸς δὲ τὰ κήρια ἁρμόζει σταφὶς μετὰ πηγάνου, συκῆς φύλλα ἁπαλῆς σὺν μέλιτι, κάρδαμον σὺν μέλιτι καὶ λινοσπέρμῳ, σικύου ἡμέρου ῥίζα σὺν μέλιτι, θεῖον ἄπυρον σὺν κηρωτῇ ὀλίγῃ ἢ ῥητίνῃ τερμινθίνῃ.

addito oleo subigito: haec illigata linteolo urito, rursumque terito, itaque inspergito. Confert et sory ustum cum aceto, misy ex aqua, atramentum scriptorium cum aceto parte superiore adhibitum, brassicae folia. Aliud: sulphuris uncia j., lithargyri unc. ij. cum vino tere et illine. Aut: allii drach. j., amygdalarum amarum drach. ij., croci drach. semis simul conterito et illinito: frigido vero aceto perfundito.

Cap. CLXXI. Epinyctidibus agrestis oleae flores imponito, aut rhamni viticisve folia cum melle, amygdalas amaras cum vino, fimum ovillum per se, plantaginem per se, uvam passam cum ruta, absinthium ex aqua, coriandrum viride tritum, sampsuchum ex aqua, folia denique cucumeris eodem modo.

Cap. CLXXII. Favis autem ista conveniunt: uva passa cum ruta, fici tenellae folia cum melle, nasturtium cum melle et lini semine, cucumeris sativi radix cum melle, sulphur vivum cum cerato exiguo aut resina terebinthina.

Κεφ. ρογ΄. Τὰ δὲ ἐκ τῶν ὑποδημάτων παρατρίμματα ἐπώδυνα ὄντα ἄπονα ποιεῖ καὶ ἀφλέγμαντα πνεύμων χοίρειος ἢ ἄρνειος ἐπιτεθεὶς, κρόμμυον σὺν ὀρνιθείῳ στέατι λεῖον, ἢ ἀλφίτῳ· κασσύματα παλαιὰ καιόμενα καὶ ἐπιπασσόμενα.

Κεφ. ροδ΄. Ἀφλέγμαντα δὲ τηρεῖ τὰ ἀποσύρματα ῥοῦς ἐρυθρὸς καταπλασσόμενος σὺν μέλιτι· σιδηρίτιδος, τῆς καὶ ἡρακλείας καλουμένης, τὰ φύλλα καταπλασσόμενα· σκόρδιον, σχοίνου κόμη καεῖσα σὺν μέλιτι καὶ ἐπιτεθεῖσα, στρατιώτης ὁ ἐν τοῖς ὕδασι σὺν ὄξει.

Κεφ. ροε΄. Ἥλους δ᾽ αἴρει βατράχιον ἐπιπλασθὲν, προαποξυσθέντος ἐπὶ βραχὺ τοῦ ἥλου. Ἀκριβῶς δ᾽ ἐπιτιθέναι δεῖ, τὰ κύκλῳ μέρη στέατι ἢ κηρῷ παραπλασθέντα· διεσθίει γὰρ καὶ τὰ ἀπαθῆ· αἴρει δὲ πρὸς ὀλίγον καταπλασθὲν τὸ βατράχιον καὶ θύμους καὶ ἀκροχορδόνας· σμαρίδος ταριχηρᾶς κεφαλὴ καεῖσα, ἰτέας φλοιὸς πρόςφατος καεὶς καὶ μετ᾽ ὄξους ἐπιτεθεὶς, καὶ λάδανον σὺν ὀλίγῳ καστορίῳ, μελάνθιον σὺν οὔρῳ· σίλφιον μετὰ κηρωτῆς καὶ τύλους αἵ-

Cap. CLXXIII. Calceamentorum attritus dolorem inferentes a dolore simul et inflammatione vindicant haec: pulmo suillus aut agninus impositus, cepa trita cum adipe gallinaceo aut polenta, calceamentorum veterum soleae ustae et inspersae.

Cap. CLXXIV. Desquamata tuentur ab inflammatione rhus ruber cum melle impositus, sideritidis, quae et Heraclea dicitur, folia itidem imposita, scordium, schoeni coma cremata cum melle et imposita, stratiotes aquaticus cum aceto.

Cap. CLXXV. Clavos extrahit rānunculus impositus, ipso tamen clavo paulo ante deraso: est autem caute adhibendus, vicinis partibus subacta farina cerave praemunitis: alioqui sanas etiam partes exederet. Tollit et ad breve tempus impositus ranunculus thymos et acrochordonas. Valent et smaridis salitae crematum caput, recens salicis cortex ustus et ex aceto impositus, ladanum cum pauco castorio, nigella cum urinā: silphium cum cerato

ρεῖ, ἢ ὀπὸς τοῦ σιλφίου σὺν ῥητίνῃ ὁμοίως· σαύρας κεφαλὴ λεία ἐπιπλασθεῖσα, ἢ ὀπὸς ῥητίνης· σαύρας αἷμα πρόςφατον ἐπισταζόμενον, καὶ ἐρίῳ διάβροχον ἐπιτιθέμενον. Ἀμμωνιακὸν νήστεως σιάλῳ ἀναμαλάξας, καὶ ἀποξυσθέντος ἐπὶ ποσὸν ἐπιτίθει βδέλλιον, ἤγουν φλοιὸν πτελέας κατάπλασσε.

Κεφ. ρϛʹ. Μυρμηκίας καὶ ἀκροχορδόνας καὶ θύμους αἴρει μετὰ κηρωτῆς ἄσβεστος λεῖος, διψάκου ῥίζα καταπλασσομένη λεία, ἐλατήριον μεθ' ἁλῶν λεῖον προςψαυόμενον, ἐρέβινθοι λεῖοι ἑφθοὶ καταπλασσόμενοι· φασὶ δ' εἴ τις κατὰ νεομηνίας ἑκάστης ἐξοχῆς ψαύων ἑνὶ ἐρεβίνθῳ, καὶ τοῦτον ἐνδεσμεύων ὀθονίῳ, εἰς τοὐπίσω ῥίπτῃ, ἀποπίπτειν αὐτὰς αὐτομάτας ἢ ἀφανεῖς γίνεσθαι. Ποιεῖ καὶ ἡλιοτροπίου μεγάλου ὁ καρπὸς ἐν οἴνῳ καταπλασθεὶς, κλινοπόδιον μεθ' ὕδατος ἑψηθὲν καὶ ἐπιτεθὲν, πήγανον σὺν νίτρῳ περικαταπλασθὲν, λιβανωτὸς σὺν ὄξει ὁμοίως, ὄλυνθοι ὁμοίως μετὰ κηροῦ καὶ ἀλεύρου, καὶ ὀπὸς δὲ τῆς συκῆς καταχριόμενος, σαύρας κεφαλὴ λεία ἐπιτιθεμένη, σμαρίδος ταριχηρᾶς κεφαλὴ κατακαεῖσα

etiam callos eximit, similiter et laser ipsum cum resinâ: lacertae caput tritum et illitum, aut liquor resinae, lacertae sanguis recens instillatus, et ex lana, quae eodem imbuta sit, impositus. Ammoniacum ieiuni saliva emollitum clavo aliquantulum deraso imponatur. Bdellium itidem aut ulmi corticem cataplasmatis more imponito.

Cap. CLXXVI. Myrmecia, pensiles verrucas thymosque tollunt haec: calx viva cum cerato, dipsaci radix trita et imposita, elaterium cum sale tritum, etiam leviter adhibitum, cicer coctum tritumque, et pro cataplasmate impositum. Aiunt etiam, si quis prima luna singulas verrucarum eminentias singulis cicerum granis contingat, haecque in linteo deligata post se abiiciat, fore ut ipsae verrucae sponte decidant aut evanescant. Proficit et heliotropii maioris semen cum vino impositum, clinopodium ex aqua coctum et impositum, ruta cum nitro circumlita, similiter et tus cum aceto, grossi eodem modo cum farina et cera, nec non et lacteus fici liquor illitus, lacertae caput tritum et impositum, smaridis salsae caput

καὶ ἐπιτεθεῖσα· θύμος ἢ θύμβρα[45] ἐπιπλασθέντα, ἰὸς σὺν μίσει κεκαυμένος, τιθυμάλλου ὀπὸς καταχριόμενος, ὠκίμου φύλλα μετὰ χαλκάνθου καταπλασσόμενα, ἀμπέλου κλημάτων χλωρῶν τὸ ἀφιδρούμενον ἐν τῷ καίεσθαι ἐπιχριόμενον, προβάτου ἀπόπατος μετ᾿ ὄξους, χαμαισύκη λεία καταπλασθεῖσα, αἰγὸς ἀγρίας χολὴ ἢ τράγου καταχριομένη.

Κεφ. ροζ΄. Ἀκροχορδόνας τὰς ἐν παντὶ τόπῳ αἴρει ἰχὼρ πνεύμονος ὀπτωμένου καταχριόμενος, θεῖον, λιβανωτὸς, συκῆς φύλλα ἴσα τρίψας ἐπιτίθει, προκαταντλήσας πυρῶν ἀφεψήματι· ἢ πηλῷ, ὅπου ἐὰν κύων μέλας οὐρήσῃ, κατάχριε, ἢ χαμαιάκτῃ.

Κεφ. ροη΄. Πυρίκαυστα δ᾿ ἐν ἀρχῇ ὠφελεῖ, ὥστε, εἰ παραχρῆμά τις χρήσαιτο, μηδὲ φλυκταινοῦσθαι· κιμωλία μεθ᾿ ὕδατος καταχρισθεῖσα, μέλαν γραφικὸν ἐν ὕδατι καταχριόμενον, στυπτηρία ὑγρὰ, στυπτηρία πᾶσα σὺν ὕδατι, μόρων φύλλα σὺν ἐλαίῳ· ναρκίσσου ῥίζα σὺν μέλιτι, ἀκτῆς φύλλα λεῖα· ἀρκτίου φύλλα καὶ ὁ καυλὸς, καὶ αἱ ῥίζαι σὺν οἴνῳ

45) Θύμου θρίμμα vulg.

crematum et impositum, thymus thymbrave imposita, aerugo usta cum misy, tithymali liquor illitus, ocimi folia cum chalcantho imposita, id quod e vitium sarmentis viridibus accensis exsudat illitum, fimus ovillus cum aceto, chamaesyce trita et imposita, sylvestris denique caprae hircive fel illitum.

Cap. CLXXVII. Verrucas pensiles quavis in parte extuberantes tollit pulmonis inassati sanies illita. Sulphur, tus et fici folia aequis partibus contrita impone, tritici decocto prius affuso. Aut luto, quod canis niger perminxerit, illinito, vel ebulo.

Cap. CLXXVIII. Ambustis in principio prosunt haec, adeo ut, si citra moram adhibeantur, etiam bullarum eruptionem arceant: terra cimolia ex aqua illita, atramentum scriptorium cum aqua illitum, alumen liquidum, aluminis omne genus ex aqua, mori folia cum oleo, narcissi radix cum melle, sambuci folia trita, arctii folia cum caule ac radicibus in vino cocta, verbasci

ἑψηθέντα· φλόμου ῥίζαι καὶ φύλλα ἑψηθέντα ὁμοίως, ἐλαίας φύλλα ἑφθὰ, ἅλες σὺν ἐλαίῳ καταπλασθέντες, ἀνδρόσαιμον λεῖον, ἀρνογλώσσου φύλλα, ὑπερικοῦ φύλλα πρόσφατα, μαλάχη λεία ἑφθὴ καὶ ὠμὴ καταπλασθεῖσα· ἐλαῖαι λευκαὶ ἐξ ἅλμης λεῖαι καταπλασθεῖσαι, καὶ μέλαιναι ὁμοίως· καὶ ἑλξίνη καταπλασσομένη, ἢ βάτος, ἢ σχοῖνος, ἢ μυρσίνη, ἢ ῥόδα, ἢ κύτινοι ὁμοίως, ἢ φύλλα σεύτλου ἐν οἴνῳ ἐπ᾽ ὀλίγον ἑψημένα, μυροβάλανος μεθ᾽ ὕδατος· ἑλιχρύσου φύλλα σὺν μέλιτι ἢ οἴνῳ, σμύρνα σὺν οἴνῳ καταχριομένη· κήρυκες πληρωθέντες ἁλσὶ, καὶ καέντες, καὶ καταπασθέντες· ἀποστρακοῦνται γὰρ ἄχρι ἐπουλώσεως· κάσσυμα καὲν καὶ καταπασσόμενον, ὠοῦ τὸ λευκὸν, κόμμι μετὰ τοῦ λευκοῦ τῶν ὠῶν καταχριόμενον, ταυροκόλλα ὕδατι ἀνεθεῖσα θερμῷ· καὶ κρίνου φύλλα ἐν οἴνῳ ἑφθὰ, καὶ ἡ ῥίζα ἑφθὴ λεία σὺν ῥοδίνῳ· λειμωνίου φύλλα ὁμοίως, λιβανωτὸς ἐπιχριόμενος σὺν ὕδατι, στίμμι σὺν στέατι νεαρῷ καταχριόμενον· πτελέας τὸ ἐν τοῖς θυλακίοις δάκρυον, καὶ τὸ ἀφέψημα τῶν φύλλων καλῶς ποιεῖ καταντλούμενον, λειχὴν ὁ ἐν ταῖς πέτραις λεῖος ἐπιτιθέμενος, συκαμίνων ἀώρων ὁ χυλός· ἡ ἀμόργη, καὶ μέλι, καὶ

radices foliaque similiter cocta, oleae folia cocta, sal cum oleo illitus, androsaemon tritum, plantaginis folia, hyperici folia recentia, malva trita, seu cocta, seu etiam cruda, more cataplasmatis imposita: olivae sale conditae, tritae et impositae, seu albae, seu etiam nigrae: helxine cataplasmatis instar imposita, similiter et rubus, schoenus, myrtus, rosae aut cytini, betae folia paulisper in vino cocta, glans unguentaria cum aqua, elichrysi folia cum melle aut vino, myrrha cum vino illita, buccina sale expleta cremataque inspersa, siquidem testae in modum indurantur, dum sit obducta cicatrix: veteres soleae ustae et inspersae: ovi albumen, gummi cum ovorum albumine illitum, gluten taurinum aqua calida solutum, lilii folia in vino cocta, eiusdemque radix cocta tritaque cum rosaceo. Similiter et folia limonii, tus ex aqua illitum, stibium cum recenti adipe inunctum, ulmi lacryma, quae in folliculis reperitur: foliorum etiam decoctum affusum benefacit: lichen, qui petris innascitur, tritus et impositus, mororum immaturorum succus, denique amurca, mel

λιθάργυρος, ἴσα τριβέντα καὶ ἑψηθέντα ἕως μέλιτος πάχους. Καταχριόμενα δὲ μόλυβδος ἐν ἐλαίῳ ἑψημένος ἄχρι μέλιτος πάχους· σποδὸς συκίνη μετὰ μέλιτος, πίσσα ὑγρὰ μετὰ μοτῶν. Ἀπουλοῖ δὲ τὰ πυρίκαυστα ἀγχούσης ῥίζα, μετὰ κηρωτῆς ῥοδίνης ἢ μυρσινίνης ἑψηθεῖσα, ἀπόπατος σὺν ῥοδίνῳ κηρωτῇ προβατεία μιγεῖσα· περιστερᾶς κόπρος καεῖσα ἐν ὀθονίῳ καὶ σὺν ἐλαίῳ λεανθεῖσα· λιθαργύρου < α′ καὶ ἐλαίου παλαιοῦ κοτύλη α′ ἕψεται πυρὶ λαμπρῷ, ἕως ἂν πυροειδὲς γένηται, καὶ καταχρίεται· ἐπάνωθεν δὲ κισσοῦ φύλλα ἐπιτίθεται· ἢ κιννάβαρι μετὰ ψιμυθίου καὶ κριθῶν κεκαυμένων ἴσα μετὰ κηρωτῆς μυρσινίνης, λιθάργυρος μετὰ στέατος αἰγείου ἀναπλασθεῖσα, ἕως ἐμπλαστρῶδες γένηται, κυκλαμίνου ῥίζα ἐγγλυφεῖσα, ἐλαίου σὺν κηρῷ αὐτῇ ἐνεψηθέντος[46], μαλάχης φύλλα ἑφθὰ σὺν ἐλαίῳ, μυρσίνης φύλλα κεκαυμένα σὺν κηρωτῇ· πίτυος φλοιὸς ἢ πεύκης σὺν κηρωτῇ μυρσινίνῃ· καὶ λεῖος δὲ καθ᾽ ἑαυτὸν ἐμπλασσόμενος, καὶ τὰ φύλλα δ᾽ ἐν οἴνῳ ἑψηθέντα· σεῦτλον ἑφθὸν καταπλασσόμε-

46) Sarac. sic emendat textum corruptum: *ἐγγλυρεῖσα ἐν κηρωτῇ ἐνεηθέντα.*

et lithargyrum, aequis portionibus contrita et ad mellis crassitiem cocta. Inuncta vero iuvant plumbum in oleo coctum ad mellis crassitudinem, cinis ficulneus cum melle, pix liquida cum linamentis. Cicatricem vero ambustis inducunt anchusae radix cum cerato rosaceo aut myrtino cocta, fimus ovillus cum cerato rosaceo mixtus, fimus columbinus in linteolo ustus et cum oleo tritus. Lithargyri drach. j. in olei veteris cotyla una coquitur igne claro, usquedum ignescat, et illinitur: hederae vero folia superimponuntur. Cinnabaris, cerussae et hordei usti aequae portiones cum cerato myrtino: lithargyrus cum adipe caprino conformata ad emplastri compagem: cyclaminis radix, cui incavatae oleum cum cera incoctum sit: malvae folia cocta cum oleo, myrti folia usta cum cerato, pini seu piceae cortex cum cerato myrtino, idem quoque tritus per se impositus, et earundem folia in vino cocta: beta cocta et imposita, calx viva oleo soluta,

νον· ἄσβεστος λελυμένη σὺν ἐλαίῳ· τοῦτο οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι, καὶ τὰ ἡλκωμένα ἀπουλοῖ.

Κεφ. ροθ΄. *Χίμετλα δὲ ἰᾶται καταντλούμενα κυκλαμίνου ῥίζης ἀφέψημα, ἀσφοδέλου ῥιζῶν ὁμοίως, γογγύλη ἐν θαλάσσῃ ἢ ἐν ἅλμῃ ἀφεψημένη, βατράχιον σὺν ὕδατι, ἀρκτίου φύλλα καὶ καυλὸς καὶ ῥίζα ὁμοίως ἐν οἴνῳ ἀφεψόμενα καὶ αὐτὰ καταπλασσόμενα, μάδος*[47] *ἀπὸ βυρσοδεψῶν καταντλούμενος, σιλφίου ἀπόζεμα, ὀρόβου ἀφέψημα, θάλασσα καθ' ἑαυτήν.*

Κεφ. ρπ΄. *Καταχριόμενα δὲ ὠφελεῖ, πρὸ τοῦ ἑλκωθῆναι τὰ χίμετλα, ἀκακία, πρασίου χυλὸς, ῥοὸς βυρσοδεψικῆς χυλὸς, λύκιον, ἀμόργη ἑψητὴ, κηροῦ πλατύσματα θερμὰ παρὰ μέρος ἐπιτιθέμενα ὡς πυρία, στυπτηρία μετὰ ψιμυθίου καὶ κηρωτῆς· ἢ βάτου κεκαυμένης τέφρα μετὰ κηρωτῆς· καταπλάσσεται δὲ πρὸ ἑλκώσεως γογγύλη ἑφθὴ ἐν ἅλμῃ.*

Κεφ. ρπα΄. *Πρὸς δὲ τὰ ἡλκωμένα τῶν χιμέτλων ποιεῖ κηρωτὴ ἐν γογγύλῃ ὠμῇ ἐγγλυφείσῃ ἐπὶ θερμοσποδιᾷ ἑψηθεῖσα, ἢ ἐν κυκλαμίνου ῥίζῃ ὁμοίως ἐγγλυφείσῃ, δρακοντίου*

47) *Μάδος, τὸ ψίλωθρον*, Hesych.

quae quidem et bullarum eruptionem arcet, et ulceratas partes ad cicatricem perducit.

Cap. CLXXIX. Perniones sanant haec fotuum vice affusa: cyclaminis radicis decoctum, similiter et asphodeli radicum: rapum in aqua marina vel muria decoctum, ranunculus ex aqua coctus, arctii folia, caulis et radix, simili modo in vino cocta, et ipsamet imposita: depilatorium, quo utuntur coriarii, affusum silphii decoctum, itemque ervi, ac ipsa quoque aqua marina per se.

Cap. CLXXX. Pernionibus vero, priusquam exulcerentur, haec illita conveniunt: acacia, marrubii succus, rhois coriarii succus, lycium, amurca cocta, cerae laminulae calidae alternatim impositae pro fotu, alumen cum cerussa et cerato, rubi cremati cinis cum cerato: adhibetur et ante ulcerationem rapum in muria coctum.

Cap. CLXXXI. Exulceratis autem pernionibus ista conveniunt: ceratum in rapo crudo incavato super ferventi cinere coctum, aut in radice cyclaminis similiter

φύλλα ἑφθὰ, καρκῖνοι ποτάμιοι κεκαυμένοι μετὰ μέλιτος, κοτυληδὼν λεία, λιβανωτὸς σὺν στέατι ἀρκείῳ, λιθάργυρος σὺν κηρωτῇ μυρσινίνῃ, ἢ μολύβδαινα ὁμοίως, ἢ ὄνυχες ὄνων ἐπιπασσόμενοι, πνεύμων θαλάσσιος λεῖος καταπλασσόμενος, πράσιον λεῖον ὁμοίως καταπλασσόμενον· σῦκα ξηρὰ μετὰ κηρωτῆς, ἢ ὠμὰ μετ᾽ ἐλαίου θερμοῦ λεῖα· φακὸς ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων, ἢ φακὸς ἑφθὸς μετ᾽ ἐλαίου θερμοῦ λεῖος, κρίνου ῥίζα ἑφθὴ λεία καταπλασσομένη μετὰ στέατος χοιρείου ἀνάλου, σίδια ἐν οἴνῳ ἑφθὰ, σίλφιον μετ᾽ ἐλαίου λεῖον, στέαρ καὶ κηρὸς μετ᾽ ἐλαίου μυρσινίνου θερμοῦ λεῖα.

Κεφ. ρπβʹ. Πρεσβυτικὰ δὲ ἀπουλοῖ ἕλκη ἀναγαλλὶς μετὰ κηρωτῆς, ἄρου φύλλα ἑφθὰ ἐν οἴνῳ ἐπιτιθέμενα, κριθαὶ καεῖσαι, καὶ ψιμύθιον μετὰ κηρωτῆς μυρσινίνης τριπλασίονος· ὠῶν λέκυθοι καὶ λιθάργυρος ὁμοίως, κηρωτῇ ἀναληφθέντα, κηρωτὴ μετὰ μολύβδου κεκαυμένου, μυρσίνη, πίτυος φλοιὸς ὁμοίως.

Κεφ. ρπγʹ. Τὰ δὲ παλαιὰ ἐπουλοῖ πίτυος φλοιὸς σὺν κηρωτῇ μυρσινίνῃ, ἢ διφρυγὲς λεῖον καταπασσόμενον, εὐπα-

incavata: dracunculi folia cocta, cancri fluviatiles usti cum melle, cotyledon trita, tus cum adipe ursino, lithargyrum cum cerato myrtino, plumbago simili modo: ungulae asininae inspersae, pulmo marinus tritus et pro cataplasmate impositus, similiter et marrubium tritum impositum, ficus siccae cum cerato, aut eaedem crudae cum oleo calido tritae, lens palustris, lens item e leguminum genere cocta cum oleo calido trita, lilii radix cocta tritaque, cum adipe suillo insulso imposita, melicorium in vino coctum, silphium cum oleo tritum: adeps denique et cera cum oleo myrteo fervente teruntur.

Cap. CLXXXII. Senum ulceribus cicatricem obducunt anagallis cum cerato, ari folia in vino cocta imposita, hordeum ustum, cerussa cum triplo cerato myrtino, ovorum vitelli et lithargyrus eodem modo cerato excepta, ceratum cum plumbo usto, myrtus, similiterque pini cortex.

Cap. CLXXXII. Ulcera vetera haec ad cicatricem perducunt: pini cortex cum cerato myrtino, diphryges tri-

τωρίου φύλλα λεῖα σὺν ἀξουγγίῳ, πτέριδος ῥίζα λεία, ἰξὸς σὺν λιβανωτῷ, ἰὸς μετὰ διφρυγοῦς ἴσου καὶ μετὰ κηρωτῆς μυρσινίνης, καδμία μετὰ κηρωτῆς, κενταύριον χλωρὸν λεῖον, κισσοῦ ἄνθη μετὰ κηρωτῆς, κρίνου ῥίζα λεία σὺν ῥοδίνῳ, καὶ τῶν φύλλων καὶ αὐτὸς ὁ χυλὸς ἑψηθεὶς ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ σὺν μέλιτι καὶ ὄξει, ἔμμοτος καλλίστη ὑγρὰ γίνεται· λάδανον καὶ σμύρνα καὶ μέλι σὺν κηρωτῇ μυρσινίνῃ, ἢ ἔλαιον παλαιὸν σὺν μοτῷ.

Κεφ. ρπδ'. Τὰ δὲ ἐν ταῖς ἀκρωτηρίοις δυςαλθῆ εἰς τάξιν ἄγεται καταπλασσόμενα πρόπολις ἐπιτιθεμένη, μύρτα σὺν οἴνῳ, σεραπιάδος ῥίζα καταπλασσομένη, σηπεδὼν καταπασσομένη ξύλου, ἀρκτίου φύλλα καταπλασσόμενα, ἀσφοδέλου ῥίζα σὺν ἀλφίτῳ, ἀστραγάλου ῥίζα ὁμοίως, βαλλωτῆς φύλλα ὁμοίως, βράθεως φύλλα ὁμοίως, κράμβης φύλλα μετὰ τηλίνου ἀλεύρου καὶ ὄξους, λιβανωτίδος φύλλα καὶ ἡ πόα, μελισσόφυλλον ἐπιπλασσόμενον, καὶ πευκέδανον, χαμαίδρυς σὺν μέλιτι, περιστερεὼν ὁμοίως, σιδηρίτιδος τῆς Ἡρακλείας φύλλα σὺν μέλιτι.

tum et inspersum, eupatorii folia trita cum axungia, filicis radix trita, viscus cum ture, aerugo cum aequa diphrygis portione cerato myrteo excepta, cadmia cum cerato, centaurium viride tritum, hederacei flores cum cerato, lilii radix trita cum rosaceo: quin et eiusdem foliorum succus in aeneo vase cum aceto et melle coctus, praestantissimum evadit medicamentum liquidum, quo imbuta concerpta linamenta ulceribus induntur: ladanum, myrrha et mel cum cerato myrteo: oleum denique vetus linamento exceptum.

Cap. CLXXXIV. Ulcera extremarum partium aegre sanabilia meliorem in statum reducunt imposita haec: propolis, myrti baccae, serapiadis radix, ligni caries inspersa, arcti folia pro cataplasmate imposita, radix asphodeli cum polenta, similiter et astragali radix, itemque ballotes et sabinae folia, brassicae folia cum farina foeni graeci et aceto, libanotidis folia, totaque etiam herba, apiastrum impositum, itemque peucedanum, chamaedrys cum melle, verbenaca recta eodem modo, Heracleae denique sideritidis folia cum melle.

Κεφ. ρπέ. Σαπροκνήμους δ' ἴαται καππάρεως ῥίζα καταπλασσομένη, κενταύριον τὸ λεπτὸν λεῖον, ὀρόβινον σὺν μέλιτι, ὄρχεως ῥίζα σὺν μέλιτι, πευκεδάνου ῥίζα ὁμοίως, πίσσα ὑγρὰ, ποταμογείτων ὡσαύτως, σάκχαρον ἐν μοτῷ, σηπεδὼν ξύλων χνοώδης ξηρά· σταφυλίνου ῥίζα ξηρὰ λεία σὺν μέλιτι καὶ ἀλφίτῳ, καεῖσα ἐν ὀθονίῳ μέχρις ἀνθρακώσεως· σῦκα ξηρὰ μετὰ χαλκάνθου, ἰὸς, λεπὶς, τερμινθίνη, κηρὸς, ἴσα· συκῆς τῶν ἁπαλῶν κλάδων τὰ ἀποξύσματα ἑφθὰ σὺν ὕδατι μετ' ἀλεύρου πυρίνου, ἄχρις ἂν ἐμπλαστρῶδες γένηται, ἐπιτιθέμενα ὡς σπληνίον· καὶ ἔα μένειν ἐπὶ ἡμέρας γ'.

Κεφ. ρπς'. Καθαίρει δὲ ἕλκη πράσιον μετὰ μέλιτος, κνίδης φύλλα μεθ' ἁλῶν, ἀριστολοχία σὺν μέλιτι, γεντιανὴ, ἶρις σὺν μέλιτι. κολυμβάδες καταπλασθεῖσαι, ἐλελίσφακος λεῖος, ἐχίνου θαλασσίου κεκαυμένα ὄστρακα, ναρκίσσου ῥίζα σὺν ὀρόβῳ καὶ μέλιτι· ἢ νίτρου ἀφρὸν μέλιτι μίξας καῦσον ἐν χύτρᾳ καινῇ, καὶ μίξας ἶριν στοχασμῷ, χρῶ· ἢ χάρτου κεκαυμένου < η', ἀρσενικοῦ < δ' σὺν ῥοδίνῳ, ἢ μέλιτι, ἢ ξηρῷ.

Cap. CLXXXV. Putridis tibiarum ulceribus medentur capparis radix more cataplasmatum imposita, centaurium minus tritum, ervi farina cum melle, orcheos radix cum melle, similiterque radix peucedani, pix liquida, similiter et potamogiton, saccharum linamento exceptum, caries lignorum sicca pulverata, pastinacae radix sicca tritaque cum melle ac polenta, et in linteolo usta, dum in carbones redigatur: caricae cum chalcantho, aerugine, squama aeris, terebinthina et cera, aequalibus partibus; ramulorum fici tenellorum ramenta cocta in aqua cum farina triticea, usquedum emplastri compagem assequantur, ac imposita splenii in modum, relictaque triduo.

Cap. CLXXXVI. Ulcera expurgant marrubium cum melle, urticae folia cum sale, aristolochia cum melle, gentiana, iris cum melle, olivae conditae, more cataplasmatum impositae, salvia trita, erinacei marini testa cremata, narcissi radix cum ervo et melle. Aliud: nitri spumam melli admixtam in olla nova comburito, additaque, prout videbitur, iride utitor. Aut: sumito chartae combustae drach. viij., arsenici drach. iiij., misceto cum rosaceo aut melle, vel siccis utitor.

Κεφ. ρπζ'. Ἐσχάρας περιῤῥήσσει τὰς ἀπὸ καύσεως ἐπιτιθέμενα ἶρις, ὀνώνιδος φύλλα, ὄροβοι ἑφθοὶ, θέρμοι, ἀρνογλώσσου φύλλα καὶ ἄνθη, πράσου κεφαλωτοῦ φύλλα μεθ' ἁλῶν καὶ ὄξους, ἱερὰ βοτάνη, θαλλία, μήκωνος κερατίτιδος φύλλα καὶ ἄνθη, σῶρι κεκαυμένον, τιθυμάλλου ὀπὸς, ῥίζα λεία ὁμοίως.

Κεφ. ρπη'. Πληροῖ δὲ τὰ ἕλκη βούτυρον, κηρὸς καὶ ῥητίνη, ῥόδινον, βουνίου ῥίζα καὶ τὰ φύλλα, ἀριστολοχία καθ' ἑαυτὴν, καὶ σὺν ἴριδι· καὶ πάνακος ῥίζα σὺν μέλιτι.

Κεφ. ρπθ'. Στέλλει δὲ ἕλκη ἄσβεστος, μάννα, λεπὶς, ἶσα· ἐχῖνος κεκαυμένος, σμάριδος ταριχηρᾶς κεφαλὴ καεῖσα, κεδρία, κηκὶς, κήρυκες κεκαυμένοι, λίθος σάπφειρος· μόλυβδος κεκαυμένος, σπόδιον, στυπτηρία πᾶσα καεῖσα, σῶρι, ὃ καὶ τὰ πλαδῶντα ἀποτήκει· σκόρδιον λεῖον· χαλκῖτις, χάλκανθος, μίσυ, διφρυγὲς, ὀθόνιον κεκαυμένον.

Κεφ. ρϛ'. Πτερύγια δὲ θεραπεύει ἀκακίας χύλισμα καταχριόμενον, ἀλόη ξηρὰ ἐπιπασσομένη, ἰὸς διπλασίων μετὰ

Cap. CLXXXVII. Ulcerum ab ustione crustas emarginant imposita haec: iris, ervum coctum, lupini, plantaginis folia et flores, porri capitati folia cum sale et aceto: verbenaca supina, oleae germina, papaveris corniculati folia et flores, sori ustum, lacteus tithymali liquor, similiterque radix ari contrita.

Cap. CLXXXVIII. Ulcera carne replent butyrum, cera et resina, rosaceum unguentum, bunii radix et folia, aristolochia per se et cum iride, panacis denique radix cum melle.

Cap. CLXXXIX. Excrescentes ulcerum carnes compescunt calx viva, manna et squama aeris, paribus mixta portionibus: erinaceus crematus, smaridis sale conditae caput ustum, cedria, galla, buccina cremata, sapphirus lapis, plumbum ustum, spodium, aluminis omne genus ustum, sori, (quod et carnes humore nimio flavescentes absumit,) scordium tritum, chalcitis, chalcanthum, misy, diphryges, linteolum ustum.

Cap. CXC. Pterygiis medentur ista: acaciae succus illitus, aloë sicca inspersa, aerugo dupla portione mixta

λιθαργύρου ἁπλῆς, πενταφύλλου ῥίζα καταπλασσομένη, τιθυμάλλου ὀπὸς ἐπιχριόμενος, γλυκύῤῥιζα ξηρὰ ἐπιπασσομένη, ἰὸς σιδήρου σὺν ὄξει, ῥίνισμα ἐλέφαντος ὀστέου ὁμοίως, πράσιον σὺν μέλιτι, στυπτηρία σὺν ὕδατι· σῦκα ξηρὰ μετὰ σιδίων ῥοιᾶς ἑφθὰ καὶ μέλιτος, χαλκίτιδος καὶ λεπίδος μιγέντων καὶ ὡς ἔμπλαστρος ἐπιτιθεμένων· ἢ στυπτηρίαν σχιστὴν, σανδαράχην, ἄσβεστον, διφρυγὲς, ἶσα μίξας κατάπλασσε. Ἀναξηραίνει δὲ τὰ πτερύγια λεπὶς κυπρία λεία ἐπιπλασσομένη θαυμαστῶς.

Κεφ. ρϟα'. Παρωνυχίας θεραπεύει λιβανωτὸς σὺν μέλιτι, μυρσίνη κεκαυμένη σὺν κηρωτῇ, ἢ τοῖς φύλλοις ὁμοίως κατάπλασσε, ἢ σταφίδι μετὰ μάννης.

Κεφ. ρϟβ'. Ἀναστομοῖ δὲ τὰ μύσαντα τῶν τετυλωμένων καὶ χρονίων ἑλκῶν σκίλλης τὸ ἐντὸς σὺν μέλιτι.

Κεφ. ρϟγ'. Ῥαγάδας τὰς ἐν αἰδοίῳ ὠφελεῖ ῥητίνη φρυκτὴ σὺν ῥοδίνῳ λειωθεῖσα, ἄχρι γλοιωθῇ, μιγνυμένης καὶ ὠοῦ λεκύθου ὀπτῆς, κισσοῦ φύλλων ξηρῶν κεκαυμένων ἡ τέφρα τριβεῖσα σὺν ἐλαίῳ ἐν μολυβδῇ θυείᾳ. Ποιεῖ καὶ ἐπὶ τῶν περὶ τὸν δακτύλιον συρίγγων σὺν ἐρίῳ ἐντιθεμένη.

cum lithargyro, quinquefolii radix imposita, tithymali lacteus liquor illitus, glycyrrhizae pulvis inspersus, rubigo ferri cum aceto, similiter et scobs elephantini ossis, marrubium cum melle, alumen ex aqua: caricae cum malicorio et melle coctae, additis chalcitide et squama aeris, ad emplastri compagem redactae et impositae. Aliud: alumen scissile, sandaracham, calcem vivam et dighryges aequis mixta portionibus adhibeto. Mirabiliter vero pterygia exsiccat aeris squama cypria trita et imposita.

Cap. CXCI. Paronychias sanant tus cum melle, et myrtus usta cum cerato: huius eiusdem folia similiter adhibe, aut uvam passam cum manna.

Cap. CXCII. Astricta labia callosorum diuturnorumque ulcerum aperit scillae pars interna cum melle.

Cap. CXCIII. Rimis pudendorum confert resina cum rosaceo frixa tritaque ad strigmentitiam crassitudinem, addito etiam vitello tosto. Iuvat et aridorum hederae foliorum ustorum cinis, cum oleo in mortario plumbeo tritus. Proficit idem et ad ani fistulas, cum lana inditus.

Κεφ. ρϛδ'. Τὰ δ' ἕλκη τὰ ἐν αἰδοίῳ θεραπεύει βαλαύστιον καταπλασσόμενον, ἀλόη, πίτυος φλοιὸς σὺν λιβανωτῷ, ἀσπαλάθου ξύλα, ἀκακίας χύλισμα, ἢ ῥοᾶς ἀγρίας χυλός.

Κεφ. ρϛέ. Τὰ δὲ ἀλγήματα παύει οἶνος ἀθάλασσος, θερμὸς καταντλούμενος, καὶ χολὴ αἰγεία καταχριομένη.

Κεφ. ρϛϛ'. Νομὰς δὲ τὰς ἐν αἰδοίῳ ὠφελεῖ ἐγκλυζόμενον μίσυ σὺν ὄξει, καὶ τὰ ἱστορηθησόμενα ἐπὶ νομῶν.

Κεφ. ρϛζ'. Σκώληκας δὲ ἐκβάλλει τοὺς ἐπὶ τοῖς ἕλκεσι γενομένους ἀρνόγλωσσον λεῖον καταπλασθὲν, ἢ ἐρινέου κεκαυμένου τέφρα, καταπασσόμενα.

Κεφ. ρϛή. Πρὸς ἄνθρακας τριβόλου φύλλα χλωρὰ, καὶ τετηγανισμένα, καὶ στέαρ χοίρου λειώσας ὁμοῦ καὶ καταμαλάξας τὸ ἕλκος, ἐπιτίθει. Ἄνθρακας δὲ θεραπεύει καταπλασσόμενα ἀγριελαίας φύλλα μετὰ μέλιτος, καὶ ὁ καρπὸς πεφρυγμένος λεῖος σὺν μέλιτι· ἀείζωον καθ' ἑαυτὸ, ἀρνόγλωσσον ὁμοίως, αἴρινον ἄλευρον σὺν ῥαφάνῳ καὶ ἁλσὶ, βρυωνίας ῥίζα λεία μετ' οἴνου, ἄρου ῥίζα ὁμοίως, ὑὸς ἀφο-

Cap. CXCIV. Ulcera pudendorum sanant balaustium impositum, aloë, pini cortex cum ture, aspalathi lignum, expressus acaciae succus, mali denique punici sylvestris succus.

Cap. CXCV. Dolores autem pudendorum sedat vinum aquae marinae expers, calens affusum, itemque fel caprinum perunctum.

Cap. CXCVI. Pudendi depascentibus ulceribus confert misy cum aceto infusum: nec non et ea, quae deinceps capite de nomis tradentur.

Cap. CXCVII. Vermes in ulceribus genitos eiicit plantago trita et inspersa, similiterque caprifici usti cinis.

Cap. CXCVIII. Ad carbunculos. Tribuli folia virentia in sartagine frixa cum adipe suillo terito, ac ubi prius ulcus ipsum leniveris, imponito. Carbunculis praeterea medentur haec imposita: oleae agrestis folia cum melle, fructus eiusdem frictus et cum melle tritus, sempervivum per se, plantago similiter, loliacea farina cum raphano et sale, bryoniae radix trita cum vino, similiter

δος, ξηρὰ καταπλασθεῖσα, περιστερᾶς ἄφοδος μετὰ λινοσπέρμου καὶ μέλιτος, ἀσπάλαθος λεῖος καταπλασσόμενος, σταφὶς σὺν πηγάνῳ ἢ ὀπῷ· βράθυος φύλλα λεῖα σὺν μέλιτι, θέρμοι ἑφθοὶ λεῖοι, κάρδαμον χλωρὸν καὶ τὸ σπέρμα.

Κεφ. ρϛθ'. Πυοποιεῖ δὲ καὶ περιῤῥήσσει τοὺς ἄνθρακας καρύου βασιλικοῦ παλαιοῦ καὶ προςφάτου τὸ ἐντὸς, στροβίλου τὸ ἐντὸς ὁμοίως, κορίου φύλλα μετὰ σταφίδος, μήκωνος κερατίτιδος φύλλα καὶ τὰ ἄνθη· ὀπὸς σιλφίου μετὰ πηγάνου καὶ μίλτου καὶ μέλιτος, ἢ καθ' ἑαυτόν· δεῖ δὲ ἄνωθεν ἀειζώῳ καταλαμβάνειν, ὥςτε προςμένειν· ὄροβος λεῖος σὺν οἴνῳ, πίσσα ὑγρὰ σὺν σταφίδι καὶ στέατι, κράμβης φύλλα λεῖα σὺν ὕδατι.

Κεφ. σ'. Τὰς δὲ ἐπιγινομένας νομὰς καὶ σηπεδόνας θεραπεύει ἀρσενικὸν καὶ ἄσβεστος μετὰ σανδαράχης καὶ χάρτου κεκαυμένου· νίτρον σὺν ἀσβέστῳ καὶ τρυγὶ, ἢ ὄξει, ἢ ὕδατι· στυπτηρία πᾶσα κεκαυμένη σὺν διπλασίοσιν ἁλσὶν, σῶρι κεκαυμένον, λεπὶς καὶ κίσσηρις κεκαυμένη ἴσα, ἅλες ὡς ὅτι πλεῖστοι ἀναληφθέντες πίσσῃ ὑγρᾷ, ἀριστολοχίας ῥίζα

et ari radix, fimus suillus, siccus adhibitus, fimus columbinus cum lini semine ac melle, aspalathus tritus et impositus, uva passa cum ruta et lasere, sabinae folia trita cum melle, lupini cocti tritique, nasturtium virens eiusdemque semen.

Cap. CXCIX. Carbunculos vero ad suppurationem perducunt rumpuntque iuglandis, seu veteris, seu etiam recentis, nucleus, strobili pars interna eodem modo, coriandri folia cum uva passa, papaveris corniculati folia et flores, silphii liquor cum ruta, nitro et melle, aut etiam per se: (sed insuper pars ita obtegenda est sempervivo, ut adhaerescat:) ervum tritum cum vino, pix liquida cum uva passa et adipe, brassicae denique folia trita ex aqua.

Cap. CC. Nomis putridisque ulceribus supervenientibus ista medentur: arsenicum et calx viva cum sandaracha et charta combusta, nitrum cum calce viva et faece vini, aut aceto vel aqua, aluminis genus omne ustum cum duplo sale, sori ustum, squamae aeris pumicisque usti pares portiones, sal quamplurimus pice liquida ex-

σὺν ῥητίνῃ, ἀρνόγλωσσον καταπλασθὲν, αἴρινον ἄλευρον σὺν ῥαφάνῳ καὶ ἁλσὶν, ἀμύγδαλα πικρὰ σὺν μέλιτι, σταφὶς μετὰ πηγάνου, γαλίοψις μεθ᾽ ἁλῶν, θαλία σὺν μέλιτι, σμαρίδος ταριχηρᾶς κεφαλὴ κεκαυμένη, ἰὸς σὺν μίσει κεκαυμένῳ, κηκὶς καεῖσα καὶ ὄξει σβεσθεῖσα, κήρυκες κεκαυμένοι· κύπρου ἄνθη καέντα καθ᾽ ἑαυτὰ, καὶ σὺν μέλιτι καταπλασθέντα· ἢ κυπάρισσος καθ᾽ ἑαυτὴν καὶ σὺν ἀλφίτῳ, μόλυβδος κεκαυμένος λεῖος, λεπὶς σιδήρου σὺν ἐλαίῳ, ἄρου φύλλα καταπλασσόμενα, σεῦτλον ἑφθὸν καταπλασσόμενον· περιστερεὼν σὺν μέλιτι, τιθυμάλλου ὀπὸς, χαλκὸς κεκαυμένος, φακὸς κεκαυμένος, φακὸς ἑφθὸς σὺν σιδίοις, θαλία σὺν ἅλμῃ καὶ μεθ᾽ ἁλὸς λεία, ἢ σιδία καὶ ἅλες. Καταντλεῖ δὲ ἀφεψήματι κυτίνου, σχίνου, κυπαρίσσου, μυρσίνης, γάρῳ τῷ ἐκ σιλούρων ἢ ἰχθύων.

Κεφ. σα΄. Γαγγραίνας δὲ περιχαράσσει αἴρινον ἄλευρον σὺν ῥαφάνῳ καὶ ἁλσὶ καταπλασσόμενον, βράθυος φύλλα, σταφὶς σὺν ῥαφάνου φλοιῷ, ἢ ῥαφάνου φλοιὸς σὺν μέλιτι, κάρυον βασιλικὸν παλαιὸν τὸ ἐντὸς, οἱ κύτινοι ἑφθοὶ μετὰ σιδίων, λί-

ceptus, aristolochiae radix cum resina, plantago cataplasmatis instar imposita, loliacea farina cum raphano et sale, amygdala amara cum melle, uva passa cum ruta, galiopsis cum sale, oleae germina cum melle, smaridis salitae caput ustum, aerugo cum misy usto, calx usta et aceto exstincta, buccina usta, cypri flores cremati, per se et cum melle impositi: cupressus per se et cum polenta, plumbum ustum tritum, squama ferri cum oleo, ari folia cataplasmatis instar imposita, itidemque beta cocta, verbenaca recta cum melle, tithymali lacteus liquor, aes ustum: lens usta, eadem cum malicorio: oleae tenellum germen cum muria et cum sale tritum: malicorium cum sale. Perfunde autem decocto lentisci aut cupressi vel myrti, aut garo e siluris aliisve piscibus.

Cap. CCI. Gangraenas emarginant loliacea farina cum raphano et sale imposita, fabinae folia, uva passa cum raphani cortice, aut raphani cortex cum melle, iuglandis vetustae nucleus, cytini cocti cum malicorio, lapis

θος ὀστρακίτης σὺν μέλιτι, μυρσίνης[48] φύλλα ἑφθὰ ἐν οἴνῳ λεῖα μετὰ μέλιτος, ὄροβος σὺν μέλιτι· ῥαφάνου σπέρμα μετ᾽ ὄξους καταπλασθὲν τὰς ἐσχάρας ἄχρι ὀστέου ῥήσσει· πράσιον σὺν μέλιτι, ὃ καὶ ἀνακαθαίρει· τιθυμάλλου ὀπὸς, ὃν κατασχάσας ἐντίθει εἰς τὰς διαιρέσεις· ἢ ὀπὸς σιλφίου ὁμοίως· κατάντλει δὲ θέρμων ἀποζέματι συνεχῶς, ἢ οὔρῳ ἀνθρωπείῳ, ἢ ὄξει.

Κεφ. σβ′. Τὰ δὲ τεθηριωμένα ἕλκη ἰδίως στέλλει χαμαιλέων λεῖος, ὤχρα ἀττικὴ κεκαυμένη· ἀρσενικὸν καὶ ἄσβεστος ἶσα πλυθέντα σὺν ὕδατι ὁμοίως ἐπὶ ἡμέρας λ′, ἀποχεομένου τοῦ ἐπιπάγου καθ᾽ ἡμέραν.

Κεφ. σγ′. Πονηρευόμενα ἕλκη καὶ σκληρίας κακοήθεις θεραπεύει βαλάνων δρυΐνων σὰρξ λεία σὺν ἀξουγγίῳ ἐπιτεθεῖσα· δρακοντίου ῥίζης χυλὸς, καὶ ἡ ῥίζα ἐπιπλασθεῖσα· ἄρου ῥίζης ὁμοίως, γαλίου φύλλα καὶ χυλὸς σὺν ὄξει, βρυωνίας λευκῆς καὶ δρακοντίου ῥίζα σὺν μέλιτι, ἐρέβινθοι ἢ ὄροβοι σὺν μέλιτι· ἰξὸς σὺν λιβανωτῷ, καρκίνων ποταμίων

48) Sarac. loco μυρίκης.

ostracites cum melle, myrti folia, in vino cocta, trita cum melle, ervum cum melle, raphani semen cum aceto adhibitum, (quod crustas etiam ad os usque rumpit,) marrubium cum melle: (hoc etiam expurgat:) tithymali lacteus liquor, quem scalpello factis inter scarificandum vulneribus indi par est: silphii liquor, qui eodem etiam modo usurpabitur. Frequenter autem perfunde lupinorum decocto, aut urina humana vel aceto.

Cap. CCII. Efferata ulcera privatim inhibent chamaeleon tritus et ochra attica usta: similiter et arsenicum et calx viva, si aequis portionibus ex aqua laventur diebus triginta, effuso quotidie, quod in summo concreverit.

Cap. CCIII. Fraudulentis ulceribus duritiisque malignis medentur ista: glandium quernarum caro trita, imposita cum axungia: dracunculi radicis succus, ipsaque radix per se imposita: similiter et ari radicis succus ipsaque radix: galiopsis folia et succus cum aceto, bryoniae albae et dracunculi radix cum melle, cicer aut ervum

ἡ τέφρα σὺν μέλιτι, κισσὸς λεῖος καταπλασσόμενος· ἄσσιος λίθος, ἢ τὸ ἄνθος αὐτοῦ καταπασσόμενον, ἐπουλοῖ· σὺν μέλιτι δὲ, ἀποκαθαίρει· καὶ ὄνυξ δὲ ὁ ἐκ τῆς πορφύρας κατουλοῖ τὰ κακοήθη ἕλκη καταπλασσόμενος, πυροῦ ἀγρίου τῆς χελιδονίου λεγομένης ῥίζα ξηρὰ καταπλασσομένη· φιλεταιρίου ῥίζα καταπλασσομένη· περιστέριον[49] *σὺν μέλιτι· θέρμων ἀπόζεμα συνεχῶς καταντλούμενον.*

Κεφ. σδ'. Πρὸς δὲ φαγεδαίνας ποιεῖ μὲν ὅσα καὶ πρὸς κακοήθη καὶ πονηρευόμενα ἕλκη ἀναγέγραπται· ἁρμόζει δὲ καὶ ταῦτα· ἀσφοδέλου ῥίζα μετ' ἐλαίου ἑψηθεῖσα καὶ καταπλασθεῖσα, κνίδης φύλλα μεθ' ἁλῶν, ἅλες σὺν μέλιτι καὶ ἀλφίτῳ καέντες ἐν ὀθονίῳ μέχρις ἀνθρακωθῶσι, βρυωνίας λευκῆς καὶ μελαίνης φύλλα καὶ οἱ καυλοὶ μεθ' ἁλῶν καταπλασσόμενα, συκῆς φύλλα λεῖα ἐν οἴνῳ, ἰσάτεως φύλλα ἀγρίας καὶ ἡμέρου· κάρδαμον σὺν μέλιτι. Ἀνακαθαίρει δὲ ἄσσιος λίθος σὺν κηρωτῇ, ῥοὸς βυρσοδεψικῆς φύλλα σὺν μέλιτι, σταφυλίνου ἀγρίου ῥίζα ξηρὰ καταπλασθεῖσα, στυπτη-

49) Diosc. lib. 4. cap. 108.

cum melle, viscum cum ture, cancrorum fluviatilium cinis cum melle, hedera trita et cataplasmatis instar imposita: assius lapis aut eiusdem flos inspersus ad cicatricem deducit, et cum melle expurgat. Sed et onyx, seu tegumentum purpurarum, inspersus maligna ulcera perducit ad cicatricem: tritici sylvestris, quod chelidonium minus appellatur, radix sicca et inspersa, itidemque philetaerii radix: fumaria cum melle, denique fotus frequens e lupinorum decocto.

Cap. CCIV. Ad phagedaenas faciunt quidem, quaecunque ad maligna fraudulentaque ulcera modo conscripta sunt, sed et ista conveniunt: asphodeli radix cum oleo cocta et in modum cataplasmatis imposita, urticae folia cum sale: sal cum melle et polenta in linteolo crematum, usque dum in carbones redigatur: bryoniae tam albae quam nigrae caules et folia cum sale adhibita, fici folia trita in vino, isatis agrestis et domesticae folia, nasturtium cum melle. Repurgant vero assius lapis cum cerato, rhoïs coriarii folia cum melle, pastinacae sylvestris

ρία πᾶσα κεκαυμένη μετὰ κηκίδος καὶ τρυγὸς ὄξους· ποιεῖ δὲ καὶ ὄξος συνεχῶς καταντλούμενον.

Κεφ. σε΄. Ἐλεφαντιάσεις δὲ ὠφελεῖ ἀρνόγλωσσον καὶ μέλι ἐπὶ τῶν ἐξοιδούντων μερῶν, ἱερὰ βοτάνη ὁμοίως· χολὴ ἀγρίας αἰγὸς ἢ τράγου καταχρισθεῖσα ὠφελεῖ· καὶ γάλα σχιστὸν καταπινόμενον ἱκανῶς τοὺς ἐλεφαντιῶντας ὠφελεῖ· καὶ καλαμίνθη ἐσθιομένη, ἢ ὁ χυλὸς αὐτῆς πινόμενος, ὀῤῥοῦ γάλακτος ἐπιπινομένου, καὶ κεδρία ἐκλειχομένη· ποιεῖ δὲ θαυμαστῶς ἵππειον στέαρ ἐπιχριόμενον τοῖς οἰδηκόσι μέρεσι. Ἐν ἀρχῇ δὲ, ὅτε δειχθῇ ἐλέφας, ποίησον οὕτως· λοῦσον αὐτὸν εἰς λουτρὸν ἡμέρας γ΄. καὶ καθὼς ἐξέρχεται ἐκ τοῦ λουτροῦ, τρίβε τοὺς ὀσφῦς αὐτοῦ καὶ τὰς παρειὰς ἁλσὶ καὶ νίτρῳ εὐτόνως· καὶ μετὰ τὰς γ΄ ἡμέρας ἔχε ἕτοιμον ἔλαιον ἀπὸ πεπόνων σπέρματος, κἀκεῖνο τρίβε ὁμοίως, καὶ ἐγχυμάτιζε.

Κεφ. σς΄. Ῥαγάδας δὲ τὰς ἐν ποσὶ θεραπεύει ἐντιθέμενα σκίλλης τὸ ἐντὸς σὺν ἐλαίῳ ζεσθὲν, καὶ ῥητίνῃ τερμινθίνῃ συλλεανθέν· καρκίνοι ποτάμιοι καέντες λεῖοι σὺν μέλιτι, πολυποδίου ῥίζα καταπλασσομένη, κέρας αἴγειον κεκαυ-

radix sicca adhibita, aluminis genus quodvis ustum cum galla et aceti faece: proficit et acetum frequenter affusum.

Cap. CCV. Elephantiacos iuvat plantago cum melle partibus tumentibus imposita, similiter er verbenaca supina: prodest et sylvestris caprae aut hirci fel illitum: lac schiston in potu sumptum multum iuvat elephantiacos: sic et calamintha in cibis sumpta, eiusdemve succus epotus, lactis sero superbibito: cedria in eclegmate sumpta. Mire vero proficit adeps equinus, tumidis partibus illitus. In principio autem, cum primum sese patefacit elephas, hominem in balneo triduo lavato, et in balnei exitu eius lumbos ac genas sale ac nitro valenter confricato. Triduo exacto in promptu sit oleum e semine peponum, quo similiter ipsum affrices atque perfundas.

Cap. CCVI. Rimis pedum haec indita medentur: scillae medulla in oleo fervefacta tritaque cum resina terebinthina, cancri fluviatiles usti, triti cum melle, polypodii radix cataplasmatis instar imposita, cornu caprinum

μένον ἀναληφθὲν στέατι αἰγείῳ· ἢ μέλιτος λίτρα, κηρὸς καὶ ἔλαιον συντακέντα ἴσα, λιθαργύρου γο. δ' ἑψηθέντα, ἕως ἔμπλαστρος γένηται· δεῖ δὲ προκαθαίρειν τοὺς τύλους, καὶ χρῆσθαι τοῖς φαρμάκοις.

Κεφ. σζ'. Σύριγγας δὲ ἐκτήκει καὶ καθαίρει ἰοῦ < ιβ', ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος < β', κολλυριοποιηθέντα καὶ ἐντεθέντα ταῖς σύριγξι μετ' ὄξους ἢ ὕδατος, ἀμόργη ἑψημένη καὶ ἐγκλυζομένη· ἴριδος ῥίζης ἀπόζεμα ἐγκλυζόμενον καὶ πρὸς κόλπους ποιεῖ· ἄρου ῥίζα, ἅλιμος ἐντιθέμενος, καὶ ἡ ῥίζα δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ φύλλα ὡς κολλύρια ἀναπλασσόμενα· ποιεῖ δὲ καὶ πρασίου ῥαβδίον ἁπαλὸν ἐντιθέμενον, κοτυληδὼν μετὰ μυελοῦ ἐλαφείου ἐντιθεῖσα, γεντιανῆς χύλισμα, διψάκου ῥίζα χυλισθεῖσα καὶ ἐντεθεῖσα, τιθυμάλλου ὀπὸς, χαλκῖτις κεκαυμένη, ἀναληφθεῖσα ἀμμωνιακῷ ὡς κολλύριον, ἐλλέβορος μέλας ἐντεθεὶς καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐξαιρεθείς· κυπαρίσσου σφαιρία λεῖα μετὰ σύκου λείου ἐγκλυζόμενα σὺν ὄξει, ὤχρα ὁμοίως μετ' ὀλίγου κραματίου καὶ μέλιτος ἐγκλυζομένη, σῶρι ὠμὸν ἢ κεκαυμένον, καὶ σαρκοῖ ὀμφάκιον ἐγκλυζόμενον,

ustum sevoque caprino exceptum. Aut mellis libram unam, olei et cerae simul liquatorum sana tantundem, lithargyri uncias quatuor coquito ad emplastri consistentiam. Sed callos prius repurgare oportet, sicque medicamentis uti.

Cap. CCVII. Fistularum callos exedunt easdemque purgant, quae sequuntur: aeruginis drach. xij, ammoniaci thymiamatis drach. ij, conformatae in collyrium, inditaeque fistulis cum aceto vel aqua: amurca decocta et infusa: iridis radicis decoctum infusum etiam ad sinus proficit, ari radix, halimus immissus, quin et eiusdem radix foliaque in collyria conformata. Facit et tenellum marrubii virgultum inditum, umbilicus Veneris cum medulla cervina impositus, expressus e gentiana succus, dipsaci radix in succum soluta inditaque, liquor tithymali lacteus, chalcitis usta, ammoniaco excepta in modum collyrii: helleborus niger immissus et post triduum exemptus, cupressi globuli triti cum ficu trita infusi ex aceto, ochra simili modo cum pauco vino diluto ac melle infusa, sori

πενταφύλλου φύλλα σὺν ἁλσὶ καὶ μέλιτι, κονία συκίνη ἐγκλυζομένη, τηλεφίου φύλλα ἐμπλασσόμενα λεῖα, σφονδυλίου ῥίζα ξυσθεῖσα καὶ ἐντεθεῖσα· δεῖ δὲ προαναστομοῦν τὰς σύριγγας σπογγίῳ ἢ παπύρῳ ἐσκελετευμένῳ, καὶ οὕτω κεχρῆσθαι τοῖς προειρημένοις.

Κεφ. σή. Αἱμοῤῥαγίας δὲ ἵστησι τὰς ἐκ τῶν τραυμάτων αἰθιοπίδος ῥίζα λεία καταπλασθεῖσα σὺν ὄξει· λυσιμάχιος πόα ὁμοίως, ἀλόη λεία καταπασθεῖσα, φλοιὸς ἀμπέλου λεῖος, καὶ τὰ φύλλα ξηρὰ λεῖα, ἀμύγδαλα, ἀνδρόσαιμον ἐπιπλασθὲν, ἀπαρίνης φύλλα ὁμοίως, ἀπόπατος αἰγὸς, ἢ ἵππου, ἢ ὄνου ἄκαυστος, ὡς ἄλφιτα ἐπιπλασσόμενος, μοτῶν ὄξει βραχέντων καὶ ἐπιπλασθέντων· ποιοῦσι δὲ κεκαυμένοι καθ' ἑαυτοὺς καὶ ὄξει ἀναληφθέντες, ἀρνόγλωσσον λεῖον, ἀράχνης ὕφος.

Κεφ. σθ'. Τὰς ῥήξεις τὰς ἐπιπολαίους στέλλει ἀστραγάλου ῥίζα καταπλασθεῖσα, ἄσφαλτος ξηρὰ, Ἀχιλλείου τῆς σιδηρίτιδος φύλλα καταπλασσόμενα, βατράχων καέντων ἡ τέφρα καταπασσομένη, ὀθονίου καέντος ὁμοίως, ἢ διφρυγοῦς

crudum ustumve, omphacium infusum etiam carne explet: quinquefolii folia cum sale et melle, lixivium ficulneum infusum, telephii folia trita illita, sphondylii radix circumrasa et indita: sed prius laxandae aperiendaeque fistulae spongia aut papyro exsiccata, tumque utendum antedictis.

Cap. CCVIII. Profluentem e vulneribus sanguinem sistunt haec: aethiopidis radix trita imposita cum aceto, lysimachia herba simili modo, aloë trita inspersa, vitis cortex tritus, et eiusdem folia sicca tritaque, amygdala, androsaemon impositum, similiter et aparines folia: fimus caprae, aut equi, vel asini, citra ustionem instar polentae impositus, linamentis ex aceto madentibus superimpositis: faciunt et iidem fimi usti per se et aceto excepti, plantago trita, aranei tela.

Cap. CCIX. Sanguinis per summam cutem eruptiones inhibent astragali radix more cataplasmatum imposita, bitumen aridum, Achilleae sideritidis folia imposita, ranarum ustarum cinis inspersus, lintei cremati eius, aut

καταπασθέντος, θαλία λεία, ἐλελίσφακον ὁμοίως· θεῖον ἄπυρον, ἰδαία ῥίζα, ἰὸς σιδήρου καὶ λεπὶς, ἰσάτεως φύλλα ἀγρίας καὶ ἡμέρου, καδμία λεία, κηκὶς λεία, κύπρος, κυπαρίσσου σφαιρία σὺν ὄξει, λίβανος, μάννα, λειχὴν ὁ ἐπὶ τῶν πετρῶν, μυρσίνη ξηρὰ καὶ ὑγρὰ, πενταφύλλου ῥίζα· στυπτηρία πᾶσα, ἡ δὲ ὑγρὰ καεῖσα· καὶ σπόγγος ἀραιὸς πίσσῃ βραχεὶς καὶ καεὶς λεῖος καταπασσόμενος.

Κεφ. σί. Τὰς δὲ ἐκ μυκτήρων αἱμοῤῥαγίας στέλλει ὀξύσχοινος ἐντιθεμένη λεία, κνίδης φύλλων χυλὸς ἐν μοτοῖς ἐντιθέμενος, καὶ αὐτὰ τὰ φύλλα λεῖα κατὰ τοῦ μετώπου ἐντιθέμενα, χαλκῖτις, χάλκανθον κεκαυμένον· ἢ ἀνθήλη κεκαυμένη ξηρὰ, ἐν μοτοῖς ἐντιθεμένη ὁμοίως, φλόμος ὁ εἰς τὰ ἐλλύχνια, καὶ ἐλελισφάκου φύλλα λεῖα, βολβοὶ λεῖοι κατὰ τοῦ μετώπου καταπλασσόμενοι ἐν πράσου χυλῷ ἢ ὄξει, ὀνὶς ὁμοίως, γύψος σὺν ὕδατι, ἢ ὠοῦ τῷ λευκῷ καταχρισθὲν καθ' ὅλης τῆς κεφαλῆς ψιλωθείσης καὶ μετώπου· ἱππούριδος χυλὸς, ἢ περικλυμένου σὺν μοτῷ ἀναληφθείς·

diphrygis ad eundem modum inspersus, tenellum oleae germen tritum, similiterque salvia, sulphur vivum, idaea radix, ferri rubigo et squama, isatis tum agrestis tum sativae folia, cadmia trita, galla trita, cyprus, cupressi globuli cum aceto, tus, eiusdem manna, lichen petris innascens, myrtus tum virens tum sicca, quinquefolii radix, quodvis genus aluminis, et liquidum quidem ustum: spongia rara imbuta pice, deindeque usta, trita et inspersa.

Cap. CCX. Profluentem e naribus sanguinem supprimunt ista: schoenus acutus tritus, naribus inditus, urticae foliorum succus linamentis exceptus et inditus, ac ipsa quoque folia trita fronti adhibita, chalcitis, chalcanthum ustum, flos phlei seu stoebes ustus pulveratusque et in nares immissus, similiterque verbascum, quo ad lucernarum ellychnia utuntur, et salviae folia trita, bulbi triti frontique cataplasmatis instar impositi cum porri succo vel aceto: stercus asininum simili modo, gypsum ex aqua aut ovi albumine toti capiti pilis nudato frontique inductum, equiseti succus aut periclymeni linamento ex-

κοχλίου σὰρξ ἐν ὄξει, καὶ ὅλοι κοπέντες σὺν τῷ ὀστράκῳ καταπλασσόμενοι καθ᾽ ὅλου τοῦ μετώπου ἢ τοῦ μυκτῆρος, κύμινον σὺν ὄξει ἐντιθέμενον λεῖον, νάρθηκος τὸ μέσον σὺν ὄξει, πήγανον ἐντεθὲν λεῖον, κρόμμυον λεπισθὲν καὶ ἐντεθὲν ξηρὸν, πυτία λεανθεῖσα καὶ ἐμπλασθεῖσα· ἐπέχει καὶ τὰ ὦτα κηρῷ ἁπαλωτάτῳ ἐμπλασσόμενα ἐπιμελῶς, καὶ τῷ ἰνίῳ σικυᾶσθαι αὐτοὺς, καὶ ἡ πόσθη ἀποδεδεμένη ῥάμματι· ἐνστάζεται δὲ ὠφελίμως καὶ εἰς τὸ οὖς ὕδωρ ψυχρόν· φασὶ δὲ ἐπέχεσθαι τὰς ἐκ μυκτήρων αἱμοῤῥαγίας μόρων [50] ἄνθους μεμυκότος πρὸ τοῦ πεσεῖν ἐνδεομένου κυτίδι καὶ περιαπτομένου τραχήλῳ· δεῖ δὲ λαμβάνειν τὸ πρώτως ἐν ἐκείνῳ τῷ θέρει εὑρεθὲν ἢ ὁραθέν.

Κεφ. σιά. Διαχεῖ δὲ θρόμβους τοὺς ἐκ τραυμάτων ἐν βάθει γινομένους, ἢ κοιλίᾳ, ἢ κύστει, κονία συκίνη μεθ᾽ ὕδατος ποθεῖσα, θύμβρα ἢ θύμος ἐν ὀξυκράτῳ, ἐλιχρύσου ἀπόζεμα ἐν οἰνομέλιτι, ἢ ὀπὸς σιλφίου λεῖος σὺν ὀξυκράτῳ ἢ ὕδατι πινόμενος.

50) Suspicor *μύρτων*, cum mori amenta *μύειν* haud facile possint.

ceptus: cochlearum caro ex aceto trita, eaedem integrae cum suis testis tusae et cataplasmatis modo toti fronti naribusque impositae, cuminum tritum cum aceto inditum, ferulae medulla cum aceto, ruta trita indita, cepa decorticata siccaque indita, coagulum tritum et illitum. Cohibetur et sanguinis e naribus profluvium, si cera mollissima aures diligenter obturentur, occipitio cucurbitulae adhibeantur, et praeputium filo deligetur. Utiliter etiam frigida in aurem instillatur. Aiunt et cohiberi sanguinis e naribus eruptiones, si mororum (myrtorum) flos connivens, priusquam decidat, vasculo illigetur, et e collo suspendatur: sed eum florem sumi oportet, qui primum ea aestate inventus conspectusque fuerit.

Cap. CCXI. Dissolvunt vero sanguinis ex vulneribus grumos in imo, seu in ventre, seu in vesica concretos, lixivium ficulneum ex aqua bibitum, thymbra aut thymus in oxycrato, elichrysi decoctum in vino mulso: silphii denique liquor tritus, ex posca aquave potus.

Τῶν περὶ τὴν ἕδραν παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. σιβ'. Ἐφίστησι δὲ πλεοναζούσας αἱμοῤῥοΐδας ἀλόη καταπλασσομένη, λεπὶς σιδήρου, λιβανωτίδος φύλλα, λίθος ἀραβικός· (ἔστι δ' ὅμοιος ἐλέφαντι·) μόλυβδος κεκαυμένος, ὀξυκράτου ἀπαντλήσεις καὶ τῶν λοιπῶν στυμμάτων. Ἐπέχει δ' αἱμοῤῥοΐδας παραχρῆμα· ἀκακίας κιῤῥᾶς < δ', μολυβδαίνης < δ', τραγακάνθης < β', καθ' ἓν λειώσας ἕκαστον, εἶτα μίξας καὶ δεύσας ὕδατι ἔμπλασσε εἰς μοτὸν ἢ ἔριον, καὶ ἐπιτίθει. Προςκλύσματι δὲ χρῶ χαλκάνθῳ, ἢ κηκίδι καὶ στυπτηρίᾳ, ἴσοις λείοις, διειμένοις θερμῷ ὀξυκράτῳ καὶ ὕδατι, καὶ προςκλυζομένοις.

Κεφ. σιγ'. Ἀναστομοῖ δ' αἱμοῤῥοΐδας μυττωτὸν ἐσθιόμενον, ἀμαράκινον ἢ ἴρινον περιχριόμενον· ἐρεθίζει αὐτὰς καὶ χολὴ βοεία, ὡς βάλανος προςτεθεῖσα· καὶ πρὸ τῆς χειρουργίας δὲ περιχρισθεῖσα, κατέχει καὶ οὐκ ἐᾷ ἐκτρέπεσθαι αὐτάς· ὁμοίως κυκλαμίνου χυλός.

Κεφ. σιδ'. Αἱμοῤῥοΐδας αἴρει θαυμαστῶς τοῦτο· κωνείου ξηροῦ < β', ὑοςκυάμου χυλίσματος < δ', στυπτηρίας

Sedis affectuum remedia.

Cap. CCXII. Haemorrhoidum abundantiam sistunt aloë imposita, squama ferri, libanotidis folia, lapis arabicus, qui quidem ebori similis est, plumbum ustum, fotus e posca ceterisque spissamentis. Hoc vero statim cohibet haemorrhoidas: acaciae fulvae et plumbaginis an. drach. iiij, tragacanthae drach. ij: seorsim tritas misceto et aqua irrigato, tandemque linamento aut lanae illinito, atque imponito. Proluito autem chalcanthi aut gallae et aluminis aequis partibus tritis, dilutisque calido oxycrato et aqua.

Cap. CCXIII. Haemorrhoidas autem aperiunt intritum ex allio, in cibis sumptum, et amaracinum aut irinum circumlitum. Provocat et ipsas fel bubulum, glandis instar subditum: quin et ante chirurgicam operationem circumlitum, eas cohibet, nec sinit inverti. Idem praestat et cyclaminis succus.

Cap. CCXIV. Haemorrhoides mirabiliter hoc tolluntur remedio: Conii aridi drach. ij, succi hyoscyamo

σχιστῆς < β', χαλκάνθου κεκαυμένου < β', σινώπιδος < α', ψιμυθίου < α', κηρωταρίῳ ῥοδίνῳ ἀναληφθέντα καὶ ἐπιτεθέντα· ῥόας ὀξείας[51] λεπὶς λεία σὺν ὄξει ἐπιπλασθεῖσα· ἂν δὲ ἐνδοτέρῳ ὦσιν, ὡς μάζιον ποιήσας, ἐντίθει· ποιεῖ δὲ καὶ τοῦτο θαυμαστῶς· σανδαράχης < η', ἀρσενικοῦ χρ. < η', ἐπιχρίσεις προεσχηματισμένῳ· ἀπονεκροῦται γὰρ καὶ ἀποπίπτει ἐν ἡμιωρίῳ ἀποξηραινομένη ἡ αἱμοῤῥοῒς καὶ ἐκ τῆς βάσεως ἀπολυομένη· ἀνιεὶς δὲ στακτῇ κύκλῳ χρίεται κηρωτῇ· γίνεται δὲ ἐν ἡλίῳ ἢ παρὰ πυρί.

Κεφ. σιε'. Φλεγμονὰς δὲ τὰς τοῦ δακτυλίου ὠφελεῖ ἄρτος ἐκ μελικράτου καταπλασσόμενος, σόγχου χυλὸς ἐν ἐρίῳ προςτεθεὶς, μαλάχη ἑφθὴ καὶ ὠμὴ καταπλασσομένη, ἀλθαίας ῥίζα, ἣν Ῥωμαῖοι ἐβίσκον καλοῦσιν, ἐν μελικράτῳ ἑφθὴ ὁμοίως, ἀμαράκινον περιχριόμενον, μελίλωτον σὺν ὑσσώπῳ καὶ βουτύρῳ, σίλφιον σὺν ὄξει, καὶ μαγύδαρις ἑψημένη, πίσσα ὑγρὰ σὺν κηρῷ ἴσα, σιδήρου ἰὸς σὺν κηρωτῇ.

51) Λῖπος λεῖον σὺν ὄξει ἐπιπλασθὲν Moib.

expressi drach. iiij, aluminis scissilis, chalcanthi usti, an. drach. ij, rubricae sinopicae et cerussae, an. drach. j, cerato rosaceo excipiantur et imponantur. Aliud: mali punici acidi cortex tritus cum aceto imponatur. Quod si delitescant interius haemorrhoides, ex eodem medicamento corformatam massulam indito. Praeclare facit et hoc: sandarachae, auripigmenti, an. drach. viij: his lixivio stillatitio dilutis aegrum prius apte compositum locatumque oblinito. Sic intra semihoram haemorrhois arefacta et a radice sua quasi devoluta deperit exciditque. Interim vero circa haemorrhoida in orbem ceratum illinatur, fiatque id in sole vel ad ignem.

Cap. CCXV. Sedis inflammationibus ista conferunt: panis ex melicrato impositus, sonchi succus in vellere appositus, malva seu cocta, seu cruda adhibita, similiter et althaeae, quam hibiscum Latini vocant, radix in melicrato decocta, amaracinum circumlitum, melilotus cum hyssopo et butyro, silphium cum aceto, magydaris cocta, pix liquida cum aequali cerae portione, rubigo ferri cum cerato.

Κεφ. σις'. Τὰ δὲ ἀλγήματα ὠφελεῖ πευκεδάνου ὀπὸς ἐπιχριόμενος, σμύρνα σὺν μέλιτι, ἠριγέροντος ἄνθος σὺν οἴνῳ λευκῷ, κισσοῦ ἄνθος ὁμοίως, ἑλξίνη καθ' ἑαυτὴν καὶ σὺν ἄρτῳ.

Κεφ. σιζ'. Τὰ δὲ κονδυλώματα στέλλει ἐλαίας ἄνθη μεθ' ὕδατος καταπλασσόμενα, ἀλόη σὺν γλυκεῖ καταχριομένη, βαλλωτῆς φύλλα καταπλασθέντα, βάτου φύλλα καὶ ὁ χυλὸς καταχριόμενος, καὶ σὺν ῥοδίνῳ κηρωτῇ ἐπιτιθεμένη· πενταφύλλου ῥίζα καταπλασθεῖσα, κύπρου φύλλα ὁμοίως· κυπαρίσσου φύλλα ὁμοίως σὺν ἀλφίτῳ, καὶ τῷ ἀφεψήματι δὲ αὐτοῦ πυρία· λιβανωτίδος φύλλα ὁμοίως· μελίλωτον σὺν οἴνῳ γλυκεῖ ἑψηθὲν, μιγείσας αὐτοῖς λεκύθου ὠῶν· ἢ μελιλώτου καὶ σχοίνου ἄνθους μετὰ βουτύρου, ἢ λινοσπέρμου, ἢ σέρεως, ἢ τήλεως, ἢ κωδίων· ἢ κυδώνια ἑφθὰ σὺν ἄρτῳ ἢ ἀλφίτῳ, μυρσίνης φύλλα κεκαυμένα σὺν κηρωτῇ, λύκιον διαψώμενον, ἀμόργη ἑψημένη ὁμοίως, ἅλμη πυριωμένη· κατάχριε δὲ καὶ τῷ ἀφρῷ τοῦ ἑψημένου μέλιτος· ποιεῖ δὲ καὶ μελίλωτον, ἢ σχοῖνος ἀναπλασθεὶς σὺν βουτύρῳ·

Cap. CCXVI. Doloribus sedis subveniunt peucedani liquor illitus, myrrha cum melle, senecionis flos cum vino albo, hederae flos eodem modo, helxine denique per se et cum pane.

Cap. CCXVII. Condylomata vero reprimunt oleae flores ex aqua impositi, aloë cum dulci vino peruncta, ballotes folia imposita, rubi folia et succus illitus atque cum cerato rosaceo impositus, quinquefolii radix adhibita, cypri folia eodem modo: similiter et cupressi folia cum polenta, et ex eorundem decocto fotus: libanotidis folia simili modo: melilotus cum vino dulci coctus, admixto ovi vitello: melilotus et flos schoeni cum butyro, aut lini semine, aut seride, aut foeno graeco, aut capitibus papaveris: cotonea mala cocta cum pane aut polenta, myrti folia usta cum cerato, lycium confricatum, amurca decocta simili modo, fomentum e muria. Illinitur et spuma, quae effervescenti melli supernatat. Confert et melilotus aut schoenus cum butyro subactus, itemque plan-

καὶ ἀρνογλώσσου φύλλα σὺν ἁλσὶ καταπλασσόμενα, ἔρια οἰσυπηρὰ κεκαυμένα καὶ ἀναληφθέντα ῥοδίνῳ καὶ στέατι χηνείῳ, πρόπολις προμαλασσομένη καὶ ἐπιτιθεμένη.

Κεφ. σιη'. Αἴρει δὲ κονδυλώματα καὶ τὰς σύκας ἀρσενικὸν ἐπιπλασθέν· βολβοὶ ἐν θερμῇ σποδιᾷ ὀπτηθέντες, καὶ λεῖοι καταπλασθέντες, μετὰ μαινίδων κεφαλῶν κεκαυμένων· ἄσβεστος καὶ τρὺξ ἰξῷ ἀναληφθέντα, καὶ ὡς σπλήνιον ἐπιτεθέντα.

Κεφ. σιθ'. Τὰς δὲ ὑπερμεγέθεις σύκας ἀποβάλλει λιβάνου ὑποκαπνισμὸς ἐπὶ ἡμέρας ς' ἐπιγενόμενος, ἰὸς σιδήρου σὺν οἴνῳ γλυκεῖ ἐπιχρισθεὶς, ἀνήθου σπέρματος κεκαυμένου ἡ τέφρα καταπασσομένη, χάλκανθος καὶ σίδια σὺν ὄξει λεῖα, στυπτηρία ὑγρὰ σχιστὴ κεκαυμένη ὁμοίως σὺν ὄξει λεία, μελαντηρία σὺν ἁλσὶ, στυπτηρία ὑγρὰ μετ' ἄρτου καὶ οἴνου καὶ σελίνων.

Κεφ. σκ'. Σύκας δὲ ἀφαιρεθείσας καὶ θύμους καὶ κονδυλώματα θεραπεύει, καὶ οὐκ ἐᾷ πάλιν αὔξεσθαι, τέφρα κλημάτων, ἢ καὶ ἂν ἐκ τῶν γιγάρτων γένηται, σὺν ὄξει καταπλασσομένη.

taginis folia cum sale imposita, lanae succidae crematae et exceptae rosaceo et adipe anserino, imposita denique propolis, prius emollita.

Cap. CCXVIII. Condylomata ficosque auferunt arsenicum illitum, bulbi in calidis cineribus torrefacti tritique, et cum ustis maenarum capitibus impositi, calx viva et faex visco exceptae spleniique modo impositae.

Cap. CCXIX. Tollunt et ista praegrandes ficos: suffitus e ture sex diebus adhibitus, rubigo ferri cum dulci vino illita, anethi seminis usti cinis inspersus, chalcanthus et malicoria ex aceto trita: alumen liquidum aut scissile ustum, itidem ex aceto tritum: melanteria cum sale, alumen denique liquidum cum pane, vino et apio.

Cap. CCXX. Ablatos ficos, thymos et condylomata sanat, neque rursum pullulare sinit, cinis sarmentorum aut etiam vinaceorum ex aceto illitus.

Κεφ. σκα'. Τὰς δὲ ῥαγάδας θεραπεύει διφρυγὲς σὺν ῥοδίνῳ, ἀλόη σὺν γλυκεῖ καταχριομένη, διψάκου ῥίζα λεία ἀναληφθεῖσα κηρωτῇ, καρκίνων ποταμίων καέντων ἡ τέφρα σὺν κηρωτῇ ῥοδίνῃ ἐπιτεθεῖσα, ὕσσωπον σὺν μελιλώτῳ καὶ βουτύρῳ, πίσσα ὑγρὰ καθ' ἑαυτὴν, σέριδος χυλὸς σὺν μάννῃ· πορφύρας ὄστρακον καὲν καὶ σμύρνα, ἴσα κηρωτῇ ἀναληφθέντα ὑγρᾷ· μελάνθιον μετὰ ῥοδίνου τριβὲν καὶ λεῖον ἐπιτεθέν.

Κεφ. σκβ'. Τὰς δὲ ἐντὸς τῆς ἕδρας ὠφελεῖ ἑλκώσεις ἀμόργη ἑψηθεῖσα καὶ ἐγκλυζομένη, ἄκοπον τὸ δυςῶδες διὰ ἐρίου ἢ ῥάκους[52] ἐντιθέμενον.

Κεφ. σκγ'. Σκώληκας δὲ καὶ ἀσκαρίδας φθείρει κεδρία προςτιθεμένη, ἀξούγγιον παλαιὸν ὡς βάλανος ἐντιθέμενον.

Κεφ. σκδ'. Τὰς δὲ προπτώσεις τοῦ δακτυλίου στέλλει περιχριόμενα ἀκακίας χύλισμα, βάτου χυλὸς καὶ τὰ φύλλα καταπλασσόμενα· ἀναγαλλὶς ἡ τὸ κυάνεον ἄνθος ἔχουσα καταπλασθεῖσα· ἡ δ' ἐρυθρὰ ἐρεθίζει καὶ ἐκτρέπει· κηκίδος ἀφέψημα, ἢ κυδωνίων, ἢ μυῤῥίνης, ἢ σιδίων ἐγκαθι-

52) Gesner. loco vulg. ποίου ἄκους.

Cap. CCXXI. Rimas sedis sanant diphryges cum rosaceo, aloë cum passo illita, dipsaci radix trita, cerato excepta, cancrorum fluviatilium ustorum cinis cum cerato rosaceo impositus, hyssopus cum meliloto et butyro, pix liquida per se, seridis succus cum manna, purpurae testa cum aequali portione myrrhae cerato excepta liquidiore, melanthium cum rosaceo tritum et impositum.

Cap. CCXXII. Internis sedis exulcerationibus opitulantur amurca cocta et infusa, acopum foetidum ex lana pannove impositum.

Cap. CCXXIII. Vermes et ascaridas necant cedria subdita et axungia vetus glandis instar indita.

Cap. CCXXIV. Procidentem sedem reprimunt illita haec: expressus acacia succus, rubi succus et folia imposita, anagallis praedita caeruleo flore adhibita: (nam quae puniceo est flore, sedem proritat evertitque:) decoctum gallae, aut cotoneorum, aut myrti, aut malicorii, ad in-

ζόμενον, ἢ ὀξύκρατον· λιβανωτίδος φύλλα καταπλασσόμενα, κυδώνια ἑφθὰ λεῖα ἐπιτιθέμενα, μυρσίνη ὁμοίως καταπλασσομένη, ἢ νάρκη θαλασσία προςτιθεμένη, οἰνάνθη ἀπὸ τῆς ἀγρίας ἀμπέλου, ἢ κύπρου φύλλα καταπλασσόμενα.

Κεφ. σκέ. Παρατρίμματα δὲ ἢ διηλκωμένα χαλκῖτις μεθ' ὕδατος τριβεῖσα καὶ ἐπιχρισθεῖσα παραυτίκα ὠφελεῖ, μολύβδαινα σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ λεία, ἢ λιθάργυρος ὁμοίως.

Τῶν περὶ τὰ νεῦρα καὶ τὰ ἄρθρα παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. σκς'. Στρέμματα δὲ ἰᾶται καταπλασσόμενα ἄγνου σπέρμα σὺν ἁλσὶ καὶ νίτρῳ καὶ κηρωτῇ, ἀγχούσης φύλλα σὺν μέλιτι καὶ ἀλφίτοις, ἀκάνθου τοῦ παιδέρωτος φύλλα, κνίδης φύλλα σὺν ἁλσὶ πολλοῖς, ἅλες σὺν ἀλεύρῳ καὶ μέλιτι, ἀμόργη ἑψητὴ σὺν ἐρίῳ οἰσυπηρῷ ἐπιτεθεῖσα· τέφρα κληματίνη, καὶ ἐκ γιγάρτων μετ' ὄξους, ὑὸς ἄφοδος ξηρὰ μετὰ κηρωτῆς, ἀρκείου ῥίζα, ἄσβεστος σὺν πίσσῃ ἢ ἀξουγγίῳ παλαιῷ· βολβοὶ μετὰ μέλιτος, ἐνίοτε καὶ ἄρτου μιγνυμένου,

sessus usurpatum, uti et oxycratum: libanotidis folia imposita, cotonea cocta tritaque et adhibita, myrtus simili modo imposita, torpedo marina apposita, flos vitis sylvestris, cypri denique folia imposita.

Cap. CCXXV. Intertrigines aut exulcerationes confestim iuvantur chalcitide trita ex aqua illitaque: similiter et plumbagine aut lithargyro ex aceto et rosaceo trita.

Ad nervorum articulorumque affectus remedia.

Cap. CCXXVI. Contortis seu luxatis medentur haec, more cataplasmatum imposita: viticis semen cum sale, nitro et cerato, anchusae folia cum melle ac polenta, acanthi paederotis folia, urticae folia cum plurimo sale, sal cum farina et melle, amurca decocta cum lana succida, cinis sarmentitius et e vinaceis cum aceto, fimum suillum aridum cum cerato, arcii radix, calx viva cum pice aut axungia vetere: bulbi cum melle, interdum etiam ad-

μάλιστα δ᾽ ἐπὶ τῶν τρυφεροχρώτων, ἄλευρον μετ᾽ ὄξους ἑψηθὲν μετ᾽ ἀφόδου ὑὸς λεῖον, ἡλιοτρόπιον τὸ μέγα, καλάμου φραγμίτου ῥίζα σὺν ὄξει· κάρυα βασιλικὰ σὺν πηγάνῳ καὶ μέλιτι, κρίνου ῥίζα ἑψηθεῖσα ἐν οἴνῳ ἢ λεανθεῖσα ἐν μέλιτι, τήλινον ἄλευρον σὺν ὠμῇ λύσει, ναρκίσσου ῥίζα λεία σὺν μέλιτι, νίτρον σὺν κηρωτῇ, ὀξυακάνθου ῥίζα ἑφθὴ, πολυποδίου ῥίζα ὁμοίως, σύμφυτον σὺν κηρωτῇ, τέφρα κληματίνη σὺν ἀξουγγίῳ παλαιῷ. Τὰ δὲ λίαν στρέμματα ἴαται ἀπόπατος θερμὴ καταπλασθεῖσα, κύπρου ἀφεψήματα καταντλούμενα.

Κεφ. σκζ΄. Κεχαλασμένα δὲ ἄρθρα ἀκακίας χυλὸς ἀνεθεὶς ὕδατι καὶ καταντλούμενος, ἀκάνθης ἀφέψημα, ἢ βάτου, ἢ μυρσίνης, ἢ σχίνου, ἢ φηγοῦ, ἢ πτελέας τῶν ῥιζῶν τοῦ φλοιοῦ, ἐλάτη λεία μετὰ κηρωτῆς, ἔλαιον μυρσίνινον ἢ σχίνινον περιχριόμενον συνεχῶς, σίδια καταπλασθέντα, μυρσίνης φύλλα σὺν κηρωτῇ μυρσινίνῃ ἐπιτιθέμενα.

Κεφ. σκη΄. Κόπους λύει ἐπιτιθέμενον ἀμμωνιακὸν μετ᾽

mixto pane, in iis praesertim, quibus est tenella cutis: farina ex aceto cocta, cum stercore suillo trita, heliotropium maius, arundinis, quae phragmites dicitur, radix cum aceto, nuces iuglandes cum ruta et melle, lilii radix cocta in vino aut trita cum melle, foeni graeci farina cum hordeacea farina soluta hydrelaeo, narcissi radix trita cum cerato, oxyacanthae radix cocta, similiterque polypodii radix, symphytum cum cerato, cinis sarmentitius cum axungia vetere. Vehementibus porro contorsionibus medetur stercus calens impositum, itemque cypri decoctum affusum.

Cap. CCXXVII. Ad relaxatos artus prosunt acaciae succus aqua dilutus et affusus, spinae aegyptiae decoctum, aut rubi, aut myrti, aut lentisci, aut fagi, aut radicum ulmi vel corticis: elate palmarum trita cum cerato, oleum myrtinum aut lentiscinum frequenter circumlitum, malicorium impositum, myrti denique folia cum cerato myrtino imposita.

Cap. CCXXVIII. Lassitudines dissolvit impositum

ὄξους καὶ κυπρίνου ἐλαίου, καὶ ὀλίγου νίτρου, ἀπίου σπέρμα μετ' ἐλαίου, δάφνινον ἔλαιον, κρόκινον, σαμψύχινον, ἀφρόνιτρον, νίτρον σὺν ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ καὶ ὄξει. Φασὶ δὲ ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις μὴ παρατρίβεσθαι τοὺς βουβῶνας, ἄγνου ῥάβδου ἢ τῆς ἀρτεμισίας[53] κρατουμένης.

Κεφ. σκθ'. Τετανικοῖς δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις σπωμένοις ἁρμόζει ἐν ποτῷ γλήχων μεθ' ἁλὸς καὶ μελικράτου, ἴρεως < β' σὺν μελικράτῳ, σὰρξ ἐχίνου ἐσκελετευμένη ὁμοίως, κύπρινον, ἢ καστόριον· κράμβη ἑφθὴ ἐσθιομένη, ὀξαλίδος ῥίζα σὺν οἴνῳ, ὀπὸς σιλφίου περιπλασθεὶς κηρῷ ἀντὶ καταποτίου, σέσελι, σταφυλίνου ἀγρίου ῥίζα καὶ σπέρμα· ἀκάνθης λευκῆς σπέρμα παιδίοις σπωμένοις βοηθεῖ· δαμασωνίου < α' τῶν φύλλων ἐν μελικράτῳ· βατράχων ζωμὸς ἁλσὶ καὶ ἐλαίῳ ἠρτυσμένος καὶ ἐσθιόμενος, καὶ αὐτοὶ οἱ βάτραχοι, καρκίνου ζωμὸς ὁμοίως, ξυλοβαλσάμου τριώβολον ἐν οἴνῳ· τοὺς δὲ προσφάτους σπασμοὺς θεραπεύει σέσελι μετὰ μελικράτου πινόμενον.

53) Saraceni coniectura. Vulg. ἄργου ῥάδου ἢ τῆς θαλάσσης.

ammoniacum cum aceto et cyprino oleo exiguoque nitro: sic et apii semen cum oleo, laurinum oleum, crocinum unguentum, sampsuchinum, spuma nitri, nitrum cum oleo, vino et aceto. Virgam porro viticis aut artemisiam qui manibus gestent viatores, negantur intertrigines inguinum sentire.

Cap. CCXXIX. Tetano laborantibus aliisque convulsis conveniunt haec in potu sumpta: pulegium cum sale et melicrato, iridis drach. ij. cum melicrato, erinacei assiccata caro eodem modo, cyprinum, castorium, brassica cocta, in cibis sumpta, oxalidis radix in vino, laser, cera obvolutum, instar catapotii devoratum, seseli, sylvestris dauci radix et semen: spinae albae semen pueris, qui convelluntur, auxilio est. Confert et damasonii foliorum drach. j. cum melicrato, itemque ranarum ius, sale et oleo conditum, in cibis sumptum, ac ipsae quoque ranae: cancri iusculum eodem modo, xylobalsamum denique ternum obolorum pondere in vino. Sed recentes convulsiones sanat seseli cum melicrato potum.

Κεφ. σλ'. Συγχριόμενα δὲ ἐπὶ τετάνου καὶ σπασμωδῶν τρόμων ἁρμόζει καστόριον σὺν ἐλαίῳ, ὑπερικὸν ὁμοίως, πευκεδάνου ὀπὸς, πισσέλαιον, σάμψυχον σὺν ὠμῇ λύσει, κονία συκίνη σὺν ἐλαίῳ· ἁρμόζει καὶ ἔλαιον συνεχῶς καταχριόμενον κατὰ τοῦ αὐχένος, καὶ εἰς τὴν ἔμβασιν τοῦ ἐλαίου κατάβασις. Ἐπιμενούσης δὲ τῆς τάσεως ἐπὶ χρόνον ἱκανὸν, ὠφελοῦνται καιόμενοι τὸ κατὰ τοῦ τένοντος δέρμα.

Κεφ. σλα'. Τρομώδεσι δὲ ἁρμόζει πινόμενα καστόριον μετὰ μελικράτου, λαγωοῦ ἐγκέφαλος ἑφθὸς ἐσθιόμενος, κράμβη ἑφθὴ ἐσθιομένη, ἀλθαίας ῥίζας ἀφέψημα, δαμασωνίου φύλλων < α' μετὰ μελικράτου· εὐπατώριον σὺν ὕδατι ἐπὶ πλεῖον πινόμενον.

Κεφ. σλβ'. Γλώσσης παραλυθείσης, ἁρμόζει ὀπὸς, καὶ ὀπόφυλλον μετὰ ῥοφήματος λαμβανόμενον, καὶ σταφὶς ἀγρία καὶ πέπερι καὶ σίνηπι διαμασσώμενα.

Κεφ. σλγ'. Παραλυτικοῖς δὲ ποιεῖ ποτὰ καρδαμώμου < α' σὺν ὕδατι ἢ οἴνῳ· καππάρεως τοῦ ἐκ τῶν ἀπίων καρποῦ < β' σὺν οἴνῳ· τῆς ῥίζης ὁμοίως· καστόριον ἐν

Cap. CCXXX. Ista vero in tetano et convulsivis tremoribus convenienter inunguntur: castorium cum oleo, simili modo et hypericum, peucedani liquor, picinum oleum, sampsuchum cum farina hordeacea, lixivium ficulneum cum oleo. Convenit et frequens cervicis illitus ex oleo, et in ipsius olei solium descensus. Quod si tensio longiore tempore perseverarit, cutis iuxta tendinem ustio iuvabit.

Cap. CCXXXI. Tremulis haec assumpta prosunt: castorium ex melicrato bibitum, coctum leporis cerebrum, in cibo sumptum, brassica cocta esitata, althaeae radicis decoctum, foliorum damasonii drachma una cum melicrato, eupatorium denique ex aqua largius haustum.

Cap. CCXXXII. Linguae resolutae confert laser, itemque silphii semen in sorbitione sumptum: sic et staphis agria, piper et sinapi commanducata.

Cap. CCXXXIII. Paralyticos iuvant in potu sumpta cardamomi drachma una ex aqua aut vino, radicis aut seminis capparis, quod pericarpiis pyri formam refe-

ὕδατι, ἢ μελικράτῳ, ἢ οἴνῳ· πενταφύλλου ῥίζης χυλός· καὶ ἀρθριτικοῖς ἁρμόζοντα συγχρίσματα ἐπιτηδείως παραλαμβάνεται ἐπὶ παραλύσεως, κόστος σὺν ἐλαίῳ, καὶ τὰ θερμαντικὰ τῶν ἀκόπων.

Κεφ. σλδ΄. Ποδαγρικοῖς καὶ ἀρθριτικοῖς πινόμενα ὠφελεῖ ἀμώμου ἀφέψημα, ἀνδρόσακες μεθ᾽ ὕδατος, κενταυρίου λεπτοῦ χύλισμα, μήου ἀπόζεμα, πήγανον ἄγριον σὺν ἀνήθῳ ἀποζεσθέν· ὀπόφυλλον καὶ ὀπὸς σὺν τροφῇ λαμβανόμενος· χαμαίδρυος ἀπόζεμα, βετονίκης πόα μετ᾽ οἴνου πινομένη· ὠφελεῖ καὶ ἐχιδνοφαγία.

Κεφ. σλε΄. Καταχριόμενα δὲ ποδάγρας καὶ ἀρθρίτιδας ὠφελεῖ, (ἢ καταντλούμενα ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ κεφαλαίου·) καταπλασσομένη ἄσβεστος λεία, ὄξει φυραθεῖσα καὶ ἐπιτεθεῖσα· ἐπιχρίειν δὲ δεῖ ἐλαίῳ ἢ κηρωτῇ πρὸς τὸ μὴ ἑλκοῦσθαι· ἢ ἄσβεστον καὶ ὄστρακον ἴσα μετ᾽ ὄξους καὶ ῥοδίνου ἀνειλημμένα, ἢ ἀξουγγίου· ὀπὸς μήκωνος μετ᾽ ὄξους καὶ ῥοδίνου καταχριόμενος· ποιεῖ δὲ δυςκινήτους καὶ βαρεῖς τοὺς πόδας· παραχρῆμα δὲ ποιεῖ ἀπόνους τοῦτο· φλόμου τὰ ἀπα-

rentibus continetur, drach. ij. in vino, castorium ex aqua aut melicrato, aut etiam vino: denique quinquefolii e radice succus. Porro, quae arthriticis conveniunt inunctiones, etiam in resolutione recte adhibentur. Benefacit et costus cum oleo, quaeque ex acopis calfaciendi vi pollent.

Cap. CCXXXIV. Podagricis et arthriticis haec assumpta subveniunt: amomi dococtum, androsaces cum aqua, succus e centaurio minore, mei decoctum, ruta sylvestris cum anetho fervefacta, silphii semen cum cibis sumptum, uti et eiusdem liquor, chamaedryos decoctum, betonica herba in vino pota. Iuvat et esus viperarum.

Cap. CCXXXV. Podagras et arthritidas iuvant, quae sequuntur, partim illinenda, partim cataplasmatum more imponenda, partim etiam affundenda, uti quae sub finem capitis commemorantur: calx viva trita, aceto subacta et imposita: inungi vero oportet oleo aut cerato, vitandae exulcerationis gratia: calx viva et testa aequis portionibus aceto et rosaceo exceptae aut axungia: liquor papaveris cum aceto et rosaceo inunctus dolores quidem quamprimum

λώτατα τῶν φύλλων, μετὰ βολβοῦ καὶ ἀλφίτου καὶ ὕδατος καταπλασσόμενα· καὶ κάππαρις, ἣν ἐσθίομεν, βραχεῖσα ἐν ὕδατι καὶ τριβεῖσα, εἶτα ἐγχρισθεῖσα μετ' ἐλαίου ὡς κηρωτὴ, καὶ ἐν ὀθονίῳ ἐπιτεθεῖσα· αἰγίλωψ, ἢ ἀείζωον σὺν κριθίνῳ ἀλεύρῳ καταπλασθὲν, πράσιον μεθ' ἁλῶν, βολβοὶ μετὰ μέλιτος, αἰγείρου φύλλα ἐν ὄξει ἑφθὰ, αἷμα καταμήνιον καταχριόμενον, ἀκτῆς καυλοὶ σὺν τοῖς φύλλοις λεῖοι μετὰ πρασίου καὶ στέατος, ὑοσκυάμου φύλλα, ἅλες σὺν ἐλαίῳ, ἀμόργη ἐλαίου πρόσφατος θερμὴ μὲν, ἀνεψητὸς δὲ, καταντληθεῖσα, ἀμμωνιακὸν σὺν πίσσῃ ξηρᾷ μαλαχθὲν καὶ καταχριόμενον, ἀνδρόσακες καταπλασσόμενον, ἀπόπατος βοὸς θερμὴ καταπλασσομένη· αἰγὸς ἀπόπατος λεῖος σὺν ἀξουγγίῳ, ἢ αἰγείῳ παλαιῷ στέατι· ἀφρόνιτρον καὶ λιβανωτὸς σὺν ἀξουγγίῳ· σμύρνα καὶ πευκέδανον, στύραξ, ὄπιον, ὑοσκύαμος, ἴσα σὺν κηρωτῇ· ἄρου ῥίζα σὺν βολβίτῳ καὶ ὄξει, περσικῶν φύλλα σὺν ἀξουγγίῳ, ἀσφοδέλου ῥίζα σὺν ἀλφίτῳ καὶ ῥοδίνῳ καὶ ὕδατι, κωνείου σπέρμα σὺν λιθαργύρῳ, λευκοΐου ῥίζα σὺν ὄξει ἑφθὴ, λιβανωτίδος φύλλα σὺν ὄξει καὶ αἰρίνῳ ἀλεύρῳ, λίθος

sedat, sed pedes et graves et ad motum ineptos reddit: verbasci tenerrima folia cum bulbo, polenta et aqua imposita: capparis, qua vescimur, in aqua macerata tritaque, dein cum oleo ad cerati consistentiam redacta, et ex linteolo imposita: aegilops aut sempervivum cum hordeacea farina impositum, marrubium cum sale, bulbi cum melle, populi nigrae folia in aceto cocta, sanguis menstruus inunctus: sambuci caules cum foliis triti, additis marrubio et adipe: hyoscyami folia, sal cum oleo: amurca olei recens calensque sed non cocta, affusa: ammoniacum cum pice arida emollitum et illitum, androsaces adhibitum, stercus bubulum calens impositum, stercus caprinum tritum cum axungia aut veteri caprillo adipe, spuma nitri et tus cum axungia: myrrha et peucedanum, styrax, opium et hyoscyamus aequis partibus cum cerato: ari radix cum fimo bubulo et aceto, persicae mali folia cum axungia, asphodeli radix cum polenta, rosaceo et aqua, conii semen cum lithargyro, leucoii radix cum aceto cocta, libanotidis folia cum aceto et loliaçea farina,

ἄσσιος λεῖος ἐν ἐρεγμῷ· μήκωνος ὀπὸς σὺν γυναικείῳ γάλακτι καὶ κρόκῳ καὶ κηρωτῇ ῥοδίνῃ, μιγέντα καὶ ἐπιτεθέντα. Καὶ τὰ φύλλα δὲ καὶ αἱ κωδίαι σὺν ἀλφίτῳ καταπλασσόμεναι, μιγνυμένων καὶ ὑοςκυάμου φύλλων· δεῖ δὲ αὐτὰ καὶ ἀλεύρῳ κριθίνῳ ἀναλαμβάνοντα ξηραίνειν ὡς τροχίσκους· ἐπὶ δὲ τῆς χρείας ὄξει διαλύειν. Ὀποπάνακες μετὰ σταφίδος ἐδωδίμου· χελιδονίου, τοῦ καλουμένου πυροῦ ἀγρίου, ῥίζα λεία, σαγάπηνον σὺν ἐλαίῳ καταχρισθέν. Σέρις μετὰ πάλης ἀλφίτου, ἢ σέλινον, ἢ κιχώριον, ἢ ἀνδράχνη, ἢ στρύχνον, ἢ περδίκιον· ἢ σησάμινον ἔλαιον, σίκυος ἀγρίου ῥίζα ἐν ὄξει ἑφθή, σιδήρου ἰὸς ἐν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ, σιδήρου σκωρία ὄξει ζεσθεῖσα καὶ καταντλουμένη, σκόρδιον μετ᾽ ὄξους δριμέως καταχριόμενον ἢ καταπλασσόμενον σὺν ὕδατι, στέαρ αἴγειον σὺν αἰγὸς σπυράθοις καὶ κρόκῳ καὶ στύρακι, ἢ σὺν κισσοῦ φύλλοις λείοις ἢ περδικίου, συκῆς ὀπὸς μετὰ σητανίου ἀλεύρου καὶ ὄξους, σταφίδες ἐκγεγιγαρτισμέναι μετὰ γάλακτος, ἄσφαλτος περιχριομένη μετὰ τῆς ὠμῆς λύσεως ἑφθή, τυρὸς ἁπαλὸς καταπλασσόμενος, κράμβης πικροτάτης τὰ φύλλα

assius lapis tritus cum farina fresa: papaveris liquor cum lacte muliebri, croco et cerato rosaceo mixtus et impositus: folia etiam papaveris, itemque capita cum polenta imposita, etiam additis hyoscyami foliis: haec eadem excepta hordeacea farina redigenda in pastillos, qui exsiccandi sunt et, cum usus postulaverit, aceto diluendi: opopanax cum uva passa cibaria: chelidonii, quod sylvestre triticum appellatur, radix contrita: sagapenum cum oleo inunctum, seris cum polline polentae, aut apium, aut cichorium, aut portulaca, aut solanum, aut perdicium: sesaminum oleum: cucumeris sylvestris radix in aceto cocta: rubigo ferri cum aceto et rosaceo: scoria ferri in aceto fervefacta et affusa: scordium cum acri aceto illitum, aut cum aqua cataplasmatis more impositum: sevum caprillum cum baccis caprae, croco et styrace, aut cum hederae perdiciive foliis tritis: fici liquor cum trimestris tritici farina et aceto, uvae passae, quibus exempta sint vinacea, cum lacte, bitumen cum cruda farina hydrelaeo subacta coctum et illitum, caseus mollis pro cataplasmate impositus, brassicae amarissimae

καυθέντα καὶ ἀναληφθέντα κηρωτῇ κυπρίνῃ· ποιεῖ λευκῶν ἐλαιῶν χυλὸς καταντλούμενος, καὶ αἱ λευκαὶ ἐλαῖαι καταπλασσόμεναι, γογγύλης ἐγκρυβείσης πυρὶ καὶ ὀπτηθείσης τὸ ἔσωθεν καταπλασσόμενον λεῖον, μυροβάλανος καταπλασσομένη σὺν ἀλεύρῳ αἰρίνῳ καὶ μελικράτῳ· φῦκος, ἢ βρύον θαλάσσιον, μελισσόφυλλον, μανδραγόρου ῥίζα σὺν ἀλφίτῳ καταπλασσομένη, ἢ πήγανον, σίνηπι σὺν μέλιτι, βάλανος μυρεψικὴ σὺν πάλῃ ἀλφίτου, γάλα γυναικεῖον μετὰ κωνείου, γαλῆς καείσης ἡ τέφρα μετ᾽ ὄξους, γλήχων μετ᾽ ἀλφίτου, ἑλξίνη σὺν τραγείῳ στέατι ἢ κηρωτῇ, ἡλιοτροπίου τοῦ μεγάλου τὰ φύλλα σὺν τοῖς καυλοῖς· θαψίας χυλὸς καταχριόμενος πρὸς ὀλίγον, ἐφ᾽ ὧν τὴν ἐπιφάνειαν βούλῃ ῥευματίσαι· θεῖον ἄπυρον σὺν ὕδατι καὶ νίτρῳ ὁμοίως, καστόριον σὺν ἐλαίῳ συγχριόμενον, κολοκύνθης ξύσματα λεῖα καταπλασσόμενα, κράμβης ὠμῆς χυλὸς μετὰ τηλίνου ἢ φακίνου ἀλεύρου ἢ ὄξους, ἀχράδες σὺν ἀλεύρῳ κριθίνῳ καὶ ὄξει, αἴρινον ἄλευρον φυραθὲν ἀφεψήματι κωδίων. Καταντλεῖται δὲ ὠφελίμως ἐπ᾽ αὐτῶν γογγυλίδων σὺν ἅλμῃ ἑψηθεισῶν τὸ

folia usta exceptaque cerato cyprino: benefacit et olivarum albarum succus affusus, ac ipsae quoque olivae albae pro cataplasmate appositae, rapi sub cineribus cocti pars interior trita et imposita, glans unguentaria cum farina lolii et melicrato adhibita, fucus muscusve marinus, apiastrum, mandragorae radix imposita cum polenta, ruta, sinapi cum melle, glans unguentaria cum polline polentae, lac muliebre cum conio, mustelae crematae cinis cum aceto, pulegium cum polenta, helxine cum hircino adipe vel cerato, heliotropii maioris folia cum caulibus: thapsiae succus iis paulisper illitus, in quibus fluxionem ad summam cutem evocare placet: sulphur vivum cum aqua et nitro similiter, castorium cum oleo illitum, cucurbitae ramenta trita et adhibita, brassicae crudae succus cum foeni graeci lentiumve farina et aceto: pyra sylvestria cum farina hordeacea et aceto, lolii farina subacta cum decocto capitum papaveris. Ista etiam utiliter fotus vice affunduntur: raporum in muria elixorum

ἀφέψημα, θάλασσα θερμὴ, ἰτέας φύλλων καὶ φλοιοῦ ἀφέψημα.

Κεφ. σλς'. Πώρους δὲ τοὺς ἐπὶ ποδαγρικῶν, καὶ τὰς συστροφὰς τῶν νεύρων λύει ἀμμωνιακὸν σὺν πίσσῃ ξηρᾷ ἐπιτεθὲν, βδέλλιον σιέλῳ ἀσίτου μαλαχθὲν, κάνναβις ἀγρία καταπλασθεῖσα, στύραξ μαλαχθεῖσα ἐν σιέλῳ, σήσαμον καταπλασθέν.

Κεφ. σλζ'. Ἰσχιαδικοὺς δὲ ὠφελεῖ πινόμενα ἑλιχρύσου ἀφέψημα, ἐρυθροδάνου σὺν οἴνῳ· (ἄγει δὲ αἷμα δι' οὔρων· λούειν δὲ δεῖ καθ' ἡμέραν τὸν πίνοντα·) ἐρύσιμον σὺν οἴνῳ· σμυρνίου σπέρμα ὁμοίως, καρδάμου < α' σὺν οἴνῳ, ὑπερικόν· καππάρεως τοῦ ἐκ τῶν ἀπίων καρποῦ < β'. αἷμα δὲ ἄγουσιν· ἢ τῆς ῥίζης τοῦ φλοιοῦ < α' ὁμοίως· μήκωνος κερατίτιδος τῆς ῥίζης, ἢ τῆς πόας ὀξύβαφον ἑψηθὲν σὺν ὕδατι κοτύλαις δ' εἰς τὸ ἥμισυ· ἴρεως ῥίζα σὺν γλυκεῖ· πήγανον ἄγριον καὶ ἥμερον σὺν ἀνήθου ἀφεψήματι < α' σὺν οἴνῳ· σπαρτίου τὰς ῥάβδους σὺν τοῖς φύλλοις ἐν ὄξει βρέχων πλειο-

decoctum, aqua marina calens, salicis foliorum et corticis decoctum.

Cap. CCXXXVI. Tophos podagricorum nervorumque collectiones seu nodos dissolvunt haec: ammoniacum cum arida pice impositum, bdellium ieiuni saliva emollitum, cannabis sylvestris imposita, styrax saliva emollitus, sesamum denique adhibitum.

Cap. CCXXXVII. Ischiadicis auxilio sunt haec in potu sumpta: elichrysi decoctum itemque rubiae cum vino: (sed hoc sanguinem per urinas educit: bibentem vero quotidie lavari oportet:) erysimon cum vino, smyrnii semen eodem modo, nasturtii seminis drachma cum vino, hypericum, seminis capparis, quod pericarpiis pyri formam referentibus continetur, drach. ij: (ducunt vero sanguinem:) cortex radicis capparis drach. j. pondere simili modo: papaveris cornuti radix herbave aceatbuli mensura decocta in aquaè heminis quatuor ad dimidias: iridis radix cum passo, rutae sylvestris et domesticae drach. j. cum anethi decocto aut vino: succus e spartii ramulis simul et

νας ἡμέρας, ἔπειτα κόψας καὶ χυλίσας, καὶ πιεῖν δὸς ἕνα κύαθον· σύμφυτον πετραῖον ἑψηθὲν σὺν ὑδρομέλιτι, πενταφύλλου ῥίζης ὁ χυλός· ἀβροτόνου ἀφέψημα, καὶ τοῦ καρποῦ < α′ μετ᾽ οἴνου· ἀγαρικοῦ < α′ μετ᾽ οἴνου, αἰθιοπίδος ἀφέψημα μετ᾽ οἴνου, πολύγονον μετ᾽ οἴνου, ἀρκτίου ῥίζα μετ᾽ οἴνου καὶ τὸ ἀφέψημα, κενταυρίου ἀπόζεμα, ἀλθαίας ῥίζης ἀφέψημα· ἀμμωνιακοῦ < α′ σὺν μιλικράτῳ ἢ ὕδατι· ἄγει δὲ αἷμα δι᾽ οὔρων· ὑπερικοῦ ἢ ἀνδροσαίμου < β′ σὺν μελικράτῳ κο. γ′. ἄγουσι δὲ κόπρον πολὺν καὶ φλέγμα· ἀρκευθίδες μετ᾽ οἴνου, ἀσπαράγου ῥίζης ἀφέψημα καὶ ὁ καρπὸς, ἄσφαλτος ἀντὶ καταποτίου λαμβανομένη, βαλσάμου καρποὶ ἓξ σὺν μελικράτῳ, χαμαικίσσου φύλλα τρία ἐπὶ ἡμέρας μ′. χαμαιπεύκης < β′ μετ᾽ οἴνου· σαγαπηνοῦ < β′ μεθ᾽ ὕδατος ἐπὶ ἡμέρας γ′ λαμβανόμεναι.

Κεφ. σλη′. Κλυσμοὶ δὲ ἁρμόζουσιν ἐπ᾽ ἰσχιαδικῶν γάρος ἐξ ἰχθύων ταριχηρῶν καὶ σιλούρων, ἴρεως ἀπόζεμα, κενταυρίου τοῦ λεπτοῦ, κολοκυνθίδος, ἀριστολοχίας ῥίζης

foliis plusculis diebus in aceto maceratis moxque tusis expressus, cyathi unius mensura bibitus: symphytum petraeum coctum in aqua mulsa, quinquefolii e radice succus: abrotani decoctum, eiusdemque seminis drach. j. cum vino: agarici drach. j. cum vino, aethiopidis decoctum in vino, polygonum cum vino: arctii radix cum vino, ac eius decoctum, centaurii decoctum, itidemque althaeae radicis: ammoniaci drach. j. cum melicrato vel aqua: (sanguinem vero per urinas educit:) hyperici aut androsaemi drach. ij. cum heminis aquae mulsae tribus: (copiosum stercus ac pituitam educunt:) iuniperi baccae cum vino, asparagi radicis decoctum ac semen ipsum, bitumen instar catapotii devoratum, balsami fructus cum melicrato, hederae terrestris folia terna diebus quadragenis sumpta, chamaepeuces drach. ij. cum vino, sagapeni binae drachmae ternis diebus sumptae cum aqua.

Cap. CCXXXVIII. Ischiadicis etiam ista commode clysteribus infunduntur: garum e piscibus salitis, item e siluris: decocta iridis, centaurii minoris, colocynthidis,

ὁμοίως σὺν ὕδατι, θλάσπιος σπέρμα λεῖον ἐνεθὲν ἢ καὶ ἑψηθὲν ἐν ὕδατι, λεοντοπετάλου ῥίζα ἀφεψηθεῖσα ἐν ὕδατι, ἅλες ἢ νίτρον σὺν μελικράτῳ, ἅλες σὺν πτισάνης χυλῷ, σπάρτον θαλάσσῃ βρέξας ἐφ᾽ ἱκανὰς ἡμέρας, εἶτα ἐγκόψας καὶ χυλίσας, ἐνες· αἷμα δὲ ἄγει· κολοκυνθίδος ἐντεριῶναι ἐν πιτύρων ἀφεψήματι ἀποβραχεῖσαι· ὠφελοῦνται δὲ λίαν, εἰ προκλύσας τις αὐτοὺς ἐξ οἴνου κλύσματι, σικύους ἀγρίους ἐναποθλίψῃ τῷ δακτυλίῳ· αἷμα γὰρ ἄγουσι.

Κεφ. σλθ΄. Μετὰ τὸ κλῦσαι ποιεῖ τὸ νάπυ μέχρι πυρώσεως ἐντιθέμενον μετὰ κηρωτῆς τοιαύτης· κηροῦ λίτρ. α΄, κυπρίνου λίτρ. γ΄, ὀποπάνακος γο. β΄. [ἐν ἄλλῳ γο. α΄.]

Κεφ. σμ΄. Καταπλάσσεται δὲ ἐπ᾽ ἰσχιαδικῶν πύρινον ἢ κρίθινον ἄλευρον ἑψηθέντα μετ᾽ ὀξυκράτου καὶ πίσσης, αἴρινον ἄλευρον ἑφθὸν μετὰ μελικράτου, καὶ λινοσπέρμου, καὶ νίτρου, καὶ συκῶν ἑφθῶν· ἢ σισυμβρίου σπέρμα, κολοκυνθὶς ἴσα· μυροβάλανος σὺν μελικράτῳ καὶ αἰρίνῳ ἀλεύρῳ, τῆλις μετ᾽ αἰρίνου ἀλεύρου, καὶ ὀπὸς συκῆς μετ᾽

similiterque radicis aristolochiae ex aqua: thlaspios semen tritum inditum, aut etiam in aqua decoctum: leontopetali radix decocta ex aqua, sal seu nitrum cum melicrato, sal cum ptisanae cremore, succus e sparto pluribus diebus aqua marina macerato deindeque tuso expressus iniectusque, qui quidem sanguinem ducit: colocynthidis medullae in furfurum decocto maceratae. Plurimum etiam iuvantur ischiadici, si quis, infuso prius enemate ex vino, eorum sedi expressum sylvestrium cucumerum succum immittat: siquidem sanguinem etiam ducunt.

Cap. CCXXXIX. Post infusa enemata praeclare faciet sinapi, quousque fervorem excitet, adhibitum cum eiusmodi cerato, e cerae lib. j., cyprini lib. iij., opopanacis unc. ij. [in alio exemplari unc. j.]

CCXL. Ischiadicis cataplasmatum more imponuntur ista: triticea hordeaceave farina cocta cum posca et pice: loliacea farina cocta cum aqua mulsa, lini semine, nitro et ficubus coctis: sisymbrii seminis et colocynthidis pares portiones: glans unguentaria cum aqua mulsa et lolii farina, foenum graecum cum farina loliacea, fici lacteus liquor cum

ὄξους, πίσσα σὺν ὄξει ἐν ὀθονίῳ, καὶ γῦρις ἑφθὴ, καλάμου φραγμίτου ῥίζα μετ᾽ ὄξους· καλαμίνθη μετ᾽ οἴνου· ἐπικαίει δὲ τὴν ἐπιφάνειαν· λεπίδιον ὁμοίως, ὡς τέταρτον ὥρας ἐπιτιθέμενον· δεῖ δὲ θερμῷ ὑποκλύζειν αὐτούς· ποιεῖ δὲ καὶ κάρδαμον σὺν ὄξει καὶ ἁλσὶν ἴσοις, σελίνου φύλλα σὺν οἴνῳ ἑψηθέντα· θέρμινον ἄλευρον σὺν ὄξει. Τὰς δὲ ἀρχομένας ἰσχιάδας ναρθηκισμὸς[54] θεραπεύει ἄχρις ἀπαλλαγῆς· καὶ τὸ σύγχρισμα τοῦτο· σμύρνης, ἀφρονίτρου, πεπέρεως, ἰρίνου ὑποστάθμης, ὄξους αὐτάρκες· ἢ σῦκον, νάπυ, νίτρον, κολοκυνθὶς, ἶσα ἀφεψηθέντα καὶ συντεθέντα· ἢ θύμον, ἢ θύμβρα μετ᾽ οἴνου καὶ ἀλφίτου, ἢ κολοκυνθίδος χλωρᾶς ὁ χυλὸς ἀναμισγόμενος· σίλφιον λεῖον, ἢ πευκέδανον σὺν ἐλαίῳ ἀνατριβόμενον· σκαμμωνίας ῥίζα σὺν ἀλεύρῳ κριθίνῳ καταπλασσομένη· σπάρτον ἐν ὄξει βραχὲν ἐφ᾽ ἱκανὰς ἡμέρας, καὶ κοπὲν, καὶ χυλισθὲν, καὶ μιγὲν νίτρῳ, καὶ συναλειφόμενον· ποιεῖ καὶ πρὸς τὰ συντεταμένα τῶν νεύρων· ποιεῖ καὶ ὁ τῶν σωματεμπόρων δρώπαξ, συνεχῶς προςτιθέμενος· ἔστι δὲ πίσσα

54) Galen. meth. med. lib. 14. c. 16. p. 998.

aceto, pix cum aceto inducta linteolo, pollis decoctus, arundinis phragmitis radix cum aceto: calamintha cum vino, (summam cutem autem adurit:) lepidium similiter ad horae quartam partem impositum: (sed aegros deinde aquae calidae balneo immergi oportet.) Facit et nasturtium cum aceti et salis pari quantitate, apii folia in vino decocta, lupinorum farina cum aceto. Incipientes ischiadas sanant ad liberationem usque ferulis inflicta verbera, itemque hoc linimentum, e myrrha, spuma nitri, pipere, unguenti irini sedimento et aceti modo sufficienti. Aut: ficus, sinapi, nitrum, colocynthis aequis partibus decoquantur, fiatque medicamentum. Aut: thymus thymbrave cum vino et polenta, aut admixto colocynthidis virentis succo usurpentur. Confert etiam silphium tritum aut peucedanum cum oleo affrictum, scammoniae radix imposita cum farina hordeacea, expressus spartio in aceto pluribus diebus macerato tusoque succus, addito nitro inunctus: (hic etiam facit ad nervorum distentionem.) Prodest et dropax mangonum frequenter adhibitus, qui quidem constat

υγρὰ μετὰ ξηρᾶς πίσσης ἑψημένη πρὸς ἴσην· μήκωνος ἀγρίας φύλλα καὶ κωδίαι σὺν ἀλφίτῳ καταπλασσόμενα· δεῖ δὲ καὶ ξηραίνειν αὐτὰ μίσγοντα ἄλευρον, καὶ ποιοῦντα τροχίσκους, ἀποτιθέναι, ἐπὶ δὲ τῆς χρείας ὄξει ἀναλύειν· ποιεῖ δὲ καὶ κρίθινον ἄλευρον μετ᾽ ἀφεψήματος κωδίων ἢ μελικράτου.

Κεφ. σμα΄. Πυρίαι δὲ ἰσχιάδος καὶ τῶν ἄλλων ἀλγημάτων ἱκανῶς ἐνεργοῦσαι· βοὸς νομάδος πρόσφατον ἀπόπατον ἐνειλήσας φύλλοις, καὶ θερμάνας ἐν θερμοσποδιᾷ, ἐμπλάσας εἰς ὀθόνιον ἐπίθες· ἅλες φρυκτοὶ ἐν σάκκῳ, ἢ κέγχρος, ἢ ἀμφότερα μιγέντα, ἢ ἔλυμος ὁμοίως· ἢ πίτυρα ἑφθὰ σὺν δάφνης φύλλοις καὶ ἅλμῃ, ἢ θαλάσσῃ, ἢ μελικράτῳ, ὁμοίως εἰς σάκκον βαλλόμενα ἐκ πυκνοῦ πεποιημένου ῥάκους.

Κεφ. σμβ΄. Καύσεις δὲ ἰσχιαδικῶν ὠφελοῦσιν αὗται· σπυράθους αἰγὸς πυρώσας ἐπιτίθει ἐπὶ τὸ μεταξὺ μέρος[55] *τοῦ ἀντίχειρος κοῖλον, ἔλαιον προϋποχέας, ἢ ἔριον ἐλαίῳ βρέξας καὶ ὑποθεὶς, πύρωσον, ἕως ἂν οὗ διὰ τοῦ βραχίονος*

55) Vulg. *τῶν οὐρῶν.*

e liquidae simul et aridae picis aequis partibus coctis: sylvestris papaveris folia simul et capitula imposita cum polenta: eadem etiam admixta farina siccanda et in pastillos redigenda, qui reponantur, usuque postulante aceto dissolvantur. Facit et hordeacea farina cum decocto capitum papaveris aut aqua mulsa.

Cap. CCXLI. Fomenta, quae tum in ischiade, tum in doloribus aliis auxilii plurimum afferunt: armentalis bovis fimum foliis involutum et cinere ferventi calfactum inducito linteolo, atque imponito. Fotus etiam vicem praestant sal torrefactus, saccellis inditus, et milium, seu per se, seu etiam simul mixta adhibeantur: similiter et panicum. Sunt et usui furfures cum lauri foliis et muria aquave marina vel aqua mulsa cocti, saccis e densiore panno paratis similiter inditi.

Cap. CCXLII. Conferunt et ischiadicis ustiones huiusmodi: fimi caprini ferventes pilulas imponito ei cavo, quod est inter pollicem et indicem, infuso tamen prius oleo, aut substrata prius lana oleo imbuta: atque sic urito, donec ustionis sensus per brachium ad coxendicem

αἴσθησις ἐπὶ τῷ ἰσχίῳ ἔλθῃ· ἢ πήλινον κυκλίσκον ποιήσας μέγεθος ἀσσαρίου, βάθος δὲ δακτύλου, ἐπίθες ἐπὶ τὸν ἀλγοῦντα τόπον· ἔρειδε δὲ κατ᾽ αὐτοῦ πεπυρακτωμένον βακτήριον, ἄχρις αἰσθήσεως δυςανασχέτου· ἢ ἀποτείνας τὸ δέρμα κατὰ τὸν ἀλγοῦντα τόπον, διαίρει γραφίδι πεπυρωμένῃ ἐκ διδακτυλιαίου διαστήματος. Λίβυες δὲ πυραμίδα ποιήσαντες ἐκ λωτοῦ πρισμάτων καὶ θείου ἀπύρου καὶ ἐλατηρίου, ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τὸ ἀλγοῦν μέρος, προϋποτιθέντες διπλοῦν ὀθόνιον, ἢ ταινίδιον, ἢ λεπτὸν ὄστρακον, ἐφ᾽ ὧν ἐπιτιθέασιν ἡμμένην τὴν πυραμίδα· Μαρμάριδες[56] *ὑγροῖς ξύλοις ἐλαΐνοις περικεχυμένοις καίουσι θερμαίνοντες αὐτὰ, ὥςτε μὴ καίεσθαι, θερμὰ δὲ καὶ ἔνικμα γίγνεσθαι. Πάρθοι δὲ μολυβδοῦν σωλῆνα ποιήσαντες ἀπύθμενον, ἔχοντα ὦτα, ἐπὶ τὰ ἀλγοῦντα ἐπιτιθέασιν, προϋποχρίσαντες τὴν βάσιν τοῦ σωλῆνος σταιτὶ πρὸς τὸ μὴ παρεκρυῆναι τὸ ἔλαιον· περιβάλλουσιν δὲ ἱματίοις ἐπιμελῶς, πρὸς τὸ μὴ βλάπτεσθαι ὑπὸ τῶν ἀποῤῥεομένων ῥανίδων· ἔπειτα καθιᾶσι ζεστὰ καυστήρια μ′ ἢ ν′, ἄ-*

56) Cf. Diosc. lib. 2. c. 204.

perveniat. Aut: e luto formatum orbiculum assis magnitudine, digiti vero crassitie, dolenti loco imponito, huicque bacillum candentem apprimito, quoad aeger ustionem amplius tolerare vix possit. Aut protensam protractamve longius cutim loco affecto vicinam ignito stylo dividito, interiecto duorum digitorum intervallo. Afri incensam pyramidem e loti ramentis, sulphure vivo et elaterio conflatam dolenti parti applicant, substrato prius duplici linteo fasciave, aut tenui testa. Marmaridae ustionem administrant, circumpositis parti humentibus lignis oleaginis, quae non quidem incendunt, sed ita calfaciunt, ut humorem exsudent, qui deinde in partem affectam guttatim exstillet. Parthi vero plumbeum tubulum utrinque pertusum et ansatum dolentibus locis imponunt, obducta prius ipsius tubuli basi subacta farina, ut ne oleum, quod tubulo indendum est, praeterfluat: vestibus vero ipsum diligenter circumtegunt, ut ne guttis destillantibus partes vicinae laedantur. Tum postea ferventia cauteria quadraginta aut quinquaginta subinde immittant, dum circa partem me-

χρις ἂν οὗ αἴσθησίς τις περὶ τὸν τόπον γένηται· περιμάττουσι δὲ καὶ τὸ πρόςωπον ψυχρῷ ὕδατι, διὰ τοὺς ἐκ τῆς θερμασίας ἐπιγενομένους ἱδρῶτας· καὶ διὰ τοῦτο περιβεβλῆσθαι δεῖ, καὶ μὴ λίαν πληροῦν τὸν σωλῆνα· ὑπερχεῖται γὰρ ἐν τῇ ζέσει. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον. Τὰ δὲ λοιπὰ ἐν τῷ ἑξῆς διελευσόμεθα.

diocrem aeger senserit ustionem: sed et interim frigida faciem illius abstergunt, ob sudores ex fervore supervenientes. Porro et iccirco circumiectis vestibus probe muniendae vicinae partes, neque nimium implendus oleo tubulus, ut ne id effervescens parte superna refundatur, illasque adurat. Et de his quidem hactenus: reliqua proxime sequenti libro prosequemur.

[ΠΕΔΑΝΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΣ]
ΕΥΠΟΡΙΣΤΩΝ ΚΑΙ ΑΠΛΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Τὴν τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἐνέργειαν ἐν δυσὶ καταχωρήσαντες βιβλίοις, τιμιώτατε Ἀνδρόμαχε, καὶ ἀμφοτέρω σοὶ ἀναθέντες, ἐπελθόντες τε ἐν τῷ πρὸ τούτου βοηθήματα ἁρμόζοντα τοῖς περὶ κεφαλὴν καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ ἀρτηρίας καὶ τὴν λοιπὴν ἐπιφάνειαν συνισταμένοις πάθεσιν, ἐν τούτῳ περὶ τῶν λειπομένων διευκρινήσομεν· ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν περὶ τὸν στόμαχον συνισταμένων παθῶν, προδιαστειλάμενοι, ὅτι ἐπὶ

[PEDANII DIOSCORIDIS ANAZARBEI]
DE FACILE PARABILIBUS SIMPLICIBUSQUE MEDICAMENTIS LIBER POSTERIOR.

Quoniam, spectatissime Andromache, morborum curationes per simplicia medicamenta duobus libris distinximus, quorum utrumque tibi dedicavimus, et priore quidem auxilia capitis, oculorum, faucium, ac summae cutis extremarumque partium affectibus conferentia complexi sumus: iam superest, ut in hoc posteriore de reliquis agamus, a stomachi vitiis facto initio. Sed prius lectorem monitum velim, quotiescunque iis, quae ore sunt assumenda, certam

τῶν πινομένων, ἐφ᾽ ὧν τὰς ποσότητας οὐ προσγράφομεν, ἡ μὲν ἐλαχίστη πόσις ἐστὶ τριώβολον· ἡ δὲ μέση δραχμὴ μία· ἡ δὲ τελεία δραχμαὶ δύω.

Τὰ τῶν περὶ τὸν στόμαχον καὶ τὰ ὑποχόνδρια συνισταμένων παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. α΄. Τοὺς χρονίως καυσουμένους τὸν στόμαχον ὠφελεῖ ἅμα καὶ δίψαν παύει γλυκυῤῥίζης χυλὸς πινόμενος, καὶ ἡ ῥίζα σὺν ὕδατι· ἑλίκων ἀμπέλου ἀπόβρεγμα, ἀνδράχνης χυλὸς καὶ αὐτὴ ἐσθιομένη, σέριδος χυλὸς καταῤῥοφούμενος· πολυγόνου χυλὸς ὁμοίως. Ἐπὶ δὲ τῶν ἐξ ἀσθενείας ἀναλαμβανόντων δίψαν παύει κράμβη ἐσθιομένη ἔνωμος, σῦκα ἁπαλὰ, στρόβιλοι ἐσθιόμενοι, σύμφυτον πετραῖον διαμασσώμενον. Καταπλασσόμενα δὲ ὠφελεῖ στομάχους καυσουμένους καθ᾽ ἑαυτὸ καὶ σὺν ἀλφίτῳ ἀειζώου ῥίζα, κοτυληδόνος φύλλα, κύπρου φύλλα, πολύγονον, σέρις, σόγχος, σέλινον, στρύχνον κηπαῖον, ἕλικες ἀμπέλου καὶ τὰ φύλλα, ἀνδράχνη μετ᾽ ἀλφίτου ἢ ἄρτου, φύλλα ἀμπέλου καθ᾽ ἑαυ-

definitamve quantitatem minime adscribimus, minimam quidem eorum dosin esse debere trium obolorum, maximam drachmarum duarum, mediam vero drachmae unius.

Ad stomachi et hypochondriorum affectus remedia.

Cap. I. Stomachi diutino ardore conflictatis prosunt simul et sitim pellunt glycyrrhizae succus epotus, et radix ipsa ex aqua bibita, capreolorum vitis dilutum: portulacae succus, ac ipsa etiam in cibis sumpta: seridis succus absorptus, similiterque polygoni succus. Eorum vero, qui convalescunt ex morbo, sitim compescunt brassica cruda esitata, ficus recentes, strobili in cibis sumpti, symphytum petraeum commanducatum. At imposita, seu per se, seu cum polenta, stomachos aestuantes haec iuvant: sempervivi radix, cotyledonis et cypri folia, polygonum, seris, sonchus, apium, solanum hortense, vitium capreoli et folia, portulaca cum polenta vel pane, vitium folia per se ex aqua frigida, elate palmarum trita

τὰ ἐξ ὕδατος ψυχροῦ, ἐλάτη λεία σὺν ἀλφίτοις· ἢ φύλλα κράμβης ὠμὰ τρίψας μετὰ μέλιτος ἐπιτίθει.

Κεφ. β'. Τοὺς δὲ καυσουμένους τὴν ἐπιφάνειαν ὠφελεῖ κολοκύνθης ξυσμάτων ὁ χυλὸς μετὰ ῥοδίνου, ἢ ὄμφακος χυλὸς σὺν ῥοδίνῳ· ἀψινθίου φύλλων ἀποζέματος ποτήριον ἓν κατὰ πρωῒ, ἢ ἐπίθυμον μετὰ γάλακτος ὀῤῥοῦ πέντε ἢ ς' φορὰς τὸν μῆνα.

Κεφ. γ'. Χολὴν γεννῶντας μέλαιναν, καὶ ἐμφυσωμένους στόμαχον καὶ ἔντερα ὠφελεῖ γλήχωνος ἀπόζεμα ἢ ἀπόβρεγμα πινόμενον, καὶ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ πεπυρωμένου σιδήρου, ἐν ᾧ σίδηρος σβέννυται· ἁρμόζουσι δὲ καὶ σπόγγοι ἐξ ὄξους ἐπιτιθέμενοι, μάλιστα κατὰ τὴν ἐμφύσησιν[57] τῶν ἐντέρων καὶ τῆς διανοίας τὴν παρατροπήν· εἰ δὲ ἐπιμένει, στυπτηρίαν ὑγρὰν μετὰ χαλκάνθου καὶ ἀλόης καὶ μέλιτος ἐπιτίθει, κηρωτῇ μίξας· ἢ κισσοῦ φύλλα ἑφθὰ σὺν οἴνῳ κατάπλασσε, ἢ ἀρνόγλωσσον λεῖον σὺν ἁλσὶν, ἢ βοὸς ἀγελαίας βόλβιτον ξηρὸν ἐν οἴνῳ ἑψημένον, ἢ πράσιον μετ' ἄρτου καὶ ῥοδίνου· καὶ βολβοὶ (ποιοῦσι) μετὰ στυπτηρίας λεῖοι.

57) Paull. 3, 37. p. 93. ἐν ταῖς ἐντάσεσιν.

cum polenta: brassicae denique folia cruda tritaque cum melle imponuntur.

Cap. II. His, quibus aestuat ventriculi superficies, opitulatur succus e cucurbitae ramentis cum rosaceo, itidemque uvae acerbae succus cum rosaceo. Absinthii foliorum decocti poculum mane haustum, epithymum cum sero lactis potum quinque sexve vicibus per mensem.

Cap. III. Iis, qui bilem atram gignunt, quique stomachi ac intestinorum inflatione vexantur, auxilio sunt haec: pulegii decoctum dilutumve bibitum, et aqua, in qua candens ferrum exstinctum sit. Spongiae quoque ex aceto impositae conveniunt, maxime in inflatione intestinorum et mentis alienatione. Sin perseveret affectus, alumen liquidum cum chalcantho, aloë ac melle imponito, cerato admixto. Aut hederae folia cocta in vino cataplasmatis instar imponito: aut plantaginem tritam cum sale: aut fimum bovis armentariae siccum in vino coctum, aut marrubium cum pane ac rosaceo, bulbi denique (expediunt) cum alumine triti.

Κεφ. δ'. Ἐπὶ δὲ τῶν λυγμῶν ἁρμόζει πινόμενα ἀλύσσου τῆς πόας ἀφέψημα, καὶ αὐτὴ κρατηθεῖσα· ἀνήθου σπέρμα πινόμενον καὶ ἀποσφραινόμενον, ἀριστολοχίας ῥίζα μεθ' ὕδατος, ἄσπληνος πόα μετ' ὀξυκράτου, ἡδυόσμου κλωνία σὺν ῥοιᾶς ὀξείας χυλῷ, καστόριον σὺν ὄξει, κύμινον σὺν ὄξει, ῥᾶ σὺν ὕδατι, σισυμβρίου, τῆς καρδαμίνης λεγομένης, χυλὸς καὶ τὸ σπέρμα, πταρμικοῦ προςαγωγή. Τὸν δὲ διὰ ψύχους λυγμὸν λύουσιν ἄκραι χεῖρες εἰς θερμὸν ὕδωρ καθιέμεναι, ὕδατος θερμοῦ καταῤῥόφησις, σπόγγος ἐκ ζεστοῦ ὕδατος προςαγόμενος τῷ στομάχῳ, ἔλαιον σικυώνιον, ἀνατριβομένων τῶν ἄκρων.

Κεφ. ε'. Πρὸς δὲ τὰ ἀλγήματα τοῦ στομάχου ποιεῖ γάλα γυναικεῖον, ἢ βόειον, ἢ ὄνειον θηλαζόμενον, ἢ πινόμενον, κόχλαξι συναφεψόμενον· γεντιανῆς < α' μεθ' ὕδατος· μαστίχης κοχλιάριον ἓν καθ' ἡμέραν πινόμενον, ἢ διαμασσώμενον, τοῦ χυλοῦ καταπινομένου· ἡδυόσμου κλωνίων τριῶν φύλλα σὺν ὀξείας ῥοιᾶς χυλῷ καταῤῥοφούμενα, γλήχων μετ' ὀξυκράτου.

Cap. IV. In singultu conveniunt haec in potu sumpta: alyssi herbae decoctum, aut ipsa etiam herba manibus detenta, anethi semen potum et olfactum, aristolochiae radix ex aqua, asplenum herba cum posca, menthae ramuli cum acidi punici succo, castorium cum aceto, cuminum cum aceto, rha cum aqua, sisymbrii, quod cardamine dicitur, succus et semen, sternutatorium denique adhibitum. Ortus vero a frigore singultus solvitur summis manibus in calentem aquam demissis, aqua calida absorpta, spongia ex aqua ferventi stomacho adhibita, extremis denique partibus oleo sicyonio confricatis.

Cap. V. Ad stomachi dolores faciunt lac muliebre, bubulum, aut asininum, e papilla suctum, aut bibitum, ubi per ignitos silices fuerit decoctum: gentianae drach. j. cum aqua, mastiches cochlear unum quotidie bibitum, aut succus ex eodem commanducato deglutitus, trium menthae ramulorum folia cum acidi punici succo absorpta, itemque pulegium ex posca bibitum.

Κεφ. ς'. Πρὸς δὲ τοὺς δηγμοὺς τοῦ στομάχου· τερμίνθου φύλλα ἀφεψόμενα, ὁμοίως σκορδίου χύλισμα· σόγχου χυλὸς μετὰ στροβίλων καὶ καρύων πικρῶν καὶ σικύου σπέρματος, κῶνοι ἐσθιόμενοι καθ' ἑαυτούς.

Κεφ. ζ'. Καταπλασσόμενα δὲ ὠφελεῖ ἀλγήματα στομάχου μελίλωτον ἐν οἴνῳ ἑφθὸν μετὰ τηλίνου ἀλεύρου ἢ γύρεως, κυδώνιον ἑφθὸν σὺν ἄνθει, ἢ πήγανον σὺν μέλιτι.

Κεφ. η'. Πρὸς δὲ τοὺς τὴν τροφὴν ἀποβάλλοντας ἐπιτιθέμενος ὠφελεῖ σπόγγος ἐξ ὄξους δριμέως ἄχρι φλυκταινώσεως, ἐπί τε τοὺς πόδας καὶ βραχίονας· ἐπὶ δὲ τοῦ θώρακος καταπλασσόμενος τυρὸς νεαλὴς μετ' ἀλφίτου, ἢ σελίνου φύλλα, ἢ σέριδος μετ' ὄξους καὶ ἀλφίτων, ἢ ἀνδράχνης ὡσαύτως, ἢ κολοκύνθης ξύσματα ὁμοίως.

Κεφ. θ'. Τοὺς δὲ ναυτιῶντας καὶ πλαδῶντας ὁμοίως τὸν στόμαχον καὶ ἐξεμοῦντας ἵστησι πινόμενα ἄλφιτα σὺν οἴνῳ, ἀμύγδαλα γλυκέα πρόσφατα σὺν τῷ λέπει ἐσθιόμενα, ἀγρώστεως τῆς ἐν Παρνασσῷ σπέρμα, κύμινον αἰθιοπικὸν, ἀνήθου σπέρμα, πολυγόνου χυλὸς, καὶ κιχώριον ἐσθιόμενον·

Cap. VI. Ad oris ventriculi morsus valent terebinthi folia decocta: similiter et succus e scordio: sonchi succus cum nucleis pineis, amygdalis amaris et semine cucumeris: pinei etiam nuclei per se in cibis sumpti.

Cap. VII. Stomachi dolores imposita levant melilotus in vino coctus cum farina foeni graeci aut polline, cotoneum cum flore coctum, ruta denique cum melle.

Cap. VIII. Cibum reiicientibus prodest spongia acri aceto [calente] imbuta, pedibus et brachiis adhibita, quoad pustulae excitentur. Conferunt vero, adhibita pectori, caseus recens salitus cum polenta, folia apii aut seridis cum aceto et polenta, similiter et portulacae folia aut cucurbitae ramenta.

Cap. IX. Nauseam, stomachi ex nimia humiditate languorem ac vomitum ista cohibent: polenta in vino bibita, amygdalae dulces recentes cum suo putamine esitatae, graminis parnassii semen, cuminum aethiopicum, anethi semen, polygoni succus, cichorium in cibis sumptum,

καὶ σέρις, καὶ ὁ χυλὸς πινόμενος· σισύμβριον, ἡ καρδαμίνη λεγομένη, πινομένη, θέρμοι γλυκεῖς λεῖοι σὺν ὄξει ποθέντες· θρίδακες ἄπλυτοι ἐσθιόμεναι, καὶ τὸ σπέρμα πινόμενον μεθ' ὕδατος· σόγχου ὁμοίως, ἴου ἄνθος μεθ' ὕδατος, κόστου < α' μετ' οἴνου. Κοχλίου χερσαίου λιβυκοῦ σὰρξ ὅλη καταποθεῖσα νήστεσι καὶ ἀλγήματα παύει στομάχου· προεσθιόμενοι δὲ ἔνωμοι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, τὸ αὐτὸ ποιοῦσι· ποιεῖ δὲ καὶ σὺν τῷ ὀστράκῳ ὅλος καταποθεὶς, τοῦ ὀστράκου περιπασθέντος. Γίγαρτα φρυκτὰ ἀντὶ ἀλφίτων ἐσθιόμενα, γλήχων καταπλασθεῖσα ἐξ ὀξυκράτου, κύμινον σὺν ὀξυκράτῳ πινόμενον ἢ σὺν ὄξει, λαπάθου σπέρμα ὀβολοῖς δύο ἢ τρισὶν, ἀκακία μεθ' ὕδατος, λίθος ὁ ἐν τῇ σαμίᾳ γῇ εὑρισκόμενος· μαράθρου σπέρμα ἢ χύλισμα, μάλιστα τοῖς ἀποξύνουσιν ἢ ἐμοῦσι τὴν τροφήν.

Κεφ. ι'. Τοὺς δὲ ῥευματισμοὺς τοῦ στομάχου ἵστησι βαλαύστιον μετ' ὄξους ποθὲν, βάτου χυλὸς φύλλων καθ' ἑαυτὸν καὶ μεθ' ὕδατος, ὕδωρ τὸ ἀπὸ σιδήρου πεπυρωμένου θερμανθέν· ὄξος σκιλλητικὸν καταῤῥοφούμενον· (δεῖ δὲ

sicuti et seris, eorumque succus epotus: sisymbrium, aut quod cardamine dicitur, potum: lupini dulces triti, cum aceto bibiti, lactucae illotae in cibis sumptae, earumque semen ex aqua potum, similiter et sonchi semen et flos violae ex aqua, costi drachma j. cum vino. Cochleae terrestris africanae caro tota ieiuno devorata etiam dolores stomachi sedat. Idem praestant cochleae duae tresve quotidie ante cibos alios assumptae: devorata etiam tota proficit cum sua testa, hac circum adspersa: tosti acinorum nuclei polentae vice in cibo sumpti, pulegium cum posca impositum, cyminum ex posca vel aceto potum, lapathi semen duum triumve obolorum pondere, acacia cum aqua, lapis, qui in samia terra reperitur, foeniculi denique semen, aut expressus eo succus, ac iis maxime, quibus acescit cibus, aut vomitu reiicitur.

Cap. X. Stomachi fluxiones inhibent balaustium ex aceto potum, rubi foliorum succus, vel per se, vel ex aqua, aqua igniti ferri iniectione fervefacta, acetum scilliticum absorptum: (oportet autem ab exigua quantitate

ἀπ᾽ ὀλίγου ἄρχεσθαι καὶ πίνειν ἄχρι κυάθου·) ῥοιὰ μεθ᾽ ὕδατος ψυχροῦ, σκάνδυκος ἀφέψημα, σκίλλης ἑφθῆς τριώβολον ἐν ὀξυκράτῳ, ὑποκιστίδος < α΄ ἐν ὕδατι· φακὸς πεφωγμένος ἀντὶ ἀλφίτου ἐπιπλασσόμενος· φακοὶ ἐπτισμένοι λ΄ καταπινόμενοι· ῥόδων ἄνθος ἐπιπασσόμενον τῷ πόματι. Ἐμβρέχειν δὲ δεῖ τοὺς ῥευματιζομένους στομάχους ἐρίοις οἰσυπηροῖς σὺν ῥοὸς ἀφεψήματι.

Κεφ. ια΄. Ἀνατροπὰς δὲ στομάχου θεραπεύει στρουθίων διαχώρημα διδόμενον ἐν ποτῷ.

Κεφ. ιβ΄. Κρατύνει δὲ τοὺς πεπλαδηκότας στομάχους, ἐπιτιθέμενα μετὰ κηρωτῆς μυρσινίνης ἢ ῥοδίνης, βάτου φύλλα, ἀψίνθιον, κυπαρίσσου φύλλα, κόριον, κάγχρυ, φοίνικες, μηλοκυδώνιον, ἐλάτη μετὰ φοινίκων.

Κεφ. ιγ΄. Στομάχου δὲ ἐμπνευματώσεις ὠφελεῖ πινόμενα, καὶ τοὺς βραδυπεπτοῦντας μάλιστα, ἀγαλλόχου < α΄ σὺν οἴνῳ, ἀριστολοχίας < α΄ σὺν οἴνῳ, σμυρνίου σπέρμα σὺν οἴνῳ, ἀκάνθης λευκῆς ῥίζα σὺν οἴνῳ· ἀγαρικὸν διαμασσηθὲν, ἐπιῤῥοφουμένου ἀκράτου. Πρὸς τὰς ἐμπνευματώσεις

incipiendo bibere ad cyathum usque unum.) Punicum malum cum aqua frigida, scandicis decoctum, scillae coctae tres oboli cum posca, hypocistidis drach. j. ex aqua: lens tosta, polentae loco imposita, eiusdem decorticata grana XXX devorata: rosarum denique flos inspersus potui. Ceterum tentatum fluxione ventriculum irrigare oportet rhois decocto, lana succida excepto.

Cap. XI. Stomachi subversionibus medetur passerculorum stercus potui datum.

Cap. XII. Languentes ex nimia humiditate stomachos roborant haec, cum cerato myrtino aut rosaceo imposita: rubi folia, absinthium, cupressi folia, coriandrum, cachry, palmula, cotoneum malum, elate cum palmulis.

Cap. XIII. Inflationibus stomachi, et his maxime, qui tarde concoquunt, auxilio sunt haec in potu sumpta: agallochi drach. j. cum vino, aristolochiae drach. j. cum vino, smyrnii itidem semen cum vino, spinae albae radix cum vino, agaricum commanducatum, superbibito mero.

τοῦ στομάχου, ῥάμνου τῆς ἀκανθώδους φύλλα λειώσας, ἀνάπλασον τριωβολιαῖα, καὶ δίδου ἓν τοῖς μὲν πυρέσσουσι μεθ' ὑδρομέλιτος κεκραμένου κοτύλην α', ἀπυρέτοις δὲ μετ' οἴνου κεκραμένου· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς εἰλεώδεις καὶ πᾶν ἄλγημα πνευματικόν· θαυμαστῶς γὰρ δι' ἐρυγῶν καὶ φυσῶν ὑγιεῖς γίνονται.

Κεφ. ιδ'. Πέψεις δὲ ποιεῖ ἀγαρικὸν διαμασσώμενον καὶ καταπινόμενον ἀπὸ δείπνου, χωρὶς τοῦ ἐπιῤῥοφεῖν τι· ἀλόης < α' σὺν ὕδατι, καὶ πρὸ τροφῆς· ἀρκευθίδες λεῖαι σὺν οἴνῳ, μήου ἀπόβρεγμα, ξυλοβαλσάμου ἀπόζεμα μετὰ σεσέλεως, ἢ νάρδου κελτικῆς μετ' ὀξυδίου ληφθὲν, σχοίνου ἄνθους ἀπόζεμα μετὰ ῥόδων ἄνθους πινόμενον, σέσελις πινομένη. Εὐπεψίαν δὲ ποιεῖ σέριδος χυλὸς καταῤῥοφούμενος.

Κεφ. ιε'. Ῥώννυσι δὲ στόμαχον σταφὶς, σκίλλα ἑφθὴ σὺν μέλιτι ἐκλειχομένη.

Κεφ. ιϛ'. Τὰς δὲ κισσώσας ὠφελεῖ ἀνδράχνη ἐσθιομένη, ἑλίκων ἀμπέλου ἀπόβρεγμα πινόμενον, κεδρόμηλα ἐσθιόμενα.

Ad inflationes stomachi rhamni spinosi folia trita redige in massulas triobolares, e quibus unum exhibeto febricitantibus cum hydromelitis diluti hemina una: iis vero, qui febre carent, cum vino diluto. Facit etiam ad ileosos et quosvis dolores a flatu: malo siquidem mirum in modum per ructus flatusque resoluto sanescunt.

Cap. XIV. Coctiones promovent agaricum a coena commanducatum devoratumque, nullo liquore insuper absorpto: aloës drach. j. ante cibum ex aqua sumpta, iuniperi baccae tritae cum vino, mel infusum, xylobalsami decoctum cum seseli, nardi celticae decoctum cum aceti momento sumptum, iunci odorati decoctum cum rosarum flore haustum, seseli potum. Coctionem denique adiuvat seridis succus absorptus.

Cap. XV. Ventriculum confirmant uva passa et scilla cocta cum melle delincta.

Cap. XVI. Pica laborantibus mulieribus auxilio sunt portulaca in cibis sumpta, vitis capreolorum dilutum potum, citria mala esitata.

Κεφ. ιζ'. Ὑποχόνδρια δ' ὠφελεῖ ἐσκληρυσμένα παθόντα χρονίως μάραθρον πινόμενον. Καὶ καταπλασσόμενα ἀψίνθιον σὺν κυπρίνῃ κηρωτῇ ἢ φοίνιξιν, λευκανθέμου φύλλα, σκόρδιον σὺν κηρωτῇ, τῆλις ἢ λινόσπερμον σὺν μελικράτῳ, ἢ σάμψυχον ἐν κηρωτῇ.

Τὰ τῶν πυρεσσόντων βοηθήματα.

Κεφ. ιη'. Γλώσσης δὲ τραχύτητας ἐκμαλάσσει ἡδύοσμον λεῖον σὺν μέλιτι· ῥοῦς ἐρυθρὸς ὁμοίως, ῥόδινον σὺν μέλιτι ἢ καθ' ἑαυτό.

Κεφ. ιθ'. Τοὺς δὲ κατὰ περίοδον πυρετοὺς κεχρονισμένους θεραπεύει χαμαίδρυος φύλλα λεῖα πρὸ μιᾶς ὥρας τῆς ἐπιλήψεως πινόμενα, καὶ ὅσα ἐπὶ τριταϊκῶν αὐτίκα ἱστορήσομεν.

Κεφ. κ'. Πρὸς δὲ τοὺς τριταϊκοὺς ἁρμόζει πόματα λαμβανόμενα πρὸ μιᾶς ὥρας τῆς ἐπισημασίας, προεγχριομένων καὶ ἀνατριβομένων τῶν ἄκρων· τριφύλλου σπέρματος κοκκία τρία κηρῷ καταπλασθέντα καὶ καταποθέντα ἐπὶ τρὶς, τὰ

Cap. XVII. Hypochondriis affectu diuturno induratis auxilio est foeniculum bibitum. Imponuntur vero cataplasmatum more absinthium cum cerato cyprino aut palmulis, leucanthemi folia, scordium cum cerato, foenum graecum aut lini semen cum aqua mulsa, sampsuchum denique cerato exceptum.

Febricitantium remedia.

Cap. XVIII. Linguam scabram asperamve emolliunt ac laevigant mentha trita cum melle, tus rubra, rosaceum cum melle, aut per se.

Cap. XIX. Diuturnas febres, quae [quotidianis] redeunt circuitibus, sanant chamaedryos folia ante accessionem hora una pota, et quaecunque mox in curandis tertianis commemorabimus.

Cap. XX. Tertianis febribus haec conveniunt, hora una ante accessionem assumpta, prius tamen unctione frictioneque partium extremarum adhibita: trifolii seminis grana cera obvoluta novem, nempe terna ternis devorata

πάντα ἐννέα· ἀρνογλώσσου ῥίζαι ἁδραὶ τρεῖς μετ᾽ οἴνου πινόμεναι, ἱερᾶς βοτάνης τὸ τρίτον γόνυ ἀπὸ τῆς γῆς ἀφαιρεθὲν, καὶ διδόμενον· ποιεῖ καὶ σίλφιον κηρῷ περιπλασθὲν λευκῷ καὶ καταποθέν· ἐπιῤῥοφείτωσαν δὲ ὕδωρ θερμὸν ἢ οἶνον· ἡλιοτροπίου τοῦ μεγάλου κόκκοι τρεῖς σὺν οἴνῳ, ὀνόβρυχις σὺν οἴνῳ, πενταφύλλου φύλλα γ', μετ᾽ οἴνου ἢ ὑδρομέλιτος ποτιζόμενα, πέπερι λεῖον μεθ᾽ ὕδατος πινόμενον. Περιαφθέντα δὲ ὠφελεῖ τριταίους· λειχὴν ἵππου περιαφθεὶς, ἢ ἀράχνας τὰ ζῶα τρία συναναμαλάξας ἐμπλάστρωσον ἐπιθεὶς ἐν ὀθονίῳ κατὰ τοῦ μετώπου καὶ τῶν κροτάφων.

Κεφ. κα'. Τεταρταϊκοὺς δὲ ὠφελοῦσιν ἀρνογλώσσου ῥίζαι ἐν οἴνῳ πινόμεναι· ἱερᾶς βοτάνης τέταρτον γόνυ ἀπὸ τῆς γῆς ἀφαιρεθὲν καὶ τριβὲν λεῖον σὺν οἴνῳ καὶ δοθὲν, ἀσφάλτου < α' μετὰ καστορίου ὀβολοῦ, γλυκυῤῥίζης < β' μεθ᾽ ὕδατος κο. α', ἡλιοτροπίου τοῦ μεγάλου κο. δ' σὺν οἴνῳ, κόρεις οἱ τῆς κλίνης δ', ἐντεθέντες εἰς τὰ τῶν κυάμων βρώματα καὶ καταποθέντες, πενταφύλλου φύλλα δ' μεθ᾽ ὑδρομέλιτος ἢ οἴνου, ὑπερικοῦ τοῦ κόρεως λεγομένου τὸ

vicibus: plantaginis radices succulentae tres in vino potae, verbenacae supinae tertium a terra geniculum decerptum et exhibitum. Confert et silphium, cera candida obvolutum ac devoratum, superbibita tamen aqua calida aut vino: heliotropii maioris grana tria cum vino, onobrychis cum vino, quinquefolii folia trita cum vino aut aqua mulsa pota: piper denique tritum ex aqua potum. Sed et amuleta tertianis febribus auxilio sunt, uti lichen equorum appensus, itidemque aranei tres contriti, linteolo inditi, frontique ac temporibus adhibiti.

Cap. XXI. Contra quartanos circuitus auxilio sunt plantaginis radices quatuor in vino bibitae: verbenacae supinae quartum a terra geniculum decerptum, cum vino tritum et exhibitum: bituminis drach. j. cum castorei obolo, glycyrrhizae drachmae duae cum aquae hemina una, heliotropii maioris grana quatuor cum vino, cimices e cubilibus quatuor cavis fabarum inditi ac devorati, quinquefolii quatuor folia ex aqua mulsa aut vino, hy-

σπέρμα μετ᾽ οἴνου· ἱστορεῖται δὲ καὶ οὖρον ὠφελεῖν τὸ ἴδιον πινόμενον κυάθων δ′ πλῆθος προεμεμεκόσι· δεῖ δὲ φυλάσσειν αὐτὸ ἐν σταμνίῳ. Τὸ αὐτὸ δὲ ποιεῖ καὶ παιδὸς οὖρον ἀφθόρου μέχρι πέντε πόσεων. Τεταρταῖον δὲ παύει πρὸ τῆς ἐπισημασίας ὀξυπόρου χρίσις καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα, καὶ μετὰ τούτου πόσις τοῦ αὐτοῦ φαρμάκου· ἢ λιβανωτίδος ῥίζης < α′ ς′. ἐν οἴνου ἡμικοτυλίῳ μικρῷ πρότερον τῆς ἐπιλήψεως· καὶ συμπεριβάλλων ἄφες ἡσυχάσαι, καὶ ἵνα μὴ ῥιγώσῃ, προαναλειφέσθω λίπει, καὶ ἱδρώσει πολύ.

Κεφ. κβ′. Κοινῶς δὲ πρὸς πάσας περιόδους καὶ ῥίγη ποιεῖ, κινοῦντα ἱδρῶτας, σμυρνίου σπέρμα μετ᾽ οἴνου, ὀπὸς σιλφίου ἀγρίου καὶ ἡμέρου μέλιτι ἑφθῷ περιχριόμενος καὶ καταπινόμενος, πηγάνου ἀγρίου καὶ ἡμέρου σπέρμα σὺν οἴνῳ, ἀριστολοχίας ῥίζης < α′ σὺν οἴνῳ· σμύρνης ὅσον κύαμος, πέπερι σὺν οἴνῳ, ἴριδος < β′ σὺν οἴνῳ, ἱπποσελίνου σπέρματος < α′ μετ᾽ οἴνου, ὑπερικοῦ ὁμοίως, καλαμίνθης ἀπόζεμα σὺν καστορίῳ, ὀποῦ φύλλα σὺν καρδάμῳ καὶ ὠῷ, ἢ πε-

perici, coris appellati, semen cum vino: pota quoque urina cuique sua cyathorum quatuor mensura vomitu prius evacuatos iuvare traditur: sed illam in fictili vase asservari oportet. Idem facit impubis pueri urina quinquies hausta. Quartanas finit oxyporon aliquod ante accessiones toti corpori illitum, poto deinde generis eiusdem medicamento. Aliud: radicis libanotidis sesquidrachmam in vini dimidia hemina paulo ante febrilem accessum exhibeto: ac ut ne rigore prehendatur aeger, aliquo pingui praeunctum et undique coopertum quiescere sinito, dum copiosus erumpat sudor.

Cap. XXII. Ad omnes in communi circuitus ac rigores faciunt haec sudores moventia: smyrnii semen cum vino, silphii agrestis ac domestici liquor melle cocto circumlitus ac devoratus, rutae sylvestris et sativae semen cum vino, radicis aristolochiae drach. j. cum vino, myrrha ad fabae magnitudinem, piper cum vino, iridis drach. ij. cum vino, hipposelini semen drach. j. pondere cum vino: similiter et hyperici, calaminthae decoctum cum castorio, silphii semina cum nasturtio et ovo, vel pipere

πέρει καὶ πηγάνῳ· ὀποπάνακος < α΄, ἢ πάνακος < β΄, σέσελι μετὰ πάνακος καὶ πεπέρεως σὺν οἴνῳ ποθὲν, νάρθηκος σπέρμα ὁμοίως, φλόμου ῥίζα ἐν οἴνῳ, πενταφύλλου ῥίζης χυλὸς σὺν οἴνῳ, κόπρος κυνεία ξηρὰ μετ᾽ ὄξους πινομένη.

Κεφ. κγ΄. Πρὸς δὲ τοὺς χρονίους καὶ ἀτάκτους πυρετοὺς ἁρμόζει ἀλεκτρυόνος παλαιοῦ ζωμὸς, ἁλῶν εἰς τὴν γαστέρα αὐτοῦ ἐπαγαγέντων, ἢ ταρίχους, καὶ συνειψηθέντων, πινόμενος.

Κεφ. κδ΄. Συγχριόμενα δὲ μετ᾽ ἐλαίου λεῖα ἐπὶ τῶν μετὰ ῥίγους περιοδικῶν πυρετῶν ὠφελεῖ πρὸ τῆς ἐπισημασίας θάλποντα τὸ σῶμα, καὶ ἱδρῶτας κινοῦντα· ἄγνου σπέρμα, λιβανωτίδος σπέρμα, ἁλὸς ἄνθος, συκίνη κονία· νίτρον ἢ ἀφρόνιτρον, δαφνίδες, πύρεθρον, σμυρνίου τοῦ ἱπποσελίνου καλουμένου σπέρμα, ὑπερικὸν, καλαμίνθη, κάχρυ ὀλίγον, καστόριον, κόνυζα, κόστος, σαγάπηνον, κνίδιος κόκκος μετὰ νίτρου καὶ ἐλαίου καὶ ὄξους, λύκαψος σὺν ὕδατι θερμῷ, σαμψύχινον, ἴρινον, μετώπιον, γλεύκινον, κύπρινον, χαμαίδρυς, χαμαιπίτυς, συκαμίνου ὀπὸς, σταφὶς ἀγρία.

ac ruta, opopanacis drach. j., vel panacis drach. ij., seseli cum panace ac pipere in vino potum, ferulae semen simili modo, verbasci radix in vino, radicis quinquefolii succus cum vino: caninum stercus siccum ex aceto bibitum.

Cap. XXIII. Diuturnis et inordinatis febribus convenit epotum ius e vetere gallinaceo, cuius ventri sal salsamentumve inditum incoctumque fuerit.

Cap. XXIV. Febribus cum rigore certo statoque circuitu redeuntibus ista conferunt ex oleo trita, et ante accessiones illita, quippe quae corpus excalfaciant sudoresque cieant: viticis semen, libanotidis semen, salis flos, lixivium ficulneum, nitrum aut spuma nitri, baccae lauri, pyrethrum, smyrnii, quod hipposelinum dicitur, semen, hypericum, calamintha, cachryos momentum, castorium, conyza, costus, sagapenum: granum cnidium cum nitro, oleo et aceto: lycopsis cum aqua calida: unguenta sampsuchinum, irinum, metopium, glaucinum, cyprinum: chamaedrys, chamaepitys, sycomori liquor, et staphis agria.

Κεφ. κέ. Μιγνύμενα δὲ κόπους ὠφελεῖ ἅλες, νίτρον, ὀνόβρυχις, σισύμβριον, χαμελαία, ἀμμωνιακὸν, πράσιον, ὀρίγανον, καππάρεως ῥίζα, σικύου ἀγρίου ῥίζα· τέφρα κληματίνη, ὄστρακον ἀπὸ ἴπνου, ἀριστολοχίας πάλη, ὀποβάλσαμον, κεκαυμένος χαλκὸς, λεπὶς χαλκοῦ καὶ τὰ δριμέα ἀρώματα, βολβοὶ λεῖοι καταχριόμενοι σὺν πεπέρει καὶ ἀμμωνιακῷ, ἢ κηρωτὴ ὑγρὰ κυπρίνη, κομανικὸς[58] λίθος εἰς ἔλαιον ἀποτριβόμενος καὶ συγχριόμενος.

Κεφ. κς'. Ἀτροφοῦντας δὲ ὠφελεῖ ὀρόβου φρυκτοῦ μέγεθος ὅσον κάρυον ποντικὸν ἐν μέλιτι πρὸ τῆς τροφῆς διδόμενον.

Κεφ. κζ'. Ἵστησι δὲ ἱδρῶτας ἐπὶ τῶν διαφορουμένων καταπασσόμενα γῆ σαμία, γύψος, λιθάργυρος, κηκὶς, σχιστὴ, μυῤῥίνη, θεῖον ἄπυρον, ἔλαιον τὸ ἐξ ἀγριελαίας, μυρσίνινον, τερμίνθινον, οἰνάνθινον, ῥόδινον, μήλινον, σχίνινον. Καταχριόμενα δ' ἵστησι μάννα καὶ ἄμυλον σὺν ὠοῦ τῷ λευκῷ· ἢ ὠοῖς λείοις σὺν πεπέρει καὶ κνίδης σπέρματι, καὶ κη-

58) Τὰ Κόμανα ἐν Ἀντιταύρῳ τῆς Καππαδοκίας Strab. lib. 12. pag. 16.

Cap. XXV. Lassitudinibus conferunt mixta haec: sal, nitrum, onobrychis, sisymbrium, chamelaea, ammoniacum, marrubium, origanum, capparis radix, cucumeris agrestis radix, cinis sarmentitius, testa fornacea, aristolochiae pollen, opobalsamum, aes ustum, squama aeris, et aromata acria, bulbi triti, illiti cum pipere et ammoniaco, ceratum cyprinum liquidius, lapis comanicus in oleum detritus et inunctus.

Cap. XXVI. Cibum non sentientibus, quippe quorum corpora non aluntur, auxilio est ervum tostum in nucis avellanae magnitudinem melle collectum, et ante cibos exhibitum.

Cap. XXVII. Sudores in iis, qui exsolvuntur, cohibent inspersa haec: terra samia, gypsum, argenti spuma, galla, scissile alumen, myrtus: sulphur vivum, oleum agrestis oleae, myrtinum, terebinthinum, oenanthinum, rosaceum, melinum et lentiscinum. Eosdem haec illita sistunt: manna et amylum cum ovi albumine: bulbi triti

ρῷ ὀλίγῳ, καὶ κόμμει, καὶ ὀνώνιδος σπέρματι, καὶ νίτρῳ ὀλίγῳ.

Κεφ. κη'. Καρδιακοὺς δὲ ὠφελεῖ, καταπλασσόμενα κατὰ τοῦ στομάχου, βάτου φύλλα μετὰ κηρωτῆς ὀλίγης ἢ ἄρτου, μυρσίνης φύλλα ἢ μύρτα, ἢ ἕλικες ἀμπέλου, ἢ ἀρνόγλωσσον σὺν ἄρτῳ ἢ κηρωτῇ ὀλίγῃ, μῆλα κυδώνια, φοίνικες, σέρις ἀγρία καὶ ἥμερος Καὶ ἐνέματα δὲ ὠφελίμως παραλαμβάνεται πτισάνης χυλὸς καθεψημένος, ἀκροκωλίων ἢ ποδῶν μετ' οἴνου (ἀφέψημα), ἢ ὠὰ ὠμὰ σὺν οἴνῳ. Καταχρίεται δὲ αὐτῶν τὰ ἄκρα ὠφελίμως κηρωτῇ ὑγρᾷ μετὰ νάπυος λείου ἢ ξηρᾷ διεθείσῃ οἴνῳ.

Τῶν περὶ τὸν πνεύμονα καὶ θώρακα παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. κθ'. Αἵματος δὲ ἀναγωγὴν θεραπεύει πινόμενα ἀγαρικοῦ τριώβολον ἐν οἴνῳ, ἀδιάντου χυλὸς καταῤῥοφούμενος ἐν ὄξει, ὅσον κύαθος ά, κἂν ἐκ διαστημάτων πολλῶν, ἢ πολυγόνου χυλὸς, ἢ ἀειζώου, ἢ ἀρνογλώσσου χυλὸς ὁμοίως,

cum pipere et urticae semine, cerae momento, gummi, ononidis semine et pauco nitro.

Cap. XXVIII. Cardiacos iuvant haec, stomacho in modum cataplasmatis imposita: rubi folia cum pauco cerato vel pane, myrti folia aut baccae, vitium capreoli, plantago cum pane aut cerato modico, mala cotonea, palmulae, intubus agrestis et sativus. Quin et utiliter infunduntur enemata e ptisanae decoctae cremore, e partium extremarum pedumve decocto in vino, aut ex ovis crudis cum vino. Sed et aegrorum extremae partes commode inunguntur cerato liquido cum trito sinapi, aut sicco, quod vino dissolvatur.

Pulmonis thoracisque affectuum remedia.

Cap. XXIX. Sanguinis reiectioni medentur in potu sumpta haec: agarici trium obolorum pondus in vino, adianti succus cum aceto, cyathi unius quantitate per intervalla multa absorptus: similiter et succi e polygono,

ἢ βάτου, ἢ ἀνδράχνης, ἢ ἑλίκων ἀμπέλου, ἢ βαλαύστιον σὺν ὀξυκράτῳ, ἢ ἡδυόσμου χυλὸς καθ' ἑαυτὸν καὶ σὺν ὀξυκράτῳ ἢ ὕδατι, περικλυμένου χυλοῦ τριώβολον μεθ' ὕδατος, κυπαρίσσου σφαιρία μεθ' ὕδατος λεῖα πινόμενα, λυσιμάχιος πόα καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς, μυρίκης καρπὸς λεῖος καὶ φλοιὸς αὐτῆς, νάρθηκος ἐντεριώνη, οἰνάνθη ξηρά.

Κεφ. λ'. Πρὸς δὲ τὰς πολυχρονίους ἀναγωγὰς ἰσχύει πράσου καρπὸς, μύρτου σπέρμα μεθ' ὕδατος ποθὲν, μᾶλλον δὲ μετὰ μύρτων χυλοῦ, ἄγνου τριώβολον μετ' ὀξυκράτου, ῥόδων κεφαλαὶ λεῖαι μεθ' ὕδατος, σύμφυτον πετραῖον καὶ ὁ καρπὸς, ἀκάνθης λευκῆς ῥίζης < ά μετ' ὀξυκράτου, ἀλθαίας ῥίζης ἀφέψημα· κόλλα ἀπὸ ζειᾶς ἑψηθεῖσα, ὡς εἰς βιβλία, ἐκλειχομένη· ἁρμόζει καὶ σὺν ἡδυόσμῳ· ἢ ἀλεύρου κριθίνου κυάθ. ἥμισυ χυλίσας δι' ὀθονίου καὶ μίξας ἡδύοσμον δίδου· ὑποκιστίδος χυλὸς μετὰ λιβάνου ὀλίγου, ἀμύγδαλα πινόμενα μεθ' ὕδατος ψυχροῦ, ἀμύγδαλα πικρὰ μετ' ἀμύλου καὶ ἡδυόσμου πινόμενα μεθ' ὕδατος, ἀνδράχνη ἐσθιομένη, ἀρκτίου ῥίζης τριώβολον μετ' ὀξυκράτου καὶ στροβίλου

sempervivo, plantagine, rubo, portulaca aut vitium capreolis: balaustium cum posca, menthae succus per se et cum posca vel aqua, periclymeni succus trium obolorum ex aqua, cupressi globuli ex aqua tritae et potae, lysimachia herba eiusdemque succus, myricae fructus tritus eiusdemque cortex, ferulae medulla et oenanthe sicca.

Cap. XXX. Diuturnas autem reiectiones sistunt porri semen, myrti semen potum ex aqua, vel potius myrti baccarum succo, vitex trioboli pondere cum posca, rosarum capita trita ex aqua, symphytum petraeum eiusdemque semen, spinae albae radix drach. j. pondere cum oxycrato pota, althaeae radicis decoctum: glutinum e zea coctum, quale librarium est, delinctum: confert et cum mentha. Aliud: farinae hordeaceae per linteolum in succum solutae dimidium cyathum, addita etiam mentha, exhibeto. Valent et hypocistidis succus cum turis momento, amygdala pota cum aqua frigida, amygdala amara cum amylo et mentha ex aqua bibita, portulaca in cibis sumpta, arctii radix trium obolorum pondere cum posca

κόκκων· ἀσπαλάθου χυλὸς μετ' ὀξυκράτου, βάτου χυλὸς, γῆς σαμίας τὸ ἀστέριον σὺν ὕδατι· δρυὸς τὸ μεταξὺ τοῦ πρέμνου καὶ τοῦ φλοιοῦ ὑμενῶδες ἀποζεσθέν· ἢ ὁ περὶ τὴν βάλανον ὑμὴν ὁμοίως ἀποζεσθείς· κέρας ἐλάφου κεκαυμένον σὺν ὀξυκράτῳ, καστάνων ἀφέψημα, ἰτέας καρπὸς σὺν οἴνῳ, κενταυρίου τοῦ μεγάλου ῥίζης < β' σὺν οἴνῳ, κέστρου φύλλων < β' σὺν οἴνῳ, κοραλλίου[59] δραχμὴ μεθ' ὕδατος, λευκογραφίδος[60] < α' ὁμοίως, αἱματίτης λίθος σὺν χυλῷ ῥοιᾶς, ὀστρακίτου λίθου < α' μεθ' ὕδατος, μαστίχη διαμασσωμένη καὶ τοῦ χυλοῦ καταπινομένου, κυδωνίων ἄνθος μετ' ὀξυκράτου λεῖον, μίλτου λημνίας < α' σὺν ὄξει, τραγάκανθον ὑποχυλιζόμενον, τραγίου καρπὸς μετ' οἴνου, πενταφύλλου τῆς ῥίζης ὁ χυλὸς σὺν ὀξυκράτῳ, φελλὸς ὁ ἐκ τῶν παλαιῶν καττυμάτων κεκαυμένος, ἢ ἄκαυστος λεῖος μετ' ὀξυκράτου πινόμενος, κονία πινομένη, γάλα θηλαζόμενον γυναικεῖον, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ὑποφθινόντων. Ἐπιτίθεται δὲ ὠφελίμως κατὰ τοῦ θώρακος ἐπὶ τῶν αἱμοπτοϊκῶν σπόγγος ἐξ ὀξυ-

59) Moiban. sic loco vulg. κορίου.
60) Diosc. lib. 5. c. 152.

et pineis nucleis, aspalathi succus cum oxycrato, rubi succus, samiae terrae aster ex aqua: membranaceum id, quod in quercu inter caudicem et corticem medium interiacet, fervefactum: aut pellicula, quae glandem proxime contegit, similiter fervefacta, cornu cervi ustum cum posca, castanearum decoctum, salicis fructus cum vino, centaurii maioris radix drach. ij. pondere cum vino, betonicae folia drach. ij. pondere cum vino, corallii drach. j. ex aqua, leucographidis tantundem simili modo, lapis haematites cum succo punici, ostracites lapis drach. j. pondere cum aqua, deglutitus e commansa mastiche succus, cotoneorum flos ex posca tritus, rubricae lemniae drach. j. ex aceto, liquescens e tragacantha linguae subdita succus, tragii semen cum vino, quinquefolii e radice succus cum posca, suber e veteribus calceamentorum soleis, seu ustum, seu etiam non ustum, tritum et e posca bibitum, lixivium potum, lac denique muliebre ex ipsa mamma suctum, id quod praecipue tabescentibus confert. Foris vero sanguinem excreantium pectoribus utiliter imponitur

κράτου, εἰ πολὺς εἴη ὁ ῥευματισμός· ἢ τὰ στύφοντα, οἷον ἂν εἴη σέρις, πολύγονον, ἀνδράχνη, κυδώνια, βάτος, φοίνικες, σίδια, μυρσίνη· ταῦτα μετ᾽ ἄρτου ἢ ἀλφίτου (ἐπιτίθεται.)

Κεφ. λα΄. Τὰς μὲν βῆχας προσφάτους ἀσύμφορόν ἐστι θεραπεύειν· δι᾽ ὑδροποσίας γὰρ καὶ οἰκείου τροφῆς τῆς διὰ ῥοφήματος εὐχερές ἐστι θεραπεύειν. Χρονιζούσας δ᾽ ἴαται ταῦτα πινόμενα· ἀκάνθης ῥίζης < α΄ μετὰ μέλιτος, ἀρκευθίδες έ, ἢ ς΄, ἢ ζ΄, ἢ ή. κεδρίδες πινόμεναι σὺν οἴνῳ ἢ μελικράτῳ, ἀσφοδέλου ῥίζης < α΄ μετ᾽ οἴνου, ἄσφαλτος ἀντὶ καταποτίου λαμβανομένη, βακχάριδος ἀφέψημα σὺν ὕδατι, βαλσάμου καρποῦ δραχμὴ σὺν οἰνομέλιτι, δαφνίδες δύο λεῖαι σὺν ὕδατι, ἑλξίνης χυλὸς καταῤῥοφούμενος ὅσον κύαθος, σμύρνης κυάμου μέγεθος καταπινόμενον, σμυρνίου ῥίζα καταπινομένη· θύμου, ἢ θύμβρας, ἢ ὑσσώπου ἀπόζεμα ἢ ἀφέψημα μετὰ μέλιτος καὶ σύκων ξηρῶν· ἱππούριδος χυλὸς ἢ ἀφέψημα, ἢ ἰσοπύρου μετὰ μελικράτου, ἢ κάρυα ποντικὰ πινόμενα μετὰ

spongia ex posca, siquidem vehemens est fluxio: sic et adhibentur astringentia, qualia fuerint intubus, polygonum, portulaca, cotonea, rubus, palmulae, cortices mali punici, myrtus: haec autem cum pane polentave imponuntur.

Cap. XXXI. Tusses quidem recentes curare supervacaneum est, cum et aquae potu et conveniente cibo, qui in sorbitionibus offertur, iis mederi sit facile. Diuturnis autem tussibus haec assumpta medentur: acanthi radicis drach. j. cum melle, iuniperi baccae quinque, sex, septem octove: cedri fructus poti cum vino aut aqua mulsa, asphodeli radix drach. j. pondere cum vino, bitumen catapotii instar devoratum, baccharidis decoctum ex aqua, balsami fructus drach. j. pondere cum vino mulso, lauri baccae binae tritae cum aqua, helxines succus mensura cyathi absorptus, myrrha fabae magnitudine deglutita, smyrnii radix devorata: thymi, thymbrae, aut hyssopi infusum decoctumve cum melle et caricis: equiseti succus aut decoctum, isopyri decoctum ex aqua mulsa, nuces

μελικράτου καὶ πεπερέως, κακαλίας[61] ῥίζα μασσωμένη, χαλβάνη ἀντὶ καταποτίου. κενταυρίου τοῦ μεγάλου ῥίζης < β' σὺν οἴνῳ, κόμμι ἀμυγδαλῆς πικρᾶς, ἢ κεράσου, ἢ κοκκυμηλέας μετὰ κράματος, λάδανον σὺν στύρακι ἀντὶ καταποτίου, καὶ αὐτὸς ὁ στύραξ καθ' ἑαυτὸν, λυκίου ἰνδικοῦ κυάμου τὸ μέγεθος ὁμοίως· μηκώνιον σὺν στύρακι καὶ σμύρνῃ ἴσοις ἀναπλασσόμενα εἰς ὀροβιαῖα μεγέθη, ἀναλαμβανόμενα μετὰ τροφὴν γ'. ἐπιῤῥοφουμένου ὕδατος εἰς κοίτην ἀβλαβῶς δίδοται· μαστίχη λεία ποιεῖ, καταπινομένου τοῦ χυλοῦ, οἰνάνθης τῆς πόας καρπὸς καὶ φύλλα καὶ καυλὸς σὺν οἴνῳ ἢ σὺν οἰνομέλιτι, ὀπόφυλλον μετὰ πράσου καὶ ὄξους, ἢ θεῖον ἄπυρον, ἢ σαγάπηνον, ὀπὸς σὺν ᾠῷ ῥοφητῷ λαμβανόμενος, ἐλελίσφακος ἐν ῥοφήματι λαμβανόμενος· ἄρου ῥίζα ἑφθὴ ἐν ῥοφήματι, καὶ καθ' ἑαυτὴν ἑφθὴ ἐσθιομένη· ἢ δρακοντίου ῥίζα ὁμοίως, σταφίδες ἐκγιγαρτισθεῖσαι καὶ ἐσθιόμεναι, μέλι ἑφθὸν ἀντὶ καταποτίου λαμβανόμενον. ὄξος σκίλλινον καταῤῥοφούμενον· τὰς δὲ προςφάτους ἐρεθίζει τὸ ὄξος· πάνακος ἢ πευκεδάνου

61) Vulg. *καυκαλίδος*.

avellanae in aqua mulsa potae, adiecto pipere: cacaliae radix commanducata, galbanum catapotii instar assumptum, centaurii maioris radix drach. ij. pondere cum vino: gummi amygdali amarae, aut cerasi, aut pruni cum vino diluto: ladanum cum styrace instar catapotii sumptum, atque ipse etiam styrax per se: similiter et lycium indicum fabae magnitudine. Meconium cum styracis et myrrhae partibus aequis in pastillos ervi magnitudine conformatur, e quibus tres a cibo sub horam somni aqua superbibita tuto exhibentur. Confert mastiche trita, deglutito inde succo: item oenanthes herbae folia, semen et caulis cum vino aut oenomelite: silphii semen cum porro et aceto, sulphur vivum, aut sagapenum, laser in ovo sorbili sumptum, salvia in sorbitione hausta, ari radix cocta in sorbitione, ac eadem etiam per se in cibo sumpta: simili quoque modo dracunculi radix, uvae passae detractis vinaceis esitatae: mel coctum instar catapotii devoratum: acetum scilliticum absorptum, (sed recentes tusses acetum irritat:) panacis aut peucedani e radicibus decoctum

ῥίζης ἀφέψημα, ἢ ὀπὸς ὁ τούτων καταπινόμενος· πρασίου ἀπόζεμα σὺν μέλιτι, πράσον ἑφθὸν ἐσθιόμενον, καὶ τὸ χύλισμα αὐτοῦ καταπινόμενον· σανδαράχη σὺν κηρῷ ἀντὶ καταποτίου, σέσελι σὺν οἴνῳ πινόμενον, σκίλλης ἑφθῆς < α΄ σὺν ὀξυμέλιτι ἢ οἰνομέλιτι, σκόροδον ἑφθὸν καὶ ὠμὸν ἐσθιόμενον, σῦκα ξηρὰ ὀπτηθέντα ἐπ᾽ ἀνθράκων ἐμπεπασμένα πεπέρει, χαμαίδρυος ἀφέψημα, καρυωτοὶ βραχέντες ἐν οἴνῳ, ἔπειτ᾽ ὀπτώμενοι, ἐπιπασθέντος πεπέρεως· βρυωνίας ῥίζα λευκὴ, ξηρὰ, λεία, καὶ ὀλίγῳ μέλιτι ἑφθῷ ἀναληφθεῖσα ἀντὶ καταποτίου· ἔστι γὰρ δριμεῖα· τήλεως κύαθος ἑψηθεὶς μεθ᾽ ὕδατος καὶ πινόμενος ἐπὶ ἡμέρας ιε΄. ἐρύσιμον ἢ κάρδαμον προβραχὲν ἡμέραν α΄, εἶτα ἐν πτισάνῃ ἑψηθὲν καὶ ῥοφούμενον. Ἄλλο πρὸς βηχίον. Γλήχωνα δίδου διαμασσήσασθαι, ὕσσωπον μετ᾽ οἴνου χλιαροῦ δίδου πιεῖν νήστει, καὶ κοιτασάσθω· ἢ κισσοῦ κοκκίοις, ἢ ξύλῳ, ἢ φύλλοις κάπνιζε τὸν βηχικὸν καὶ συῤῥέοντα, καὶ ἴαται· ἢ ῥητίνῃ σὺν οἴνῳ παλαιῷ πότιζε, ἢ ἀγριοκαννάβεως σπέρμα πότιζε μεθ᾽ ὕδατος, ἢ κεδρίαν πότιζε νήστεις μετ᾽ οἴνου, ἢ ἀρσενικὸν μετ᾽ ᾠοῦ

aut eorundem liquor devoratus: marrubii infusum cum melle: porrum coctum in cibo sumptum, ex eodem succus expressus haustus: sandaracha cum cera instar catapotii assumpta, seseli cum vino potum, scillae coctae drach. j. cum aceto mulso aut vino mulso, allium, seu coctum, seu crudum, in cibo sumptum, caricae super prunis assatae, insperso pipere, chamaedryos dococtum, palmulae, caryotae in vino maceratae, deindeque tostae, superinsperso pipere: bryoniae radix alba in pulverem contrita et pauco melle cocto excepta, instar catapotii devorata: est enim acris: foeni graeci decoctum ex aqua diebus quindecim cyathi mensura potum: erysimum aut nasturtium diei unius spatio praemaceratum, deindeque in ptisana coctum et absorptum. Aliud ad tussiculam: pulegium praebe manducandum: aut hyssopum ex vino tepido propinato ieiuno, et superdormiat. Aliud: hederae acinis, ligno, aut foliis tussi fluxionique obnoxium fumigato, et sanabitur: aut resinam cum vino vetere, aut cannabis agrestis semen ex aqua propinato: aut cedriam cum

ῥοφητοῦ δίδου φαγεῖν, ἢ θεῖον ἄπυρον ὁμοίως, ἢ τῆλιν, ἢ ὕσσωπον, ἢ γλήχωνα μετ᾽ ὀξυκράτου ἑψήσας δίδου πιεῖν νήστει· ἢ ἐλαίας φύλλα καὶ δάφνης κόψας καὶ λειώσας δὸς πιεῖν, γ′ πρωΐας κοχλ. γ′. Τὰς δὲ μετὰ ῥευματισμοῦ πολλοῦ ὠφελεῖ ἀφρὸς ἵππειος μεθ᾽ ἡμικοτυλίου ὕδατος πινόμενος. Τὰς δὲ σφοδρὰς ἐκπτύσεις ἐν τοῖς βηχικοῖς ὠφελεῖ οἶνος ἐν σκίλλῃ γλυφείσῃ διανυκτερεύσας, καὶ διδόμενος κατὰ τὰς ἐπιτάσεις τῆς βηχός· σίφωνι δὲ λαμβανέσθω, καὶ ὀλίγος διὰ τὴν δριμύτητα· ὠφελεῖ καὶ ὄξος σκίλλινον καταῤῥοφούμενον. Ἄλλο βηχικόν· πᾶσι δὲ τοῖς βήττουσιν ἁρμόζει βούτυρον μετὰ μέλιτος καὶ κυμίνου βραχέως· ἕψεται δὲ τὸ βούτυρον ἴσον τῷ μέλιτι, τοῦ πλήθους τοῦ μέλιτος προαφριζομένου, καὶ οὕτω προσβάλλεται τὸ κύμινον· ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ φθισικῶν.

Κεφ. λβ′. Ἐκλειχόμενα δὲ ὠφελεῖ δρακοντίου ῥίζα ἑφθὴ μετὰ μέλιτος, ἀμύγδαλα πικρὰ μετ᾽ ἐλελισφάκου σὺν μέλιτι θερμαινόμενα· ἢ θύμβρα, ἢ ὕσσωπον, ἢ στοιχὰς σὺν μέλιτι· λινόσπερμον λεῖον σὺν ἴριδι καὶ καρύοις πικροῖς καὶ

vino ieiunis potui dato, aut arsenicum cum ovo sorbili exhibeto, aut sulphur vivum simili modo. Aut foenum graecum, hyssopum aut pulegium, ex posca decoquito, et ieiuno propinato. Aut: oleae laurique folia tusa tritaque tribus matutinis ternum cochlearium mensura potui dato. Tusses, quae cum vehementi sunt defluxione, iuvat equina spuma pota cum aquae dimidia hemina. Validas tussientium excreationes adiuvat vinum in excavata scilla per noctem relictum et urgente tussi exhibitum: sumatur vero per cannulam et parciore quantitate, propter acrimoniam: confert et acetum scillinum absorptum. Omnibus porro tussientibus convenit butyrum cum melle et cumini exiguo: coquitur vero butyrum aequali quantitate cum melle prius despumato, tandemque cuminum adiicitur: hoc genus remedii etiam phthisicis opitulatur.

Cap. XXXII. Haec vero delincta iuvant: dracunculi radix cocta cum melle, amygdalae amarae cum salvia in melle fervefactae: thymbra, hyssopus, aut stoechas cum melle: semen lini tritum cum iride, amygdalis amaris et

μέλιτι, κνίδης σπέρμα ὁμοίως· πίσσα, πισσέλαιον ὁμοίως, πράσιον ξηρὸν ἢ καὶ ὑγρὸν λεῖον σὺν μέλιτι· ἢ ῥητίνη πιτυΐνη ὑγρὰ, ἢ τερμινθίνη ἐκλειχομένη, σκόρδιον σὺν καρδάμῳ, ἢ ῥητίνη καὶ μέλιτι· στρουθίου κοχλιάριον σὺν μέλιτι· τραγορίγανον σὺν μέλιτι· τραγάκανθον ὑποχυλιζόμενον, φλόμου ῥίζα σὺν μέλιτι, μελάνθιον λεῖον βεβρεγμένον, ἀναληφθὲν σταφίδος σαρκὶ, ἢ φοινίκων γλυκέων.

Κεφ. λγ'. Ὑποθυμιώμενα δὲ ὠφελεῖ χρονίας βῆχας, καὶ διὰ καλαμίνου σίφωνος καὶ ἄμβικος τετρημένου κατὰ τὸν πυθμένα, δι' οὗ καὶ ὁ σίφων καθιέμενος ἀναπέμπει εἰς τὸ στόμα τὸν ἀτμόν· ἀρσενικὸν, σανδαράχη λεία, βραχέντα ὕδατι καὶ πλασθέντα τῷ τετρημένῳ ἄμβικι, περιτιθεμένου τῷ πυρὶ τοῦ ἄμβικος· βηχίου φύλλα θυμιώμενα, θεῖον ἄπυρον, κάλαμος ἀρωματίτης καθ' ἑαυτὸν καὶ σὺν ῥητίνῃ τερμινθίνῃ, πρόπολις, σανδαράχη σὺν ῥητίνῃ τερμινθίνῃ, ἄσφαλτος, λιβανωτὸς σὺν ῥητίνῃ, σκίλλα ξηρὰ, ἐρύσιμον, ἔλαιον κέδρινον, κενταυρίου ῥίζα, μαράθρου καρπός.

melle: urticae semen eodem modo, pix, similiterque picinum oleum, marrubium siccum aut etiam virens tritum cum melle, resina pinea liquida aut terebinthina delincta: scordium cum nasturtio, aut resina et melle: struthii cochlearium unum cum melle, tragoriganum cum melle, liquescens e tragacantha linguae subdita succus, verbasci radix cum melle, melanthium tritum maceratumque et exceptum carne passularum aut palmularum dulcium.

Cap. XXXIII. Tusses porro diuturnas adiuvant suffumigata, quae sequuntur, ita ut ex iis vapor in os recipiatur per arundineum canalem ollulae in fundo pertusae foramini insertum. Haec vero sunt illinenda ollulae pertusae: arsenicum seu auripigmentum et sandaracha trita et aqua irrigata, ac ipsi ollulae undique adhibendus ignis. Prosunt et suffitu tussilaginis folia, sulphur vivum, calamus aromaticus per se et cum resina terebinthina, propolis, sandaracha cum resina terebinthina, bitumen, tus cum resina, scilla sicca, erysimum, oleum cedrinum, centaurii radix, foeniculi semen.

Κεφ. λδ'. Ῥήγματα δὲ καὶ σπάσματα ἶᾶται πινόμενα ἀβροτόνου ἀπόζεμα, καὶ τοῦ καρποῦ λείου < α' μεθ' ὕδατος ἀγαρικὸν μεθ' ὑδρομέλιτος, ἀειζώου χυλὸς, ἀκάνθου τοῦ παιδέρωτος ῥίζα· ἀκόρου ῥίζης ἀπόζεμα, καὶ αὐτὴ ἡ ῥίζα ξηρά· πολυγόνου χυλὸς, χαμαίδρυος ἀπόζεμα, νάρδου ἀγρίας ῥίζα ὁμοίως, κενταυρίου τοῦ μεγάλου ῥίζα, μαλάχης ῥίζα μεθ' ὕδατος· κλεώνικον[62] μετ' οἴνου, σεσέλιος καρπὸς καὶ ῥίζα μετ' οἴνου, ἀλθαίας ῥίζα. ἀλκέα ἐν μελικράτῳ, πηγάνου ἀγρίου σπέρμα ἐν οἴνῳ· ἁλίμου ῥίζης < α' ἐν μελικράτῳ, βρυωνίας ῥίζης χυλὸς ἐν μέλιτι ἐκλειχόμενος, ὑὸς ἄφοδος ὄξει διεθεῖσα καὶ ποθεῖσα· ἀριστολοχίας ῥίζα μετὰ πηγάνου, ἀρκευθίδες έ, ἢ ς', μέχρι ή, πινόμεναι σὺν μελικράτῳ, ἀσφοδέλου ῥίζης < ά σὺν οἴνῳ, βακχάριδος ἀφέψημα ἐν ὕδατι, βολβοὶ ὀπτοὶ ἐσθιόμενοι σὺν ἐλαίῳ, φλόμου ῥίζα σὺν οἴνῳ, γεντιανῆς ῥίζης < β', ἢ χυλοῦ < α', σὺν ὕδατι· ἑλενίου ῥίζης ἀπόζεμα· ἑλιχρύσου, ἢ ἑρπύλλου, ἢ ἱππούριδος ῥίζαι καὶ φύλλα σὺν ὕδατι, ἢ οἴνῳ· καλάμου ἀρω-

62) Diosc. lib. 3. c. 99.

Cap. XXXIV. Ruptis et convulsis medentur in potu sumpta haec: abrotani infusum, eiusque semen tritum ex aqua drach. j. pondere: agaricum cum aqua mulsa, sempervivi succus, acanthi paederotis radix, acori radicis infusum et ipsa quoque sicca, polygoni succus, chamaedryos decoctum, nardi sylvestris radix similiter, centaurii maioris radix, malvae radix ex aqua, clinopodium cum vino, seseleos semen et radix in vino, althaeae radix, alcea in melicrato, rutae agrestis semen in vino, halimi radicis drach. j. in melicrato, radicis bryoniae succus ex melle delinctus, fimus suillus aceto solutus et potus, aristolochiae radix cum ruta, iuniperi baccae quinque sexve ad octo usque potae cum aqua mulsa, asphodeli radicis drach. j. cum vino, baccharidis decoctum in aqua, bulbi assati in cibo sumpti cum oleo, verbasci radix cum vino: gentianae radicis drach. ij. aut succi drach. j. cum aqua: helenii radicis infusum, elichrysi, aut serpylli, aut equiseti radices et folia cum aqua aut vino, ca-

ματίτου ὀβολοὶ δύο σὺν οἴνῳ, καλαμίνθης ἀπόζεμα, χαλβάνη ἀντὶ καταποτίου, κενταυρίου ῥίζης < β′ σὺν οἴνῳ, κεδρίδες ὁμοίως, κέστρου φύλλων < α′ μεθ᾽ ὑδρομέλιτος, κλινοποδίου ἀπόζεμα, κόστου < α′ μετ᾽ οἴνου καὶ ἀψινθίου, κρίνου ῥίζα σὺν μέλιτι, λιβανωτίδος ῥίζα, λίθος σάπφειρος πινόμενος, ἴρεως ῥίζα σὺν γλυκεῖ, ὀπὸς σιλφίου μετὰ κονίας ὑλιστῆς· ὀποπάναξ μετὰ πρασίου ἢ ὀριγάνου ἀποζέματος, μῶλυ λεῖον σὺν πεπέρει καὶ ὀλίγῃ σμύρνῃ μετ᾽ οἴνου ὀλίγου ἢ ὕδατος, σαγαπήνου δραχμὴ σὺν ὑδρομέλιτι· σέσελι σὺν οἴνῳ, σκόρδιον σὺν ῥητίνῃ καὶ καρδάμῳ καὶ μέλιτι.

Κεφ. λε′. Πλευριτικοὺς δὲ ὠφελεῖ πινόμενα ἀγαλλόχου < α′ μεθ᾽ ὑδρομέλιτος, αἰθιοπίδος ῥίζα ἐν μελικράτῳ ἑψηθεῖσα, ἀκόρου ῥίζης < α′ μετὰ τριφύλλου καρποῦ τοῦ ἴσου ὁμοίως, κενταυρίου ῥίζης < α′ ὁμοίως, ἀβροτόνου ἀπόζεμα μεθ᾽ ὑδρομέλιτος, σαγαπήνου < α′ ὁμοίως, κνίδης σπέρμα σὺν μέλιτι ἐκλειχόμενον, βρυωνίας ῥίζα σὺν μέλιτι ὁμοίως, ἀποκύνου σπέρμα ποθὲν σὺν ὕδατι· ὑὸς ἄφοδος ἀνεθεῖσα

lami aromatici oboli duo cum vino, calaminthae decoctum, galbanum instar catapotii devoratum, centaurii radicis drach. ij. cum vino, cedri fructus eodem modo, betonicae foliorum drach. j. cum aqua mulsa, clinopodii infusum, costi drach. j. cum vino et absinthio, lilii radix cum melle, libanotidis radix, sapphirus lapis in potu sumptus, iridis radix cum vino passo, silphii liquor cum lixivio colato, opopanax cum marrubii aut origani infuso: moly tritum cum pipere exiguo myrrhae, addito pauco vino aquave: sagapeni drach. j. cum aqua mulsa, seseli cum vino, scordium cum resina, nasturtio et melle.

Cap. XXXV. Pleuriticis haec subveniunt in potu sumpta: agallochi drach. j. cum aqua mulsa, aethiopidis radix in melicrato cocta: similiter et acori radicis drach. j. cum trifolii seminis pari quantitate: centaurii radicis drach. j. simili modo, abrotani infusum cum aqua mulsa, sagapeni drach. j. eodem modo, urticae semen cum melle delinctum, bryoniae radix cum melle simili modo, apocyni semen potum ex aqua: suillum stercus aqua solutum

ὕδατι καὶ ποθεῖσα καὶ τὰ λίαν χρόνια ἀλγήματα λύει· ἀριστολοχίας ῥίζα ποθεῖσα μεθ᾽ ὕδατος, ἄρου ῥίζα ἑφθὴ ἐσθιομένη, δρακοντίου ὁμοίως, ἀσφοδέλου ῥίζα μετ᾽ οἴνου· ἐπὶ δὲ τῶν κεχρονισμένων, βαλσάμου καρποῦ < σὺν μελικράτῳ· κενταυρίου τοῦ μεγάλου < β′ τῆς ῥίζης σὺν οἴνῳ, λευκακάνθης ῥίζης χυλοῦ κύαθ. α′ σὺν μελικράτῳ, ῥίζα πευκεδάνου ἐκλειχομένη σὺν μέλιτι· πετροσέλινον ὁμοίως· πηγάνου ἀπόζεμα, ἀνήθου, ἢ στοιχάδος, ἢ συμφύτου σὺν μελικράτῳ· τριφύλλου καρπὸς καὶ τὰ φύλλα σὺν μελικράτῳ· τραγοριγάνος ἀποβρεχθεῖσα καὶ περιπνευμονικοὺς ὠφελεῖ μεθ᾽ ὑδρομέλιτος· ψευδοβουνίου κλωνία τρία ὁμοίως, σαγαπηνοῦ < α′ μετὰ πηγάνου ἀποζέματος. Καταπλασσόμενα δὲ ὠφελεῖ τοὺς πλευριτικοὺς κρίθινον ἄλευρον σὺν μελιλώτῳ καὶ κωδίαις μήκωνος ἑψηθὲν ἐν μελικράτῳ· χαλβάνη ἢ ῥητίνη τερμινθίνη ἐπιτεθέντα καθ᾽ ἑαυτὰ ἀντὶ μαλάγματος· ῥίζα κράμβης καεῖσα σὺν τοῖς καυλοῖς, ἀναληφθείσης τῆς τέφρας ἀξουγγίῳ παλαιῷ καὶ ἐπιτεθείσης· κυπάρισσος σὺν πηγάνου φύλλοις· σαγαπηνὸν ἀναληφθὲν κηρωτῇ μυρσινίνῃ, πράσιον ὁμοίως,

potumque etiam diuturnos admodum dolores solvit: aristolochiae radix ex aqua pota, ari radix cocta, in cibis sumpta, similiterque dracunculi, asphodeli radix cum vino. Inveterato autem affectu, balsami semen drach. j. pondere cum aqua mulsa: centaurii maioris radicum drach. ij. cum vino, leucacanthae e radice succus cyathi unius mensura cum aqua mulsa, radix peucedani delincta cum melle, similiter et petroselinum: decoctum rutae, anethi, stoechadis, aut symphyti cum aqua mulsa: trifolii semen et folia cum melicrato: tragoriganum maceratum etiam peripneumonicos adiuvat cum aqua mulsa: pseudobunii ramuli tres eodem modo, sagapeni drach. j. cum rutae decocto. Cataplasmatum vero more imposita haec pleuriticis auxilio sunt: hordeacea farina cum meliloto et papaveris calycibus cocta in melicrato, galbanum aut resina terebinthina, imposita per se pro malagmate: brassicae radicis una cum caulibus exustae cinis vetere axungia exceptus et impositus: cupressus cum rutae foliis, sagapenum cerato myrtino exceptum, marrubium simili modo,

τέφρα κληματίνη σὺν ἀξουγγίῳ, κυπαρίσσου φύλλα ἁπαλὰ, καὶ σῦκα, καὶ ἀξούγγιον, ἴσα· ἢ θαψίας χυλῷ τὸν θώρακα κατάχριε πρὸς ὀλίγον· μάλιστα δὲ ποιεῖ ἐπὶ τῶν περιπνευμονικῶν κώδιον περιχρισθὲν πίσσῃ ὑγρᾷ, καὶ θείου ἀπύρου ἐπικαταπασθέντος τῇ πίσσῃ, καὶ ἐπιτεθέν· δεῖ δὲ τὰ μέσα τοῦ κωδίου χρίειν, ἵνα μὴ διαῤῥυῇ ἡ πίσσα· καὶ ὁ τῶν σωματεμπόρων δὲ δρώπαξ ὠφελεῖ καταχριόμενος· καὶ κονία ἄσβεστος ὄξει γλοιωθεῖσα καὶ ἀναληφθεῖσα κηρωτῇ κυπρίνῃ· σπύραθοι αἴγειοι σὺν ὄξει, μιγέντος ὀποῦ μηδικοῦ ὀλίγου.

Κεφ. λϛ΄. Περιπνευμονικοὺς δὲ ὠφελεῖ δρακοντίου ῥίζα ἢ ἄρου ἑφθὴ ἐσθιομένη σὺν μέλιτι, κνίδης σπέρμα σὺν μέλιτι ἐκλειχόμενον· ἀμύγδαλα πικρὰ σὺν ὕδατι πινόμενα, ἢ ἐκλειχόμενα σὺν ῥητίνῃ τερμινθίνῃ· βαλσάμου καρποῦ < α΄ μεθ᾽ ὕδατος· ἀψινθίου ἀπόζεμα ποθὲν μετ᾽ ἴρεως, ἢ ὑσσώπου ὁμοίως· κνίδης φύλλα μετὰ πηγάνου ἀποζέματος, ἢ σὺν μέλιτι ἐκλειχόμενα· πολυγόνου χυλὸς καταῤῥοφούμενος συνεχῶς, ἢ μελίκρατον πινόμενον ἀπεζεσμένον.

Κεφ. λζ΄. Ἐπὶ δὲ τῶν λεγομένων ἀναφορικῶν ἄγει τὰ

sarmentitius cinis cum axungia: tenellorum cupressi foliorum, ficuum et axungiae pares portiones. Aliud: thapsiae succo thoracem ad breve tempus illinito: hoc genus remedii peculiariter confert peripneumonicis. Iuvat et ovina pellis oblita pice liquida, cui sulphur vivum inspersum fuerit, et adhibita. Pellis vero medias tantum partes illini oportet, ut ne pix diffluat. Prodest et mangonum dropax perunctus, itidemque calx viva cum aceto ad strigmenti crassitudinem redacta et cerato excepta cyprino: stercus denique caprinum cum aceto, admixto etiam pauco liquore medico (silphii.)

Cap. XXXVI. Peripneumonicis auxilio sunt ista: dracunculi aut ari radix elixa et cum melle in cibis sumpta, urticae semen cum melle delinctum, amygdala amara cum aqua pota, aut delincta cum resina terebinthina, balsami fructus drach. j. pondere cum aqua, absinthii decoctum cum iride potum, hyssopi similiter, polygoni succus frequenter absorptus, aqua mulsa fervefacta in potu.

Cap. XXXVII. Qui vitiosa pectore reiiciunt, his

ἐκ θώρακος σκίλλη ὀπτὴ σὺν μέλιτι ἐκλειχομένη· σκόροδον ἑφθὸν καὶ ὀπτὸν, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ μυττωτόν· πευκεδάνου ῥίζης ὀπὸς ἐκλεικτός· πράσον κεφαλωτὸν, καὶ πόδες ὕειοι συνεψόμενοι ῥοφήμασιν· ἢ πόλιον ὁμοίως· στοιχάδος ἀφέψημα· συμφύτου πετραίου ἀφέψημα σὺν μελικράτῳ· σῦκα ξηρὰ βρωθέντα σὺν ὑσσώπῳ, καὶ τὸ ἀπόζεμα αὐτῶν μεθ' ὑσσώπου· χρυσοκόμης ἀφέψημα μεθ' ὑσσώπου. Ἀνύει δὲ καὶ τὰ πρὸς τοὺς περιπνευμονικοὺς ἀναγεγραμμένα, καὶ ταῦτα· στρόβιλος ὅλος νέος σὺν τῇ περὶ αὐτὸν ῥητίνῃ θλασθεὶς ἐπιμελῶς, καὶ ἑψηθεὶς ἐν γλυκεῖ, (καλλίων δὲ ὁ σκυβελίτης[63] ἀντὶ τοῦ γλυκέως,) καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμβανόμενος· ἢ γλήχων σὺν μέλιτι, κάρδαμον φωκτὸν ὁμοίως· θύμον, θύμβρα, ὕσσωπον ἀποζεσθέντα σὺν ὕδατι· χαλβάνη ἀντὶ καταποτίου· ἄλευρον κυάμινον μετὰ δρακοντίου ῥίζης, ἢ ἀμυγδάλων ἐν ῥοφήματι λείων, ἢ σὺν μέλιτι ἐκλειχόμενον· ὄρχεως τῆς σεραπιάδος ἡ ῥίζα πινομένη, πίσσα ὑγρὰ σὺν μέλιτι ἐκλειχομένη, σαγαπηνὸν σὺν μελικράτῳ· σκορδίου ῥίζα ὁμοίως, καὶ τοῦ καρποῦ < α' σὺν οἴνῳ.

63) Aët. lib. 9. c. 24.

prosunt: scilla tosta cum melle delincta, allium elixum tostumque, et quod ex eo paratur, intritum, peucedani e radice liquor delinctus, porrum capitatum et pedes suilli una cocti in sorbitionibus, polium eodem modo, stoechadis decoctum, symphyti petraei decoctum cum aqua mulsa, caricae cum hyssopo esitatae, earundem infusum cum hyssopo, chrysocomes decoctum cum hyssopo. Proficiunt etiam tum quae ad peripneumonicos praescripsimus, tum et ista: strobilus integer ac recens cum adhaerente resina diligenter contusus et in passo decoctus, quotidie sumptus: (fuerit vero satius passi vice vinum sponte defluens accipere:) pulegium cum melle, nasturtium tostum simili modo: thymus, thymbra, hyssopus, decocta in aqua: galbanum instar catapotii devoratum: farina fabacea cum dracunculi radice, aut amygdalis in sorbitione tritis, aut cum melle delincta: orcheos serapiadis radix bibita, pix liquida cum melle delincta, sagapenum cum aqua mulsa, scordii radix simili modo: eiusdemque seminis drach. j. cum vino.

Κεφ. λη΄. Φθισικοῖς δὲ ἁρμόζει ποτὰ ἀγαρικοῦ ὀβολοὶ δύο μετὰ γλυκέως, ἀκάνθου τοῦ παιδέρωτος ῥίζαι μετὰ μελικράτου· ἀρνογλώσσου χυλὸς, καὶ ἡ πόα ἐσθιομένη ἑφθή· ἀρκίου ῥίζης < α΄ μεθ᾽ ὕδατος καὶ στροβίλων μ΄ πινομένη· γάλα γυναικεῖον θηλαζόμενον· ἢ αἴγειον, ἢ προβάτειον, ἢ βόειον πινόμενον· δαφνίδες λεῖαι σὺν μέλιτι ἐκλειχόμεναι· ἐρύσιμον ὁμοίως φωκτὸν σὺν μέλιτι, ἢ πτισάνης χυλῷ καθεψηθέν· θαψίας ῥίζης ὀποῦ ὀβολοὶ β΄, πινόμενοι μετ᾽ οἴνου, ἢ ἐν ἑψήμασιν λαμβανόμενοι· καρκῖνοι σὺν τῷ ζωμῷ ἑφθοὶ ἐσθιόμενοι, βάτραχοι ὁμοίως, κραταιογόνου ῥίζα σὺν μέλιτι, μυῤῥίδος ῥίζα μετὰ ῥοφήματος, πίσσης ὑγρᾶς κυάθου πλῆθος ἐκλειχόμενον, πράσου χυλὸς, ἢ πράσιον ἐκλειχόμενον, ῥᾶ σὺν ὕδατι, ἐλάφου στέαρ νεαρὸν καθεψηθὲν ἐν ῥοφήματι, βούτυρον σὺν μέλιτι ἑφθόν.

Κεφ. λθ΄. Δυσπνοίας καὶ ἄσθματα καὶ ὀρθοπνοίας (ὠφελεῖ) ποτὰ ἀβροτόνου < α΄ σὺν ὕδατι χλιαρῷ, ἀδιάντου ἀφέψημα σὺν ὕδατι· περικλυμένου < α΄ ἐπὶ ἡμέρας μ΄ σὺν οἴνῳ,

Cap. XXXVIII. Phthisicis conveniunt in potu haec: agarici oboli duo cum passo, acanthi paederotis radices cum aqua mulsa: plantaginis succus, atque ipsa herba in cibis sumpta: arcii radix drach. j. pondere cum pineis nucleis XI ex aqua pota: lac muliebre suctum e papilla, aut caprinum vel ovillum bubulumve bibitum: lauri baccae cum melle delinctae: similiter et erysimum tostum cum melle aut ptisanae cremore decoctum, liquoris e thapsiae radice oboli duo ex vino bibiti, aut cum sapa sumpti, cancri elixi cum suo iure in cibis sumpti, similiter et ranae, crataeogoni radix cum melle, myrrhidis radix cum sorbitione, pix liquida cyathi unius mensura delincta, porri succus, marrubium delinctum, rha cum aqua, cervinus adeps recens in sorbitione coctus, butyrum denique cum melle coctum.

Cap. XXXIX. Spirandi difficultati, anhelationi et orthopnoeae conferunt haec ore sumenda: abrotani seminis drachma cum aqua tepida, adianti decoctum ex aqua, periclymeni semen drachmae pondere ad dies XI cum

κνίδης καρπὸς σὺν μέλιτι, ἀλώπεκος πνεύμονος ξηροῦ < γ΄
σὺν μελικράτῳ, βρυωνίας ῥίζης χυλὸς < μετὰ μέλιτος, ἀμ-
μωνιακοῦ < α΄ σὺν ὀξυμέλιτι, ἀναγύρου φύλλων < α΄ ἐν
γλυκεῖ, ἀριστολοχίας < α΄ τῆς ῥίζης μετὰ μέλιτος ἐκλειχο-
μένη, ἀρνόγλωσσον ἑφθὸν ἐσθιόμενον, ἄσφαλτος ἀντὶ κα-
ταποτίου λαμβανομένη, βακχάριδος ἀφέψημα ἐν ὕδατι, βαλ-
σάμου καρποῦ < α΄ σὺν ὀξυμέλιτι· βότρυς, ἣν ἀμβροσίαν
καλοῦσιν ἔνιοι, μετ᾽ οἴνου· στρουθίου κοχλιάριον μετὰ μέλι-
τος, σφονδύλιον ὁμοίως· δαφνίδες δύο λεῖαι σὺν μέλιτι, καὶ
τὰ ἁπαλὰ τῶν φύλλων ὁμοίως· δρακοντίου ῥίζαι ἢ ἄρου
ἐσθιόμεναι ἑφθαὶ, ῥοφουμένου καὶ τοῦ ἀφεψήματος· πνεύμο-
νος ἐλαφείου, ἀλώπεκος ἥπατος, στοιχάδος, ἴσα σὺν ὕδατι·
ἢ καστόριον ἰδίᾳ μετὰ μέλιτος· ἶρις σὺν ὑσσώπῳ καὶ μελι-
κράτῳ ἐν καταποτίῳ διδομένη· ἑλενίου ἀπόζεμα, σμύρνης
κυάμου μέγεθος ἐν καταποτίῳ λαμβανόμενον, σμυρνίου ἀπό-
ζεμα· θαψίας ὀποῦ ὀβ. α΄, ἢ χυλοῦ < α΄, θεῖον ἐν ᾠῷ δι-
δόμενον· θύμου, ἢ θύμβρας, ἢ ὑσσώπου ἀπόζεμα, ἢ αὐτὰ
λεῖα μετὰ μέλιτος ἐκλειχόμενα· ἱππούριδος χυλὸς, καλαμίν-

vino, urticae semen cum melle, vulpini pulmonis exsic-
cati drach. iij. cum melicrato, bryoniae radicis succus
drach. j. pondere cum melle: ammoniaci drach. j. cum
aceto mulso, anagyri folia drachmae pondere in passo po-
ta, radicis aristolochiae drach. j. cum melle delincta,
plantago elixa in cibis sumpta, bitumen catapotii vice as-
sumptum, baccharidis decoctum ex aqua, balsami fructus
drach. j. pondere cum aceto mulso: botrys, quam ambro-
siam nonnulli appellant, cum vino: struthium cochlearis
mensura cum melle, sphondylium eodem modo, lauri bac-
cae duae tritae cum melle: dracunculi vel ari radices eli-
xae, in cibis assumptae, iure decocti simul etiam absor-
pto: pulmonis cervini, iecoris vulpini et stoechadis pares
portiones ex aqua: castorium privatim cum melle, iris
cum hyssopo et mulsa, catapotii instar exhibita, helenii
infusum, myrrha fabae magnitudine instar catapotii de-
glutita, smyrnii infusum: liquoris thapsiae obolus unus,
aut succi eiusdem drach. j., sulphur in ovo exhibitum:
thymi, thymbrae, aut hyssopi infusum, aut eadem trita
cum melle delincta: equiseti succus, calaminthae infusum,

θης ἀπόζεμα, χαλβάνη ἀντὶ καταποτίου, κενταυρίου μεγάλου ῥίζης < β′ σὺν οἴνῳ, κέστρου < α′ σὺν οἰνομέλιτι, φοίνικος < α′ μετ᾽ οἰνομέλιτος, κισσανθέμου < α′ μετ᾽ οἴνου, κυπαρίσσου σφαιρία σὺν οἴνῳ, περικλύμενον σὺν ὀξυκράτῳ· χαμαισύκη πινομένη παύει τοὺς παροξυσμούς· μελάνθιον πινόμενον μετ᾽ ἀνήθου· ἢ μελισσοφύλλου χυλὸς ἐκλειχόμενος, ἢ κυδωνίων πεπείρων χυλός· ὀπόφυλλον μετὰ πράσου καὶ ὄξους· οὖρον παιδὸς ἀφθόρου καταῤῥοφούμενον, πευκεδάνου ῥίζης ἀπόζεμα καὶ ὀπὸς, περικλυμένου φύλλων χυλὸς, πηγάνου ἀγρίου σπέρμα μετὰ μελικράτου, πίσσα ὑγρὰ μετὰ μέλιτος ἐκλειχομένη, πισσέλαιον ὁμοίως, πρασίου ἀφέψημα, ῥαφάνου φλοιοῦ χυλὸς ἐκλειχόμενος σὺν μέλιτι, σανδαράχη σὺν ῥητίνῃ τερμινθίνῃ ἐκλειχομένη, σκίλλης ὀπτῆς < α′ μετ᾽ ὀξυμέλιτος· πάνακος ἀφέψημα, ἀβροτόνου ὁμοίως· γάλα ὄνειον πινόμενον, θεῖον ἐν καταποτίῳ· ὄνοι κατοικίδιοι πινόμενοι ι′ μεθ᾽ ἡμικοτυλίου ἐλαίου νήστεσιν· ἢ ἐλατηρίου < α′, νίτρου < α′ ὁμοίως, σινήπεως < α′ καταπότια ποιήσας, δύο δίδου· ἢ εὐζώμου σπέρμα σὺν μέλιτι· ποιεῖ

galbanum instar catapotii deglutitum, centaurii maioris radix drach. ij. pondere cum vino, betonicae drach. j. cum vino mulso, palmulae drach. j. cum vino mulso, cissanthemi drach. j. cum vino, cupressi globuli cum vino, periclymenon cum posca: chamaesyce pota solvit paroxysmos: melanthium cum anetho potum, melissophylli succus delinctus, similiterque cotoneorum maturorum succus, laserpitii semen cum porro et aceto, urina pueri impubis absorpta, peucedani radicis decoctum et liquor, periclymeni e foliis succus, rutae agrestis semen cum melicrato, pix liquida cum melle delincta, oleum picinum simili modo, marrubii decoctum, raphani e cortice succus delinctus cum melle, sandaracha cum resina terebinthina delincta, scillae assatae drach. j. cum aceto mulso, panacis decoctum, itidemque abrotani, lac asininum haustum, sulphur catapotii vice sumptum, millepedae numero X ieiunis potae ex dimidia olei hemina. Aliud: ex elaterii, nitri, sinapeos, an. drach. j. catapotia conformato, e quibus bina exhibeantur. Valet et erucae semen cum melle, nec non et ferri candentis

καὶ σιδήρου πεπυρωμένου ἐναποσβεσθέντος ὄξει πινόμενον τὸ ἀπόβρεγμα. Ὑποθυμιᾶται δὲ ὠφελίμως πρὸς ἀσθματικοὺς, ὅσα καὶ ἐπὶ τῶν χρονίως βηττόντων ὑπεδείξαμεν διὰ τοῦ ἄμβικος.

Τῶν περὶ τὰ ἔντερα παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. μ'. Πρὸς δὲ τοὺς στροφουμένους χρονίως ἁρμόζει πινόμενα ἀγαρικοῦ ὀβ. β' μεθ' ὕδατος θερμοῦ· ἀγρώστεως τῆς ἐν Παρνασσῷ τῆς ῥίζης ἀφέψημα, καὶ αὐτὴ ἡ ῥίζα ξηρὰ ἐν οἴνῳ ἢ μελικράτῳ· γλυκυσίδης ῥίζα σὺν οἴνῳ ἢ μελικράτῳ, χαμαιπίτυος ἀπόζεμα, χελιδόνιον σὺν οἴνῳ, ἢ λιβανωτίδος σπέρμα σὺν οἴνῳ, σεσέλεως καρπὸς καὶ ῥίζα σὺν οἴνῳ, δαμασωνίου < α' μετ' οἴνου, κύμινον αἰθιοπικὸν καὶ ἄγριον μετ' οἴνου, ἶρις ἐκλειχομένη σὺν μέλιτι, ἔλαιον πινόμενον μετὰ πηγάνου ἀφεψήματος κυάθων ἓξ σὺν νίτρῳ καὶ μελικράτῳ· ἑρπύλλου ἀπόζεμα, ἠρυγγίου ῥίζης < α' μετ' οἴνου, καλαμίνθης ἀπόζεμα, καστόριον σὺν ὄξει, κενταυρίου τοῦ μεγάλου τῆς ῥίζης < β' σὺν οἴνῳ· κέστρου φύλλων δρα-

in aceto exstincti dilutum bibitum. Sunt et anhelatoribus utiles iidem suffitus, quos tussi diuturna infestatis per ollulam adhibendos antea praescripsimus.

Ad intestinorum affectus remedia.

Cap. XL. Iis, qui diuturnis cruciantur torminibus, conveniunt in potu agarici oboli duo ex aqua, radicis graminis parnassii decoctum, et ipsa quoque radix sicca in vino vel melicrato, paeoniae radix cum vino aut melicrato, chamaepityos decoctum, chelidonium cum vino, libanotidis semen cum vino, seseleos semen et radix cum vino, damasonii drachma una cum vino, cuminum aethiopicum et sylvestre cum vino, iris delincta cum melle: oleum cum ruta coctum, cyathorum sex mensura potum, additis nitro et melicrato: serpylli decoctum, eryngii radix drach. j. pondere cum vino, calaminthae decoctum, castoreum cum aceto, centaurii maioris radix drach. ij. pondere cum vino, betonicae foliorum drach. j. cum

χμὴ α′ σὺν οἴνῳ, λιβανωτίδος ῥίζα σὺν οἴνῳ· λιγυστικὸν σὺν ὕδατι, καὶ ἡ ῥίζα αὐτοῦ ὁμοίως· μήου ἀπόβρεγμα, μελισσόφυλλον σὺν οἴνῳ, νάρθηκος σπέρμα σὺν οἴνῳ· πευκεδάνου ῥίζα ὁμοίως, ἢ ἀπόζεμα, ἢ ὀπός· νίτρον ἢ ἀφρόνιτρον μετὰ πηγάνου, ἢ κυμίνου, ἢ ἀψινθίου ἀποζέματος, ἢ μετ᾽ ἐλαίου καὶ ὕδατος καὶ οἴνου· ὀπόφυλλον πινόμενον, σαμψύχου ἀπόζεμα, σισυμβρίου σπέρμα, σκίλλης ὀπτῆς < α′ σὺν ὀξυμέλιτι· χαμαιδάφνης ἀλεξανδρίνης φύλλα σὺν οἴνῳ ποθέντα· ψευδοβουνίου κλωνία δ′ μετὰ ὕδατος, πετροσέλινον σὺν οἴνῳ, πέπερι μετὰ δάφνης φύλλων, ἀνήθου ἀπόζεμα· τῆλις μετὰ κνίκου σπέρματος ἀφεψηθεῖσα πινομένη, δαφνίδες ἀφεψημέναι ι′ (ἐν ἄλλῳ ζ′) ἐν οἴνου κυάθοις δυσὶ, πάνακος ἀπόζεμα μετὰ οἴνου καὶ ἐλαίου, καὶ πινόμενον.

Κεφ. μα′. Πρὸς δὲ τοὺς ἐμπνευματωμένους μετὰ ἀλγήματος ποσοῦ καὶ διατάσεως ἁρμόζει πινόμενον ἄμμι σὺν ἀνήθου σπέρματι ξηρῷ μετὰ μελικράτου, καὶ τοῦ ξηροῦ αὐτοῦ τὸ ἀπόζεμα· λαπάθου ἀπόζεμα ἐν ὕδατι, ἀσκληπιάδος ῥίζα μετὰ οἴνου· ἀψινθίου ἀπόζεμα δοθὲν μετὰ σεσέλεως καὶ

vino, libanotidis radix cum vino, ligusticum cum aqua, eodem modo et ipsius radix, mei infusum, apiastrum cum vino, ferulae semen cum vino: similiter et peucedani radix infusumve aut liquor: nitrum aut spuma nitri cum infuso rutae, cumini, aut absinthii, vel cum oleo, aqua et vino: silphii semen potum, sampsuchi decoctum, sisymbrii semen, scillae assatae drach. j. cum aceto mulso, chamaedaphnes alexandrinae folia in vino pota, pseudobunii ramuli quatuor ex aqua, petroselinum cum vino, piper cum lauri foliis, anethi infusum, foenum graecum cum cnici semine decoctum potumque, lauri baccae decem [in alio septem] cum duobus vini cyathis, panacis infusum cum vino et oleo potum.

Cap. XLI. Inflatis cum dolore quodam ac distensione ista conveniunt: ammi cum sicco anethi semine potum ex melicrato, aut eiusdem sicci infusum, lapathi decoctum ex aqua, asclepiadis radix cum vino, absinthii decoctum exhibitum cum seseli et nardo celtica, aut cum

νάρδου κελτικῆς ἐν ὄξει ἢ ὕδατι· ξυλοβαλσάμου ἀφέψημα, ἢ τοῦ καρποῦ σὺν οἴνῳ· ἑλενίου ἀπόζεμα, ἠρυγγίου ῥίζης < α΄ μετ᾽ οἴνου καὶ ἀψινθίου· λιγυστικὸν σὺν ὕδατι· καστόριον σὺν ὄξει, κέστρου φύλλων < α΄, κόστου < α΄ μετ᾽ οἴνου καὶ ἀψινθίου· καὶ ἡ τῶν πταρμικῶν προςαγωγή.

Κεφ. μβ΄. Πρὸς δὲ τὰς δήξεις τῶν ἐντέρων ἁρμόζει ἀνδράχνη ἐσθιομένη, καὶ ὁ χυλὸς πινόμενος· καὶ μαλάχη ἐσθιομένη· ἐγκλυζόμενα δὲ ὠφελεῖ τὰς δήξεις ἀφεψηθέντα χυλὸς ὀρύζης, ἢ χόνδρου, ἢ τράγου, ἢ πτισάνης, ἢ μαλάχης, ἢ τήλεως, ἢ λινοσπέρμου.

Κεφ. μγ΄. Καταπλασσόμενα δὲ ὠφελεῖ τοὺς στροφουμένους κύμινον λεῖον ἱκανὸν μιγὲν ὀροβίνῳ ἀλεύρῳ ὠμηλύσεως τρόπον· ὠφελεῖ δὲ καὶ τοῦτο, κάρυον βασιλικὸν πυρωθὲν σὺν τῷ κελύφει, καὶ περιειληθὲν ἐρίῳ, ἢ ὀθονίῳ, καὶ ἐπιτεθὲν κατὰ τοῦ ὀμφαλοῦ· πίτυρα σὺν πηγάνου ἀποζέματι καὶ ὄξει· τῆλις ἢ λινόσπερμον σὺν μελικράτῳ· τέφρα θερμὴ βληθεῖσα εἰς τρυβλίον, ζεσθεῖσα ὄξει· δεῖ δὲ περιτε-

aceto vel aqua, balsami ligni fructusve decoctum in vino, helenii infusum, eryngii radix drach. j. pondere cum vino et absinthio, ligusticum cum aqua, castorium cum aceto, betonicae foliorum drach. j., costi drach. j. cum vino et absinthio: ea denique admota, per quae sternutamenta evocantur.

Cap. XLII. Faciunt ad intestinorum morsus portulaca comesta et eiusdem succus epotus, malva esitata. Per sedem vero infusus iuvat cremor decoctae oryzae, aut chondri, aut tragi, aut ptisanae, aut malvae, aut foeni graeci, aut seminis lini.

Cap. XLIII. Torminosos haec iuvant pro cataplasmate adhibita: cuminum sat copiosum tritum, et farinae ervi admixtum malagmatis in modum, quod e cruda farina paratur: iuglans ignita cum suo putamine lana linteolove obvoluta et umbilico imposita, furfures cum rutae infuso et aceto, foenum graecum aut lini semen cum aqua mulsa: cinis calens in aceto fervefactus et

θέντας ὠμόλινον, διπλοῦν περικαθάπτειν τὸ τρυβλίον τῷ ἀλγοῦντι μέρει.

Κεφ. μδ΄. Κωλικοὺς δὲ θεραπεύει πινόμενα ἄμμι μετ᾽ οἴνου, ἀλεκτορίδων ἄφοδος φωκτὴ μετ᾽ οἴνου, ἀρκευθίδες ἐσθιόμεναι καὶ πινόμεναι, ἰτέας καρπὸς καὶ τὰ φύλλα μετ᾽ οἴνου καὶ ὀλίγου πεπέρεως, ἢ τὸ ἀφέψημα τῶν φύλλων, πετροσελίνου, ἢ πολίου ἀφέψημα μετὰ ὕδατος, κοχλίας λιβυκὸς σὺν τῷ ὀστράκῳ λεῖος μετὰ σμύρνης ὀλίγης καὶ πεπέρεως, μετὰ οἴνου ποθεὶς, τήλεως ἠλεσμένης κοχλιάρια β΄ μεθ᾽ ὕδατος.

Κεφ. με΄. Εἰλεώδεις δὲ ὠφελεῖ ἐνιέμενα ἔλαιον, πηγάνου αὐτῷ ἐναφεψηθέντος ἢ ἀψινθίου· σῦκα ξηρὰ μετ᾽ ἐλαίου καὶ πηγάνου ἑψηθέντα, κύμινον σὺν ἐλαίῳ ἑψηθέν. Τοὺς δὲ χρονίους ὠφελεῖ κολοκυνθὶς ἀφεψηθεῖσα σὺν ὕδατι καὶ ἐγκλυσθεῖσα, ἀσφάλτου < δ΄ μετὰ ὕδατος ὁμοίως ἐγκλυσθεῖσαι. Ὠφελοῦνται δὲ οἱ εἰλεώδεις, ἰρίνῳ μύρῳ ποτιζόμενοι, ἀσφάλτῳ μεθ᾽ ὕδατος καὶ νίτρου· πάνακος < η΄, νίτρου < α΄, κυμίνου < β΄, μέλιτι μίξας, δίδου καρύου ποντικοῦ τὸ μέγεθος σὺν ὕδατι θερμῷ.

catino inditus, qui quidem duplici linteo circumdatus ad dolentem partem accommodetur.

Cap. XLIV. Colicis medentur haec assumpta: ammi cum vino, fimus gallinaceus tostus cum vino, iuniperi baccae in cibo potuve sumptae: salicis semen et folia cum vino et pauco pipere, aut foliorum decoctum: petroselini aut polii decoctum ex aqua: cochlea africana cum sua testa contrita, e vino pota, addito exiguo myrrhae et piperis: foeni graeci moliti cochlearia duo ex aqua.

Cap. XLV. Ileosos iuvant, per sedem infusa, oleum, cui sit incocta ruta vel absinthium, caricae cum oleo et ruta decoctae, cuminum cum oleo coctum. Diuturno vero malo infestatis prosunt colocynthidis decoctum ex aqua per clysterem infusum, bituminis drach. iiij. ex aqua similiter infusae. Hisce porro etiam propinatis iuvantur ileosi: unguento irino, bitumine cum aqua et nitro. Itidem panacis drach. viij., nitri una, cumini duae melle excipiuntur: dosis avellanae magnitudo cum aqua calida.

Κεφ. μϛ΄. Κωλικοῖς ἐν αὐτοῖς τοῖς παροξυσμοῖς δίδου διαφανὲς, καύσας καὶ λειώσας κοχλιάριον ἓν δι᾽ ὕδατος θερμοῦ, ἢ ἐχίνων θαλασσίων καέντων ὁμοίως· ἢ κόπρον κυνείαν λευκὴν καὶ νίτρον, διαλύσας δι᾽ ὕδατος θερμοῦ, πεπέρεως ὀλίγον ἐπιπάσσων· ἢ χελιδόνων κόπρον λειώσας ὁμοίως.

Κεφ. μζ΄. Κοιλίας δὲ ῥεούσας χρονίως ἐφίστησι, πινόμενα σὺν οἴνῳ, ἄγνου σπέρματος < α΄, ἀγρώστεως τῆς ἐν Παρνασσῷ ῥίζης < α΄, ἀγχούσης φύλλα, ἀδιάντου χύλισμα, ἀειζώου χυλὸς σὺν λιβανωτῷ, ἀκακίας χυλίσματος < α΄, ὑποκιστίδος < α΄, ῥοὸς χυλοῦ < α΄, ἀκάνθης λευκῆς < α΄, ἀκάνθου παιδέρωτος ῥίζα, ὑακίνθου σπέρμα, ἄκορον λεῖον, λαγώπους, πολυγόνου χυλὸς σὺν οἴνῳ, μαλάχης ῥίζα, βάτος ἐναφεψηθεῖσα μετὰ φοινικοβαλάνων, δαμασωνίου φύλλων < α΄, ἄμωμον· γίγαρτα φωχθέντα ἀντὶ ἀλφίτου λεῖα, ἄνισον, ἄνηθον, περιστερᾶς ἄφοδος φωκτὴ, κυνὸς ἄφοδος ξηρὰ λευκή· ἀρνογλώσσου σπέρμα καὶ ὁ χυλὸς, ἢ τῆς πόας μέρη β΄, κυδωνίων πεφωγμένων μέρος ἓν, εἰς ὕπνον πινόμενον μετὰ

Cap. XLVI. Colicis in ipsis paroxysmis exhibeto lapidis specularis usti tritique cochlearium unum ex aqua calida, similiter et echinorum marinorum ustorum cinerem, aut stercus caninum album cum nitro ex aqua calida dissolutum, insperso modico pipere, aut fimum hirundinum contritum simili modo.

Cap. XLVII. Alvi diuturna profluvia sistunt haec in vino pota: viticis semen drach. j. pondere, radix graminis parnassii drach. j. pondere, anchusae folia, adianti succus, sempervivi succus cum ture, succi acaciae drach. j., hypocistidis drach. j., rhois succi tantundem, spinae albae tantundem, acanthi paederotis radix, hyacinthi semen, acorum tritum, lagopus, polygoni succus cum vino, malvae radix, rubus decoctus cum phoenicobalanis, damasonii foliorum drach. j., amomum, acinorum nuclei tosti tritique polentae vice, anisum, anethum, fimus columbinus tostus, stercus caninum album aridum: plantaginis semen et succus: aut herbae ipsius partes duae cum malorum cotoneorum tostorum parte una ex vino diluta

κράματος· μιγνύοις δ' ἂν ἐνίοτε καὶ ἄλφιτα· ἀρκευθίδες μετ' οἴνου, ἀσπαλάθου ἀπόζεμα, ἄσφαλτον ἀντὶ καταποτίου, ἀστραγάλου ῥίζης < α', ἀχράδος ξηρᾶς τὸ ἄλφιτον ἐπιπασσόμενον, ἢ πινόμενον τὸ ἀφέψημα· πενταφύλλου τὸ ἀφέψημα, γῆς σαμίας < α' σὺν βαλαυστίῳ ἢ κρόκῳ κιλικίῳ, γλυκυσίδης ῥίζης ἀφέψημα· δρυΐνου, ἢ τοῦ περὶ τὴν βάλανον ὑμενίου τὸ ἀφέψημα· ἔλυμον φωχθὲν ἀντὶ ἀλφίτου, κέρατος ἐλαφείου κεκαυμένου < γ', σμύρνα ἀντὶ καταποτίου λαμβανομένη, μαράθρου σπέρμα καὶ ῥίζαι, ἰτέας φύλλων χυλὸς, καστανείου φλοιοῦ ἀπόζεμα, κηκὶς λεία ἐπιπασσομένη ὕδατι ἢ οἴνῳ αὐστηρῷ· κονία συκίνη μετὰ ὄξους ζεσθεῖσα καταῤῥοφουμένη, πετρολαπάθου [64] ῥιζῶν ἀφέψημα· κονίας κυ. β', ἐλαίου ἡμικύαθος (κόγχη α'), ὄξους κυ. α', θερμὰ καταῤῥοφούμενα· ἀριστολοχίας < γ', κυτίνων < α' μετ' οἴνου.

Κεφ. μη'. Δυσεντερικοὺς ὠφελεῖ μὲν καὶ τὰ πρὸς κοιλιακοὺς ἀναγεγραμμένα, ἰδίως δὲ μετ' οἴνου λαμβανόμενα,

64) Cum nusquam *πετρολαπάθου* mentio fiat, Moibani lectio *τοῦ τετάρτου λαπάθου* forte praeferenda. Diosc. lib. 2. c. 140.

propinentur: poteris et interdum polentam addere. Conferunt et iuniperi baccae cum vino, aspalathi decoctum, bitumen instar catapotii deglutitum, astragali radicis drach. j., pyra sylvestria sicca tritaque inspersa potioni sorbitionive, aut potum eorundem decoctum: quinquefolii decoctum, terrae samiae drach. j. cum balaustio vel croco cilicio, paeoniae radicis decoctum, mediani querni corticis aut eius pelliculae, quae glandem proxime contegit, decoctum, panicum tostum loco polentae, cornu cervini usti drach. iij., myrrha in modum catapotii deglutita, foeniculi semen et radices, salicis foliorum succus, castanearum corticis decoctum, galla contrita, inspersa aquae aut vino austero, lixivium e cinere ficulneo cum aceto fervefactum et absorptum, radicum rumicis in petris nascentis decoctum. Lixivii cyathi duo, aceti unus, olei dimidius misceantur, calidique sorbeantur. Sic et aristolochiae drach. iij., cytinorum drach. j. ex vino bibantur.

Cap. XLVIII. Dysentericis prosunt, tum quae ad coeliacos facientia praescripsimus, tum vero peculiariter

ἢ στύμματός τινος, ἁρμόζει ἀγαλλόχου < α', ἐλελίσφακος· εὐπατωρίου χυλὸς καὶ ἡ πόα· πενταφύλλου χυλὸς καὶ ἡ ῥίζα ξηρὰ, ὑποκιστὶς, πρασίου χυλὸς, σιδηρίτιδος τῆς Ἡρακλείας φύλλα καὶ ἡ ῥίζα, ἰτέας ῥίζα· συμφύτου ῥίζα, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ φύλλα· ὀξαλίδος ὁ καρπὸς, νυμφαίας καρπὸς, ἀλθαίας ῥίζης ἀφέψημα, Ἀχιλλείου πόας ἀφέψημα, βάτου χυλὸς καὶ τὸ ἀφέψημα τῶν καυλῶν, γάλα ἑφθὸν αἴγειον, ἀλκέας ῥίζα, γναφάλιον σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ, ἐλατίνη μετὰ λινοσπέρμου ἑψηθεῖσα καὶ πινομένη· ἐλάτης μυρεψικῆς ἀπόζεμα, εὐπατωρίου σπέρματος < α' σὺν οἴνῳ, κέρατος ἐλαφείου < α' μετ' οἴνου καὶ μέλιτος προαφεψημένου ἐκλειχομένη· ἱππομαράθρου σπέρματος < α' ἢ β', ἄνθη λευκοῦ κισσοῦ σὺν οἴνῳ, πινόμενα δὶς τῆς ἡμέρας· μυρσίνης καρπὸς σὺν οἴνῳ· περικλυμένου χύλισμα· λωτοῦ πρισμάτων ἀφέψημα σὺν οἴνῳ, μίλτου λημνίας ἢ σινωπικῆς < α' ἐν οἴνῳ· οἰνάνθη ξηρὰ πινομένη ἀντὶ ἀλφίτου, ὁλοσχοίνου καρπὸς πεφωγμένος, φιλεταιρίου ῥίζα σὺν οἴνῳ, χονδρίλλης χυλὸς, ἶρις[65] μετ' οἴνου, φλόμου ῥίζης < β',

65) Iam Gesnero suspecta: Saracenus mavult κηκὶς aut κηρός.

haec, cum vino aut astringente quopiam decocto sumpta: agallochi drach. j., salvia, eupatorii succus, et herba ipsa, quinquefolii succus, siccaque radix, hypocistis, marrubii succus, sideritidis Heracleae folia et radix, salicis radix: symphyti radix, semen et folia: oxalidis semen, nymphaeae semen, althaeae e radice dococtum, Achilleae herbae decoctum, rubi succus et caulium decoctum, lac caprinum coctum, alceae radix, gnaphalium cum vino austero, elatine cum lini semine decocta et pota, elates unguentariae decoctum, eupatorii seminis drach. j. cum vino et melle prius excocto delincta: hippomarathri seminis drachma una aut altera, hederae albae flores cum vino bis in die poti, myrti fructus cum vino, periclymeni succus, loti ramentorum decoctum in vino, rubricae lemniae aut sinopicae drach. j. in vino, oenanthe sicca [tritaque], polentae vice pota, holoschoeni semen tostum, philetaerii radix cum vino, chondrillae succus, iris cum vino, verbasci radicis drach. ij., psyllii drach. j. ex aqua,

ψυλλίου < α' ἐν ὕδατι, κυνεία κόπρος ξηρὰ ἐπιπασθεῖσα οἴνῳ, λαγωοῦ πυτίας < α' ἐν ὕδατι.

Κεφ. μθ' Ἐν προςφορᾶς δὲ μέρει ὠφελίμως δίδονται κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς μαλάχαι ἄναλτοι, ὡς μειλιχία·[66] ἐλαῖαι πρόςφατοι πέπειραι· ἢ αἷμα τράγου, ἢ αἰγὸς, καὶ ἐλάφου, καὶ λαγωοῦ ἀπὸ πηγάνου ἐσθιόμενον· σταφυλὴ σὺν στεμφύλοις· ἀσταφίδες ὀμφακίτιδες κοπεῖσαι, καὶ σὺν ἀλεύρῳ ἀρτοποιηθεῖσαι· καὶ ἄρτος μετὰ ὠοῦ λεκύθων φυραθεὶς, καὶ ὀπτηθείς· καὶ αὐτὴ δὲ ἡ ἀσταφὶς ἐσθιομένη σὺν τοῖς γιγάρτοις· ἄμυλον σὺν χόνδρῳ ἑφθῷ καὶ σὺν γάλακτι· ἀρνογλώσσου φύλλα ἑφθὰ μετ' ὄξους καὶ ἐλαίου· καὶ κηκὶς, ἢ ῥοῦς ἐπιπασσόμενα τοῖς ὄψοις, ἢ ζειὰ πεφωγμένη, ἢ φακὸς πεφωγμένος λεῖος ἀλφιτηδὸν πινόμενος· ἢ γίγαρτα ὁμοίως, ἢ ἄλφιτα, ἢ κέγχροι· βάτου ἀκρέμονες ἑφθοὶ, δι' ὀξελαίου λαμβανόμενοι· ὁμοίως ἀρνόγλωσσον· βάτου καρπὸς πέπειρος ἐσθιόμενος· καὶ ἄωρος δὲ ξηρανθεὶς ἀντὶ ῥοὸς λεῖος ἐπιπάσσεται τοῖς προςοψήμασι· κηκὶς ὀμφακίνη μετὰ πόλτου ἑψηθεῖσα ἐν τῷ ὕδατι, ἢ γίγαρτα ὁμοίως, ἢ σταφίδες, εἴτ'

66) Vulg. *μίλητος:* Gesnerus suasit *ὡς λάχανον.*

caninum stercus aridum vino inspersum, coaguli denique leporini drach. j. ex aqua.

Cap. XLIX. Coeliacis et dysentericis in cibis utiliter exhibentur malvae sine sale, ut blandimenta, olivae recentes maturae: sanguis hirci, vel caprae, vel cervi, aut leporis, inassatus sartagine et assumptus, uvae cum olivis tritis, uvae passae, immaturae tusae et cum farina in panes coactae, panis cum vitellis ovorum subactus et tostus, uva passa cum suis nucleis esitata, amylum cum chondro cocto et lacte, plantaginis folia cocta cum aceto et oleo, galla vel rhus inspersa opsoniis, zea tosta: lens tosta et trita, instar polentae pota: similiter et uvarum nuclei, aut polenta, aut milium: rubi tenelli surculi cocti, ex aceto et oleo in cibo sumpti: plantago simili modo: rubi fructus maturus esitatus, vel immaturus siccatus tritusque pro rhoë inspersus opsoniis: galla omphacitis cum pulte cocta ex aqua, similiter et uvarum nuclei, aut uvae passae, ita

ἐξενεχθέντα ἐκ τοῦ πόλτου ἐσθιομένου· ἑλένιον ἑφθὸν ἐσθιόμενον· πόλτος ἐξ ἐλύμου, ἢ κέγχρου, ἢ ζειᾶς, ἢ χόνδρου πεφωγμένου, ἢ ὀρύζης· ἢ σμύρνιον ἑφθόν· κάρυα βασιλικά· κεράτια ξηρὰ καὶ τὰ ἀπὸ στεμφύλων· κηκὶς λεία μετὰ ὠοῦ ῥοφηθεῖσα, καὶ οἴνῳ δὲ ἐπιπασθεῖσα· κορωνόποδος ῥίζα ἐσθιομένη, κύαμος ἑλληνικὸς καθεψηθεὶς ἐν ὀξυκράτῳ σὺν τῷ λέπει ἐσθιόμενος, λινόσπερμον φρυγὲν καὶ μετὰ μέλιτος ἑφθοῦ ἐσθιόμενον· λωτοῦ καρπὸς ἐσθιόμενος· μέλι ἑφθὸν καταπινόμενον καθ' ἑαυτὸ, καὶ σὺν σιδίοις κεκομμένοις καὶ σεσησμένοις· μέσπιλα, μῆλα κυδώνια πέπειρα ἑφθὰ μετὰ μέλιτος· ἢ διατεμὼν τὰ κυδώνια καλάμῳ, καὶ ἐναποβρέχων ὕδατι, δίδου πίνειν τὸ ἀπόβρεγμα· μυρτίτης οἶνος πινόμενος, καὶ μύρτα ξηρὰ χυλιζόμενα· οὖα ξηρὰ ἀποζεννύμενα, καὶ πινόμενον τὸ ἐξ αὐτῶν ἄλευρον ἀντὶ ἀλφίτων[67]*, ἢ ἀχράδων ὁμοίως· σέριδες ἑφθαὶ, μετ' ὄξους λαμβανόμεναι, ἀρνόγλωσσον ὁμοίως· σελίνου καυλοὶ ὁμοίως· φακὸς μετὰ ἀρνογλώσσου, ἢ ἀνδράχνης, ἢ σέριδος, ἢ κιχωρίων, ἢ ῥοιᾶς λεπυχάνων, ἢ φοινίκων θηβαϊκῶν ἑψημένος· στέαρ ἐλάφειον νεαρὸν σὺν τυρῷ*

67) Dioscor. lib. 1. c. 173.

tamen ut, cum puls editur, reiiciantur: helenium coctum, in cibo sumptum: puls e panico, vel milio, aut zea, vel chondro tosto, vel oryza: smyrnium decoctum, iuglandes, siliquae siccae et quae vinaceis condiuntur, galla trita, tum sorpta cum ovo, tum etiam vino inspersa, coronopodis radix in cibo sumpta: faba graeca decocta in posca, una cum cortice suo esitata: lini semen frixum et cum melle cocto sumptum, loti fructus esitatus: mel coctum, vel per se devoratum, vel cum malicorio tuso cribratoque: mespila, mala cotonea matura cocta cum melle: aut e malis cotoneis dissectis arundine et in aqua maceratis infusum propinatum: vinum myrtites haustum, e myrti baccis extractus succus, decoctum e sorbis siccis epotum et ex iisdem farina polentae loco sumpta, uti et e pyris sylvestribus, intyba cocta cum aceto, et plantago eodem modo, nec non et apii cauliculi: lens cocta cum plantagine, aut portulaca, aut intybo, vel cichorio, aut punici corticibus, palmulisve thebaïcis: adeps cervinus recens cum

ἢ ἀλφίτῳ ἑψημένον· ἧπαρ ὀπτὸν αἰγὸς, ἢ τράγου, ἐν μέλιτι ἐπιτηγανισθέν· ἐγκέφαλος ὁμοίως· τυρὸς ἁπαλὸς ἀποξεσθεὶς[67a], ἔπειτα ἐν μέλιτι τηγανισθείς· χελιδόνων νεοττοὶ ὀπτοὶ ἐσθιόμενοι ἀντὶ συκαλίδων· καὶ λύγου ῥίζα ἑψημένη σὺν φακῷ· κηρὸς ἢ μελίκηρον ἐγκαθεψόμενον τοῖς ῥοφήμασι· κράμβη δὶς ἑφθὴ ἐσθιομένη· θρίδακες ἄπλυτοι ἐσθιόμενοι, μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀνορέκτων· πυτία νεβροῦ, ἢ λαγωοῦ, ἢ ἐρίφου, διεθεῖσα ὕδατι καὶ ποθεῖσα.

Κεφ. ν'. Καταπλάσσεται δὲ πρὸς κοιλιακοὺς καὶ δυσεντερικοὺς ὠφελίμως ἀγριελαίας ἄνθος σὺν ὠμῇ λύσει χλιαρᾷ· βάτου φύλλα σὺν μήλῳ κυδωνίῳ καὶ κηρωτῇ· μυρσίνης φύλλα λεῖα σὺν οἴνῳ καὶ ὀμφακίνῳ ἐλαίῳ γλοιώδη γενόμενα, καὶ ἐν ἐρίῳ ἐπιτιθέμενα· κρίθινον ἄλευρον σὺν οἴνῳ καὶ βάτῳ, ἢ ἀχράσιν, ἢ σιδίοις, ἢ κυδωνίων ἄνθεσι· καὶ σὺν κηρωτῇ δὲ τὰ τῶν κυδωνίων ἄνθη· ῥόας λέπη ἑψημένα ἐν οἴνῳ λεῖα σὺν κηρωτῇ· ῥοῦς βυρσοδεψικὴ σὺν κηρωτῇ· φοινικοβάλανοι, ἢ οἱ καρυωτοὶ σὺν μήλῳ κυδωνίῳ καὶ κηρωτῇ·

67a) Vulg. ἀποξανθεὶς καὶ ἀποζεσθεὶς; quod defendi nequit.

caseo vel polenta coctus, hepar tostum caprae vel hirci, cum melle in sartagine frixum, cerebrum simili modo: caseus recens derasus, posteaque cum melle in sartagine frixus: hirundinum pulli assati et pro ficedulis in cibo sumpti, viticis radix cocta cum lente: cera, aut favus, si sorbitionibus incoquantur, brassica bis cocta comesta: lactucae illotae in cibis sumptae, ab iis praesertim, qui cibum fastidiunt: coagulum hinnuli, aut leporis, aut hoedi, in aqua dissolutum et potum.

Cap. L. Coeliacis et dysentericis utiliter cataplasmatis instar imponuntur haec: oleastri flos cum cruda farina hydrelaeo mixta eaque tepente, rubi folia cum malo cotoneo et cerato, myrti folia trita cum vino et oleo omphacino, dum viscidum lentorem contraxerint, et ex vellere imposita: hordeacea farina cum vino et rubo, aut pyris sylvestribus, aut malicorio, aut cotoneorum floribus: itemque cotoneorum flores cum cerato: punici mali cortices in vino cocti, tritique cum cerato: rhus coriariorum cum cerato, phoenicobalani, aut caryotides cum malo co-

οἰνάνθη, ἢ στυπτηρία σὺν ἀλόῃ, καὶ ἀκακίᾳ, καὶ φοίνιξι σὺν ἀειζώου σπέρματι· περιστερᾶς κόπρος ξηρὸς σὺν σύκοις ἑψημένοις ἐν οἴνῳ· ἢ μελάνθιον σὺν κυμίνῳ καὶ θέρμοις πικροῖς καὶ νίτρῳ καὶ μέλιτι· ἢ κάρδαμον σὺν σιδίοις ἑφθὸν καὶ κηρῷ καὶ ἀμόργῃ.

Κεφ. να΄. Ἐνίεται δὲ ἐπὶ κοιλιακῶν συμφερόντως καὶ δίδοται δὲ ἀμπέλου φύλλων χυλὸς, ἢ ἀνδράχνης, ἢ ἀκακίας, ἢ ὑποκιστίδος, ἀρνογλώσσου χυλὸς, βαλαύστιον, μίλτος σινωπικὴ μετά τινος τῶν στυφόντων ἀφεψήματος· λωτοῦ ἢ φηγοῦ πρισμάτων ἀφέψημα· ῥοὸς βυρσοδεψικῆς χύλισμα, καὶ τὸ ἀφέψημα τῶν φύλλων· φακῆ μετὰ ῥόδων ἀφεψηθεῖσα· πτισάνη σὺν βάτου ἀφεψήματι, ἢ μυρσίνης, ἢ σφαιρίων κυπαρίσσου· καὶ καθ᾽ ἑαυτὰ δὲ τὰ ἀφεψήματα χωρὶς πτισάνης ἐνίεται ὠφελίμως.

Κεφ. νβ΄. Ἐπὶ δὲ δυσεντερικῶν ἁρμόζει μὲν καὶ τὰ πρὸς κοιλιακοὺς ἐνέματα, ἰδίως δὲ ἐπὶ τῶν περιωδυνούντων, βούτυρον καθ᾽ ἑαυτὸ πρόσφατον· ἢ μαλάχης, ἢ τήλεως, ἢ λινοσπέρμου, ἢ χόνδρου πτισάνης, ἢ ὀρύζης, ἢ τράγου ἑψη-

toneo et cerato: oenanthe, aut alumen cum aloë et acacia, palmulis et sempervivi semine: stercus columbinum aridum cum ficubus coctis in vino: nigella cum cumino, lupinis amaris, nitro ac melle: nasturtium denique cum malicorio coctum, cera et amurca.

Cap. LI. Coeliacis per sedem utiliter infunduntur et intus exhibentur: vitis foliorum succus, aut portulacae, aut acaciae, aut hypocistidis, aut plantaginis: balaustium, rubrica sinopica cum aliquo astringente decocto, loti aut fagi ramentorum decoctum, expressus rhoë coriaria succus, ac eiusdem foliorum decoctum, lens cum rosis decocta: ptisana cum decocto rubi, aut myrti, vel globulorum cupressi. Ipsa etiam horum decocta per se citra ptisanam commode infunduntur.

Cap. LII. Dysentericis eadem conveniunt enemata, quae coeliacis: privatim vero iis, qui vehementiore dolore conflictantur, ista: butyrum recens per se: malvae, aut foeni graeci, chondri ptisanae, oryzae, vel tragi de-

θέντων καὶ τορυνηθέντων ὁ χυλός· ἐπὶ δὲ τῶν δίχα ἀλγηδόνος ῥευματιζομένων ἁρμόζει ἅλμη μετὰ οἴνου, κέρας ἐλάφειον κεκαυμένον σὺν οἴνῳ καὶ ῥοδίνῳ· ἀῤῥενικὸν σὺν χάρτῃ κεκαυμένον διπλάσιον καὶ οἴνῳ· μολύβδου σκωρία, ἢ μολύβδαινα μετὰ μυρσινίνου· ἄσφαλτος σὺν πτισάνῃ τακεῖσα, στοίβῆς ἀπόζεμα σὺν οἴνῳ· γάρος ὁ ἀπὸ τῶν ἰχθύων ἐνιέμενος ἐπὶ τῶν μετὰ νομῶν, καὶ ὁ ἀπὸ τῶν σιλούρων· κονία συκίνη στακτή· οὖρον παλαιόν· κυάμου ἑλληνικοῦ τοῦ λεπτοῦ τὸ ἀφέψημα σὺν αἰγείῳ στέατι· λυσιμαχίου χυλὸς, λωτοῦ ἢ φηγοῦ πρισμάτων ἀφέψημα σὺν αἰγείῳ στέατι. μελισσοφύλλου χυλὸς, μίλτος σινωπικὴ σὺν ἀποζέματι στύφοντι ἢ ὀξάλμῃ.

Κεφ. νγ΄. Ἀποθεραπεύει δὲ τὰς ἐκ τῶν ἐπιτεταμένων ἐνεμάτων δήξεις γάλα ἐγχυματιζόμενον, ἢ βούτυρον, ἢ χόνδρου ἀφέψημα· ἢ ταύρειον στέαρ τεθεραπευμένον σὺν πτισάνης χυλῷ· ἢ ὀρνίθειον ὁμοίως, ἢ χήνειον, ἢ ἐλάφειον· ἢ μυελὸς ἐλάφειος, ἢ μόσχειος καθ' ἑαυτὸν χλιαρὸς, ἢ σὺν χυλῷ πτισάνης.

coctorum tudiculaque agitatorum cremor. Iis vero, qui citra dolorem fluxione infestantur, haec infusa conveniunt: muria cum vino, cornu cervinum ustum cum vino et rosaceo, arsenicum duplum crematum cum charta et vino, plumbi scoria aut molybdaena cum myrtino oleo, bitumen cum ptisana liquatum, stoebe infusa vino: garum tum aliorum piscium, tum etiam silurorum, iis infusum, quibus sunt depascentia ulcera: lixivium e ficu stillatitium, urina antiqua, fabae graecae minoris decoctum cum sevo caprino, lysimachiae succus, loti aut fagi ramentorum decoctum cum adipe caprino, apiastri succus, rubrica sinopica cum decocto astringente aut acida muria.

Cap. LIII. Morsus intestinorum a vehementioribus acrioribusve clysmatibus excitatos leniunt ac mitigant lac infusum, aut butyrum, aut chondri decoctum, aut sevum taurinum cum ptisanae cremore curatum. Similiter et paratus gallinaceus adeps, anserinus, aut cervinus: medulla itidem cervina aut vitulina, seu per se tepida infusa, seu etiam cum cremore ptisanae.

Κεφ. νδ'. Ἐγκαθίσματα δὲ ἐπὶ τῶν κοιλιακῶν καὶ δυσεντερικῶν ἐστι ταῦτα· σιλούρων ἢ ἰχθύων γάρος μετ᾽ ὄξους κραθεὶς, ῥοὸς βυρσοδεψικῆς ἀφέψημα, ῥοιᾶς λεπῶν ἀφέψημα· στεμφύλων ὁμοίως, καὶ πάντα τὰ τῶν στυφόντων ἀφεψήματα· ἁρμόζει δὲ θερμοῖς ἐγκαθίζειν ἐπανιέντας τὸν δακτύλιον, καὶ ἐγχρονίζοντας, καὶ διαστέλλοντας τὴν πυγήν.

Κεφ. νε'. Πρὸς δὲ τὸ μὴ συνεχῶς ἐρεθίζεσθαι δεήσει κατάδημά τι, βάλλοντας εἰς ἔλαιον ζέον, ἢ ὄξος, ἢ ὕδωρ, παρατιθέναι.

Τῶν περὶ τὴν κύστιν χοληδόχον, ἧπάρ τε καὶ τὸν σπλῆνα παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. νς'. Ἰκτεριῶντας δὲ ποτίζειν ἀδιάντου ἀπόζεμά τι ἐν οἴνῳ, ἀγχούσης ῥίζης < α' μετ᾽ οἴνου, ἀτραφάξεως, ὑπερικοῦ κόγχη[68] σὺν μέλιτι καὶ οἴνῳ, πράσιον μετ᾽ οἴνου, πέπλιον, σφονδυλίου ῥίζα καὶ τὸ σπέρμα μετ᾽ οἴνου, ἐρυθροδάνου ῥίζης < α' μετ᾽ οἴνου, ἀλόης < α' σὺν ὕδατι,

68) Mensura est, itaque κόμη, quod Gesnerus substituere suasit, haud opus est.

Cap. LIV. Tum coeliacis, tum etiam dysentericis insessus parantur huiusmodi: e siluris aliisve piscibus garum aceto temperatum, rhois coriariae decoctum, malicorii decoctum, itemque vinaceorum et quorumvis astringentium. His porro decoctis calentibus insidendum relaxato ano diductisque natibus, ac diutius immorandum.

Cap. LV. Porro ut ne frequentes egerendi conatus sollicitent, ligamentum aliquod ferventi oleo, aquae, aut aceto immersum sedi adhibendum.

Vesicae felleae, hepatis ac splenis affectuum remedia.

Cap. LVI. Ictericis potui danda, quae sequuntur: adianti decoctum in vino, anchusae radicis drach. j. cum vino, atriplicis, hyperici semicyathus cum melle et vino, marrubium cum vino, peplium, sphondylii radix et semen cum vino, rubiae radicis drach. j. cum vino, aloës

ἀνθέμιδος ῥίζα καὶ τὰ ἄνθη μετ᾽ οἴνου· σπύραθοι αἰγῶν, καὶ μάλιστα ἀγρίων, μετ᾽ οἴνου, καθ᾽ ἑαυτὰς καὶ σὺν ἀρώμασιν· ἱερᾶς βοτάνης τῶν φύλλων < α΄ μετὰ λιβανωτοῦ τριωβόλου σὺν οἴνου παλαιοῦ κόγχαις β΄ νήστει ἐπὶ δ΄ ἢ ϛ΄ ἡμέρας· μάραθρον μετ᾽ οἴνου· ἀσπαράγου ῥίζης ἀφέψημα, καὶ τὸ σπέρμα πινόμενον ὁμοίως· ἀψίνθιον ὠμοτριβὲς σὺν ἰνδικῇ νάρδῳ ἢ κελτικῇ, ἢ σελίνῳ, ἢ ἀδιάντῳ· βουφθάλμου τὰ φύλλα σὺν οἴνῳ μετὰ βαλανεῖον εὔχροιαν πρὸς καιρὸν ποιεῖ· βουνιάδος σπέρματος < δ΄ σὺν οἴνῳ, γλυκυσίδης < α΄ σὺν οἴνῳ, κέρατος ἐλαφείου κεκαυμένου < α΄ σὺν μέλιτι· ἐρέβινθοι μέλανες ἐσθιόμενοι, καὶ οἱ λευκοὶ δὲ, καὶ τὸ ἀπόζεμα πινόμενον· ἐρύσιμον σὺν μελικράτῳ· θείου ἀπύρου κοχλιάριον ἐπιπασσόμενον ὕδατι καὶ ῥοφούμενον· ἱππομαράθρου ῥίζα, ἢ καρπὸς πινόμενος· καλαμίνθης ἀπόζεμα, κέστρου < α΄ μετ᾽ οἴνου, κονύζης φύλλων < α΄ μετ᾽ οἴνου, κυκλαμίνου < γ΄ μεθ᾽ ὕδατος· κατακλῖναι δὲ ἐν θερμῷ οἴκῳ, καὶ πλείοσιν ἱματίοις χρῶ· χολώδη γὰρ

drach. j. ex aqua, anthemidis radix et flores cum vino, fimus caprarum, maximeque sylvestrium, cum vino, per se, vel cum aromatibus: verbenacae supinae, quam sacram herbam nominant, foliorum drach. j. cum turis obolis tribus ex vini veteris conchis duabus ieiuno ventriculo bibita quaternis senisve diebus: foeniculum cum vino: asparagi radicis decoctum, ac ipsum quoque semen similiter potum: absinthii succus expressus cum indica aut celtica nardo, aut cum apio, vel adianto: buphthalmi folia in vino a balneo pota coloris bonitatem aliquantisper conciliant: seminis napi drach. iiij. cum vino, paeoniae radicis drach. j. cum vino, cornu cervini usti drach. j. cum melle: cicer nigrum aut etiam album esitatum, ac eorundem etiam infusum potum, erysimon cum aqua mulsa, sulphuris vivi cochlearium aquae inspersum et sorptum, hippomarathri semen aut radix in potu, calaminthae infusum, betonicae drach. j. cum vino, conyzae folia drach. j. pondere cum vino: cyclaminis drach. vj. ex aqua: (aegrum autem oportet loco calido decumbere, pluribusque stragulis contegi: sic enim sudor colore felleus

ἱδρῶτα ἐκκρινεῖ· λιβανωτίδος ἀπόζεμα μετὰ περίπατον σὺν ἐρεβίνθοις· καὶ ἡ ῥίζα σὺν οἴνῳ· λειχὴν ὁ ἐπὶ τῶν πετρῶν διαχριόμενος· ὀξυμυρσίνης ῥίζης ἀπόζεμα σὺν οἴνῳ, μυρίκης ἀπόζεμα σὺν οἴνῳ· ὄνοι οἱ ὑπὸ ταῖς ὑδρίαις σὺν οἴνῳ, ὀξαλίδος ῥίζαι ἑψηθεῖσαι σὺν οἴνῳ, ὀπόφυλλον σὺν ταρίχει καὶ οἰνομέλιτι ἐσθιόμενον, σεύτλου ῥίζαι ἑφθαὶ ἢ ὀπταὶ ἐσθιόμεναι· πενταφύλλου τῶν φύλλων χυλὸς πινόμενος ταχέως ὑγιάζει· πόλιον ἐν οἴνῳ λευκῷ, σκίλλης ἑφθῆς < α' σὺν ὀξυμέλιτι ἐκλειχομένης, καὶ πινομένης μετὰ μελικράτου· στρουθίου ῥίζα σὺν μέλιτι ἐκλειχομένη, καὶ πινομένη μετὰ μελικράτου· στρύχνου τοῦ χαμαιζήλου, λεγομένου ἁλικακάβου, χυλὸς πινόμενος μετὰ οἴνου· ὑακίνθου καρπὸς σὺν ἀβροτόνῳ πινόμενος, χαμαιπίτυος ἀφέψημα σὺν ὕδατι, χαμαικίσσου < α' μετὰ οἴνου ἐπὶ ἡμέρας ϛ' ἢ ζ', αἷμα σκύλακος κυνὸς σὺν ὀξυκράτῳ πινόμενον· τοῦτο δὲ καὶ ὑδρωπικοὺς ὠφελεῖ· βρύον τὸ ἐπὶ τῶν κέδρων ἢ λευκῶν, καρύου βασιλικοῦ μέγεθος μετ' οἰνομέλιτος, πινόμενον πλῆθος κυάθ· ϛ' ἐπὶ ἡμέρας γ'. Ἄλλο, καὶ τοῦτο καλῶς ποιοῦν· ἀφρονίτρου < β' βρέξας οἴνῳ ἀμιναίῳ κυ. β', καὶ πρὸ ἡμέ-

elicietur:) libanotidis infusum cum cicere post deambulationem, eiusdem radix cum vino. Iuvat et lichen petris innascens illitus: rusci radicis infusum cum vino, myricae infusum cum vino, aselli, qui sub vasis aquariis reperiuntur, cum vino, oxalidis radices in vino decoctae, silphii semen cum salsamento et vino mulso comestum, betae radices elixae vel assae, in cibis sumptae: quinquefolii e foliis succus bibitus confestim sanat: polium cum vino albo, scillae coctae drachma una cum aceto mulso delincta, aut pota cum aqua mulsa, struthii radix cum melle delincta, vel pota cum aqua mulsa, solani humilis, quod halicacabum dicitur, succus cum vino potus: hyacinthi semen cum abrotano potum, chamaepityos decoctum in aqua, chamaecissi drach. j. cum vino ad dies sex septemve, sanguis catelli cum oxycrato potus: (is etiam hydropicos adiuvat:) muscus, qui cedris albisve populis innascitur, magnitudine iuglandis e vini mulsi cyathis sex triduo potus. Aliud, quod eximie proficit: spumae nitri drach. ij. in vini aminaei cyathis duobus sub dio macera-

ρας ἐξαιθριάσας δίδου νήστει ἐπὶ ἡμέρας β΄ ἢ γ΄. Θεραπεύει δὲ καὶ ἄρκτου χολῆς κυάμου ἑλληνικοῦ τὸ μέγεθος καταπινόμενον· μελίας καρποῦ < α΄ σὺν οἴνῳ· συλλέγεται δὲ φθινοπώρου καὶ ἀποτίθεται· δαφνίδων ἢ σμύρνης < α΄ σὺν οἴνῳ· κρόκου < α΄ μετὰ μέλιτος ἐκλειχομένη· ἑλξίνης ἀπόζεμα ἢ χυλὸς σὺν οἴνῳ· χελιδονίου χυλὸς ἢ ἀφέψημα σὺν οἴνῳ· λιβανωτίδος, τῆς ῥοσμαρίνου ῥωμαϊστὶ καλουμένης, ἀφέψημα μεθ᾽ ὕδατος.

Κεφ. νζ΄. Εἰς δὲ τοὺς ῥώθωνας ἐγχεόμενα, ἐπὶ ἰκτερικῶν καθαίρει κυκλαμίνου χυλὸς κατεχόμενος ἐν ἡλίῳ, ὥςτε χολὴν ἄγειν· ἐλατήριον μετὰ γάλακτος, ἐν βαλανείῳ ὄντος, ἢ ἐν τῇ ἐμβατῇ τοῦ πάσχοντος, ἐγχεόμενον· πρασίου χυλὸς ἐν μελικράτῳ ἐγχεόμενος ταῖς ῥισί· μελάνθιον κεκομμένον καὶ ὄξει βεβρεγμένον, ἐκπιεσθέντος τοῦ χυλοῦ, καὶ εἰς τὰς ῥίνας ἐγχεομένου. Λουέσθωσαν δὲ, ὀξάλμης, ἢ ὀριγάνου, ἢ ὀσίρεως ῥίζης ἀποζέματος τῷ λουτρῷ μίσγοντες· ἀλειφέσθωσαν δὲ ἀμυγδαλίνῳ, καὶ λαχάνων ἀπεχέσθωσαν.

Κεφ. νη΄. Ἡπατικοὺς δὲ χρονίους ὠφελεῖ, πινόμενα

tas ieiuno ante lucem propinato ad biduum triduumve. Facit et praeclare ursinum fel, fabae graecae magnitudine deglutitum. Itidem fraxini seminis drach. j. cum vino: (colligitur id autumno atque reponitur:) baccarum lauri aut myrrhae drach. j. cum vino, croci drach. j. cum melle delincta, helxines decoctum vel succus cum vino, chelidonii succus vel decoctum cum vino: libanotidis, quam rosmarinum Latini vocant, decoctum ex aqua.

Cap. LVII. Naribus infusa ictericos purgant haec: cyclamini succus retentus in sole, donec bilem educat, elaterium cum lacte infusum, insidente aegro balneo soliove: marrubii succus cum melicrato naribus infusus, nigella tusa et aceto irrigata expressus succus, infusus naribus. Ceterum ictericorum balneis aut acidam muriam, aut origani radicisve osiridis infusum admisceri oportet: ipsi vero amygdalino inungendi: oleribus autem interim abstineant.

Cap. LVIII. Diuturna hepatis imbecillitate laboran-

μεθ' ὑδρομέλιτος, ἀγαρικοῦ ὀβολοὶ δύο καθ' ἡμέραν, ἀδιάντου ἀφέψημα, ἀκόρου ἀπόζεμα, χαμαιπίτυος ὁμοίως, σφονδυλίου ῥίζα σὺν οἴνῳ πινομένη· ἐπιπακτίδος τῆς ἐλλεβορίνης καλουμένης ἀπόζεμα, ἄμωμον, κασία, ἀμύγδαλα πικρὰ σὺν ἐλελισφάκῳ καὶ μελικράτῳ, ἀναγαλλίδος χυλὸς, καὶ ἀνθέμιδος ῥίζα καὶ ἄνθη πινόμενα, ἄσαρον σὺν ὕδατι, γεντιανῆς ῥίζης < α' σὺν ὕδατι, ἀριστολοχίας ῥίζης ὁμοίως· γλυκυῤῥίζης χυλοῦ < α' σὺν ὕδατι, ἢ τῆς ῥίζης ἀφέψημα· δάφνης ῥίζης τοῦ φλοιοῦ < α' μετὰ μελικράτου, ἐλάτη λεία σὺν φοίνιξιν ἀποζεσθεῖσα, ἑρπύλλου ἀπόζεμα· ἠρυγγίου < α' μετὰ σταφυλίνου σπέρματος, ἰσοπύρου σπέρμα σὺν μελικράτῳ, κέστρου φύλλα μετὰ ὑδρομέλιτος, μαράθρου σπέρμα· νάρδου στάχυος ἀπόζεμα, ἢ μύρον νάρδινον κοχλιαρίου πλῆθος λαμβανόμενον· ὀποπάναξ σὺν μελικράτῳ, λευκανθέμου φύλλων, ἢ πίτυος φύλλων < α' μεθ' ὕδατος· ῥᾶ ὁμοίως· σελίνου ἀπόζεμα καὶ ὁ καρπὸς, σκάνδικος ἀφέψημα, πενταφύλλου ῥίζης χυλὸς· τεύκριον, καὶ ὁ χυλὸς αὐτοῦ ἐν μελικράτῳ· χρυσοκόμης ἀπόζεμα ἐν ὑδρομέλιτι· ἠριγέροντος ἀπόζεμα καὶ ὁ καρπὸς,

tibus auxiliantur pota haec: agarici oboli bini singulis diebus, adianti decoctum, acori infusum, itidemque chamaepityos: sphondylii radix in vino pota, epipactidis, quae elleborine dicitur, infusum: amomum, casia, amygdalae amarae cum salvia ex melicrato, anagallidis succus, chamaemeli radix et flores in potu, asarum cum aqua, gentianae radix drach. j. pondere ex aqua, aristolochiae radix eodem modo: succi glycyrrhizae drachma cum aqua, aut radicis decoctum: lauri radicum cortex drachm. j. pondere cum melicrato, elate trita et una cum palmulis decocta, serpylli infusum, eryngii drachma cum dauci semine, isopyri semen cum melicrato, betonicae folia cum aqua mulsa, foeniculi semen, spicae nardi infusum, aut unguentum nardinum cochlearii mensura sumptum, opopanax cum melicrato, leucanthemi aut pinus foliorum drach. j. ex aqua, rha similiter, apii infusum et semen, scandicis decoctum, quinquefolii e radice succus, teucrium eiusque succus cum melicrato, chrysocomes infusum in aqua mulsa, senecionis infusum et semen, simi-

πολιοῦ ὁμοίως, πίσσης ξηρᾶς λείας < α΄ καταπασθεῖσα ἐν ποτῷ· μελιλώτου καρποῦ λείου < α΄, διὰ μελικράτου· κόστος ὁμοίως· τριφυλλίδος, τῆς ὀξαλίδος καλουμένης, ἀφέψημα ὁμοίως πινόμενον· ἄγνου σπέρμα· κενταυρίου χυλὸς τοῦ μικροῦ πινόμενος καὶ ἔξωθεν ἐπιτεθείς· ἀρνογλώσσου ξηραὶ ῥίζαι καὶ τὰ φύλλα· ἀσπαράγου μυακάνθου αἱ ῥίζαι καὶ τὰ φύλλα· στρόβιλοι, ἐρεβίνθοι, ἐρυθροδάνου ἢ εὐπατωρίου ῥίζα· θέρμων πικρῶν ἀφέψημα μετὰ πηγάνου καὶ πεπέρεως πινόμενον, καὶ ἔξωθεν ἐπιτιθέμενον· ἶρις, πιστακίου καρπός.

Κεφ. νθ΄. Καταπλασσόμενα δὲ ὠφελεῖ ἡπατικοὺς χαμαιπίτυς μετὰ κωδίων ἑφθῶν ξηρῶν κεκομμένων· κρίθινον ἄλευρον μετὰ σύκων· ἀλθαίας ῥίζα ἐν οἴνῳ ἑψηθεῖσα· φοινικοβάλανος ἑφθὴ λεία σὺν κηρωτῇ· ἀψίνθιον σὺν κυπρίνῃ κηρωτῇ καὶ κελτικῇ νάρδῳ· ἀμμωνιακὸν ἀναληφθὲν ὄξει καὶ κηρωτῇ στυφούσῃ. Ἐπὶ δὲ τῶν προσφάτων τῆλις σὺν λινοσπέρμῳ, καὶ γύρει, καὶ μελικράτῳ· μηλοκυδώνια μετὰ ἀλεύρου κριθίνου καὶ τήλεως ἑψημένα.

literque polii: picis aridae tritae drach. j. inspersa potui, meliloti seminis contriti drach. j. ex melicrato, costus simili modo, triphyllidis, quae oxalis dicitur, decoctum eodem modo potum, viticis semen, centaurii minoris succus, tum potus, tum etiam foris impositus, plantaginis siccae radices et folia, asparagi myacanthini radices et folia, strobili, cicer, rubiae aut eupatorii radix: lupinorum amarorum decoctum cum ruta et pipere potum, itemque foris impositum: iris, pistacia.

Cap. LIX. Hepaticos imposita iuvant chamaepitys cum papaverum capitibus coctis, quae sicca contusa fuerint, hordeacea farina cum ficubus, althaeae radix in vino decocta, phoenicobalanus cocta trita cum cerato, absinthium cum cerato cyprino et nardo celtica, ammoniacum exceptum aceto et cerato astringente. In recentiore autem affectu foenum graecum cum lini semine, farinae polline ac melicrato, mala cotonea cum farina hordei et foeni graeci cocta.

Κεφ. ξ΄. Σπληνικοὺς δὲ ὠφελεῖ πινόμενα ἀγαρικοῦ ὀβ. β΄ μετ᾽ ὀξυμέλιτος· ἄγνου σπέρμα < α΄, ἀγχούσης ῥίζης < α΄ ἐν οἴνῳ· ἀδιάντου ἀφέψημα ἐν ὀξυμέλιτι· ἀκόρου ῥίζα μετ᾽ οἴνου ἑφθὴ καὶ ὠμὴ πινομένη.

Κεφ. ξα΄. Τήκουσι δὲ συντόμως σπλῆνα ἀσπλήνιος ἡ πόα, ἣν καὶ ἡμιόνιον καλοῦσιν, μετ᾽ ὄξους ἀποζεσθεῖσα ἐπὶ ἡμέρας μ΄· λογχῖτις ὁμοίως μετ᾽ οἴνου· περικλυμένου καρποῦ < α΄ μετ᾽ οἴνου ἐπὶ ἡμέρας δ΄ ποτιζομένη· χαμαίκισσος μετ᾽ οἴνου· πευκέδανον μετ᾽ ὀξυμέλιτος τήκει. Ναξίας τοῦ πρὸς αὐτὴν ἀκονηθέντος σιδήρου τὸ ἀπότριμμα μετ᾽ ὄξους· ἀλκυονίου μιλησίου ἡμιωβόλιον μεθ᾽ ὕδατος· βρυωνίας ῥίζα < α΄ μετ᾽ ὄξους ἐπὶ ἡμέρας λ΄ τήκει σπλῆνας· ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος < α΄ μετ᾽ ὀξυκράτου· αἷμα δὲ ἄγει δι᾽ οὔρων ἀριστολοχίας < α΄ μετ᾽ ὀξυκράτου· βαλάνου μυρεψικῆς < α΄ μετ᾽ ὀξυκράτου· ἐστὶ δὲ κακοστόμαχος καὶ ἐμετική· ξυλοβαλσάμου ἀπόζεμα μετ᾽ οἴνου· βουνίου τὰ φύλλα, καὶ ἡ ῥίζα χυλισθεῖσα σὺν ὀξυμέλιτι· ἐρυθροδάνου καρπὸς καὶ ἡ ῥίζα σὺν οἴνῳ· ἴρεως < α΄ σὺν ὀξυκράτῳ· σὰρξ ἐχίνου

Cap. LX. Spleneticos adiuvant haec pota: agarici oboli duo cum aceto mulso, viticis semen drach. j. pondere, anchusae radicis drach. j. cum vino, adianti decoctum in oxymelite, acori radix cum vino cocta crudaque bibita.

Cap. LXI. Lienem brevi absumunt asplenia herba, quam et hemionium vocant, aceto infusa et per dies XL pota, similiter et lonchitis in vino, seminis periclymeni drach. j. ad dies quatuor cum vino pota, chamaecissos cum vino, peucedanum cum oxymelite: id quod e cote naxia ferro acuendo deteritur cum aceto: alcyonii milesii obolus dimidius ex aqua, bryoniae radix drach. j. pondere diebus XXX pota: ammoniaci thymiamatis drach. j. cum posca: (sanguinem vero per urinas educit:) aristolochiae drach. j. cum posca, glandis unguentariae drach. j. cum posca: (est autem infesta stomacho et vomitus ciet:) xylobalsami infusum e vino, bunii folia et expressus e radice succus cum oxymelite, rubiae semen et radix cum vino, iridis drach. j. cum

χερσαίου ἐσκελετευμένη μετ᾽ οἴνου, σμυρνίου σπέρμα μετ᾽ οἴνου, θέρμων ἀπόζεμα καθ᾽ ἑαυτό· καππάρεως ὁ ἐκ τῶν ἀπίων καρπὸς ἐπὶ ἡμέρας λ' μετ᾽ οἴνου, καὶ ἡ ῥίζα ὁμοίως· ἄγει δὲ ὁμοίως αἷμα καὶ διὰ κοιλίας καὶ οὔρων· κέστρου < α' μετ᾽ ὄξους· κηκὶς ὀμφακίνη σὺν ὀξυκράτῳ· ὀριγάνου ἀπόζεμα· κοραλλίου < α' σὺν ὕδατι· κράμβη ὠμὴ μετ᾽ ὄξους ἐσθιομένη, κροκοδειλίου ῥίζα πινομένη· αἷμα δὲ ἄγει διὰ ῥινῶν· κυκλαμίνου τῆς κισσανθέμου καρποῦ λεανθέντος πεπείρου, καὶ εἰς τροχίσκους ἀναληφθέντος ξηροῦ < α' μετ᾽ οἴνου ἐπὶ ἡμέρας μ' τήκει κούφως, ἐξαιρομένου καὶ κατὰ κοιλίαν ἐκδιδομένου· λεπίδος σιδήρου < α' μετ᾽ ὄξους· λογχίτιδος σὺν ὄξει ἀποζεσθείσης τὸ ἀπόζεμα· μίλτου λημνίας < α' σὺν ὀξυκράτῳ· μυρίκης ἀπόζεμα ἢ τὸ σπέρμα σὺν οἴνῳ ποθέν· καὶ ποτηρίῳ ἀπὸ τοῦ μυρικίνου ξύλου ὠφελίμως χρήσαιτο ἄν τις ἐν αὐτῷ πίνων· καὶ κανῷ τῷ ἐκ ῥάβδων μυρικίνων πεπλεγμένῳ εἰς τὴν τῶν ἄρτων ἐπίθεσιν· ποιεῖ καὶ νάρδος κελτικὴ σὺν ἀψινθίῳ· νυμφαίας σπέρμα ἢ ῥίζα σὺν ὄξει τήκει· σέρεως καρποῦ < α' σὺν ὄξει· πόλιον σὺν ὄξει·

posca, erinacei terrestris caro assiccata cum vino, smyrnii semen cum vino, lupinorum infusum per se: capparis e fructibus pyriformibus semen ad dies XXX ex vino potum: similiter et radix, quae et ipsa aeque ac semen sanguinem per alvum et urinas educit: betonicae drach. j, cum aceto mulso, galla immatura cum posca, origani infusum, corallii drach. j. cum aqua, brassica cruda cum aceto esitata, crocodilii radix epota: (haec vero sanguinem per nares pellit:) cyclaminis alterius, quae cissanthemos cognominatur, fructus maturus tritus et in pastillos digestus drach. j. pondere lienem leviter ad dies XI liquat, ac per urinas et alvum absumit. Squamae ferri drach. j. cum aceto, lonchitidis in aceto fervefactae infusum, rubricae lemniae drach. j. cum posca: tamaricis infusum aut semen cum vino potum: quin et vas potorium e tamaricis ligno utile fuerit, sicuti et panarium, quod e tamaricis virgis contextum sit. Proficit et nardus celtica cum absinthio, nymphaeae semen aut radix cum aceto, intubi seminis drach. j. cum aceto, polium cum aceto, sa-

σαγαπηνὸν < α΄ σὺν ὀξυκράτῳ, στρουθίου < α΄ σὺν ὀξυμέλιτι· πολεμωνίου ῥίζα σὺν οἴνῳ· πορφύρας πῶμα σὺν σελίνου σπέρματι πινόμενον, καὶ ἡ πόα ἑψηθεῖσα οἴνῳ σὺν ὀξυκράτῳ· ὕδωρ τὸ ἀπὸ τῶν χαλκείων, ὅπου τὸν πεπυρωμένον σίδηρον ἀποβάπτουσι· σκίλλης ὀπτῆς < α΄ σὺν ὀξυμέλιτι· σκίλλαν περιπλάσας ὄπτησον, καθάρας τρίψον· καὶ ἄρας ἐξ αὐτῆς καταπότια δίδου ἐν θ΄ ἡμέραις σὺν μελικράτῳ· τευκρίου ἐνεψημένου ἐν ὀξυκράτῳ τὸ ἀπόζεμα· ῥοῦ < δ΄, χαμαίδρυος ἀφέψημα σὺν μελικράτῳ· γίνεται δὲ ἐκ τῶν φύλλων αὐτῆς καταπότια καὶ δίδοται· τραγοριγάνου ἀπόζεμα μετὰ ἅλατος καὶ ὄξους· ἑρπύλλου ὁμοίως.

Κεφ. ξβ΄. Καταπλασσόμενα δὲ παραλαμβάνεται ὠφελίμως ἐπὶ τῶν σπληνικῶν· ὕσσωπον μετὰ σύκων· τέφρα κληματίνη, ἢ καὶ γιγάρτων τέφρα, σὺν ὄξει, ῥοδίνῳ καὶ πηγάνῳ· χαμαικίσσου φύλλα καὶ κνίδης φύλλα μετὰ κηρωτῆς· βρυωνίας ῥίζα μετὰ σύκου καὶ ὄξους· ἀμμωνιακὸν σὺν ὄξει καὶ κηρωτῇ στυφθείσῃ· ἄσπληνος πόα μετὰ ὀρόβου καταπλασσομένη· ἀγάλλοχον σὺν οἴνῳ ἢ ὕδατι· ἀψίνθιον ἑψη-

gapeni drach. j. cum posca, struthii drach. j. cum oxymelite, polemonii radix e vino, purpurae operculum cum apii semine potum, et (apii) herba cum vino, addita posca, cocta: aqua fabrorum, in quam ferrum candens immergitur, scillae tostae drach. j. cum oxymelite: eandem subacta farina obvolutam assato, purgatam terito, fingitoque ex ea catapotia diebus novem exhibenda cum melicrato. Valet et teucrii in oxycrato decocti infusum, rhoi drach. iiij., chamaedryos decoctum cum melicrato: fiunt et e foliis eius catapotia, quae in splenis affectibus exhibentur, tragorigani infusum cum sale et aceto: similiter et serpylli.

Cap. LXII. Splenicis admovenda utiliter haec usurpantur: hyssopus cum ficubus, cinis sarmentorum aut etiam acinorum cum aceto, rosaceo unguento et ruta, chamaecissi et urticae folia cum cerato, bryoniae radix cum ficubus et aceto, ammoniacum cum aceto et cerato et aromatibus inspissato, asplenon herba cum ervo imposita, agallochum cum vino vel aqua, absinthium in aceto

θὲν ἐν ὄξει σὺν ἀλεύρῳ αἰρίνῳ καὶ σύκοις· γλήχων σὺν ἅλσὶν ἴσοις· ὀρίγανον ὁμοίως· θέρμινον ἄλευρον, σὺν πίσσῃ καὶ ὄξει ἑψηθέν· ἰξὸς θερμὸς ἀσβέστῳ ἀναληφθεὶς, ἢ λίθῳ ἀσσίῳ· ἰσάτεως ἀγρίου φύλλα, καππάρεως ῥίζα· πράσιον σὺν κηρωτῇ, ἢ ὠμῇ λύσει· κάρδαμον σὺν σύκοις· κισσοῦ φύλλα ἁπαλὰ καὶ οἱ κόρυμβοι λεῖοι· λαπάθου ἀγρίου ῥίζα σὺν ὄξει· λινόσπερμον, ἢ τῆλις, φυραθέντα ἐν ὄξει, μιγείσης καππάρεως ῥίζης, ἢ μυροβαλάνου, ἢ νίτρου· κυδώνια μῆλα σὺν κηρωτῇ· μυρίκης φύλλλα λεῖα σὺν ῥοδίνῳ, ἢ κηρωτῇ· πόλιον σὺν ὄξει· στυπτηρία σὺν μέλιτι· κυκλάμινος μετ᾽ ὄξους ἑφθὴ καταχριομένη· κροκόμαγμα μετ᾽ ὄξους ἑφθὸν καταχριόμενον· σποδὸς, ἡ ἀπὸ χαλκείου ἀναβληθεῖσα, σὺν ὄξει ἢ ῥοδίνῳ, ἄχρις ἂν γλοιωθῇ· τῆλις, καὶ νάπυ, καὶ εὔζωμον, καὶ κάρδαμον, καὶ σμύρνα, καὶ ἄσβεστος, ἶσα μετ᾽ ἰξοῦ· δεῖ δὲ θερμαίνειν τὸν ἰξὸν, καὶ οὕτως λοιπὰ μιγνῦναι· καὶ ἄνισον, νίτρου ἀφρὸς καὶ ἄσβεστος, ἶσα μέλιτι ἀναληφθέντα· ἢ τῆλις, καὶ νάπυ, καὶ εὔζωμον, καὶ κάρδαμον, καὶ ἄσβεστος, ἶσα σὺν μέλιτι ἀναληφθέντα, ἢ ὄξει, ἢ κονίᾳ· ἄσβεστος καὶ

coctum farina loliacea et ſicubus, pulegium cum salis pari portione, origanum eodem modo, lupinorum farina cum pice et aceto cocta, viscum calens, calce viva vel lapide assio exceptum, isatidis sylvestris folia: capparis radix, marrubium cum cerato vel hordeacea farina hydrelaeo subacta, nasturtium cum ſicubus, hederae folia tenella et ipsi quoque corymbi triti: lapathi agrestis radix cum aceto, lini semen aut foenum graecum cum aceto subactum, addita radice capparis, aut myrobalano, aut nitro: cotonea mala cum cerato, tamaricis folia trita cum rosaceo unguento vel cerato, polium cum aceto, alumen cum melle, cyclamen in aceto cocto et illita, crocomagma cum aceto coctum et inunctum, cinis, qui e fabrorum officinis reiicitur, cum aceto aut rosaceo ad viscidi lentoris compagem redactus. Foenum graecum, sinapi, eruca, nasturtium, myrrha et calx viva, aequis partibus immixta, visco prius calſacto: sic et anisum, nitri spuma et calx viva, aequis partibus excepta melle. Aliud: foenum graecum, sinapi, eruca, nasturtium et calx viva, aequali singula

σμύρνα ἴσα μετ᾽ ἐλαίου· Θέρμαινε δὲ τὸ ἔλαιον, καὶ οὕτως τὰ λοιπὰ μίσγε.

Κεφ. ξγ΄. Πρὸς ὑδρωπικοὺς δὲ ὠφελεῖ ποτὰ ἀγαρικοῦ τριώβολον μετ᾽ οἴνου· ἄγνου σπέρματος ἐξάγιον[69] α΄· ἄγνου ἀφέψημα· ἀκτῆς ῥίζης ἀφέψημα, ἢ τοῦ καρποῦ λείου < α΄ σὺν οἴνου κυ. β΄· ἀλκυόνιον μιλήσιον μεθ᾽ ὕδατος· ἀμπέλου ἀγρίας (τῆς καλουμένης ῥωμαϊστὶ οὐϊτίκλης) τῆς ῥίζης τοῦ ἀφεψήματος μετ᾽ οἴνου τεθαλασσωμένου κυ. γ΄· ἀναγαλλίδος χυλοῦ κυ. α΄ καθ᾽ ἑαυτόν· ἀνδροσάκους ἀφέψημα τῆς πόας, ἢ αὐτὴν κόπτοντα διδόναι μετ᾽ οἴνου, ἢ ὄξους, ἢ ὕδατος· οὖρα δὲ ἄγει πολλά· καὶ ὁ καρπὸς δὲ ποιεῖ ὁμοίως· ἀρνόγλωσσον μετὰ τὸ ξηροφαγῆσαι, ὀλίγον ἐπεσθιόμενον καθ᾽ ἡμέραν· μετὰ δὲ τοῦτο ἡ λοιπὴ τροφὴ προσαγέσθω· χαμαιάκτης ῥίζης τοῦ φλοιοῦ < α΄, πέπλιον μετ᾽ οἴνου πινόμενον ποιεῖ· σχοίνου < α΄ μετ᾽ ἴσου πεπέρεως· σῦκα ξηρὰ ἐσθιόμενα· σμυρνίου σπέρμα σὺν οἴνῳ· καὶ ὑπερικοῦ καρποῦ

69) Ἑξάγιον, mensura, quam et ἐξάγιον scribunt, post Constantini M. aetatem in numis aureis usurpata, pondus quatuor scrupulorum constituit. Dein transiit ad medicos, qui fere drachmae aequale habuerunt. (Fuchs. ad Nicol. Myreps. sect. 1, 5. 9.)

pondere excipiantur melle, vel lixivio. Aliud: calx viva et myrrha aequali pondere cum oleo prius calfacto misceantur.

Cap. LXIII. Hydropicis haec in potu auxiliantur: agarici tres oboli cum vino, viticis seminis sextula, eiusdem decoctum: sambuci radicis decoctum, aut seminis eiusdem triti drach. j. cum vini cyathis duobus: alcyonium milesium cum aqua: decocti radicis vitis sylvestris, quae latine viticula dicitur, cyathi tres cum vini aqua marina diluti cyathis tribus: succi anagallidis cyathus unus per se. Androsaces herbae decoctum, aut eadem contusa exhibeatur e vino, vel aceto, vel aqua: ducit autem copiosas urinas: sed et semen eadem praestat. Plantaginis non nihil, praesumptis siccioribus eduliis, quotidie comedatur, insuperque deinde cibi reliqui assumantur. Iuvat et cortex radicis ebuli drach. j. pondere, nec non peplium cum vino potum: schoeni drach. j. cum pari piperis quantitate, caricae esitatae, smyrnii semen cum vino,

< α′, κέστρου φύλλων < α′ μετ᾽ οἴνου· ἐρέβινθοι ἑφθοὶ ἐσθιόμενοι· καὶ ἀρτυόμενοι δὲ στάχυϊ πεπέρεως, κυμίνῳ, καὶ ἐλαίῳ· κρόμμυα σὺν τοῖς φύλλοις ἑφθὰ, καὶ ὠμὰ δὲ διδόμενα· ἢ κίκεως κόκκοι κ′ ὡς καταπότια· ὄξος σκίλλινον καταῤῥοφούμενον· ὀρίγανος μετὰ σύκου βιβρωσκομένη· πηγάνου ἀφέψημα σὺν ὄξει πινόμενον· σικύου ἀγρίου ῥίζα ἐν οἴνου ἐῤῥητινωμένου κυ. β′· δεῖ δὲ λαμβάνειν ἐκ τούτου κυ. γ′ ἢ δύο παρ᾽ ἡμέρας γ′ ἢ δ′, ἕως ἂν ἱκανῶς ὁ ὄγκος συσταλῇ· μαλακῶς ὑδαρὲς ὑποχωρεῖ, καὶ οὔτε στόμαχον λυμαίνεται, καὶ τὰς δυνάμεις τηρεῖ· καρκίνοι ποτάμιοι ξηροὶ λεῖοι χωρὶς τῶν χηλῶν καὶ ποδῶν, μετ᾽ ὀλίγου ὀπίου καὶ ὕδατος πινόμενοι· κοράλλιον μετὰ στυπτηρίας ἴσης καὶ χυλοῦ καλαμίνθης, σίου ἀφέψημα σὺν οἴνῳ· σκίλλης ὀπτῆς < α′ σὺν ὀξυμέλιτι· μυττωτὸν ἐσθιόμενον καὶ σκόροδον ἑφθὸν ἀντὶ δριμυφαγίας· ἐχίνου χερσαίου σὰρξ σκελετευθεῖσα, καὶ διδομένη μετ᾽ οἴνου· ὀπόφυλλον πινόμενον μετ᾽ οἴνου· οὖρον αἰγὸς μετὰ νάρδου στάχυος πινόμενον κυ. β′ πλῆθος καθ᾽ ἡμέραν νήστεσιν· δι᾽

seminis hyperici drach. j., betonicae foliorum drach. j. cum vino, cicer coctum, in cibis sumptum, idem conditum spica piperis, cymino et oleo: cepae cum suis foliis coctae, aut etiam crudae exhibitae: ricini grana XX catapotiorum instar deglutita, acetum scilliticum absorptum, origanum cum ficu esitatum, rutae decoctum cum aceto potum: cucumeris sylvestris radix cum vini resinati cyathis duobus: de hoc cyathos duos tresve sumi oportet, interiectis tribus quatuorve diebus, usquedum tumor plurimum subsederit: leniter aquosa detrahit, nec stomachum offendit, ac vires etiam conservat. Valent et cancri fluviatiles siccati tritique citra forcipes denticulatos ac pedes cum exiguo opii et aqua poti, corallium cum pari alumine et succo calaminthae, sii decoctum cum vino, scillae assatae drach. j. cum oxymelite, intritum ex alliis in cibo sumptum, et allium quoque coctum acrioris vice condimenti, erinacei terrestris caro inveterata et cum vino potui data, silphii semen in vino potum, urina caprae cum spica nardi duûm cyathorum mensura quotidie a ieiunis pota: sic copiosa fiet per urinas evacua-

οὔρων δὲ[70] κενωθήσεται πλῆθος ἱκανόν· οὖρον συάγρου ὁμοίως· σκίλλα χυλισθεῖσα, μιγέντος ὀροβίνου ἀλεύρου· δίδου δὲ < α′ σὺν οἴνῳ πίνειν· πόλιον σὺν οἴνῳ ζεσθέν· σαμψύχου ἀπόζεμα· πήγανον σὺν σύκῳ ἐσθιόμενον· ἐκ διαλείμματος δὲ, ἀφέψημα ῥιζῶν σελίνων, ἢ ἀσπαράγου[71], ἢ σχοίνου, ἢ νάρδου στάχυος, ἢ ἀσάρου, κασσίας ὁμοίως, καὶ κυμίνου, γλυκυῤῥίζης, ὑπερικοῦ, σμυρνίου, καλάμου ἀρωματικοῦ, πεπέρεως, σεσέλεως, σφονδυλίου, πάντα ἴσα μίξας, τὸ ἀφέψημα πότιζε μετ᾽ οἴνου, καὶ καθ᾽ ἑαυτὰ δὲ ὁμοίως.

Κεφ. ξδ′. Ἐπὶ δὲ τῶν κατὰ σάρκα σταφυλίνου ἀγρίου σπέρμα σὺν οἴνῳ· χαμαίδρυος ἀφέψημα· βράθυ ξηρὸν λεῖον σὺν οἴνῳ διουρεῖν ποιεῖ· τριφυλλίδος ῥίζης < β′ ἐν ὕδατι, ἢ ἐν οἴνῳ· χαμαιλέοντος λευκοῦ ῥίζης < β′ μετὰ γλυκέως, καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τῆς ῥίζης λαμβανόμενον ἰσχναίνει· χρυσοκόμης δεσμίδιον, ᾠὸν λεῖον σὺν οἴνῳ· ψυλλίου σπέρματος < α′ μεθ᾽ ὕδατος κυ. γ′, τριβόλου ῥίζης < α′ μετ᾽

70) In Augustano codice legitur *αἰωρείσθωσαν δὲ καὶ κεν.* Sed verbum *αἰωρεῖσθαι*, attolli, gaudio etiam exsultare, apud medicos insolens, huc neutiquam quadrat. Hinc Moibani coniectura arridet, quam textui inserui.

71) Sarac. sic loco *σποράν* codicis August.

tio. Iuvat et apri urina simili modo, itemque expressus e scilla succus, admixta ervi farina, drach. j. pondere cum vino potui datus, polium cum vino fervefactum, sambuchi decoctum, ruta cum ficu esitata. Per intervalla autem exhibetur decoctum radicum apii, vel asparagi, vel schoeni, vel spicae nardi. Aut: cassiae, amomi, cymini, glycyrrhizae, hyperici, smyrnii, calami aromatici, piperis, seselis, sphondylii, omnium inquam pari pondere mixtorum decoctum e vino propinato. Singula etiam illa per se similiter decocta proderunt.

Cap. LXIV. Iis vero, qui hydrope hyposarca dicto laborant, ista medentur: dauci sylvatici semen cum vino, chamaedryos decoctum: sabina sicca trita cum vino hydropicos per urinas exinanit: trifolii radicis drach. ij. in aqua aut vino: radicis chamaeleonis albi drach. ij. cum passo, radicis etiam decoctum potum extenuat: chrysocomae fasciculus, ovum tritum cum vino, psyllii seminis

ἀκράτου κυ. γ' πινομένη· κνεώρου < α' μετὰ ἁλῶν < α' καὶ μελικράτου· ἠρύγγης ῥίζα ξηρὰ μετ' οἴνου, καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πινόμενον οὖρα λύει· χαλκοῦ κεκαυμένου < α' μετ' οἴνου ἀλύπως ἄγει ὕδωρ· κρότωνος κόκκους τρίψας μ', δίδου μεθ' ὕδατος· εἰσὶ δὲ λίαν κακοστόμαχοι· ὠφελεῖ καὶ αἷμα σκύλακος κυνὸς, σὺν ὀξυκράτῳ πινόμενον· πίνεται δὲ ὠφελίμως ὑακίνθου σπέρματος < α' ἐν τρισὶν ἡμικοτυλίοις οἴνου λευκοῦ· ἄγει δὲ δι' οὔρων πολλάκις ξέ· έ, ϛ'· δεῖ δὲ τὸν οἶνον χλιαίνειν, καὶ τὸ ἄνθος κόπτειν, καὶ ὡς ἄλφιτα ἐπιπάσσειν, καὶ οὕτω ποτίζειν· εἰώθασι δέ τινες τῷ ἄνθει δέρματα βάπτειν.

Κεφ. ξέ. Καταπλασσόμενα δὲ ὑδρωπικοὺς ὠφελεῖ βολβοὶ μετὰ μέλιτος· οὗτοι δὲ ἱκανῶς στέλλουσιν· ἀψίνθιον, ἢ ὕσσωπον μετὰ σύκου ἢ ὄξους, καὶ αἰρίνου ἀλεύρου· βόλβιτα ξηρὰ θερμανθέντα σὺν ὀξυκράτῳ καὶ μέλιτι· προςέμπασαι δὲ θείου ἀπύρου τέταρτον μέρος· σπύραθοι αἴγειοι ἑψηθεῖσαι ἐν οὔρῳ παιδὸς ἀφθόρου· θέρμινον ἄλευρον, καὶ κισσοῦ φύλλα ἑψηθέντα ἐν οἴνῳ, λεῖα· ἢ σύκων διπλάσιον

drach. j. cum aquae cyathis tribus, tribuli radicis drach. j. cum meri cyathis tribus pota, cneori drach. j. cum pari quantitate salis et melicrato: eryngii radix sicca cum vino, vel eiusdem decoctum potum urinas concitat. Aeris usti drach. j. cum vino citra molestiam aquas educit. Ricini grana XI contrita dato ex aqua: sunt autem valde infesta stomacho. Iuvat et sanguis catelli cum posca bibitus. Utiliter etiam bibitur hyacinthi seminis drach. j. in vini albi sesquihemina: saepenumero quinque sexve sextarios per urinas educit: oportet autem vino prius tepefacto florem contusum polentae instar inspergere, atque ita propinare. Sunt, qui hoc flore coria tingere soleant.

Cap. LXV. Haec vero imposita hydropicis auxiliantur: bulbi cum melle illiti: (egregie namque tumorem reprimunt:) absinthium vel hyssopus cum ficu, bubulum stercus siccum cum posca et melle calfactum, aut aceto et farina loliacea, cui sulphuris vivi quartam partem insperseris: baccae caprinae in pueri impubis urina coctae, lupinorum farina et hederae folia trita in vino cocta, cupressus et nitrum cum

πρὸς κυπάρισσον καὶ νίτρον· ἰξὸς θερμανθεὶς σὺν ἀσσίᾳ λίθῳ, ἢ ἀσβέστῳ· ἐλλέβορος μέλας μετ᾽ οἴνου καὶ κριθίνου ἀλεύρου· φακὸς ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων, ἐπὶ κεραμίδος θερμῆς ἀναξηρανθεὶς, καὶ οἴνῳ φυραθεὶς, θεῖος· καὶ κοχλίαι ιέ σὺν ταῖς σαρξὶν ὠμοὶ λεῖοι· οὐ πρότερον γὰρ ἀφίστανται, ἐὰν μήπως ἐξικμασθῇ τὸ ὑγρόν· νίτρον μετὰ σύκου, ἢ ἀψινθίου, ἢ ὑσσώπου· στυπτηρία πᾶσα σὺν στέατι· μυρσίνης φύλλα σὺν κηρωτῇ μυρσινίνῃ· σῦκα ξηρὰ ἑφθὰ ἐν οἴνῳ μετὰ ἀλεύρου κριθίνου καὶ ἀψινθίου· σῦκον, νίτρον, καστόριον, πράσιον, λεῖα· καὶ κώδιον καταχρισθὲν ἀμόργῃ καὶ ἐπιτεθέν· διουρεῖν δὲ ποιεῖ καλαμίνθη μετὰ ὄξους καὶ πεπέρεως, κηρωτῇ ἀναληφθεῖσα, καὶ ἐπὶ τὸν ὀμφαλὸν ἐπιτεθεῖσα· ποιεῖ δὲ ἔτι τὸ αὐτὸ καὶ πρὸς ἰκτερικοὺς καὶ νεφριτικούς· ὠφελεῖ δέ καὶ ἡ δι᾽ ἁλῶν καὶ ἐλαίου τρίψις πολλὴ, μιγνυμένου ποτὲ ὀριγάνου κεκομμένου καὶ σεσησμένου· ἐνίοτε δὲ καὶ καταπλάσσονται τούτοις, τῷ τε ἁλὶ καὶ τῇ ὀριγάνῳ ἴσοις, γλοιοποιηθεῖσι σὺν ἐλαίῳ παλαιῷ· θερμὰ δὲ καταπλάσσειν δεῖ· ὠφελεῖ δὲ καὶ ἡ διὰ τῶν πεφυσημένων καὶ ἀληλειμμένων

dupla parte ficuum, viscum cum assio lapide et calce viva calefactum, elleborus niger cum vino et hordeacea farina: lens palustris super testa seu tegula calente exsiccata et cum vino subacta divinum est remedium: cochleae quindecim crudae cum suis carnibus contritae: agglutinatae siquidem non prius amoventur, quam totus exhauriatur humor: nitrum cum ficu et absinthio aut hyssopo, aluminis genus quodlibet cum adipe, myrti folia cum cerato myrteo, caricae in vino coctae cum farina hordeacea et absinthio: ficus, nitrum, castorium, marrubium, simul contrita: pellis ovilla inuncta amurca et imposita. Ceterum urinas movet calamintha, additis aceto et pipere, cerato excepta et umbilico imposita: atque idem praestat auxilium tum ictericis, tum etiam nephriticis. Iuvat et frictio multa ex sale et oleo, addito interdum origano tuso cribratoque. Interdum et e salis et origani aequis partibus cum oleo vetere ad strigmentitiam compagem redactis fit cataplasma, quod calens imponendum est. Est et utile vesicis inflatis et inunctis partes tumentes

κύστεων πλῆξις καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευομένη. Ἄλλο· βοείας κόπρου κεκαυμένης, νίτρου, γύψου, ἰσχάδων, ἀνὰ γο. γ', ὄξους τὸ ἀρκοῦν φυράσας, ποίησον ἔμπλαστρον μετὰ ῥάκους, καὶ ἐπίδησον.

Τὰ πρὸς τὰς ἕλμινθας βοηθήματα.

Κεφ. ξς'. Τὰς δὲ πλατείας ἕλμινθας ἐκτινάσσει πινόμενα καρδάμωμον σὺν ὕδατι, μόρων ῥιζῶν ὁ φλοιὸς ἑψηθεὶς ἐν ὕδατι· ὀνοχείλου τοῦ Ἀλκιβιαδίου ἡ ῥίζα καὶ τὰ φύλλα πινόμενα· πτερίδος < ς' σὺν σκαμμωνίας ὀβολοῖς δυσὶ καὶ ἁλσί· προσκοροδοφαγείτω δὲ ὁ μέλλων πίνειν· πεπέρεως καὶ ἐλαφείου κέρατος κεκαυμένου ἴσα σὺν ὀξυκράτῳ· καὶ αὐτὸ τὸ κέρας σὺν μέλιτι ἐκλειχόμενον· ῥοιᾶς τῶν ῥιζῶν ἀφέψημα· σκόροδα ἐσθιόμενα συνεχῶς· ὕσσωπον μετὰ καρδάμου καὶ σὺν σκαμμωνίας ὀβολοῖς δύο ποθέν· ἡλιοτρόπιον τὸ μικρὸν πινόμενον· κάρυα βασιλικὰ πολλὰ βρωθέντα· κορίου σπέρμα ὀλίγον ποθὲν μετὰ ἐλαίου καὶ σιραίου·[72] προσέχειν δὲ δεῖ πλήθει· χα-

72) Σιραίῳ, τῷ γλεύκει ἑψήματι. Galen. expos. voc. Hipp. p. 560.

quotidie verberare. Aliud: stercoris bubuli cremati, nitri, gypsi, caricarum an. unc. iij. subigito, et ex iis fingito emplastrum linteo inducendum et superligandum.

Ad vermes remedia.

Cap. LXVI. Vermes latos haec bibita pellunt: cardamomum cum aqua, mori radicum cortex in aqua coctus, onochilis, quod et Alcibiadion dicitur, radix et folia: filicis radicis drach. j. semis cum scammoniae obolis duobus et sale: verum qui hoc remedium sumpturus est, allia prius edat oportet: piperis et cornu cervini usti pares portiones cum posca: ipsum quoque cornu cervinum cum melle delinctum, mali punicae radicis decoctum, allium frequenter in cibis sumptum, hyssopus cum nasturtio et scammoniae obolis duobus bibita, heliotropium minus potum, nuces iuglandes multae esitatae, coriandri seminis exiguum cum oleo et defruto potum: sed ab ipsius

μαιλέοντος λευκοῦ ὀξυβάφου πλῆθος μετὰ οἴνου καὶ ὀριγάνου ἀφεψήματος· χαλκάνθου < α′ σὺν μέλιτι ἐκλειχομένη· πεπέρεως καὶ καρδάμου ἀνὰ < α′, νίτρου, σκαμμωνίας ἀνὰ < α′ δίδου· προσκοροδοφαγηκότος ἐπὶ ἡμέρας γ′, ἐπιπινέτω δὲ ἅλμης κυ. β′.

Κεφ. ξζ′. Τοὺς δὲ στρογγύλους ἕλμεις ἄγει ἔλαιον ποθέν· ἢ κίκι μετὰ ὕδατος πινόμενον· θέρμοι πικροὶ ἐσθιόμενοι· ἢ τὸ ἐξ αὐτῶν ἄλευρον ὠμὸν μετὰ μέλιτος ἐκλειχόμενον· καὶ μετὰ ὄξους δὲ ποθὲν, συντόμως ἐκτινάσσει· ἢ ὡς ἄλφιτον ἐπιπλασθέν· πίνεται δὲ καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν μετὰ πηγάνου καὶ πεπέρεως· νάπυ μετὰ θύμβρας ἢ ἡδυόσμου· καλαμίνθη σὺν ἁλσὶ καὶ μέλιτι ἑφθὴ, καὶ ὠμὴ ἐσθιομένη· καὶ ἀσκαρίδας δὲ ἐκτινάσσει σὺν κράμβης ὠμῆς χυλῷ καταῤῥοφουμένη, ἢ σὺν ὕδατι ὀμβρίῳ· πήγανον ἐλαίῳ ζεσθὲν καὶ ποθέν· ἢ ἡδυόσμου χυλὸς ῥοφούμενος· ἀειζώου χυλός· ἀβροτόνου ἀπόζεμα· κύμινον ἀντὶ ἀλφίτου ἐπιπασσόμενον ὀξυκράτῳ· ἀνδράχνη ἐσθιομένη, καὶ ὁ χυλὸς πινόμενος· σερίφου ἀπόζεμα, ὃ ἔνιοι ἀψίνθιον θαλάσσιον καλοῦσι, σὺν ἁλσὶ καὶ

copiosiore frequentioreque usu cavendum: chamaeleonis albi acetabulum cum vino et origani decocto, chalcanthi drach. j. cum melle lincta. Aliud: piperis, nasturtii, nitri, scammoniae an. drach. j.: de his simul mixtis portio exhibeatur: debent vero praesumi allia per triduum, et superbibi muriae cyathi duo.

Cap. LXVII. Teretes vero lumbricos expellunt oleum potum, galla bibita ex aqua, lupini amari in cibo sumpti, aut farina ex iis cruda cum melle delincta: eadem cum aceto pota brevi eos excutit, uti etiam polentae instar inspersa: bibitur et eorundem decoctum cum ruta et pipere, sinapi cum thymbra vel mentha, calamintha cum alsine et melle cocta, vel cruda esitata: expellit eadem ascaridas cum brassicae crudae succo vel aqua pluviali absorpta: ruta oleo incocta et pota, menthae succus epotus, sempervivi succus, abrotani infusum, cuminum polentae vice inspersum oxycrato, portulaca esitata, itemque succus eius epotus, seriphi (quod nonnulli absinthium marinum vocant) infusum cum sale,

ἐλαίῳ καὶ πυροῖς· ἢ σύκοις, ἢ μύξοις συγκαθεψημένον, ἢ ἀλεύροις, ἢ ῥοφήματι· ἢ ξηρὸν ἐπιπασσόμενον ὡς ἄλφιτον καὶ πινόμενον· ἢ σαντονικὸν κοπὲν, σὺν σταφίσιν, ἢ φοίνιξιν, ἢ μετὰ σύκων βρωθέν· μελίας φλοιὸς ὡς ἄλφιτον ποθέν. Πρὸς ἕλμινθας παίδων ἡδυόσμου ἀπόζεμα πότιζε νήστεις. Καταπλασσόμενα δὲ ὠφελεῖ, κατὰ τοῦ ἐπιγαστρίου ἐπιτιθέμενα, θέρμινον ἄλευρον σὺν μελικράτῳ, ἢ μελάνθιον, ἢ αἴρινον ἄλευρον, ὁμοίως ἰσάτις· πρὸς ἕλμινθας, καὶ πᾶν θηρίον τὸ ἐν τῇ κοιλίᾳ, καταγάγῃς οὕτως· ἐνέγκας θέρμια πικρὰ, καὶ δαφνίδας μετὰ χολῆς ταυρείας λειώσας, καὶ ποιήσας ἔμπλαστρον, ἐπίθες τῷ ὀμφαλῷ τοῦ πάσχοντος, καὶ φασκίωσον ἐπὶ ἡμέρας γ'.

Κεφ. ξη'. Ἀσκαρίδας κτείνει ἀξούγγιον παλαιὸν εἰς τὸν δακτύλιον καθιέμενον ἀντὶ βαλάνου.

Τῶν κατὰ τὴν μήτραν καὶ τ' ἄλλα γεννητικὰ μορία παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. ξθ'. Τὰς δὲ τῆς μήτρας προπτώσεις στέλλει ἀκακίας χύλισμα, ἢ βάτου χυλὸς, ἢ σχίνου, ἢ ῥόος τῆς ἐπὶ

oleo ac tritico, vel cum ficubus aut myxis farinave coctum, aut siccum polentae instar inspersum sorbitioni ac bibitum: santonicum tusum, cum uvis passis aut palmulis ficubusve manducatum: fraxini cortex instar polentae bibitus. Ad puerorum lumbricos menthae infusum ieiunis propinato. Iuvant etiam abdomini imposita haec: lupinorum farina cum melicrato, nigella, aut loliacea farina, similiterque isatis. Ad lumbricos omneque animal e ventre deiiciendum lupinos amaros et lauri baccas cum felle taurino subigito, factumque inde emplastrum aegri umbilico adhibeto, fascia ad triduum superinducta.

Cap. LXVIII. Ascaridas necat axungia vetus ano glandis loco indita.

Ad uteri reliquorumque genitalium membrorum affectus remedia.

Cap. LXIX. Vulvae procidentias cohibent acaciae succus, rubi succus, aut lentisci, rhois opsoniorum succus

τὰ ὄψα ὁ χυλὸς διαχριόμενος· κνίδης κλάδος προςαπτόμενος· ἴου φύλλα καταπλαττόμενα· ἀπόπατος βοὸς νομάδος ἄῤῥενος ὑποθυμιώμενος· ἀριστολοχία λεία ἐν πεσσῷ μετά τινος τῶν στυφόντων· καὶ τὸ ἀπόζεμα αὐτῆς εἰς ἐγκάθισμα καὶ ὑπατμισμόν· ἄσφαλτος ὑποθυμιωμένη· χαλβάνη καταπλασσομένη· κηκίδος ἀφέψημα· μυρσίνης, ἢ σχίνου, ἢ σιδίων ἀφέψημα εἰς ἐγκάθισμα.

Κεφ. ο΄. Τὰς δὲ φλεγμονὰς τῆς ὑστέρας καὶ μύσεις καὶ ἀλγήματα, ἑψόμενα εἰς ἐγκαθίσματα, ὠφελεῖ ἄγνου σπέρμα, ἀλθαίας ῥίζα, ἀρτεμισία, βακχάριδος ῥίζα, γλήχων, δάφνη, ἶρις, κασσία, κάλαμος, σχοῖνος, κενταυρίου τοῦ μεγάλου ῥίζα, κόνυζα, κύπειρος, λευκοΐων ἄνθη ξηρά· μαλάχη, μελίλωτον, κρίνων ἄνθη, λευκάνθεμον, πράσου κεφαλωτοῦ κόμη, σῦκα ξηρὰ μετὰ τήλεως ἢ πτισάνης, τῆλις, λινόσπερμον· ὑποθυμιώμενα δὲ ὠφελεῖ ἄγνου σπέρμα, βδέλλιον, κασσία, κάλαμος, λάδανον, λιβανωτίδος σπέρμα καὶ ῥίζα· καὶ (τὰ) πρὸς τὰ καρκινώδη ποιεῖ ῥητίνη τερμινθίνη σὺν σμύρνῃ.

illitus, urticae ramulus applicitus, violae folia pro cataplasmate imposita, fimum bovis armentarii masculi suffumigatum, aristolochia trita cum quopiam astringentium in pesso subdita: eiusdem etiam decoctum usurpatum ad insessionem ac suffitum, bituminis suffitus, galbanum pro cataplasmate impositum, gallae decoctum: myrti denique, aut lentisci, aut malicorii decoctum ad insessum.

Cap. LXX. Uteri inflammationes, praeclusiones doloresque decocta haec insessione iuvant: viticis semen, althaeae radix, artemisia, baccharis radix, pulegium, laurus, iris, cassia, calamus et iuncus odorati, centaurii maioris radix, conyza, cyperus, leucoii flores sicci, malva, melilotus, lilii flores, leucanthemon', porri capitati coma, ficus aridae cum foeno graeco vel ptisana, foenum graecum, lini semen. Suffitu ad eadem conferunt viticis semen, bdellium, cassia, calamus, ladanum libanotidis semen et radix. Ad cancrosas vero uteri affectiones facit resina terebinthina cum myrrha.

Κεφ. οα΄. Προστίθεται δὲ πρὸς τὰς φλεγμονὰς καὶ τὰ ἀλγήματα ἄγνου σπέρμα λεῖον, ἀλθαίας ῥίζα ἑφθὴ ἐν μελικράτῳ μαλαχθεῖσα σὺν στέατι χοιρείῳ νεαρῷ καὶ τερμινθίνῃ· ἀνθυλλίου ῥίζα λεία σὺν ῥοδίνῳ· ἀρνογλώσσου χυλὸς ἐν ἐρίῳ, σόγχου ὁμοίως χυλὸς, ἀσκληπιάδος χυλὸς ἢ τὰ φύλλα προστιθέμενα, βούτυρον ὁμοίως· τήλεως ἀφεψημένης ὁ ἀποθλιβεὶς χυλὸς, μιγεὶς στέατι χοιρείῳ, ἢ βουτύρῳ προσφάτῳ· κνίκου ῥίζαι ὀπταὶ σὺν ῥοδίνῳ, καὶ τὰ ἄνθη σὺν κηρωτῇ, καὶ μυελῷ, καὶ στέατι· λινόσπερμον ἑψημένον σὺν κρόκῳ καὶ χοιρείῳ στέατι· ὕσσωπον σὺν βουτύρῳ καὶ μελιλώτῳ· οὔρου ἀνθρωπίνου ὑποστάθμη σὺν κυπρίνῳ· περιστερεὼν σὺν στέατι χηνείῳ καὶ τερεβινθίνῃ ὁμοίως· μυελὸς ἐλάφειος σὺν σουσίνῳ· στύραξ ἀνεθεὶς σὺν κυπρίνῳ· χρίσματα δὲ ἁρμόζει πρὸς τὰ αὐτὰ ἴρινον, κύπρινον, ἀμαράκινον· τὸ τοῦ ἐλειοῦ λῖπος, ὃν ῥωμαϊστὶ γλῆρις καλοῦσιν· ἐνιέμενα δὲ μαλάσσει καλῶς ἀλεύρου κριθίνου χυλὸς μετὰ ὕδατος ἑψηθεὶς, ἄλικος, ἢ ὀρύζης, ἢ τήλεως, ἢ λινοσπέρμου, ἢ μαλάχης χυλὸς ὁμοίως.

Cap. LXXI. Ad uteri autem inflammationes ac dolores forma pessi subiiciuntur viticis semen tritum, althaeae radix cocta in melicrato subactaque cum adipe suillo recenti ac terebinthina: anthyllidis radix trita cum rosaceo, plantaginis succus vellere exceptus, sonchi succus eodem modo, asclepiadis succus aut folia apposita, similiter et butyrum: succus e decocto foeno graeco expressus, suillo adipi aut recenti butyro admixtus: cnici radices assae cum rosaceo, et flores eiusdem cum cerato, medulla et adipe: lini semen coctum cum croco et suillo adipe, hyssopus cum butyro et meliloto, urinae humanae sedimentum cum cyprino, verbenaca recta cum anserino adipe ac terebinthina simili modo: medulla cervina cum susino, styrax liquatus cum cyprino. Ad eadem conveniunt inunctiones ex irino, cyprino, amaracino, itemque adeps eius animantis, quod Latini glirem appellant. Iniecta vero egregie molliunt farinae hordeaceae cremor ex aqua coctus, alicae quoque, aut oryzae, aut foeni graeci, aut seminis lini, aut denique malvae cremor eodem modo.

Κεφ. οβ΄. Πινόμενα δὲ τὰς χρονίους φλεγμονὰς καὶ τὰ ἀλγήματα τῆς ὑστέρας παύει αἰθιοπίδος ῥίζης ἀφέψημα, γλυκυσίδης κόκκοι ιέ μεθ᾽ ὕδατος, πάνακος ἀσκληπιαδίου φύλλα, ἀκόρου ῥίζα· κενταυρίου τοῦ μεγάλου ῥίζα· ἄμωμον· ἀρκευθίδες· ἀριστολοχίας τῆς δακτυλίτιδος ῥίζα μετὰ σμυρνίου σπέρματος· βαλσάμου καρποῦ < α΄ μετὰ μελικράτου· γερανίου ῥίζης < α΄ ἐν μελικράτῳ· κέστρου φύλλων < δ΄ μετὰ ὑδρομέλιτος· τριφυλλίδος καρπὸς, καὶ τὰ φύλλα ὁμοίως.

Κεφ. ογ΄. Πρὸς δὲ τὰς ἑλκώσεις τῆς μήτρας ἁρμόζει ἀμόργη ἑψητὴ περιχριομένη μετὰ κηρωτῆς σουσίνης, ἢ λύκιον ὁμοίως, ἢ περιχριόμενος χυλὸς ἀκακίας.

Κεφ. οδ΄. Ὀδαξισμοὺς δὲ μήτρας παύει καὶ κνησμοὺς κόλπων ἀνδράχνης ὁ χυλὸς ἐγκλυζόμενος, λινόσπερμον ἑφθὸν ἐν μελικράτῳ· τῆλις ὁμοίως, ἔλαιον σούσινον, ἢ κύπρινον, ἢ τραγάκανθον σὺν ὕδατι.

Κεφ. οε΄. Ἄγει δὲ ἔμμηνα καὶ λόχια ἐπιεικῶς πινόμενα ἀπυρέτοις μετ᾽ οἴνου, πυρέσσουσι σὺν μελικράτῳ ἢ ὕδατι, ξιφίου

Cap. LXXII. In potu vero sumpta uteri diuturnas inflammationes doloresque sedant aethiopidis radicis decoctum, paeoniae grana quindecim ex aqua, panacis Asclepii folia, acori radix, centaurii maioris radix, amomum, iuniperi baccae, aristolochiae longae radix cum smyrnii semine, carpobalsami drach. j. cum melicrato, geranii radicis drach. j. in melicrato, betonicae foliorum drach. iiij. ex hydromelite, trifolii semen ac folia similiter.

Cap. LXXIII. Vulvae ulcerationibus inuncta conveniunt amurca decocta cum cerato liliaceo, lycium aut acaciae succus eodem modo.

Cap. LXXIV. Mordaces vulvae prurigines ac sinus muliebris pruritus leniunt portulacae succus infusus, lini semen coctum in melicrato, foenum graecum similiter, oleum susinum vel cyprinum, tragacanthae lacryma cum aqua.

Cap. LXXV. Menstrua et a partu relicta uteri purgamenta moderate cient haec cum vino pota, si febris

ῥίζα, οἰνάνθης πόας καρπὸς, καὶ τὰ φύλλα, καὶ ὁ καυλός· σελίνου ῥίζα καὶ ὁ καυλός· οὖρον λυγγός· σίνηπι λεῖον καταπασθὲν ὡς ἄλφιτον· πάνακος φύλλα· ἀσκληπιάδος καρπὸς καὶ τὰ ἄνθη· περικλυμένου φύλλα, πετροσέλινον· πράσου χυλὸς, καὶ τὸ πράσον ἐσθιόμενον· ἀμπελόπρασον, ῥάφανος ἐσθιομένη, ἄρου ῥίζα ἑφθὴ ὁμοίως, σελίνου ἀπόζεμα καὶ τὸ σπέρμα, σκόροδον σὺν οἴνῳ πινόμενον, σταφυλίνου ἀγρίου σπέρμα, μυττωτὸν τὸ ἐκ σκορόδων ἐσθιόμενον, στάχυος φύλλα σὺν οἴνῳ πινόμενα, στοιχάδος ἀφέψημα ἐπὶ ἡμέρας γʹ πινόμενον νήστεσιν.

Κεφ. οϛʹ. Μᾶλλον δὲ ἄγει, πινόμενα ὁμοίως, ἀγαρικὸν, ἄγνου σπέρμα μετὰ γλήχωνος ἢ πεπέρεως, ἀδίαντον, νάρδος ἀγρία, ἀριστολοχίας ῥίζα σὺν σμυρνίῳ· ἐλελίσφακος· σφονδυλίου ῥίζα καὶ σπέρμα· λιβανωτίδος ῥίζα, σεσέλεως ῥίζα καὶ ὁ καρπός· τραγοριγάνου ἀφέψημα, ἱππομαράθρου σπέρμα· καὶ ῥίζα· κνίδης τῶν φύλλων ἀφέψημα μετὰ σμύρνης· δαμασωνίου ῥίζα· ἄμωμον· ἀνθεμίδος φύλλα καὶ ἡ ῥίζα· σπύραθοι αἴγειοι μετά τινος τῶν ἀρωματικῶν· ἀρτεμισία· ἄσφαλ-

absit: sin minus, ex melicrato vel aqua: gladioli radix, oenanthes herbae folia, caulis et semen: apii radix et caulis, urina lyncis, sinapi tritum, polentae instar inspersum, panacis folia, asclepiadis semen et flores, periclymeni folia, petroselinum, porri succus, et ipsum porrum in cibo sumptum, ampeloprasum, raphanus esitatus, ari radix cocta similiter, apii infusum et semen, allium in vino potum, dauci agrestis semen, intritum ex alliis comestum, stachyos folia cum vino pota: stoechadis decoctum, triduo ieiunis potum.

Cap. LXXVI. Potentius autem eadem illa praestant, simili modo pota: agaricum, viticis semen cum pulegio vel pipere, adiantum, nardus agrestis, aristolochiae radix cum smyrnio, salvia, sphondylii radix et semen, libanotidis radix, seseleos radix et semen, tragorigani decoctum, hippomarathri semen et radix, urticae foliorum decoctum cum myrrha, damasonii radix, amomum, anthemidis folia et radix, baccae caprinae cum aliquo ex aromaticis, artemisia, bitumen, absinthii succus

τος· ἀψίνθιον ὠμοτριβὲς σὺν κελτικῇ νάρδῳ· βουνίου ῥίζα, καὶ τῶν καυλῶν τὸ χύλισμα· βακχάριδος τῆς ῥίζης τὸ ἀφέψημα ἐν ὕδατι· βράθυος φύλλα· γλήχωνος ἀπόζεμα· γλυκυσίδης ῥίζα· γλυκυῤῥίζης ἀπόζεμα ἢ χυλός· δάφνης ἀλεξανδρίνης ῥίζα· δαφνοειδές· ἶρις· ἑλενίου ἀφέψημα· ἑλιχρύσου ὁμοίως· ἑρπύλλου ὁμοίως· ὀποῦ συκῆς ὀλίγον μετὰ ὠοῦ ῥοφητοῦ· ἐρέβινθος ἐσθιόμενος, καὶ τὸ ἀφέψημα πινόμενον· ἠρύγγης ῥίζα, θύμον, ἢ θύμβρα ἀποζεσθέντα· ἱπποσελίνου ῥίζα καὶ ὁ καρπὸς, ἱππομαράθρου ὁμοίως, κασσία· καρδάμωμον, ὑπερικοῦ καυλὸς ἢ ῥίζα ὁμοίως.

Κεφ. οζʹ. Ἐπιτεταμένως δὲ ἄγει, ὥςτε καὶ ἔμβρυα ἐκτινάσσειν πινόμενα σὺν οἴνῳ, ἢ μελικράτῳ, ὥςπερ εἴρηται· πρασίου χυλὸς ἐπὶ ἡμέρας γʹ, καὶ τὸ ἀπόζεμα· περικλυμένου καρπὸς, πηγάνου ἀγρίου σπέρμα, πτερίδος ῥίζα, βρυωνίας ῥίζα < βʹ μεθʼ ὕδατος· ταράσσει δὲ τὴν διάνοιαν· ἀμμωνιακοῦ < αʹ· σαγαπηνὸν ὁμοίως· ὀπὸς, ἢ ὀπόφυλλον ὁμοίως σὺν σμύρνῃ καὶ πεπέρει· ὀποπάναξ ὁμοίως· ἀναγύρου φύλλα καὶ τὰ τεθνηκότα ἄγει· ἀσφοδέλου ῥίζα· ἄρου σπέρμα·

expressus cum celtica nardo, bunii radix et succus e caulibus, baccharis radicis decoctum in aqua, sabinae folia, pulegii infusum, paeoniae radix, glycyrrhizae infusum aut succus, lauri alexandrinae radix, daphnoides, iris, helenii decoctum, elichrysi et serpylli similiter, lactis ficulnei modicum cum ovo sorbili, cicer esitatum, et decoctum eius potum, eryngii radix, thymus aut thymbra feroefacta, hipposelini radix et semen, hippomarathri similiter, cassia, cardamomum, hyperici caulis aut radix similiter.

Cap. LXXVII. Potentissime vero menses cient, atque ita ut foetus etiam excutiant, pota haec e vino aut melicrato, uti dictum est: marrubii succus triduo potus, vel eiusdem infusum, periclymeni semen, rutae sylvestris semen, filicis radix, bryoniae radix drach. ij. pondere ex aqua: (sed mentem perturbat:) ammoniaci drach. j., sagapenum similiter, liquor silphii aut semen similiter cum myrrha et pipere, opopanax simili modo: anagyri folia etiam emortuos foetus pellunt: asphodeli radix,

βολβοὶ σὺν ἁπαλοῖς φύλλοις δάφνης· δικτάμνου < α΄ καὶ τὰ τεθνηκότα δὲ ἐκτινάσσει σὺν οἴνῳ· δρακοντίου ἀφέψημα τῶν ῥιζῶν· τούτου δὲ καὶ ὀσμὴ τῶν φύλλων κατὰ τὴν ἄνθησιν, ἐπὶ τῶν ἀρτισυλλήπτων, φθόριός ἐστι· θηλυπτέριδος ῥίζα· θλάσπι, χαλβάνη, λευκοΐου σπέρματος < β΄ ἐν ὕδατι· σέσελι σὺν οἴνῳ καθ᾽ ἡμέραν πινόμενον· καρδαμίνη σὺν οἴνῳ· πήγανον, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ὁμοίως· καστόριον μετὰ γλήχωνος ἀποζέματος, σχοῖνος· ἀναισθήτως ὀλισθάνει ἔμβρυα, ἐὰν ᾠὸν σὺν τῷ ὀστράκῳ θερμάνας καὶ καταχρίσας κεδρίαν, καὶ πάλιν θερμάνας καὶ καταχρίσας, καὶ τὸ αὐτὸ τρίτον ποιήσας δῷς ῥοφῆσαι· ἢ φελλὸν πεπισσωμένον παλαιὸν ἐν κεραμίῳ καύσας, λεῖον ἐπιπάσας ἐν οἴνῳ, δὸς πιεῖν· ποιεῖ δὲ καὶ καππάρεως ὁ ἐκ τῶν ἀπίων καρπὸς πλῆθος < β΄ σὺν οἴνῳ, ἢ τῆς ῥίζης ὁμοίως· κενταυρίου λεπτοῦ χυλὸς ὁμοίως· κεδρίδες λεῖαι· κέστρου τῶν φύλλων < α΄, κιρκαίας ῥίζα ἀποβρεχθεῖσα ἐν γλυκεῖ· κιννάμωμον ποθέν· κλινοποδίου ἀπόζεμα· κρίθμου καρπὸς καὶ ἡ ῥίζα, ἑψηθέντα ἐν οἴνῳ· κισσανθέμου καρπὸς < α΄ ἐν οἴνῳ· κυπαρίσσου πρίσματα· κύ-

ari semen, bulbi cum tenellis lauri foliis: dictamni drach. j. cum vino enectos etiam fetus eiicit: dracunculi radicum decoctum: huius, dum floret, foliorum vel ipse odor recens conceptos fetus exanimat: filicis feminae radix, thlaspi, galbanum, leucoii seminis drach. ij. in aqua, seseli cum vino quotidie potum, cardamine cum vino, ruta et semen eius similiter, castorium cum pulegii decocto, iuncus odoratus. Citra sensum prolabetur fetus, si ovum cum sua testa calfactum cedria inunxeris, iterumque calfeceris et inunxeris, ac id ipsum tertio repetiveris, tumque gravidae sorbendum dederis. Aliud: suber vetus pice oblitum in testa urito, et tritum vino inspersum similiter propinato. Valent et ad ciendos potentissime menses capparis pyriformis fructus aut radices drach. ij. in vino potae: similiter et centaurii minoris succus, cedri baccae tritae, betonicae foliorum drachma, circaeae radix in passo macerata, cinnamomum potum, clinopodii infusum, crithmi radix cum semine in vino cocta, cissanthemi seminis drachma in vino, cupressi ra-

πειρος· λαπάθου ἀγρίου ῥίζα· λογχῖτις πόα ἐν οἴνῳ ἑψηθεῖσα· καρδάμου σπέρμα· μανδραγόρου σπέρματος < α΄ σὺν οἴνῳ· μελανθίου < α΄· ὀξυμυρσίνης ῥίζα ἑψηθεῖσα ἐν οἴνῳ· σαμψύχου σπέρμα· κύπρου σπέρμα· σίσων· τορδύλιον· τραγορίγανον· χαμαίδρυος ἀφέψημα· χαμαιπίτυς σὺν μέλιτι· γῆς ἔντερα ξηρὰ πινόμενα· ποιεῖ καὶ σύκων τὸ ἀφέψημα τῶν φύλλων.

Κεφ. οη΄. Προστιθέμενα δὲ ἔμμηνα ἄγει, καὶ τὰ ἐκ τόκων, καὶ ἔμβρυα, οἴσυπος ἐν ἐρίῳ οἰσυπηρῷ προστεθεὶς ἐπὶ ἡμέρας γ΄· ἄκινος, καὶ τὸ σπέρμα αὐτῆς· μανδραγόρου ῥίζα ξυσθεῖσα ὡς κολλύριον, καὶ προστεθεῖσα· ἐλλέβορος μέλας καὶ λευκὸς, κνίδης φύλλα μετὰ σμύρνης λεῖα· ἄμωμον· ἀμύγδαλα, ἢ ἀμυγδάλινον σὺν οἴνῳ· ἀνεμώνη λεία· ἀριστολοχία μετὰ σμύρνης· βδέλλιον· δαφνίδες λεῖαι· ἐλατήριον σὺν μέλιτι· ἐρυθροδάνου ῥίζα ὁμοίως· ἡμεροκάλλους ῥίζα· ἡλιοτροπίου τοῦ σκορπιούρου φύλλα· θέρμινον ἄλευρον μετὰ σμύρνης καὶ μέλιτος· θρίδακος ἀγρίας ὁ καρπός· ἱππομαράθρου ῥίζα· κασσία σὺν μέλιτι· κάλαμος ἀρωματίτης ὁμοίως· κα-

menta, cyperus, lapathi sylvestris radix, lonchitis herba in vino decocta, nasturtii semen, mandragorae seminis drachma una cum vino, nigellae drachma, rusci radix in vino cocta, sampsuchi semen, cyperi semen, sison, tordylium, tragoriganum, chamaedryos decoctum, chamaepitys cum melle, lumbrici terrestres sicci poti, ficus denique foliorum decoctum.

Cap. LXXVIII. Subdita in pessis menses trahunt, et quae a puerperio relinquuntur, ac ipsos quoque partus evocant: oesypum cum lana succida triduo appositum, acinos et eiusdem semen, mandragorae radix derasa in collyrii forma et indita, uterque helleborus, urticae folia trita cum myrrha, amomum, amygdala, aut ex eis oleum cum vino, anemone trita, aristolochia cum myrrha, bdellium, lauri baccae tritae, elaterium cum melle, similiterque rubiae radix, hemerocallis radix, heliotropii scorpiuri folia, lupinorum farina cum myrrha et melle, lactucae sylvestris semen, hippomarathri radix, cassia cum melle, calamus aromaticus similiter, calaminthae folia,

λαμίνθης φύλλα· χαλβάνη· κενταυρίου τοῦ μεγάλου ῥίζης ὁ χυλὸς, ἢ ῥίζα· κισσοῦ κόρυμβοι λεῖοι, καὶ ὁ μίσχος μέλιτι χρισθεὶς ἄγει γενναίως ἔμβρυα· κιννάμωμον σὺν σμύρνῃ· κόστος ὁμοίως· κρίνου ῥίζα ἑφθὴ σὺν ῥοδίνῳ· ἀταράχως δὲ τὰ ὑπομένοντα σπᾶται· κυκλαμίνου ῥίζα σὺν μέλιτι, καὶ ὁ χυλός· φασὶ δέ τινες, ὅτι, κἂν ὑπερβῇ τὴν ῥίζαν τῆς κυκλαμίνου γυνὴ ἔγκυος, ἐκτιτρώσκει· ὁμοίως καὶ τὴν καλουμένην πόαν ὄνοσμα ἱστοροῦσιν, ὅτι γυνὴ ἐὰν ὑπερβῇ ἔγκυος ἢ γεύσηται, ἐκτιτρώσκει· σάμψυχος· λινόζωστις σὺν μέλιτι· πήγανον σὺν σμύρνῃ καὶ ᾠῷ· κράμβης χυλὸς μετὰ αἰρίνου ἀλεύρου· κονύζης χυλός· ὀποπάναξ, καὶ ἡ ῥίζα ὡς κολλύριον· σιδηρίτιδος τῆς Ἡρακλείας τὰ φύλλα· σκόρδιον· στύραξ· ἄγει δὲ καὶ μᾶλλον ἔμβρυα ἀγχούσης ῥίζα· ἀρτεμισία ἀναληφθεῖσα ὡς κολλύριον, σὺν δαφνίσιν, ἢ σμύρνῃ, ἢ ἴριδι, ἢ σύκῳ, ἢ νίτρῳ· καὶ ὁ ἁπαλὸς δὲ βλαστὸς αὐτῆς προστεθείς· βρυωνίας ῥίζης ὁ χυλὸς προστεθεὶς ἐν ἐρίῳ· γεντιανῆς ῥίζα ξυσθεῖσα ὡς κολλύριον· δικτάμνου < α΄ μετὰ μέλιτος·

galbanum, centaurii maioris e radice succus, aut ipsa radix, hederae corymbi triti: eiusdem etiam foliorum pedunculus melle irrigatus praeclare partus extrahit: cinnamomum cum myrrha, costus similiter: lilii radix cocta cum rosaceo sine vexatione puerperae quae in utero morantur extrahit: cyclaminis radix cum melle, ac ipse etiam succus: aiunt porro nonnulli, si radicem eam praegnans mulier transgrediatur, abortum fieri. Idem quoque de herba onosmate dicta tradunt, nempe si eam praegnans supergrediatur gustetve, abortum facere: sampsuchum, mercurialis cum melle, ruta cum myrrha et ovo, brassicae succus cum loliacea farina, conyzae succus, panacis liquor, eiusdem quoque radix in collyrii formam redacta, sideritidis heracleae folia, scordium, styrax. Partus potissimum evocat anchusae radix: artemisia cum lauri baccis, vel myrrha, vel iride, vel ficu, nitrove in collyrii formam redacta: idem praestat tenellum etiam germen eius appositum: bryoniae radicis succus in vellere appositus, gentianae radix derasa in collyrii formam, dictamni drachma una cum melle: dracunculi radix cum posca,

δρακοντίου ῥίζα σὺν ὀξυκράτῳ· ἶρις· σμύρνα σὺν ἀψινθίῳ ἢ θέρμων ἀποβρέγματι· ἢ πηγάνου χυλός· κνέωρον ἀναληφθὲν σύκῳ· νίτρον ὁμοίως· κενταυρίου λεπτοῦ χυλός· κεδρία· κολοκυνθίδος ἐντεριώνη σὺν μέλιτι· κισσανθέμου χυλὸς σὺν οἴνῳ· λιβανωτὸς καὶ ὀπὸς μανδραγόρου, καὶ αἴρινον μιγέντα ἐν πεσσῷ· ὀποπάναξ προςτεθείς· στρουθίου ῥίζα σὺν μέλιτι· πόλιον σὺν οἴνῳ· πράσιον ὁμοίως· σκαμμωνίας ὀπὸς ἐν ἐρίῳ προςτεθείς· στυπτηρία ὑγρά· ὑπερικοῦ σπέρμα λεῖον σὺν μέλιτι· χονδρίλλης μαστίχη μετὰ σμύρνης· φλόμου χυλὸς μετὰ σμύρνης, ἐν ἐρίῳ προςτεθείς· οὖρον ἀνδρὸς, πεσσῷ ἀναλαμβανόμενον, καὶ προςτιθέμενον· μελάνθιον καὶ σμύρνα λεῖα, μέλιτι ἀναληφθέντα, κυάμου ἑλληνικοῦ μέγεθος.

Κεφ. οθ'. Ὑποθυμιώμενα δὲ ἄγει ἔμμηνα καὶ λόχια καὶ ἔμβρυα ἄμμι μετὰ ῥητίνης τερμινθίνης· βδέλλιον βραχύ· δίκταμνον· καρδάμωμον· χαλβάνη· πίτυος φλοιὸς καὶ πεύκης· πορφύρας θαλασσίας πώματα, σκόροδον, σιλούρου κεφαλὴ καὶ σάρξ.

Κεφ. π'. Ἐγκαθίσματα δὲ ταῦτα ἄγει, ἑψημένα μετὰ

iris, myrrha cum absinthii aut lupinorum infuso, rutae succus, cneorum ficu exceptum, nitrum similiter, centaurii minoris succus, cedria, colocynthidis medulla cum melle, cissanthemi succus cum vino, tus cum liquore mandragorae ex loliacea farina subditum in pesso, struthii radix cum melle, polium cum vino, marrubium similiter, scammoniae liquor in vellere appositus, alumen liquidum, hyperici semen tritum cum melle, chondrillae lacryma mastichae similis cum myrrha, verbasci succus cum myrrha in vellere appositus, urina viri pesso excepta et subdita, melanthium cum myrrha tritum et melle exceptum fabae graecae magnitudine.

Cap. LXXIX. Suffitu menses, relicta a partu purgamenta et fetus evocant ammi cum resina terebinthina, bdellii exiguum, dictamnus, cardamomum, galbanum, pinus ac piceae cortex, purpurarum marinarum opercula, allium, siluri caput et caro.

Cap. LXXX. Ad eadem insessione prosunt haec in

ὕδατος· ἀγήρατον· ἀκτῆς φύλλα· ἀρτεμισία· δίκταμνον· δάφνη· κόνυζα· κόστος· μῆον· λευκόϊον· μελισσόφυλλον· πράσου κεφαλωτοῦ κόμη, καὶ σέλινα.

Κεφ. πα'. *Καταπλάσσεται δὲ πρὸς λόχια καὶ ἔμμηνα κινεῖ ἀρτεμισία πολλὴ κατὰ τῶν ὑποχονδρίων· ἐπιτεταμένως δὲ ἄγει, ὥστε καὶ ἔμβρυα ἐκτινάσσειν· αἴρινον ἄλευρον πράσου χυλῷ φυραθὲν, κυκλαμίνου χυλὸς σὺν ἐλατηρίῳ, ἢ αἰρίνῳ ἀλεύρῳ· μυελὸς ἐλάφειος καὶ χαλβάνη καὶ ἀμμωνιακὸν καὶ ἔλαιον, ἴσα.*

Κεφ. πβ'. *Ἵστησι δὲ ῥοῦν πινόμενα μετ' οἴνου γλυκυσίδης κόκκοι πυῤῥοὶ ι' ἢ ιβ' σὺν οἴνῳ· ὑποκιστίδος χυλός· πευκεδάνου ὀπός· συμφύτου πετραίου φύλλα καὶ ὁ καρπός· στατικὴ*[73] *πόα λαχανευομένη ὡς προσόψημα· βάτου ἀφέψημα, καὶ χύλισμα βαλαυστίου, ἢ ἀκακίας· σχίνου τῆς ῥίζης ἀφέψημα καὶ χύλισμα· γῆ σαμία μετὰ βαλαυστίου· ἐλάτης μυρεψικῆς ἀπόζεμα· ἐλάφου κέρας κεκαυμένον μετ' ὀξυκράτου· ἰτέας ῥίζα, ἢ τὰ φύλλα· κλυμένου χύλισμα· λευκογραφίς· λί-*

73) *Στακτική* vulgo. De Statice herba Plin. 26, 53.

aqua decocta: ageratum, sambuci folia, artemisia, dictamnus, laurus, conyza, costus, meum, leucoium, melissophyllum, porri capitati coma, apium.

Cap. LXXXI. Ad pellenda puerperii purgamenta ciendosque menses copiosa artemisia hypochondriis cataplasmatis instar adhibetur. Potentius vero vulvam purgant, ac in tantum, ut fetus etiam eiiciant, farina loliacea porri succo subacta, cyclaminis succus cum elaterio aut loliacea farina: item medulla cervina, galbanum, ammoniacum et oleum, paribus mixta portionibus.

Cap. LXXXII. Muliebrem fluorem sistunt ex vino pota paeoniae grana fulva decem aut duodecim cum vino, hypocistidis succus, peucedani liquor, symphyti petraei folia et semen, statice herba etiam pro opsonio oleris modo esitata, rubi decoctum, expressus balaustio succus, uti et acacia, lentisci, radicis decoctum et succus, terra samia cum balaustio, elates unguentariae infusum, cornu cervinum ustum cum posca, salicis radix aut folia, clymeni succus, leucographis, lapis haematites cum succo

θος αἱματίτης σὺν χυλῷ ῥοιᾶς· λυσιμάχιον πόα, καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς· λωτοῦ τοῦ δένδρου πρισμάτων ἀπόζεμα ἐκλειχόμενον· λίθου ὀστρακίτου < α΄ μετ᾽ οἴνου· μήκωνος μελαίνης σπέρμα σὺν οἴνῳ, ἢ σὺν μέλιτι, (καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς.) μυρίκης φλοιὸς λεῖος, καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς· ὀξυακάνθου[74] καρπὸς, τῶν ἐν αὐτῷ ἐριωδῶν ἐπιμελῶς ἀποκαθαρθέντων· τραχύνει δὲ τὴν ἀρτηρίαν· πολυγόνου χυλὸς, ἢ ἀρνογλώσσου ὁμοίως· πρίνου τοῦ φλοιοῦ ἀπόζεμα, πυτία λαγωοῦ· ῥοὸς βυρσοδεψικῆς χυλὸς, ῥόδων ἄνθος σὺν ὀξυκράτῳ, στεμφύλων ἀπόζεμα.

Κεφ. πγ΄. Προστιθέμενα δὲ σὺν ἐρίῳ ῥοῦν ἵστησιν ὑποκιστίδος χύλισμα· ῥοὸς βυρσοδεψικῆς ὁμοίως· βαλαύστιον λεῖον· θαλία, καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς· ἀκακίας χύλισμα, ἀειζώου· ἀπόπατος αἰγὸς σὺν λιβανωτῷ· δεῖ δὲ ἐνειλεῖν ἐρίῳ καὶ προστιθέναι· τέφρα κληματίνης ὕλης προστεθεῖσα. Ἀχίλλειος πόα· βάλανοι λεῖαι· ἰὸς σιδήρου· λιβανωτὸς, καὶ ὁ φλοιὸς αὐτοῦ· λευκογραφίς· λυσιμάχιος πόα· λύκιον σὺν γάλακτι·

74) *Κυνόςβατον* cum *ὀξυακάνθῃ* confundit: cf. Diosc. lib. I. cap. 122. 123.

mali punici, lysimachia herba eiusdemque succus, infusum loti arboris ramentorum delinctum, ostracitae lapidis drach. j. cum vino, papaveris nigri semen cum vino aut melle, tamaricis cortex tritus eiusdemque fructus: oxyacanthae fructus diligenter ab interiore lanugine repurgatus, quippe quae arteriam exasperet: polygoni succus, similiterque plantaginis, ilicis corticis infusum, leporinum coagulum, rhoïs coriariorum succus, rosarum flos cum posca, vinaceorum infusum.

Cap. LXXXIII. Subdita cum lana fluxionem sistunt muliebrem hypocistidis succus, similiterque rhois coriariorum, balaustium tritum, germen oleaginum eiusdemque succus, acaciae succus, itemque sempervivi: fimum caprinum cum ture, lana involutum et appositum: cinis e ligno sarmentorum appositus, Achillea herba, glandes quernae tritae, rubigo ferri, tus et cortex eius, leucographis, lysimachia herba, lycium cum lacte, mandrago-

μανδραγόρου σπέρμα λεῖον μετὰ θείου ἀπύρου· μελίλωτον· πολύγονον καὶ ὁ χυλὸς αὐτοῦ· κηκίδος τὸ ἐντὸς μετὰ λιβάνου καὶ ὕδατος· καρύου βασιλικοῦ τὸ ἐντὸς, καὲν καὶ σὺν οἴνῳ προστεθέν.

Κεφ. πδ'. Ἐγκαθίσματα δὲ ῥοῦν ἵστησι· δεῖ δὲ χλιαροῖς ἐγκαθίζειν· ἀγριελαίας ἀπόζεμα, σχίνου, καὶ βάτου, ἀγαλλόχου, δρυὸς φύλλων καὶ φλοιοῦ, καὶ βαλάνου, καὶ πρίνου, μυρσίνης, στεμφύλων, ῥοὸς βυρσοδεψικῆς, σιδίων.

Κεφ. πέ. Ἐπιτίθενται δὲ κατὰ τοῦ ἐπιγαστρίου εἰς τὸ ἐπισχεῖν ῥοῦν, κρίθινον σὺν κηκίδι λείᾳ, σιδίοις, ἢ βαλαυστίῳ, ἢ βάτῳ, ἢ τρυγὶ ὄξους· ἢ πρίνου φλοιὸς, ἢ βάλανοι, ἢ μυρσίνης φύλλα, ἢ σχίνου, ἢ θηβαϊκῆς φοίνικος.

Κεφ. πς'. Πρὸς δὲ τοὺς ἐκ τῆς ὑστέρας συμβαίνοντας πνιγμοὺς ἁρμόζει πινόμενα ἀγαρικοῦ < α' ἐν οἴνῳ· μανδραγόρου ῥίζης ὀβολοὶ δύο σὺν οἴνῳ· πετροσελίνου καρπός· ἀρνογλώσσου καρπός καὶ ὁ χυλὸς σὺν οἴνῳ· γλυκυσίδης μέλανες

rae semen tritum cum sulphure vivo, melilotus, polygonum eiusque succus, gallae pars interior cum ture et aqua, nucis iuglandis nucleus ustus et cum vino appositus.

Cap. LXXXIV. Sunt et insessus cohibendo huic profluvio accommodati, dummodo tepidis iis laborantes insideant. In eum usum usurpantur infusa oleastri, lentisci, rubi, agallochi: quercus foliorum, corticis et glandis: similiterque ilicis, myrti, vinaccorum, rhois coriariorum et malicorii.

Cap. LXXXV. Ad cohibenda porro eadem foeminarum profluvia imponuntur imo ventri hordeacea farina cum galla trita, vel malicorio, vel balaustio, vel rubo, aut aceti faece: ilicis cortex aut glandes, folia myrti, aut lentisci, aut palmae thebaicae.

Cap. LXXXVI. Ad uteri strangulatum haec in potu conveniunt: agarici drach. j. e vino, mandragorae radicis oboli duo cum vino, semen petroselini, plantaginis semen et succus cum vino, paeoniae grana nigra numero

κόκκοι ιε′ μετὰ μελικράτου· ὄνυξ ἐκ κογχυλίου πινόμενος· ὄξος σκίλλινον καταῤῥοφούμενον.

Κεφ. πζ′. Ὀσφραινόμενα δὲ διεγείρει τὰς ὑστερικὰς πνιγμονὰς ἄσφαλτον, καστόριον, χαλβάνη, σίνηπι σὺν ὄξει σκιλλητικῷ· πίσσα ὑγρὰ, κεδρία· ἐλλύχνια φλεγόμενα καὶ ἀποσβεννύμενα· πευκεδάνου φύλλα καὶ ὀπός· τρίχες καεῖσαι· σφονδύλιον· πήγανον· σίλφιον· κρόμμυον· σκόροδον· κνίδη προςαγομένη σκέλεσι καὶ μετώπῳ.

Κεφ. πη′. Ὑποθυμιᾶται δὲ πρὸς ταῦτα γαγάτης λίθος· ὄνυξ ὁ ἀπὸ τῶν πορφυρῶν· πευκέδανον· σαγαπήνου ὀπός· σφονδύλιον· ἄσφαλτος· καστόριον· χαλβάνη· λειχὴν ἵππου· φώκης πυτία· σίλφιον· κέρας ἐλάφου.

Κεφ. πθ′. Προςτίθεται δὲ κατὰ τοῦ δακτυλίου πήγανον σὺν μέλιτι ἐν ἐρίῳ ἀναληφθέν· κνίδης σπέρμα μετὰ στακτῆς.

Κεφ. ϛ′. Πρὸς δὲ τὰς συλλήψεις ἐνεργεῖ ποτὰ κραταιόγονον, καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ, ὑπό τε τοῦ ἀνδρὸς καὶ

XV ex melicrato, onyx e conchylio potus, acetum scillinum absorptum.

Cap. LXXXVII. Olfactata haec ab utero suffocatas excitant: bitumen, castorium, galbanum, sinapi cum aceto scillitico, pix liquida, cedria, ellychnia incensa et exstincta, peucedani folia et liquor, cremati capilli, sphondylium, ruta, silphium, cepa, allium. Prodest et urtica cruribus ac fronti admota.

Cap. LXXXVIII. Suffitu insuper haec prosunt: gagates lapis, onyx, seu tegumentum purpurarum, peucedanum, sagapeni liquor, sphondylium, bitumen, castorium, galbanum, lichen equinus, vituli marini coagulum, silphium, cornu cervi.

Cap. LXXXIX. Subduntur vero ano in hoc affectu ruta cum melle lana excepta, urticae semen cum stacte.

Cap. XC. Conceptum adiuvant haec in potu sumpta: crataeogoni semen tum a viro, tum et a muliere bi-

τῆς γυναικὸς πινόμενον ἐπὶ ἡμέρας μ', ἢ σταφυλίνου καρπὸς καὶ ἡ ῥίζα ἐσθιομένη ὑπὸ τῆς γυναικὸς πρὸ τῆς συνόδου.

Κεφ. ϛα'. Προστιθέμενα δὲ ὠφελεῖ πρὸς σύλληψιν ἄμμι μετὰ μυελοῦ πρὸ τῆς συνόδου· λαγωοῦ πυτία σὺν βουτύρῳ· λινοζώστεως σπέρμα ἢ χυλὸς ἀντὶ πεσσοῦ.

Κεφ. ϛβ'. Ἱστορεῖται δὲ ἀῤῥενοτοκεῖν ποιεῖν, μεθ' ὕδατος κυάθων γ' πρὸ τῆς συνόδου καὶ πρὸ τοῦ δείπνου ἐπὶ ἡμέρας μέ, ὄρχεως τῆς βοτάνης τῆς μείζονος τὸ ἀπόζεμα πινόμενον· ἡ δὲ αὐτὴ, ἐσθιομένη παρὰ τῶν ἀνδρῶν, ἀῤῥενογόνος ἐστίν· ἡ δὲ ἐλάττων θηλυγόνος, ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἐσθιομένη· ὄρχεις ἀλεκτρυόνος λευκοῦ, μετὰ τὴν σύλληψιν[75] *πρὶν τοῦ τινος γεύσασθαι καταποθέντες, ἀῤῥενογόνοι γίνονται· προστεθὲν δὲ λέγεται ἀῤῥενοτοκεῖν ποιεῖν λινοζώστεως τῆς ἄῤῥενος τὸ σπέρμα μετὰ τὴν σύλληψιν εὐθέως· θηλυτοκεῖν δὲ τῆς θηλείας ὁμοίως· τυποῦν δὲ εἰς ἄῤῥεν ἱστορεῖ-*

75) Coniectura Saraceni. Lectio vulg. *ἀπότηξιν* facile mutanda esset in *ἀπότεξιν*, ut sensus quidam constet. Sed post partum hoc remedium adhibere, absurdum esset.

bitum diebus XI, dauci semen et radix a muliere sumpta in cibo ante congressum.

Cap. XCI. Vulvae autem subdita conceptioni conferunt haec: ammi cum medulla appositum ante congressum, coagulum leporinum cum butyro, pessus e mercurialis semine aut succo.

Cap. XCII. Fertur ad gignendam prolem masculam conferre infusum orcheos maioris herbae, ante congressum et ante cibum ex aquae ternis cyathis diebus XLV potum. Haec eadem a viris esitata, ut mascula proles gignatur, efficit: minor vero, ut feminea, si a feminis comedatur. Gallinacei albi testes si subinde a conceptu deglutiat mulier, priusquam aliud quicquam gustarit, mares in utero fieri dicuntur. Fertur et mercurialis maris semen mox a conceptu vulvae admotum, ut mares, foeminae vero semen similiter usurpatum, ut foeminae in lucem edantur, efficere. Proditur quoque memoriae, ari-

ται μετὰ τὴν συνουσίαν εὐθέως προστεθεῖσα ἀριστολοχίας ῥίζα ἐν βοείᾳ σαρκί.

Κεφ. ϛγ'. Φυλάσσειν δὲ ἱστορεῖται τὸ συλληφθὲν πηγνύμενον προστεθεὶς λίθος ὁ ἐν τῇ σαμίᾳ γῇ εὑρισκόμενος λεῖος· τελεσφορεῖν δὲ καὶ μὴ ἀποβάλλειν τὸ ἔμβρυον τὰς εὐολίσθους γυναῖκας ποιοῦσι σπέρματος μελανσπέρμου [76] κόκκοι μά ἐν ὀθονίῳ δεθέντες, καὶ φορούμενοι ὑπὸ τὸν σκόλλυν [77] τῶν τριχῶν.

Κεφ. ϛδ'. Πρὸς δὲ τὰς δυστοκούσας περιάπτεσθαί φασιν ὠφελεῖ μετὰ ἀναγύρου φύλλων· δεῖ δὲ μετὰ τὸ τεκεῖν εὐθέως ἀφαιρεῖν τὸ περίαπτον· ἢ λίθον ἴασπιν τῷ μηρῷ περιάπτειν, ἢ κυκλαμίνου ῥίζαν ξηρὰν ὁμοίως· ἢ κυδωνίου χυλίσματος < α' σὺν ὑδρομέλιτος κυ. α' ποθεῖσαν· ἀδίαντον λεῖον μετ' οἴνου καὶ ἐλαίου ὠφελεῖ· καὶ πταρμικοῦ προσαγωγὴ τοῖς ῥώθωσι· εὐτοκεῖν δὲ ποιήσεις τίκτουσαν, ἐὰν ὁπλὴν ἵππου ὑποκαπνίσῃς.

Κεφ. ϛέ. Περιάπτεται δὲ πρὸς τὸ μὴ συλλαμβάνειν,

76) Plin. 20, 71.

77) Σκόλλυς (σκολλὶς) Hesychio κορυφὴ καταλελημμένων τῶν τριχῶν.

stolochiae radix, statim a concubitu admota vulvae in carne bubula, mares figurare.

Cap. XCIII. Conceptum in utero corporatum conservare traditur appositus lapis, qui in samia terra reperitur. Ut autem mulieres, quarum lubricus est uterus, ad statum tempus suos gerant partus, neve abortiant, efficient seminis melanspermi grana xij. linteolo illigata et sub spira crinium gestata.

Cap. XCIV. Difficulter parientibus aiunt anagyri folia utiliter adalligari: sed a partu statim auferri abiicique oportet. Prodest et iaspis femori adalligatus: similiter et cyclaminis radix: succi cotoneorum drachma cum cyatho hydromelitis: adiantum quoque tritum cum vino et oleo confert, uti et sternutatorium naribus adhibitum. Parientibus denique faciliorem praestabis partum, si ungulam equi suffumigaveris.

Cap. XCV. Ad inhibendum conceptum haec pro

ὡς συνεργήσοντα ἱστόρηται· γυναικὸς αἷμα ἐκ τῶν καταμηνίων ξηρὸν δεθὲν ἡμιονείῳ ἢ ἐλαφείῳ δέρματι, καὶ περιαφθέν· ἢ ὑπερβαινέτω ἀποτεθέν που πρὸ τοῦ συγγενέσθαι· ἄσπληνον βοτάνη καθ' ἑαυτὴν, καὶ σὺν ἡμιόνου ὁπλῇ περιαπτομένη· δεῖ δὲ ὀρύσσειν αὐτὴν ἀσελήνου νυκτός· μυρίκης ξύλον καὲν, καὶ σβεσθὲν ἰδίοις καταμηνίοις, περιαπτόμενον βραχίονι· πίνεται δὲ πρὸς ἀσυλληψίαν ἡμιόνιος πόα, μιγέντος αὐτῇ ἐξ ἡμιόνου ὁπλῆς τοῦ ἐντός· πτέριδος ῥίζα μετὰ γλυκέως πινομένη· θηλυπτέριδος ὁμοίως· ἐπιμηδίου ῥίζα πινομένη ἐν οἴνῳ· ἰὸς σιδήρου· ἰτέας ἄνθη καὶ τὰ φύλλα· κράμβης ἄνθη πινόμενα μετὰ οἴνου μετὰ τὴν σύλληψιν· λαγωοῦ πυτία μετὰ τὴν ἄφεδρον ποθεῖσα ἐπὶ ἡμέρας γ'· λεύκης φλοιὸς μετὰ τὴν κάθαρσιν σὺν ὀξυκράτῳ νήστεσι· λίθου ὀστρακίτου < β' ἐπὶ ἡμέρας δ' πινέτωσαν· προστίθεται δὲ πρὸς τὸ μὴ συλλαμβάνειν πρὸ τῆς συνόδου ἡδύοσμον λεῖον· καὶ τὸ αἰδοῖον δὲ τοῦ ἀνδρὸς τῷ χυλῷ περιχρισθέν· κράμβης ἄνθος λεῖον ἐν πεσσῷ μετὰ τὴν σύλληψιν, οὐκ ἐᾷ πήγνυσθαι· νεβροῦ πυτία ἡμέρας γ' προστεθεῖσα μετὰ τὴν κά-

amuleto iuvare perhibentur: foemineus sanguis menstruus siccatus, muli aut cervi corio illigatus et appensus, aut sicubi positum mulier ante concubitum supergrediatur: asplenon herba per se et cum ungula muli adalligata, sed ea illuni quapiam nocte effodienda: tamaricis lignum ustum et proprio mulieris sanguine menstruo exstinctum et brachio alligatum. Bibuntur autem ad conceptum prohibendum hemionis herba, admixta ungulae muli parte interiore, filicis radix cum passo, filicit foeminae eodem modo, epimedii radix e vino, rubigo ferri, salicis flores et folia, brassicae flores a conceptu ex vino poti, leporis coagulum diebus tribus a menstrua purgatione potum, populi albae cortex post eandem purgationem ieiunis e posca bibitus, ostracites lapis drach. ij. pondere quatriduo potus. Vulvis subditur ante concubitum conceptus adimendi gratia mentha trita: eiusdem etiam succo virile membrum circumlinitur: brassicae flores triti, et a conceptu in pesso subditi, semen coagulari non sinunt: hinnuli coagulum, triduo a purgatione muliebri apposi-

θαρσιν· πελεκίνου σπέρμα πρὸ συνουσίας· στυπτηρία ὑγρὰ ὁμοίως· ἢ τήλεως ἀφεψήματι πρὸ συνουσίας προςκλυζέσθωσαν.

Κεφ. ϞϚʹ. Συνουσίας δὲ παρορμᾷ καὶ ἐντάσεις ἐργάζεται ὁρμίνου σπέρμα· ξιφίου ῥίζα ἡ ἁδρὰ καὶ ἀνωτέρω παρορμᾷ σὺν οἴνῳ ποθεῖσα· ἡ δ᾽ ἰσχνοτέρα τοῦ αὐτοῦ τοὐναντίον ἐκλύει τὴν ὁρμήν· ὄρχεως βοτάνης ὁ μείζων βλαστὸς μετὰ γάλακτος ποθεὶς ἐντείνει, ὁ δὲ μικρὸς δι᾽ ὕδατος ποθεὶς ἐκλύει· κνίδης σπέρμα ἀγρίας πινόμενον μετ᾽ οἴνου· ἄνισον σὺν οἴνῳ· ἄρου ῥίζα ἑφθὴ ἐσθιομένη· ἡδύοσμον ὁμοίως· κάρδαμον καὶ τὸ σπέρμα πινόμενον· κορίου σπέρμα ὀλίγον μετὰ ὕδατος· πλεῖον δὲ ποθὲν, κάρον ποιεῖ· κόστος σὺν οἴνῳ ἢ οἰνομέλιτι· κρόκος ὁμοίως· λινόσπερμον μετ᾽ οἰνομέλιτος καὶ πεπέρεως ἀντὶ κοπτῆς λαμβανόμενον· μαράθρου δάκρυον· πράσου καρπὸς ἐσθιόμενος, καὶ χυλὸς πινόμενος· σατύριον ἐρυθραϊκόν· ἔστι δὲ ὅμοιον σπέρμα τῶν ἐν ταῖς ἀπίοις ἢ μήλοις, στιλπνότερον δὲ, καὶ γλίσχρον διαμασση-

tum, spem partus adimit, uti et securidacae semen subditum ante coitum: similiter et alumen liquidum: iuvat et muliebres locos ante concubitum foeni graeci decocto fovere.

Cap. XCVI. Venerem stimulat pudendique arrectionem promovet hormini semen. Gladioli radix crassior simul ac superior, in vino potui data, veneris appetentiam facit: contra vero, quae gracilior simul et inferior est, eandem remittit. Orcheos herbae maius tuber e lacte potum libidinis impetum exsuscitat: minus ex aqua bibitum eundem reprimit ac inhibet. Excitant et libidinem urticae sylvestris semen cum vino potum, anisum cum vino, ari radix cocta et esitata, similiter et mentha, nasturtium eiusque semen bibitum, coriandri semen quantitate exigua ex aqua sumptum: (largius enim assumptum, altiorem soporem inducit:) costus cum vino vel mulso, crocus similiter, lini semen admixtis mulso ac pipere placentae modo sumptum, foeniculi lacryma, porri semen comestum, et succus epotus: satyrium erythraicum, cuius semen pyrorum malorumve seminibus est simile, at

θέν· σκίγκος ποθεὶς ἰνδικός· ἀποπαύει δὲ τὰς ἐντάσεις φακοῦ ἀφέψημα ἐπιποθέν· σταφυλίνου ἀγρίου σπέρμα· τερεβίνθου καρπὸς ἐσθιόμενος.

Κεφ. ϛζʹ. Ἀμβλύνει δὲ τὰς πρὸς συνουσίαν ὁρμὰς ἀνδράχνη ἐσθιομένη, καὶ πήγανον ἄγριον καὶ ἥμερον ἐσθιόμενον· θρίδακος ἀγρίας σπέρμα καὶ ἡμέρου πινόμενον· δρακοντίου ῥίζα ἐν οἴνῳ ποθεῖσα ξηρὰ καὶ τὰς ἐντάσεις παύει· στρόβιλοι μετὰ σικύου σπέρματος· καὶ ἀνδράχνης χυλὸς, καὶ σῦκα ἐσθιόμενα.

Κεφ. ϛηʹ. Πρὸς δὲ τοὺς γόνους προϊεμένους ἀπροαιρέτως ὠφελίμως δίδοται ἴριδος < βʹ μετ᾽ οἴνου· καταπλασθὲν δὲ πραΰνει κώνειον κατὰ τοῦ καυλοῦ καὶ τῶν διδύμων καὶ ἐφηβαίου ἐπιτιθέμενον· νυμφαίας ῥίζα μετὰ ἀλφίτου διδομένη ἐσθίεσθαι ὡς μᾶζα, ὀξυβάφου πλῆθος· ἢ πινομένη καθ᾽ ἑαυτήν· ἀνήθου σπέρμα πινόμενον· ἐκλύουσι δὲ γονὴν κισσοῦ κόρυμβοι μέλανες πινόμενοι.

Κεφ. ϛθʹ. Πρὸς δὲ τοὺς ὀνειρώττοντας συνεχῶς ἀρ-

splendidius viscosumque mandenti: scincus indicus potus [accendendi venerem, pudendumque arrigendi maximam vim habet:] at ea reprimitur remittiturque, lentis decocto superbibito. Conciliant denique venerem dauci sylvestris semen, et terebinthi fructus esitatus.

Cap. XCVII. Porro venereos impetus reprimunt portulaca in cibo sumpta, ruta tam sativa quam agrestis esitata, lactucae sylvestris aeque ac sativae semen potum: dracunculi siccata radix, e vino pota, rigida intentaque pudenda laxat et remittit. Iuvant et nuclei pinei cum cucumeris semine, portulacae succus, ac ficus in cibo sumptae.

Cap. XCVIII. Quibus invito ac praeter voluntatem genitura effluit, haec conducunt: iridis drach. ij. ex vino potae, conium virgae, testi ac pubi pro cataplasmate impositum: nymphaeae radix aut per se pota, aut cum polenta pulmentarii vice in cibo data, acetabuli mensura: anethi semen bibitum. Genituram porro exsolvunt hederae corymbi nigri in potu sumpti.

Cap. XCIX. Libidinum frequentes in somno ima-

μόζει πρὸς ἐπίσχεσιν ταῦτα καταπλαττόμενα· κωνείου σπέρμα κατὰ τῶν διδύμων καταπλαττόμενον· ἐὰν γὰρ κατὰ τοῦ αἰδοίου τις καταπλάσῃ, παραλυθήσεται· νυμφαίας ῥίζαν κατάπλασσε· καὶ αἰδοῖα κορίου χυλῷ καὶ στρύχνου κατάχριε, διδύμους καὶ νίτρῳ καὶ ῥάμνου χυλῷ· ἀνδράχνης πίεσμα· καὶ αὐτὴ δὲ καταπλάσσεται καθ' ἑαυτὴν καὶ μετ' ἀλφίτου, καὶ ἄγνου φύλλα σὺν ἀλφίτῳ· ἢ κύμινον λεῖον μετὰ κιμωλίας φυραθέν.

Κεφ. ρ'. Ποθέντα δὲ ὠφελεῖ τοὺς ὀνειρώττοντας νυμφαίας ῥίζης ἀπόζεμα, πρὸ τοῦ σίτου λαμβανόμενον· τῇ τροφῇ δὲ μιγνυμένη ἡ ῥίζα ξηρὰ, καὶ τὸ σπέρμα ὁμοίως· καλαμίνθης ἀπόζεμα πινόμενον ἰᾶται ὀνειρωγμούς· θρίδακος σπέρμα καὶ ἀνδράχνης σὺν ὕδατι πινόμενον.

Τῶν κατὰ τοὺς νεφροὺς καὶ τὴν κύστιν παθῶν βοηθήματα.

Κεφ. ρα'. Τοὺς δὲ ἐνουροῦντας ἰᾶσθαι δεῖ ἐπιπλήξει, καὶ ἐν τῷ δι' ἡμέρας ἐθισμῷ τῆς οὐρήσεως, καὶ μεταξὺ κατ-

ginationes haec adhibita compescunt: conii semen testibus impositum: nam si quis genitali applicuerit, id effoetum languescet: nymphaeae radix adhibita, coriandri aut solani succus pudendis illitus, rhamni succus cum nitro testibus illitus. Iuvat et portulacae succus expressus: ipsa quoque per se et cum polenta imponitur: viticis folia cum polenta, cuminum tritum cum cimolia subactum.

Cap. C. Obnoxiis libidinis per somnum imaginibus cum geniturae profusione opitulantur haec in potu sumpta: nymphaeae radicis infusum ante cibos assumptum: radix vero sicca similiterque semen etiam cibis utiliter miscentur: calaminthae infusum bibitum insomnia veneris adimit, itemque lactucae aut portulacae semen ex aqua potum.

Renum ac vesicae vitiorum remedia.

Cap. CI. Eorum, qui stratis immeiunt, urinae incontinentiam emendabis, si increpueris et urinae tum in-

ἔχειν· κύστει τε αἰγείᾳ ἢ προβατείᾳ κεκαυμένῃ ποτίζειν σὺν ὀξυκράτῳ, ἢ ὠπτημένην σὺν τῷ οὔρῳ ἐπὶ θερμῇ σποδιᾷ διδόναι φαγεῖν, ἑσπέρας τε διψᾷν ἀναγκάζειν· ποιεῖ δὲ καὶ λαγωοῦ ἐγκέφαλος, ὅσον ἐρέβινθος, μετὰ χηνείου στέατος ἴσου καὶ κόμμεως καταπινόμενα, ἢ συμφυραθέντα ἀλφίτῳ, καὶ ἐσθιόμενα· καπρείας ὁπλῆς λείας κοχλιάριον μετὰ μελικράτου, ἢ καστορίου, ἢ ἄγνου· πηγάνου τὸ αὐτό.

Κεφ. ρβʹ. Νεφριτικοὺς δὲ ὠφελεῖ πινόμενα ἀγαρικοῦ < αʹ μετὰ οἴνου κυ. αʹ· ἀγχούσης ῥίζης < αʹ ὁμοίως· ἀλκυονίου ὀβ. βʹ μετὰ ὕδατος· ἀμώμου < αʹ μετὰ οἴνου· ἀμύγδαλα πικρὰ σὺν ὕδατι, ἢ ἐκλειχόμενα σὺν ῥητίνῃ τερμινθίνῃ· ἀναγαλλίδος ἢ πολυγόνου χυλὸς σὺν οἴνῳ, σταφίδες ἐσθιόμεναι χωρὶς τῶν γιγάρτων· βουνίου φύλλων καὶ τῆς ῥίζης ὁ χυλὸς ἐπὶ ἡμέρας ιβʹ πινόμενος μετὰ γλυκέως· ἢ γάλα· γλυκυσίδης ἀφέψημα· γλυκυῤῥίζης χυλός· ἐλάτης μυρεψικῆς ἀπόζεμα, ἤγουν τὸ ἀφέψημα· σὰρξ ἐχίνου χερσαίου ἐσκελετευμένου σὺν οἴνῳ· σμυρνίου σπέρμα σὺν γλυκεῖ· κασ-

terdiu reddendae; tum etiam certis intervallis continendae assuefeceris, praetereaque vesicam iis caprillam aut ovillam ustam e posca propinaveris, aut cum urina, quam continet calentibus cineribus inassatam, exhibueris, ac denique vesperi sitim tolerare coëgeris. Inhibet et leporis cerebrum cum aequalibus portionibus adipis anserini et gummi deglutitum, aut polentae permixtum et esitatum. Iuvat et ungulae apri tritae cochlearium cum melicrato, aut castorei, vel viticis, vel rutae tantundem.

Cap. CII. Nephriticis utiliter haec potui dentur: agarici drachma cum vini cyatho, anchusae radicis drachma similiter, alcyonii oboli duo ex aqua, amomi drachma cum vino, amygdalae amarae ex aqua potae, aut cum resina terebinthina delinctae, anagallidis aut polygoni succus cum vino, uvae passae demptis vinaceis esitatae, bunii succus e foliis et radice diebus duodecim potus ex passo, lac, aut paeoniae decoctum, glycyrrhizae succus, elates unguentariae infusum aut decoctum, terrestris erinacci inveterata caro cum vino, smyrnii semen cum pas-

σία σὺν οἴνῳ· καρδαμώμου < α' σὺν γλυκεῖ· κάλαμος ἀρωματίτης ὁμοίως· κιννάμωμον ὁμοίως· κέστρου φύλλων < α' σὺν γλυκεῖ· ἀρκεύθου ἀφέψημα ὁμοίως· μήου ἀπόβρεγμα ὁμοίως· μίλτου λημνίας < δ' ὁμοίως· οὖρον ὄνου ποθὲν ἱστορεῖται ἰᾶσθαι· σάκχαρον σὺν ὕδατι· σκάνδικος ἀφέψημα· σταφυλίνου ἀγρίου σπέρμα· στρόβιλοι ἐσθιόμενοι· συμφύτου πετραίου ἀπόζεμα ἐν μελικράτῳ· σῦκα ξηρὰ ἐσθιόμενα· χαμαιπίτυος ἀπόζεμα ἐν μελικράτῳ.

Κεφ. ργ'. Ἐὰν ἕλκος δέ τις ἔχει ἐν τῷ καυλῷ, καὶ ἐπιδάκνηται, ἐνεργῶς βοηθεῖ τραγακάνθης < β' βεβρεγμένης ἐν οἴνῳ νήστεσι ἐκλεικτόν.

Κεφ. ρδ'. Ἐὰν δὲ αἷμα οὐρεῖ, σχιστῆς < α', τραγακάνθης < β' κόψας, ἀναλάμβανε τροχίσκους ἀνὰ ὀβ. β', ἕνα διδοὺς ἐν γλυκεῖ. Τὰς δὲ ἐκ νεφρῶν αἱμοῤῥαγίας ἵστησι στρατιώτης ὁ ἐπὶ τῶν ὑδάτων πινόμενος.

Κεφ. ρε'. Ἀλγήματα δὲ κύστεως ἰᾶται λινόσπερμον ὠμὸν, σήσαμον, ὅρμινον, ἑκάστου κυ. α' κατ' ἰδίαν σὺν

so, cassia cum vino, cardamomi drachma cum passo, calamus aromaticus similiter, itemque cinnamomum, betonicae foliorum drachma cum passo, iuniperi decoctum similiter, itidemque mei infusum, aut rubricae lemniae drach. iiij. Urina asini pota auxilio esse fertur, saccharum cum aqua, scandicis decoctum, pastinacae sylvestris semen, nuclei pinei in cibo sumpti, petraei infusum in melicrato, ficus siccae esitatae, chamaepityos infusum in melicrato.

Cap. CIII. Ulceri virgae morsus sensum inferenti efficaciter auxiliantur tragacanthae drach. ij. in vino maceratae et a ieiunis sumptae ad modum eclegmatis.

Cap. CIV. Ad sanguinis mictum aluminis scissilis drach. j., tragacanthae drach. ij. contundito, et pastillos fingito, quorum singuli binos pendant obolos: ex his unum e passo propinato. Sanguinis vero e renibus manantis profluvia sistit stratiotes in aquis nascens epotus.

Cap. CV. Doloribus vesicae medentur lini semen crudum, sesamum, horminum, singula per se ex passi

γλυκεῖ πινόμενος· ὀξυσχοίνου σπέρμα· ἢ βολβῶν τῶν ἐκ πυρῶν [78] σπέρμα ὁμοίως· λωτοῦ σπέρμα ὁμοίως ἐν οἴνῳ· μήκωνος μελαίνης ἢ λευκῆς σπέρματος < α΄ σὺν ὕδατι θερμῷ πινομένη, ἢ μελικράτῳ· κυδωνίων ἄνθη· ἢ ἕλικων ἀμπέλου, ἢ ἀνδράχνης ἀφέψημα πινόμενον· ἢ γεντιανῆς χυλὸς σὺν ὕδατι.

Κεφ. ρς΄. Καταπλάσσεται δὲ ὠφελίμως ἐπὶ ἀλγούσης κύστεως νυμφαίας ῥίζα καὶ σπέρμα· πολύγονον· πετροσέλινον· χαμαιπίτυς σὺν οἴνῳ καὶ στέατι ὑείῳ ἑψημένη· κριθίνη γῦρις, τῆλις, λινόσπερμον, φοίνικες, μῆλα κυδώνια ἑφθὰ, κωδίαι μήκωνος ἑφθαὶ καὶ ὑοσκυάμου ἀλεύρῳ μιγεῖσαι.

Κεφ. ρζ΄. Πρὸς δὲ τὰς ἑλκώσεις τῆς κύστεώς ποιεῖ μὲν καὶ τὰ ἐπὶ νεφριτικῶν ἀναγεγραμμένα ποτά· ἁρμόζει δὲ καὶ ταῦτα· ἀγρώστεως τῆς ἐν Παρνασσῷ φυομένης ῥίζα, καὶ τῆς ἄλλης τε ἀφεψηθεῖσα ἐν ὕδατι πινομένη· ἀνδράχνης χυλὸς ἐν γλυκεῖ· γάλα γλυκύ· ἐλάτης μυρεψικῆς ἀπόζεμα· κυπαρίσσου φύλλα μετὰ σμύρνης ποθέντα· ἴαται δὲ κύστιν ῥευματιζομένην μαλάχη ἐσθιομένη, ἢ μύρτα ἐσθιόμενα.

78) Foës. oecon. Hipp. βόλβιον.

cyatho uno pota: oxyschoeni semen, bulborum e tritico semen similiter: pariter et loti semen e vino, seminis papaveris nigri aut albi drachma ex aqua calida aut melicrato pota: cotoneorum flores, vitis capreolorum, aut portulacae decoctum, gentianae denique succus ex aqua.

Cap. CVI. Dolenti vesicae haec utiliter adhibentur: nymphaeae radix et semen, polygonum, petroselinum, chamaepitys cum vino et adipe suillo cocta, hordeaceus pollen, foenum graecum, lini semen, palmulae, mala cotonea cocta: capita denique papaveris cocta, hyoscyami farinae admixta.

Cap. CVII. Vesicae exulcerationibus medentur tum quae nephriticis bibenda praescripsimus, tum praeterea haec: radicis graminis tum parnassii, tum etiam alius cuiuspiam ex aqua decoctum in potu: portulacae succus cum passo, lac dulce, elates unguentariae infusum: cupressi folia cum myrrha pota, quae vesicae etiam fluxione tentatae auxiliantur: malva in cibo sumpta, myrti denique baccae esitatae.

Κεφ. ρη'. Ἐπιδακνομένην δὲ κύστιν ὠφελεῖ σάκχαρον πινόμενον· σκάνδικος ἀφέψημα πινόμενον· καὶ τῆς λεγομένης φαλήρεως (φαλαρίδος) βοτάνης κοπείσης θλιβεὶς ὁ χυλὸς σὺν οἴνῳ· γεννᾶται δὲ ἐν τοῖς σίτοις· συμφύτου ἀφέψημα· κνήκος ἀλεσθεῖσα· ἀμύγδαλα πικρά· στροβίλια πεφρυγμένα· κόμμι κοκκυμήλων· τραγάκανθον ἐν γλυκεῖ μετὰ κέρατος ἐλαφείου κεκαυμένου, μιγείσης αὐτῷ σχιστῆς ὀλίγης.

Κεφ. ρθ'. Δυσουρίᾳ δὲ βοηθεῖ πινόμενον ἀσπαράγου ἀγρίου ῥίζης ἀπόζεμα, καὶ τὸ σπέρμα σὺν οἴνῳ· πάναξ σὺν μελικράτῳ· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ψωριῶσαν κύστιν· πολυγόνου χυλός· σαμψύχου ἀπόζεμα· σέσελι· σικύου ἡμέρου σπέρμα καθαρὸν σὺν γάλακτι, ἢ γλυκεῖ, καὶ πικροῖς ἀμυγδάλοις· ἢ αὐτὰ ταῦτα ἀμύγδαλα ἐν γλυκεῖ· σκορδίου χύλισμα ἐν οἴνῳ· σταφυλίνου ἀγρίου σπέρμα, φιλεταιρίου ῥίζης < α' ἐν κράματι· φοῦ ἀπόζεμα· χαμαιπίτυος ὁμοίως· χαμαιλέοντος λευκοῦ < α' ἢ β' μετὰ ὀριγάνου ἀποζέματος ἢ οἴνου· ψευδοβουνίου κλωνία δ' μεθ' ὕδατος· ὠκίμου σπέρμα, ἀβρότονον ὁμοίως ἀποζεσθὲν ἐν ὕδατι, ἄχρις οὗ τρίτον λειφθῇ·

Cap. CVIII. Vesicae mordicationes rosionesve leniunt saccharum bibitum, scandicis decoctum epotum: phalaridis herbae, quae inter frumenta nascitur, contusae succus expressus cum vino: symphyti decoctum, cneci pollen, amygdalae amarae, nuclei pinei tosti, pruni arboris gummi, tragacanthum in passo cum cornu cervino usto, addito etiam aluminis scissilis momento.

Cap. CIX. Urinae difficultati bibita auxiliantur radicis asparagi sylvestris infusum, et semen eiusdem cum vino, panax cum melicrato, qui quidem scabie laboranti vesicae etiam succurrit: polygoni succus, sampsuchi infusum, seseli, cucumeris sativi semen mundatum cum lacte aut passo et amygdalis amaris, aut ipsa amygdala amara e passo: scordii expressus succus e vino: dauci sylvestris semen, philetaerii radicis drachma e vino diluto, phu infusum, similiter et chamaepityos, chamaeleonis albi drachma una aut altera cum origani infuso aut vino, pseudobunii ramuli quatuor ex aqua, ocimi semen, similiter et abrota-

ἀγαρικοῦ < α΄ μετ᾽ οἴνου· γλυκυῤῥίζης ἀπόζεμα πινόμενον· ὀξυμυρσίνης ἀγρίας ῥίζα ἀπεζεσμένη· δαμασσωνίου ῥίζης < α΄ σὺν οἴνῳ· στρόβιλοι καθαροὶ μετὰ σικύου σπέρματος καὶ γλυκέως· ἀνθυλλίου < γ΄ σὺν οἴνῳ· ἀνθέμιδος ῥίζαι καὶ τὰ ἄνθη ὁμοίως· ἀσπαλάθου ἀπόζεμα ὁμοίως· ἀψίνθιον ἀποζεσθὲν σὺν σελίνου ῥίζῃ ἴσῃ· ἢ σχοῖνος, ἢ νάρδος, ἢ μάραθρον ἐν ὕδατι· βακχάριδος ῥίζα ἑψηθεῖσα ἐν ὕδατι· βουνίου τὰ φύλλα καὶ ἡ ῥίζα, χυλισθέντα μετὰ μελικράτου· ἑλιχρύσου ἄνθος σὺν τοῖς φύλλοις ἐν οἴνῳ· ἑρπύλλου ἀπόζεμα ὁμοίως· σμυρνίου ῥίζα πινομένη ἐν οἴνῳ· ἠρύγγης ῥίζα μετὰ σταφυλίνου σπέρματος καὶ οἴνου· ἱπποσελίνου ῥίζα καὶ σπέρμα ὁμοίως· καρδάμωμον μετὰ οἴνου ἢ ὕδατος· κάλαμος ἀρωματίτης μετὰ ἀγρώστεως ῥίζης, καὶ σελίνου σπέρματος, ἑψηθεὶς ἐν ὕδατι· κεδρίδες πινόμεναι μετὰ πεπέρεως καὶ οἴνου· κιννάμωμον σὺν οἴνῳ· κοραλλίου < α΄, κλινοποδίου ἀπόζεμα ἐν ὕδατι· κυπαρίσσου τῶν φύλλων ὁ χυλὸς πινόμενος σὺν οἴνῳ· λεύκης τοῦ δένδρου φλοιὸς σὺν οἴνῳ· ἐξωνύχου, τοῦ καὶ λιθοσπέρμου, καρπὸς πινόμενος ὁμοίως·

num ad tertias in aqua decoctum, agarici drachma cum vino, dulcis radicis infusum potum, rusci sylvestris infusa radix, damasonii radicis drachma cum vino, nuclei pinei repurgati cum semine cucumeris et passo, anthyllidis drach. iij. e vino, anthemidis radices ac flores similiter, aspalathi infusum eodem modo, absinthium infusum cum aequali portione radicis apii, schoenus, aut nardus, aut foeniculum ex aqua, baccharidis radix decocta in aqua, bunii e foliis et radice succus cum melicrato, elichrysi flos cum foliis e vino, serpylli infusum similiter, smyrnii radix pota e vino, eryngii radix cum semine dauci et vino, hipposelini radix et semen similiter, cardamomum cum vino vel aqua, calamus aromaticus cum radice graminis et apii semine coctus in aqua, cedri baccae cum pipere ex vino potae, cinnamomum cum, vino corallii drachma, clinopodii infusum in aqua, cupressi foliorum succus ex vino potus, populi albae cortex cum vino, exonychi, quod et lithospermon dicitur,

αἱματίτης λίθος ἐν οἴνῳ· μαράθρου ἀφέψημα σὺν ὕδατι· μυριόφυλλον ὁμοίως· πτελέας ῥίζα σὺν γλυκεῖ· ὀνόβρυχις ἐν οἴνῳ· οἰνάνθη πόα καὶ ῥίζα· ὄνοι οἱ ὑπὸ ταῖς ὑδρίαις λεῖοι πινόμενοι· ὄρνιθος ἀπόπατος σὺν οἴνῳ· εἰς δὲ τὸν οὐρητικὸν πόρον ὑποτίθενται πρὸς ἐξουρισμὸν κόρεις ἀπὸ κλίνης λεῖοι· καταπλάσσεται δὲ πρὸς δυςουρίας ὀρόβινον ἄλευρον σὺν ὄξει, καὶ ἐπιδεῖται· ὁμοίως δὲ οὖρα ἄγει μῆον λεῖον καταπλασθὲν κατὰ τοῦ ἐφηβαίου· ὑποθυμιώμενα δὲ καὶ οὖρα ἄγει βδέλλιον, ἀρτεμισία, ἀκρίδες, τρίχες ἐλάφου· περιεστολισμένος δὲ ἔστω κύκλωθεν, ἵνα ἀδιάπνευστος ᾖ· περίχριε καὶ τὸν δακτύλιον ἀμαρακίνῳ μύρῳ.

Κεφ. ρι΄. Εἰς ἐγκαθίσματα δὲ ἀποζέννυται ἐπὶ τῶν περὶ τὴν κύστιν διαθέσεων ἄνθεμις, δάφνη, κάλαμος ἀρωματίτης, κυπαρίσσου φύλλα.

Κεφ. ρια΄. Λίθους δὲ τοὺς ἐν κύστει θρύπτει, πινόμενα σὺν οἴνῳ, ἀδίαντον, φιλεταιρίου ῥίζης < β΄, σμυρνίου σπέρμα· ὀξυμυρσίνης ῥίζα ἐν γλυκεῖ ἀποβρεχομένη, καὶ

semen similiter potum, haematites lapis e vino, foeniculi decoctum in aqua, millefolium similiter, ulmi radix cum passo, onobrychis cum vino, oenanthe herba et radix, millepedae, quae sub vasis aquariis degunt, tritae ac potae, fimus gallinaceus cum vino. Cimices lectularii contriti urinariae fistulae ad eliciendam urinam induntur. Imponitur vero contra difficultatem urinae farina ervi cum aceto, et superilligatur: similiter et urinas ciet meum tritum, pectini impositum. Suffumigata quoque urinas movent bdellium, artemisia, locustae et pili cervini: undique vero vestibus cinctum coopertumque esse oportet, cui remedium adhibetur, ut ne suffitus vapor quaquaversum exhalet atque dissipetur. Sedes etiam amaracino unguento circumlinatur.

Cap. CX. Ad insessus autem ebulliant in vesicae affectionibus anthemis, laurus, calamus aromaticus et cupressi folia.

Cap. CXI. Calculos vesicae conterunt atque comminuunt adiantum, philetaerii seu polemonii radicis drach. ij., smyrnii semen, rusci radix in passo macerata, et se-

ὁ καρπὸς σὺν οἴνῳ· ἱππομαράθρου σπέρμα καὶ ἡ ῥίζα, ἀλθαίας ῥίζα καὶ τὸ σπέρμα· ἀλκυονίου μιλησίου ὀβ. β' σὺν ὕδατι· ἀμύγδαλα πικρὰ σὺν γλυκεῖ, καὶ τὸ ἔλαιον αὐτῶν· ἀνθέμιδος τῆς πορφυράνθους τὸ ἄνθος καὶ ἡ ῥίζα· λευκανθέμου ἀπόζεμα· ὀνώνιδος ῥίζα σὺν οἴνῳ καὶ μέλιτι· βδελλίου < α' σὺν οἴνῳ· τριβόλου χλωροῦ καρποῦ χυλός· φήνης τοῦ ὀρνέου, ὃ ῥωμαϊστὶ ὀσσίφραγον καλοῦσιν, ἡ κοιλία ξηρὰ κατ' ὀλίγον πινομένη· γλυκυσίδης ῥῶγες πυῤῥοὶ ἐσθιόμενοι καὶ πινόμενοι· ἐπὶ δὲ τῶν παίδων λιθιώντων καὶ πρὸς τὰς ψωριώσας κύστεις ἁρμόζει δάφνης ῥίζης ὁ φλοιός· κυπείρου ἀφέψημα· στάχυς, ἢ φύλλα ἰνδικά· ὀποπάναξ· τραγάκανθα· γεντιανή· πλατυκύμινον· σπέρμα εὐζώμου καὶ ξανθίου· κωνάρια· ἅλμη· ἑλένιον· ὄρχις κάστορος < α' μετ' οἴνου εὐώδους· κοτυληδόνος ῥίζα καὶ ἡ πόα ἐσθιομένη· καρδαμώμου < α' μετὰ δάφνης ῥίζης τοῦ φλοιοῦ < α' σὺν οἴνῳ· κόμμεως τοῦ ἐξ ἀμυγδάλης πικρᾶς, ἢ ἀμπέλου, ἢ κοκκυμηλέας, μετὰ γλυκέως· ῥίζα ἑφθὴ ἐν οἴνῳ· ἐξωνύχου καρπὸς λεῖος· λίθοι οἱ ἀπὸ τῶν σπόγγων λεῖοι μετ' οἴνου· οὔ-

men eius cum vino, hippomarathri semen et radix, althaeae radix et semen, alcyonii milesii oboli duo ex aqua, amygdalae amarae cum passo, et ex iisdem oleum, anthemidis, quae flore est purpureo, et flos et radix, leucanthemi infusum, ononidis radix cum vino mulso, bdellii drachma cum vino, tribuli e virenti fructu succus, avis, quam ossifragum Latini vocant, ventriculus arefactus paulatim epotus, paeoniae acini fulvi, tum esitati, tum etiam poti: (qui quidem puerulis calculo et scabie vesicae laborantibus conveniunt:) lauri e radice cortex, cyperi decoctum, nardi indicae et spica et folia, opopanax, tragacantha, gentiana, cuminum latum, semen erucae et xanthii, nuclei pinei, muria, helenium, castorii drachma cum vino odorato, umbilici Veneris radix et herba in cibo sumpta, cardamomi drachma una cum aequali pondere corticum radicis lauri e vino: gummi amygdali amarae, aut vitis, aut pruni, cum passo: radix in vino cocta, exonychi s. lithospermi semen contritum, lapides e spongiis triti cum vino, urina taurina pota, parthenii, quod

ρον ταύρου πινόμενον· παρθενίου τῆς λευκανθέμου καλουμένης ἡ πόα· παλιούρου σπέρμα· ἄμωμον ἐσθιόμενον· τοῦτο δὲ καὶ τὰ λιθογόνα ὕδατα καθαίρει συνεψόμενον· σισυμβρίου ἀπόζεμα· στρουθίου ῥίζα σὺν πάνακι καὶ καππάρεως ῥίζῃ· καὶ ἐξουρεῖν τὸν λίθον ποιεῖ· πολίου ἀπόζεμα· λίθος ἰουδαϊκὸς, τριβόμενος σὺν ὕδατι καὶ πινόμενος· σκολοπένδριος βοτάνη· ἔστι δὲ καὶ διουρητικόν· σχοίνου ἄνθος πινόμενον καθ᾽ ἡμέραν· μυσκέλεδρα [79] μετὰ ἐλαχίστου κρόκου καὶ σμύρνης ποτιζόμενα σὺν ὕδατι· ἢ μετὰ λιβανωτοῦ ὀλίγου καὶ οἰνομέλιτος πολὺ ἐπιπασσόμενα, ἢ τὸ ἀφέψημα λιβανωτοῦ· ἢ λίθος τῶν ἐξουρηθέντων ὑπ᾽ αὐτῶν τριβεὶς καὶ ποθεὶς ἐν οἴνῳ.

Κεφ. ριβ΄. Οὐρητικὰ δέ ἐστι καὶ τὰ παραδιδόμενα μὲν πρὸς δυσουρίας καὶ λιθιῶντας· καὶ ταῦτα δὲ πινόμενα σὺν οἴνῳ ὠφελεῖ δυσουροῦντας, καὶ ἐφ᾽ ὧν οὖρα κινῆσαι βουλόμεθα, ὡς ἐπὶ ὑδρωπικῶν καὶ ἰκτερικῶν· ἀκάνθης λευκῆς ῥίζης < α΄. ἀκάνθης τῆς παιδέρωτος καλουμένης ῥίζης ὁμοίως· ἀκόρου ῥίζα· τριφυλλίδος καρπὸς, καὶ ὁ χυλὸς αὐ-

79) *Μυόχοδα* Hesych., Pollux.

leucanthemon dicitur, herba, paliuri semen, amomum in cibo sumptum: (quod aquas etiam, quae calculos gignunt, emendat, si cum iis coquatur:) sisymbrii infusum. Struthii radix cum panace et capparis radice etiam calculos cum urina pellit: polii infusum, lapis iudaicus tritus cum aqua et potus, scolopendrium herba, quae et urinas ciet: schoeni flos quotidie potus, muscerda cum paucissimo croco et myrrha propinata ex aqua, aut cum pauco ture copia largiore inspersa vino mulso, turis etiam decoctum, ac denique lapis, quem calculo laborans excreverit, tritus e vino potus.

Cap. CXII. Urinas cient tum quae ad urinae difficultatem et calculos commemoravimus, tum et haec sequentia in vino pota, quae quidem adiuvant non solum urinae difficultate laborantes, sed et ceteros, quibus urinas pellere consultum fuerit, velut hydropicos et arquatos: spinae albae radicis drachma, acanthi paederotis dicti radicis tantundem, acori radix: trifolii semen, succus et

τῆς, καὶ τὸ ἀπόζεμα· ἀρκτίου ῥίζα, καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς· ἄρκειον καὶ προσώπειον, ἢ φιλάνθρωπος, ἢ σκορδόνιον, ὃ Ῥωμαῖοι περσωνάκεαμ καλοῦσι·[80] ἀκακίας τὸ σπέρμα ἄριστα ποιεῖ λιθιῶσι μετὰ πεπέρεως καὶ οἰνομέλιτος· Ἀρεταῖος ὄνοσμα[81] ἐν τοῖς νεφριτικοῖς ἔγραψεν· ἢ νάρδου συριακῆς ῥίζα· τραγορίγανον· καὶ χυλὸς ὀριγάνου καὶ πετροσελίνου, ἴρεως· καρπὸς σελίνου· κρίθμον· πηγάνου ἀγρίου σπέρμα· κνίδης σπέρμα· ἀλθαίας τῆς ῥίζης ἀφέψημα, βρυωνίας ῥίζης λευκῆς ἢ μελαίνης < α', καὶ ὁ ἀσπάραγος ἐσθιόμενος· ἀμπελόπρασα ἐσθιόμενα· ἄνισον πινόμενον· ἄνηθον· ἄρου ῥίζα ξηρὰ ἐν οἰνομέλιτι ἑφθὴ ἐσθιομένη· καὶ δρακόντιον ὁμοίως· ἀρκευθίδων ἀφέψημα, καὶ αὐταὶ λεῖαι πινόμεναι σὺν οἴνῳ· ἀσφοδέλου ῥίζης < α' σὺν οἴνῳ· ἄσαρον ὁμοίως· ἀστραγάλου ῥίζα· βαλσάμου καρπὸς < α', καὶ ὀπὸς βαλσάμου μετὰ γλυκέως· τριχομανές· ὑακίνθου ῥίζα· ὑπερικόν· χαμαιδάφνης ἀλεξανδρίνης ῥίζα· γιγγίδιον· δίκταμνον· βάλανοι δρύϊνοι ἐσθιόμεναι, καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν· ἑλενίου ἀφέψημα· ἐλελισφάκου

80) Diosc. lib. 4. cap. 107.
81) Aret. curat. diut. lib. 2. c. 4. Mutilum caput, ubi forte onosma commendatum fuit.

infusum: arctii radix et eiusdem decoctum, arcium, quod et prosopium, aut philanthropos, aut scordonium, Latinis personata dicitur: acaciae semen praeclare calculosis proficit cum pipere et vino mulso. Aretaeus inter nephriticorum remedia onosma reposuit. Nardi syriacae radix, tragoriganum, succus origani, petroselini, iridis: semen apii, crithmum, rutae sylvestris semen: urticae semen, althaeae radicis decoctum, bryoniae albae aut nigrae drachma, asparagus in cibo sumptus, ampeloprasum esitatum, anisum bibitum, anethum, ari radix sicca in mulso cocta et esitata, similiter et dracunculi radix, baccarum iuniperi decoctum, et ipsae quoque tritae ex vino potae: asphodeli radicis drachma cum vino, asarum simili modo, astragali radix, carpobalsami drachma, opobalsamum cum passo, trichomanes, hyacinthi radix, hypericum, lauri alexandrinae radix, gingidium, dictamnus, glandes quernae in cibis sumptae, ac earundem decoctum, helenii decoctum,

ἀφέψημα· ἐρέβινθοι ἐσθιόμενοι, καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν· ἐρυθρόδανον· ἐχῖνος θαλάσσιος· θέρμου ῥίζης ἀπόζεμα· θρίδαξ ἑφθὴ, ὡς λάχανον ἐσθιομένη· ἢ θύμον, ἢ θύμβρα· ἱππουρίδος ῥίζα, καὶ τὰ φύλλα· ἰτέας ὀπός· καπνός· ὁ ἐπὶ ταῖς κριθαῖς βρωθεὶς χυλὸς δι' οὔρων ἄγει· καλαμίνθης ἀπόζεμα, κάχρυς· κισσὸς αἷμα ἄγει· κόστος, καὶ κρόκος καὶ ἡ ῥίζα αὐτοῦ μετὰ γλυκέως· κρόμμυα ἑφθά· λιγυστικοῦ ῥίζα καὶ ὁ καρπός· λίθοι οἱ ἐκ σπόγγων· μαλαβάθρου φύλλα· μελάνθιον· ξιφιδίου ῥίζα ἡ ἄνω· κόρεως καρπὸς σὺν οἴνῳ· ὁλοσχοίνου καρπός· ὀνόβρυχις· ὀρίγανον· οὖρον λυγγὸς[82] λεῖον ἐν ὕδατι· αἰγὸς οὖρον ὁμοίως μετὰ νάρδου στάχυος· περικλυμένου φύλλα· πέπερι· πήγανον· πίτυος φλοιός· πόλιον· πράσιον· πράσον ἑφθόν· ῥάφανος καὶ τὸ σπέρμα· ῥητίνη πᾶσα, μάλιστα δὲ σχίνου· σέλινον ὠμὸν καὶ ἑφθὸν, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ· σιδηρῖτις, ἡ καὶ Ἡρακλεία· σίσων· ἄσαρον· σκίλλης ὀπτῆς < α' σὺν ὀξυμέλιτι· σόγχου ῥίζα καὶ ὁ καρπός· στρουθίου ῥίζα· ἰσχυρῶς οὐρητικοί εἰσι στρόβιλοι ἐσθιόμενοι.

82) Dioscor. lib. 2. c. 100.

salviae decoctum, cicer in cibo sumptum, eiusdem decoctum, rubia, echinus marinus, lupini radicis infusum, lactuca elixa, oleris instar in cibo sumpta, thymus, thymbra, equiseti radix et folia, salicis liquor, fumaria: cremor hordei assumptus urinas trahit: calaminthae infusum, cachrys: hedera etiam sanguinem cum lotio educit: costus, crocum, huius radix cum passo, cepae elixae, ligustici radix et semen, lapides spongiarum, malabathri folia, nigella, gladioli radix superior, coreos semen cum vino, holoschoeni semen, onobrychis, origanum, lyncis urina trita ex aqua, caprae urina similiter cum spica nardi, periclymeni folia, piper, ruta, pini cortex, polium, marrubium, porrum elixum, raphanus eiusdemque semen: resina quaevis, praecipue vero lentiscina: apium, seu crudum, seu etiam coctum, ac semen eiusdem, sideritis, quae et Heraclea dicitur, sison, asarum, scillae tostae drachma cum oxymelite, sonchi radix et semen, struthii radix: pinei denique nuclei esitati vehementer urinas promovent.

ΘΗΡΙΑΚΑ.

Κεφ. ριγ΄. Λυσσοδήκτοις δὲ ὠφελεῖ τὸ αἷμα τοῦ λυσσῶντος κυνὸς ποθὲν, καὶ τὸ ἧπαρ αὐτοῦ ὀπτηθὲν καὶ βρωθέν· καρκίνων ποταμίων ὀφθαλμοὶ φωχθέντες, καὶ μετὰ ὕδατος ποθέντες κυ. α΄· ἢ καὶ ὅλων καέντων τῆς τέφρας < α΄ ἢ δ΄· γεντιανῆς < α΄, καὶ ἀμπέλου λευκῆς τῆς τέφρας < β΄ σὺν οἴνῳ λευκῷ ἐπὶ ἡμέρας γ΄ πινόμενον· καὶ ὁ κυνόδους δὲ τοῦ δακόντος κυνὸς, ἐντεθεὶς εἰς σκυτίδα, καὶ περιαφθεὶς βραχίονι, ὠφελεῖ· καὶ λύκιον ποθέν· ἢ ἀριστολοχίας καὶ γεντιανῆς καὶ δαφνίδων καὶ σμύρνης ἶσον ἑκάστου ἀναλαβὼν δίδου πιεῖν, ἢ καὶ ἐπὶ τὸ δῆγμα ἐπιτίθει· βάτραχοι σκευασθέντες καὶ ἐσθιόμενοι· πυτία κυνὸς ἐν ἑψήματι· καταπλάσσειν δὲ δεῖ ἐπὶ τῶν λυσσοδήκτων τὰ τραύματα τοῖς δυναμένοις τηρεῖν ἐφ᾽ ἱκανὸν τὰ ἕλκη, καὶ μὴ ἐᾷν ταχέως ἀπουλοῦσθαι· βέλτιον δὲ, εἰ καὶ ἐπὶ παντὶ, εἰς αὐτὰ τὰ κυνόδηκτα παραλαμβανόμενον σκόροδον καθ᾽ ἑαυτὸ, ἢ καὶ σὺν μέλιτι· κνίδης φύλλα σὺν ἅλσὶν, ἢ μέλιτι· κρόμμυον

Theriaca, hoc est contra morsus ictusque venenatos auxilia.

Cap. CXIII. Morsis a cane rabioso conferunt haec: sanguis rabidi canis potus, et eiusdem iecur assum comestum, cancrorum fluviatilium oculi tosti et ex aquae cyatho poti. Aut cineris e cancris integris crematis drachma una aut altera, gentianae drachma una, cineris vitis albae drach. ij. misceantur, et cum vino albo triduo bibantur. Iuvat et dens caninus rabiosi canis, qui momorderit, folliculo ex aluta inditus et brachio adalligatus: lycium potui datum. Aristolochiae, gentianae, baccarum lauri et myrrhae partes aequales mixtae propinantur, aut etiam vulneri ex morsu imponuntur: apparatae etiam ranae in cibo sumuntur, uti et canis coagulum in sapa. Vulneribus etiam adhiberi oportet, quae diutius eadem dilatata servent, nec tam cito sinant coire ac cicatrice obduci. Quare consultum fuerit, ut in quovis alio, ita maxime in canis rabiosi morsu allium usurpare, seu per se, seu etiam cum melle. Proficiunt et urticae folia cum

μεθ᾽ ἁλὸς, ἢ πηγάνου· σίλφιον μεθ᾽ ἁλός· ὀπὸς σιλφίου παττόμενος λεῖος, ἢ καταπλαττόμενος· τάριχος πᾶς· τέφρα κληματίνη σὺν ἐλαίῳ· ἀκτῆς φύλλα σὺν ἁλσίν· ἀμύγδαλα πικρὰ σὺν μέλιτι· βαλλωτῆς φύλλα, ἢ ἀρνογλώσσου σὺν ἁλσίν· ἡδύοσμον ὁμοίως· κάρυα βασιλικὰ σὺν κρομμύῳ καὶ ἁλσὶ καὶ μέλιτι· μελισσόφυλλον μεθ᾽ ἁλῶν· μυάκων σάρξ· νίτρον σὺν ὑείῳ στέατι· ὀρόβινον μετὰ μέλιτος· οὖρον ἀνθρώπινον καταντλούμενον· πήγανον σὺν ὄξει· πυροὶ ὠμοὶ μασσηθέντες καὶ ἐπιτεθέντες· σικύου ἡμέρου φύλλα σὺν οἴνῳ· ὀπὸς συκῆς ἐπισταζόμενος, ἢ συκῆς φύλλα· ἢ κράδαι ἁπαλαὶ σὺν μέλιτι· τέφρα συκίνη σὺν κηρωτῇ· ὑὸς ἄφοδος σὺν ὄξει ἑψηθεῖσα· καὶ τὸ περσικὸν μῆλον μασσηθὲν καὶ ἐπιτεθέν.

Κεφ. ριδ΄. Ποτὰ δὲ κοινὰ πρὸς ἑρπετὰ δίδοται πέπερι σὺν ὄξει καὶ μηκωνίῳ· πηγάνου ἀγρίου σπέρμα· πλατάνου σφαιρία ὁμοίως· πολεμωνίου, τοῦ καὶ φιλεταιρίου, < α΄ σὺν οἴνῳ· πυρίτης ἢ πύρεθρον· πυτία νεβροῦ καὶ λαγωοῦ· σαγαπηνοῦ < α΄· σελίνου σπέρμα· σκορδίου < β΄, τοῦ δὲ

sale aut melle, cepa cum sale aut ruta, silphium cum sale, eiusdem liquor, aut tritus inspersus, aut alioqui cataplasmatis instar applicitus, salsamentum omne, cinis sarmentitius cum oleo, sambuci folia cum sale, amygdalae amarae cum melle, ballotes aut plantaginis folia cum sale, mentha similiter, nuces iuglandes cum cepa, sale et melle: apiastrum cum sale, mytulorum caro, nitrum cum suillo adipe, farina ervi cum melle, urina humana affusa pro fotu, ruta cum aceto, triticum crudum mansum et impositum, cucumeris sativi folia cum vino: fici liquor instillatus, eiusdem folia aut tenelli surculi cum melle: cinis ficulneus cum cerato, succerda cum aceto cocta. Persicum denique malum commanducatum et impositum.

Cap. CXIV. Ad quosvis serpentium morsus communia haec remedia potui dantur: piper cum aceto et meconio, rutae sylvestris semen, platani globuli similiter: polemonii, quod et philetaerium appellatur, drachma cum vino: pyritis seu pyrethrum, coagulum hinnuli ac leporis, sagapeni drachma, apii semen, scordii drachmae

χυλίσματος < α'· σπαργανίου ῥίζα καὶ ὁ καρπός· συκαμίνου ὀπός· τεύκριον· τευκρίου ῥίζης χυλός· ταῦτα σὺν οἴνῳ λαμβανόμενα· πυρίτης, κἂν ὑποζύγιον δηχθῇ, ἐγχυθεὶς διὰ στόματος σὺν οἴνῳ, ὑγιάζει.

Κεφ. ριε'. Πρὸς δὲ τὰ τῶν ἔχεων δήγματα τῶν σὺν οἴνῳ λαμβανομένων, καὶ ἐν τροφῆς μέρει, ἀνυτικώτατον βοήθημα ἐπ' αὐτῶν ἡ σκοροδοφαγία καὶ ἀκρατοποσία· ὥςτε ἂν ὑπομένῃ τις πλείονα βρῶσιν καὶ πόσιν, μὴ χρήζειν ἄλλου βοηθήματος· ποιεῖ καὶ χελώνης θαλασσίας αἷμα ξηρὸν σὺν κυμίνῳ ἀγρίῳ· πυτία λαγωοῦ· αἰδοῖον ἐλάφου ἄῤῥενος < α' ξηρά· ἀκάνθης λευκῆς (σπέρμα)· συκῆς φύλλα· ἀκόρου ῥίζα καὶ φύλλα· ἔχιον· χαμαίδρωψ·[83] νάρδου συριακοῦ ῥίζα· ἀριστολοχίας μακρᾶς ῥίζα· σμύρνιον· ἀπαρίνης χυλός· λιβανωτίδος ῥίζα· πηγάνου ἀγρίου ῥίζα· βρυωνίας λευκῆς ἢ μελαίνης ῥίζα· ἀμπελόπρασον ἐσθιόμενον· ἀγαρικοῦ < α'· ἀναγαλλίδος χυλός· ἄνισον· περιστερεῶνος ῥίζα· ἀσπαράγου ἀφέψημα, ἢ σπέρμα· ἀρκευθίδες· ἀσφοδέλου ῥίζης

83) Diosc. lib. 3. c. 102.

duae, densati vero eiusdem succi drachma una, sparganii radix et semen, sycomori liquor, teucrium, radicis teucrii succus: haec porro cum vino sumenda. Pyritis vero etiam iumentorum ex morsu vulnera per os infusa sanat.

Cap. CXV. Inter ea, quae contra viperarum morsus in cibo potuque ex vino sumuntur, praesentissimum atque efficacissimum praestant auxilium alliorum esus et meraci potio, ita ut, si quis frequentius et largiore copia illis utatur, haudquaquam alio egeat remedio. Facit et praeclare testudinis marinae sanguis exsiccatus cum sylvestri cumino, coagulum leporis, cervi maris pudendum aridum drachmae unius pondere, spinae albae [semen], ficulnea folia, acori radix et folia, chamaedrops, nardi syriacae radix, smyrnium, aparinae succus, libanotidis radix, rutae sylvestris radix, bryoniae tam albae quam nigrae radix, ampeloprasum in cibo sumptum, agarici drachma, anagallidis succus, anisum, verbenacae radix, asparagi decoctum, aut semen, iuniperi baccae, asphodeli

< γ'· ἀσκληπιάδος ῥίζα· ἀστέρος ἀττικοῦ τὸ ἄνθος· ἀτρακτυλίδος ἄνθη καὶ τὰ φύλλα, ὅσον < α', μετὰ πεπέρεως· πιστάκια λεῖα πινόμενα, βάτραχοι ζωμευθέντες καὶ ἐσθιόμενοι· βαλσάμου ὀποῦ ἢ καρποῦ < α', ἢ βδελλίου < α'· ἢ γαλῆν σκελετεύσας καὶ ξηράνας, δίδου < β'· γεντιανῆς ῥίζης < β' μετὰ δυοῖν ὀβολοῖν πεπέρεως καὶ πηγάνου· τοῦ δὲ χυλοῦ < α'· γῆς σαμίας τοῦ ἀστέρος < β'· δαύκου σπέρματος < β'· ἐγκέφαλος ἀλεκτορίδων πινόμενος· βάλανοι δρύϊνοι ἐσθιόμενοι· ἴριδος < β'· ἑλενίου ἀπόζεμα· ἐλαφοβόσκου ῥίζα καὶ σπέρμα· ἑλιχρύσου ἀπόζεμα· ἑρπύλλου ἀπόζεμα· ἐρυθροδάνου φύλλα καὶ καυλοί· ἐχίου ῥίζα, καὶ καυλὸς, καὶ φύλλα, καὶ σπέρμα· τριφυλλίδος σπέρματος < α', καὶ τὰ φύλλα ὁμοίως· τραγοριγάνος· ἧπαρ κάπρου λεῖον ἐν οἴνῳ· ἠρύγγης ῥίζης < α' μετὰ σταφυλίνου σπέρματος· ἱππομαράθρου ῥίζα καὶ σπέρμα· ἄμωμον, καὶ κασσία· καρδάμωμον, καὶ καρκίνοι ποτάμιοι λεῖοι, σὺν γάλακτος διεθέντες· ἧττον δὲ οἱ θαλάσσιοι· κέστρου φύλλων < β'· κιννάμωμον· κλινοποδίου ἀπόζεμα· κόστου < β' μετὰ πεπέρεως ὀβολῶν β'· ὀρίγανος

radicis drach. iij., asclepiadis radix, asteris attici flos: atractylidis flores et folia drachmae pondere cum pipere: pistacia trita pota, ranae in iure elixae ac esitatae, balsami liquoris aut seminis drachma, bdellii drachma, mustelae inveteratae et exsiccatae drach. ij., gentianae radicis drachm. ij. cum duobus piperis obolis et ruta: succi autem drachm. j., asteris samii drachm. ij., seminis dauci drachm. ij., cerebrum gallinaceum potum, glandes quernae esitatae, iridis drachm. ij., helenii decoctum, pastinacae radix et semen, elichrysi infusum, itidemque serpylli, rubiae folia et caules: echii radix, folia, caulis et semen: seminis trifolii drachma, et folia similiter: tragoriganum, apri iecur tritum in vino, eryngii radicis drachma cum semine dauci, hippomarathri radix et semen, amomum, cassia, cardamomum: cancri fluviatiles triti cum lacte dissoluti: itemque marini, sed illis minus efficaces: betonicae foliorum drachm. ij., cinnamomum, clinopodii decoctum, costi drachm. ij. cum totidem piperis obolis, origanum heracleoticum, ac eius infusum,

ἡρακλεωτικὴ, καὶ τὸ ἀπόζεμα αὐτῆς· κράμβης χυλός· κυκλαμίνου ῥίζα· κυπαρίσσου σφαιρία· κύμινον ἥμερον καὶ τὸ ἄγριον· λαγωοῦ πυτία καὶ νεβροῦ· λεοντοπετάλου ῥίζα· μυρίκης ἀπόζεμα· μαράθρου σπέρμα· μυῤῥίδος ῥίζα· αἱματίτης λίθος σὺν οἴνῳ· ἀριστολοχίας ῥίζης, σμύρνης, δαφνίδων, γεντιανῆς, ἴσον ἑκάστων μέλιτι ἀναληφθὲν πίνεται, καὶ ἐπὶ τὴν πληγὴν ἐπιτίθεται· μελίας φύλλα σὺν οἴνῳ, ἢ ὁ χυλὸς αὐτῶν, κἂν ἤδη ἀποθνήσκει· οὖρον τὸ ἴδιον ποθὲν καὶ ἐπιτεθὲν μεγάλως ὠφελεῖ· ἢ ἄγχουσα· πλατάνου καρπός· κάρδαμον· κυπάρισσος· πίτυος φλοιὸς σὺν οἴνῳ· ἡλιοτρόπιον.

Κεφ. ρις′. Κεράσταις δὲ ἰδίως ἁρμόζει ἄμμεως < β′ μετὰ σμύρνης καὶ οἴνου.

Κεφ. ριζ′. Καταπλάσσεται δὲ προσεχῶς τριφυλλίδος φύλλα· μελίας φύλλα· πήγανον· καλαμίνθης φύλλα· λινόσπερμον σὺν ἁλσὶν ἢ ὀριγάνῳ καὶ μέλιτι· πρὸς κεράστας καὶ ὄρνιθες ἀνασχισθεῖσαι ζῶσαι καὶ ἐπιτεθεῖσαι θερμαί· ἀλλάσσειν δὲ δεῖ συνεχῶς· ἀπόπατος αἰγὸς ἑψηθεῖσα ἐν ὄξει· ἀρι-

brassicae succus, cyclaminis radix, cupressi globuli, cuminum, tum sativum, tum et agreste, leporis atque hinnuli coagulum, leontopetali radix, tamaricis infusum, foeniculi semen, myrrhidis radix, lapis haematites cum vino. Aristolochiae radicis, myrrhae, baccarum lauri, gentianae partes aequales excipiuntur melle, atque conflatum ex iis medicamentum et potui datur, et vulneri imponitur. Fraxini folia ex vino, ac eorundem succus etiam moribundo prosunt. Urina propria pota et imposita magnifice iuvat: nec non et anchusa, platani fructus, nasturtium, cupressus, pini cortex cum vino, heliotropium.

Cap. CXVI. Privatim vero cerastae morsui adversantur ammeos drachm. ij. cum myrrha et vino.

Cap. CXVII. Adhibentur vero, ita ut adhaerescant, trifolii folia, fraxini folia, ruta, calaminthae folia, lini semen cum sale, vel origano ac melle: gallinae vivae dissectae et adhuc calentes impositae: sed in ipsarum locum alias subinde sufficere oportet: fimus caprinus coctus in

στολοχίας μακρᾶς ἡ ῥίζα μετὰ ὕδατος· ἀσφοδέλου ῥίζα, ἄνθη, φύλλα, σὺν οἴνῳ· κεδρία ἢ πίσσα ὑγρὰ σὺν ἁλσὶ, καὶ πρὸς κεράστας· δάφνης φύλλα σὺν ἐλαίῳ ἑψηθέντα· ἐρείκης φύλλα σὺν οἴνῳ· ἐχίου φύλλα ὁμοίως· τρὺξ οἴνου μετὰ ἀλφίτου καὶ ὄξους· κρόμμυα ὁμοίως· ὀρόβινον σὺν οἴνῳ· πηγάνου φύλλα μεθ' ἁλὸς καὶ μέλιτος· πίτυρα ἐν ὄξει ἑψηθέντα· πράσον καρτὸν· ῥαφάνου φλοιὸς σὺν μέλιτι· σάμψυχον σὺν ἁλσὶ καὶ ὄξει· σκίλλα ἑψηθεῖσα ἐν ὄξει· σκόροδα ἐν ὄξει· τέφρα πᾶσα ἐν ὄξει, καὶ μάλιστα ἀπὸ κράμβης, ἢ μελίης· καταντλεῖται δὲ ἐπὶ τῶν ἰοβόλων τριφυλλίδος ἀπόζεμα· ἐπὶ δὲ τῆς πληγῆς ἰδίως βούτυρον ἐπιτιθέμενον· ἀβρότονον λεῖον μετ' οἴνου, ἄγνου φύλλα, ἀδίαντον· ἑλκοῖ δὲ τὴν ἐπιφάνειαν, ἐὰν ἐπὶ πολὺ ἐάσῃς, γῆς παρίνης[84] φύλλα· πινέτωσαν δὲ ἐν ὀξυμέλιτι.

Κεφ. ριη'. Πρὸς δὲ αἱμοῤῥοΐδος (καὶ πρηστῆρος) δήγματα ὠφελεῖ ἀνδράχνη καταπλασσομένη, ἀρνόγλωσσον, περιστερεῶνος φύλλα· αὐτοῦ τοῦ θηρίου καεῖσα ἡ κεφαλὴ καὶ

84) Diosc. lib. 2. c. 207. Cum *ῥητίνης* lectio sit corrupta, substitui *ἀνεμώνης* synonymon.

aceto, aristolochiae longae radix cum aqua: asphodeli radix, flores et folia cum vino: cedria aut pix liquida cum sale, quae et contra cerastae morsum valet: lauri folia cum oleo cocta, ericae folia cum vino, echii folia similiter, faex vini cum polenta et aceto, cepae similiter, ervi farina cum vino, rutae folia cum sale et melle, furfures in aceto decocti, porrum sectivum, raphani cortex cum melle, sampsuchum cum sale et aceto, scilla in aceto cocta, allia cum aceto: cinis omnis cum aceto: maxime vero e brassica vel fraxino. Foventur et a virulentis animantibus inflicta vulnera trifolii infuso: peculiariter autem ipsis vulneribus butyrum imponitur: abrotanum tritum cum vino, folia viticis, adiantum. Summam vero cutem ulcerant, si diutius reliqueris, anemones folia: bibantur et ex aceto mulso.

Cap. CXVIII. Contra haemorrhoidis [ac presteris] morsus haec conveniunt: portulaca imposita, plantago, verbenacae folia, ipsius serpentis caput crematum et im-

ἐπιτεθεῖσα· ὕσσωπον· ἄσβεστος· σκόροδον λευκόν· πράσον· πήγανον· κνίδη· κάρδαμον, καὶ σπέρμα· σκόροδον λεῖον σὺν οἴνῳ ποθέν· ἀσταφίδες ἐσθιόμεναι· νεοσσοὶ ὠμοὶ ἐσθιόμενοι σὺν οἴνῳ.

Κεφ. ριθ'. Ἐπὶ δὲ πρηστῆρος ὠμοτάριχος θύννος πολὺς ἐσθιόμενος· δεῖ δὲ οἶνον πολὺν ἐπιπίνοντας ἐμεῖν.

Κεφ. ρκ'. Ἐπὶ δὲ ἀσπίδος ἢ πτυάδος κόρεις ζ' ἢ η' καταποθέντες ὠφελοῦσιν· ὄξος πινόμενον· συνεχὴς διέγερσις, πληγαὶ, κίνησις ὅλου τοῦ σώματος· καταντλεῖται δὲ ὠφελίμως θάλασσα θερμή.

Κεφ. ρκα'. Πρὸς πληγὰς σκορπίων, καὶ φαλαγγίων, καὶ σφηκῶν, καὶ μελισσῶν, ποτὰ σὺν οἴνῳ λαμβανόμενα· ἀβρότονον· ἀγαρικοῦ < α'· ἀγηράτου σπέρμα· ἀδίαντον· ἀείζωον· σκορπιοειδὲς, ἰδίως πρὸς σκορπίου πληγήν· ἕρπυλλος· ἀλθαίας ῥίζης < α'· λυχνίδος σπέρμα, ἰδίως δὲ πρὸς φαλάγγια· συκαμίνου ῥίζης ὀπὸν δῶς πιεῖν, ἢ σταφίδας· ὀξαλίδος ὁ καρπὸς καὶ ἡ ῥίζα· ὀνογύρου < δ'· ἄμμεως < β' ἐξόχως ποιεῖ· ἀσφοδέλου καρπὸς, καὶ τὸ ἄνθος ποθέν·

positum, hyssopus, calx viva, allium candidum, porrum, ruta, urtica, nasturtium et eius semen, allium tritum ex vino potum, uvae passae esitatae, pulli crudi cum vino in cibo sumpti.

Cap. CXIX. In presteris morsu conditanei thunni caro abunde comesta auxiliatur, sed vino copioso deinde superbito vomitus concitandus est.

Cap. CXX. Ad aspidis aut ptyadis morsum cimices septem octove devorati iuvant, acetum bibitum, assiduae excitationes, percussiones et totius corporis agitationes. Utiliter etiam aqua marina calens perfunditur.

Cap. CXXI. Ad scorpionum, phalangiorum, vesparum et apum ictus haec e vino bibuntur: abrotanum, agarici drachma, agerati semen, adiantum, sempervivum, scorpioides, (quod scorpionis ictui privatim adversatur,) serpyllum, althaeae radicis drachma, lychnidis semen, (quod peculiariter phalangiis resistit,) sycamini radicis liquor potui datus, oxalidis semen et radix, onogyri drach. iiij., ammeos drach. ij. eximie iuvant: asphodeli semen et

ὑακίνθου ῥίζα· χαμαίδρυος ἀπόζεμα, καὶ ὁ χυλός· γλήχων· ἴριδος < β'· θρίδακος ἀγρίας σπέρμα· ὑπερικόν· κονία συκίνη· κισσοῦ ῥίζης χυλὸς σὺν ὄξει· κυπαρίσσου σφαιρία σὺν οἴνῳ· μαλάχης ζωμὸς πινόμενος, καὶ αὐτὴ ἑφθὴ ἐσθιομένη· μελανθίου < α'· μελισσόφυλλον, καὶ ὁ χυλὸς αὐτοῦ· σόγχος ἐσθιόμενος· μύρτα χλωρά· μυρίκης καρποῦ < α'· πηγάνου σπέρμα· πολύγονον, καὶ ὁ χυλὸς· τερεβίνθου καρπός· δαφνίδες λεῖαι· σκορπίουρον· καρδάμωμον· ἀναγαλλίδος χυλός· σκόροδα ἐσθιόμενα, ἐπεὶ ψύξιν ἐπιφέρουσι σκορπίων πληγαί· ἢ ὑοσκυάμου ἀπόζεμα, ἢ ἀπόβρεγμα σὺν οἴνῳ, ἁρμόζει πιεῖν, καὶ αὐτὸς ὁ σκορπίος ὀπτὸς βρωθείς· ἀσβόλη ἀπὸ τῆς καπνοδόχης μετ' οἴνου πινομένη.

Κεφ. ρκβ'. Καταπλασσόμενα δὲ ἁρμόζει σκορπιοπλήκτοις, καὶ μελισσῶν, καὶ σφηκῶν, καὶ φαλαγγίων πληγαῖς ταῦτα· βόλβιτον καταπλασθέν· ἕρπυλλον· ἅλες λεῖοι σὺν ὄξει· ἄμωμον μετὰ ὠκίμου· ἀλθαίας φύλλα ἑφθὰ μετὰ ἐλαίου ὀλίγου μιγέντα· τάριχος πᾶς καταπλασσόμενος· ἡλιοτρόπιον, τὸ καὶ σκορπίουρον καλούμενον· κόνυζα· ὀρίγανον,

flos in potu: hyacinthi radix, chamaedryos decoctum et succus, pulegium, iridis drach. ij., lactucae agrestis semen, hypericum, lixivium e ficu, radicis hederae succus cum aceto, cupressi globuli cum vino: malvae ius epotum, et ipsa elixa in cibo sumpta: melanthii drachma, melissophyllon et eius succus, sonchus in cibo sumptus, virides myrti baccae, tamaricis seminis drachma, rutae semen, polygonon et eius succus, terebinthi fructus, lauri baccae contritae, scorpiurus, cardamomum, anagallidis succus, allia esitata: (quoniam refrigerationem inferunt scorpionum ictus:) hyoscyami infusum cum vino, ipse scorpius assus in cibo sumptus: fuligo denique e camino cum vino pota.

Cap. CXXII. Ad scorpionum, apum, vesparumque et phalangiorum ictus haec applicita conveniunt: fimum bubulum, serpyllum, sal tritus cum aceto, amomum cum ocimo, althaeae folia elixa, oleo pauco admixta, salsamentum quodvis adhibitum: heliotropium, quod et scorpiuron nominant: conyza, origanum, lilii folia, cycla-

κρίνου φύλλα· κυκλάμινον· πάνακος ἀσκληπιοῦ ἄνθη, καὶ τὰ φύλλα χειρωνίου· πόλιον σὺν ὄξει· δάφνης φύλλα ξηρά· ὀπὸς συκῆς ἐνσταζόμενος· μαλάχης φύλλα ἑφθὰ καὶ ὠμά· συκαμίνου φύλλα· σισύμβριον, ἢ καρδαμίνη σὺν ὄξει· μελισσόφυλλον· φλόμος σὺν ὄξει· χαμαίδρυς ὁμοίως· κυπάρισσος μασσηθεῖσα ὑπὸ νήστεώς τινος, καὶ ἐπιτεθεῖσα· μῦες οἱ κατοικίδιοι ἀνασχισθέντες καὶ ἐπιτιθέμενοι· τυρὸς ἁλμυρὸς καταπλασσόμενος· κοχλίας λεῖος σὺν ὀστράκῳ· ἀσκαλαβώτης παραχρῆμα ἀνασχισθεὶς καὶ ἐπιτεθείς· θεῖον ἄπυρον ἀναληφθὲν ῥητίνῃ τερμινθίνῃ καὶ ἐπιτεθέν· γεντιανῆς ῥίζα ὁμοίως· ἄγρωστις λεία ἐπιτεθεῖσα παραχρῆμα παύει· ποιεῖ καὶ αὐτὸς ὁ σκορπίος λεῖος ἐπιπλασθείς· σαῦρος ἀρουραῖος ἀνασχισθεὶς καὶ ἐπιτεθείς· σόγχου ῥίζα σὺν κράμβης χυλῷ· συκαμίνου ὀπός. Καταντλεῖται δὲ ὠφελίμως θαλάσσῃ ζεστῇ· καὶ εἰς θερμὸν δὲ ἔλαιον ὁ πεπληγὼς τόπος καθιέσθω.

Κεφ. ρκγ'. Πρὸς σκολοπένδρας καὶ μυγαλῆς δήγματα καταπλάσσονται ἅλες σὺν πίσσῃ καὶ κεδρίᾳ καὶ μέλιτι· σκόροδον μετὰ συκῆς φύλλων καὶ κυμίνου· καλαμίνθης φύλλα·

minus, panacis asclepii flores et folia chironii: polium cum aceto, lauri folia sicca, fici arboris lac instillatum, malvae folia cocta ac etiamnum cruda, sycamini folia, sisymbrium aut cardamine cum aceto, melissophyllon, verbascum cum aceto, chamaedrys similiter, cupressus a ieiuno quopiam commanducata et imposita, mures domestici dissecti et impositi, caseus salsus applicitus, cochlea contrita cum sua testa, stellio confestim dissectus et impositus, sulphur vivum, resina exceptum terebinthina et impositum, gentianae radix similiter: gramen tritum et impositum protinus auxiliatur: iuvat et ipse scorpius tritus et illitus, lacertus campestris dissectus et impositus, sonchi radix cum brassicae succo, sycomori liquor. Fovetur et affecta pars aqua marina fervefacta: quin et eadem calenti oleo immittitur.

Cap. CXXIII. Ad scolopendrae et muris aranei morsus haec pro cataplasmate adhibentur: sal cum pice, cedria et melle: allium cum ficus foliis et cumino, cala-

κριθὴ κεκαυμένη σὺν ὄξει· σκόροδον καὶ ἀκρέμονες συκῆς καὶ φύλλα μετὰ ὀροβίνου ἀλεύρου καὶ οἴνου· πρὸς δὲ τὴν μυγαλὴν αὐτὴ ἡ μυγαλῆ ταχέως τριβεῖσα σὺν οἴνῳ καὶ ποθεῖσα· πίνεται δὲ κοινῶς πρὸς ἀμφότερα ἀψίνθιον σὺν οἴνῳ· ἡδυόσμου ἀπόζεμα σὺν οἴνῳ· δρακοντίου ῥίζαν λειοτριβήσας μετὰ οἴνου καὶ ἐλαίου πότιζε· ἢ ὑγρόπισσον μετὰ θερμοπυρίας ζυμώσας ἐπίπλασσε, καὶ ἰᾶται.

Κεφ. ρκδ'. Πρὸς δὲ τρυγόνος θαλασσίας πληγὴν καταπλάσσεται ὠφελίμως φακὸς μετὰ μέλιτος λεῖος.

Κεφ. ρκέ. Πρὸς δὲ δράκοντος θαλασσίου πληγὴν αὐτὸς ὁ δράκων ἀναπτυχθεὶς καὶ ἐπιτεθείς· καὶ ὁ ἐγκέφαλος αὐτοῦ πινόμενος, καὶ τῇ πληγῇ οὖρον ἀνθρώπινον καταντληθέν· ἕρπυλλον καταπλασθέν.

Κεφ. ρκϛ'. Σκορπίου θαλασσίου πληγὴν ἰᾶται θεῖον ἄπυρον σὺν ὄξει ἀνατριβόμενον· ἢ τρίγλα ἀνασχισθεῖσα καὶ ἐπιτεθεῖσα· δαφνίδες τρεῖς πινόμεναι.

Κεφ. ρκζ'. Ἀσκαλαβώτου δῆγμα ἰᾶται σήσαμον.

minthae folia, hordeum ustum cum aceto: allium cum tenellis ficus surculis et foliis, farina ervi ac vino. Privatim vero ad muris aranei morsus facit mus ipse araneus statim contritus in vino et potus. Communiter vero ad utriusque morsus haec bibuntur: absinthium cum vino, menthae infusum cum vino: dracunculi radix trita cum vino et oleo etiam propinatur. Pix vero liquida cum calido fomento subacta et illita sanat.

Cap. CXXIV. Ad pastinacae marinae ictum utiliter imponitur lens cum melle contrita.

Cap. CXXV. Ad marini draconis ictum draco ipse divulsus et impositus iuvat, nec non et cerebrum eius epotum: vulnus quoque ipsum urina humana fovetur: imponitur et serpyllum.

Cap. CXXVI. Vulneri ex marini scorpionis ictu medetur sulphur vivum cum aceto contritum, aut mullus in longitudinem fissus et impositus. Tres quoque lauri baccae bibuntur.

Cap. CXXVII. Stellionis morsui sesamum medetur.

Κεφ. ρκη′. Διώκει δὲ τὰ θηρία ὑποστρωννύμενα ἀβρότονον, ἄγνος, ἔχιον, καλαμίνθη, κόνυζα, ὀρίγανον, ἕρπυλλον, πόλιον, ἀσφόδελος· θυμιώμενα δὲ ἄγνου φύλλα, ἄσφαλτον, βδέλλιον, ἐλάφου κέρας, καλαμίνθη, καρδάμωμον, χαλβάνη, καστόριον, κόνυζα· κυπαρίσσου ἢ κέδρου πρίσματα· γαγάτης λίθος· λυσιμάχιος· μελάνθιον· πευκέδανον· σαγαπηνόν· πόλιον.

Κεφ. ρκθ′. Κτείνει δὲ θηρία προςτεθέντα χαλβάνη σὺν σφονδυλίῳ καὶ ἐλαίῳ· καρκίνοι ποθέντες σὺν ὠκίμῳ, καὶ προςτεθέντες, σκορπίους κτείνουσι· λυχνὶς ἀγρία παρατεθεῖσα σκορπίους σκοτίζει· σταφυλίνου ἀγρίου σπέρμα προςτεθέν.

Κεφ. ρλ′. Συγχριόμενα δὲ κωλύει θηρία προςάγειν, καὶ διώκει· ἀλθαίας καρπὸς μετὰ ἐλαίου καὶ ὄξους· δαφνίδες σὺν ἐλαίῳ καὶ ὄξει· χαλβάνη, καὶ κεδρίδες σὺν ἐλαφείῳ μυελῷ, ἢ στέατι· πάνακος ἀσκληπιοῦ καρπὸς καὶ ἄνθη σὺν ἐλαίῳ καὶ ὀπῷ· μαλάχης φύλλα λεῖα σὺν ἐλαίῳ ἀλειψάμενος, ἄπληκτος ὑπὸ σφηκῶν καὶ μελιττῶν διαμένει·

Cap. CXXVIII. Serpentes ceterasque venenatas bestias substrata fugant haec: abrotanum, vitex, echium, calamintha, conyza, origanum, serpyllum, polium, asphodelus. Suffitu vero haec: viticis folia, bitumen, bdellium, cornu cervinum, calamintha, cardamomum, galbanum, castorium, conyza, cupressi vel cedri ramenta, gagates lapis, lysimachia, melanthium, peucedanum, sagapenum, polium.

Cap. CXXIX. Admota vero haec venenatas bestias interimunt: galbanum cum sphondylio et oleo, cancri cum ocimo poti, itemque appositi scorpiones necant. Lychnis sylvestris apposita scorpios obtenebrat. Facit et sylvestris dauci semen appositum.

Cap. CXXX. Illita vero haec venenatas bestias arcent ac etiamnum abigunt: althaeae semen cum oleo et aceto, lauri baccae cum oleo et aceto, galbanum et cedri baccae cum cervi medulla aut adipe, panacis asclepii semen et flores cum oleo et [laserpitii] liquore. Malvae foliis tritis ex oleo si quis perungatur, a vespis et apibus

ποιοῦσι καὶ κάμπαι αἱ ἐπὶ τῶν λαχάνων σὺν ἐλαίῳ συγχριόμεναι.

Κεφ. ρλα'. Ἀδήκτους δὲ ἀπὸ τῶν ἑρπετῶν τηρεῖ ἐλάφου ἄῤῥενος αἰδοίου ξηροῦ < α', πινομένη σὺν οἴνῳ· ἐχίου ῥίζα προποθεῖσα· σταφυλίνου ἀγρίου σπέρμα βρωθέν· δρακοντίου ῥίζης χυλῷ ἐάν τις συγχρίσῃ τὰς χεῖρας, ἄροι ἂν ὁ τοιοῦτος ἀλύπως ἐχίδνας· ἢ πευκεδάνου ὀπὸς ὅλος συγχρίσεται.

Κεφ. ρλβ'. Ἐνδέματα καὶ ἀντιπαθῆ πρὸς σκορπίους καὶ θηρία· ἱστορεῖται ὠφελεῖν πρὸς σκορπιοπλήκτους ἡλιοτροπίου τοῦ μεγάλου τοῦ σκορπιούρου ἡ ῥίζα περιαπτομένη. Νεκροῖ δὲ σκορπίον ἀκόνιτον προσαχθέν· ἐγείρει δὲ ἐλλέβορος λευκός· ἀκάνθης λευκῆς σπέρμα περιαπτόμενον. Θηρία διώκει λίθος ὀφίτης περιαπτόμενος. Ἀπόνους ποιεῖ μυελὸς ἐλάφειος περιχριόμενος. Ὀξαλίδος ῥίζα προστεθεῖσα, φιλεταιρίου ῥίζα περιαφθεῖσα, ὑπὸ σκορπίου κωλύει ὅλως τι πάσχειν.

minime ferietur: ab iisdem etiam tuentur erucae, quae in oleribus nascuntur, ex oleo inunctae.

Cap. CXXXI. A serpentium morsibus tutos haec praestant atque praemuniunt: genitalis sicci e cervo masculo drachma e vino pota, echii radix praebibita, dauci sylvestris semen devoratum. Dracunculi radicis succo si quis manus inunxerit, tuto ac citra offensionem viperas apprehendet, uti et qui peucedani liquore corpus universum perunxerit.

Cap. CXXXII. Sunt et amuleta, quae scorpionibus venenatisque bestiis adversantur: ac heliotropii quidem maioris, quod scorpiurum vocant, radix alligata ictis a scorpione salutaris perhibetur. Scorpius admoto aconito quasi moriturus torpescit, idemque apposito helleboro albo velut ad vitam revocatur. Valet et spinae albae semen e collo suspensum. Fugat et venenatas bestias ophites lapis adalligatus. Incolumes et inoffensos praestat medulla cervina circumlita: oxalidis radix admota, itidemque philetaerii radix adalligata, ne quis a scorpio laedatur noxamve sentiat, omnino prohibent.

Κεφ. ρλγ'. Κώνωπας δὲ οὐκ ἐᾷ προσέρχεσθαι συγχριόμενον ἀψίνθιον σὺν ἐλαίῳ· θυμιώμενα δὲ κόνυζα, κυπαρίσσου σφαιρία καὶ κόμη καὶ πρίσματα· βόλβιτον.

Κεφ. ρλδ'. Βδέλλας δὲ τὰς προσφυομένας παρισθμίοις καὶ καταπόσει καὶ στομάχῳ ἀποβάλλει ἅλμη καταῤῥοφουμένη· ὄξος· ὀπὸς σιλφίου, μετὰ ὄξους ἀναγαργαρισθεὶς, ἢ καταῤῥοφούμενος· ἢ βούτυρον καὶ ὄξος μίξας καὶ πυρώσας σίδηρον, βάψον αὐτὸ εἰς αὐτὰ, καὶ δὸς πιεῖν, καὶ ἐκβαίνει ἡ βδέλλα· ἢ ὀπόφυλλον· ἢ χάλκανθον σὺν ὄξει ἀναγαργαρισθέν· ἢ λαβὼν στυπτηρίαν σχιστὴν τρίψας καλῶς, ἐμφύσησον τοῦ ἔχοντος βδέλλας στόματι, καὶ ἐξελεύσονται· ἢ χυλὸς ἀναγαλλίδος πινόμενος· ἢ ὄξος δριμὺ μετὰ θύμου λειήναντες πινέτωσαν· ἢ νίτρῳ καὶ ἁλσὶ σὺν ὕδατι ἀναγαργαριζέσθωσαν. Ἐκβαλεῖς δὲ, ἐὰν ἐμβιβάσας ἐν βαλανείῳ εἰς ἔμβασιν, διδῷς ὕδωρ ψυχρὸν λίαν ἐν τῷ στόματι διακρατεῖν· ἐλεύσονται γὰρ ἐπὶ τὸ ψυχρὸν ἐκπυρούμεναι· καὶ μετὰ τὸ ἀναγαργαρίζεσθαί τινι τῶν προειρημένων, περιχανάτω τὴν ἐκ τοῦ ὕδατος ἰλύν· πρὸς γὰρ τὴν ὀσμὴν ἐνεχθήσονται.

Cap. CXXXIII. Culices advolatu arcet absinthium cum oleo inunctum. Idem praestant suffitu conyza, cupressi globuli, coma, ipsaque ramenta: denique et bubulum stercus.

Cap. CXXXIV. Hirudines tonsillis, gulae et ori ventriculi adhaerescentes excutiunt absorpta muria, acetum: itemque silphii liquor ex aceto gargarizatus, aut sorbitione haustus. Aliud: in aceto et butyro mixtis ferrum ignitum ubi exstinxeris, ea propinato, et prodibit hirudo. Aliud: silphii semen aut chalcanthus cum aceto gargarizato. Aliud: alumen scissile probe tritum inspirato in os habentis hirudines, et exibunt. Prodest et anagallidis succus epotus, vel haustum acetum acre, in quo thymum intritum sit, itemque nitrum cum sale ex aqua gargarizatum. Eiicies vero, si in aquae calidae solium demisso frigidissimam aquam ore continendam exhibueris: sic enim calore offensae, protinus ad frigidam prorepent. Post os itidem aliquo ex antedictis collutum, rictus hiatu aquae limus apprehendatur: eius enim odore allectae illae prosilient.

ΑΛΕΞΙΦΑΡΜΑΚΑ.

Κεφ. ρλέ. Πρὸς δὲ τὰ θανάσιμα κοινῶς ἁρμόζει ἔλαιον πινόμενον, ἢ βούτυρον χλιαρὸν, ὅταν ἔλαιον μὴ παρῇ· ἐμείτω δὲ ὁ πιών· ἀβροτόνου < α'· κόνυζα μετ' οἴνου καὶ σταφυλίνου σπέρματος· κέστρου φύλλων < β' σὺν οἴνῳ, καὶ προπινόμενα δὲ, δυςαλώτους ποιεῖ· λογχίτιδος τῆς πόας ἀπόζεμα σὺν οἴνῳ· κεδρόμηλα λεῖα ἐν οἴνῳ· μίλτου λημνίας < α'· νάρδου κελτικῆς < β'· νάρθηκος ἐντεριώνη· νηρίου τῆς ῥοδοδένδρου τὰ ἄνθη· σιλφίου ὀπός· ἱπποποτάμου ὄρχις· ὀποπάναξ σὺν ἀριστολοχίᾳ· ἀσκληπιάδος καρπὸς καὶ τὰ ἄνθη· καὶ τῆς χειρωνίου ῥίζαι· τούτων ἕκαστον σὺν οἴνῳ· πολίου ἀφέψημα τῆς ῥίζης· πευκεδάνου ὀπὸς καὶ ἡ ῥίζα, πίσση ὑγρὰ ἐκλειχομένη· πρασίου χύλισμα σὺν οἴνῳ· σαγαπηνὸν ὁμοίως· οὖρον σαπρὸν θερμὸν πλεῖστον πινόμενον καὶ ἀνεμούμενον.

Κεφ. ρλς'. Ἀνενέργητα ποιεῖ τὰ θανάσιμα προπινόμε-

Alexipharmaca, hoc est venenorum assumptorum remedia.

Cap. CXXXV. Contra letalia venena haec in genere faciunt: oleum bibitum, aut, si id non sit in promptu, butyrum tepidum: sed qui biberit, revomat oportet: abrotani drachma, conyza cum vino et dauci semine: betonicae foliorum drach. ij. ex vino: sed et eadem praesumpta a venenorum noxa praemuniunt: lonchitidis herbae infusum e vino, citrea mala cum vino contrita, rubricae lemniae drachma, nardi celticae drach. ij., ferulac medulla, nerii, quod et rhododendron dicitur, flores, silphii liquor, hippopotami testiculus, opopanax cum aristolochia, panacis asclepii semen et flores: chironii vero radices: et horum quidem singula cum vino: polii radicis decoctum, peucedani liquor et radix, pix liquida delincta, expressus marrubio succus cum vino: similiter et sagapenum, urina putris calens, copiose hausta vomitioneque reddita.

Cap. CXXXVI. Letalia venena irrita inefficaciaque reddunt haec, siquidem in potu praesumantur: buniadis

να, βουνιάδος σπέρμα, καλαμίνθη πινομένη· κάρυα βασιλικὰ μετὰ ἰσχάδων, καὶ πηγάνου φύλλων προεσθιόμενα, καὶ ἐπιβρωθέντα σὺν πηγάνῳ καὶ ἐλαίῳ.

Κεφ. ρλζ΄. Ἰδίως δὲ πρὸς ἀκόνιτον ἁρμόζει ἀειζώου τοῦ μείζονος ἄνθη μετ᾽ οἴνου· ὀποβάλσαμον μετὰ γάλακτος· ἄκρατος πολὺς σὺν ἀψινθίῳ· κιννάμωμον σὺν οἴνῳ· πάνακος ἀσκληπιοῦ καρπὸς καὶ ἄνθη· πηγάνου ἀγρίου σπέρμα, ὃ καὶ ἐπιβρωθὲν ἄπρακτον καθίστησιν· πυτία ἐρίφου σὺν ὄξει, ἢ λαγωοῦ, ἢ ἐλάφου· σιδήρου σκωρία πεπυρωμένη, καὶ ἐν ὀξυμέλιτι σβεσθεῖσα· ἢ σιδήριον πυρωθὲν καὶ μέλιτι σβεσθέν· ζωμὸς βόειος· κονία μετὰ οἴνου καὶ ἀβροτόνου· πράσιον σὺν οἴνῳ· χαμελαία σὺν οἴνῳ· πήγανον ὁμοίως· συκῆς φύλλα λεῖα· χαμαιπίτυς καλῶς ποιεῖ· ὀρίγανος ὀνῖτις· πολύκνημον σὺν οἴνῳ· ὄρνιθος καθεψημένης συγχυλωθείσης ζωμὸς, κρέως λιπαροῦ ὁμοίως· ὀποβάλσαμον σὺν γάλακτι γυναικείῳ, ἢ ὕδατι· μορέας ῥίζαν ἑψήσας σὺν οἴνῳ, μίξας μέλι, δίδου· ἄργυρος καὶ χρυσὸς πεπυρωμένα, σβεσθέντα μέλιτι· ὀπὸν μήκωνος

seu napi semen et calamintha. Sed et iuglandes cum caricis et rutae foliis in cibo praesumptae, aut etiam postea sumptae cum ruta et oleo, eundem praebent effectum.

Cap. CXXXVII. Privatim vero adversus haustum aconitum conferunt sedi maioris flores cum vino, opobalsamum cum lacte, meracum copiosum cum absinthio, cinnamomum cum vino, panacis asclepii semen et flores: rutae agrestis semen, quo etiam postea sumpto venenum hoc inefficax redditur: coagulum hoedi, aut leporis, aut cervi, cum aceto: scoria ferri ignita in aceto mulso restincta, aut ferramentum excandefactum et melle restinctum, ius bubulum, lixivium cum vino et abrotano, marrubium cum vino, chamelaea cum vino, ruta similiter, ficus folia contrita: chamaepitys egregie iuvat: origanum onitis, polycnemon cum vino, gallinae ius ita discoctae, ut simul etiam omnis ex ea succus resolvatur, ius carnis pinguis similiter, opobalsamum cum lacte muliebri, aut aqua: mori radix cum vino cocta et melle admixto adhibita: argentum et aurum ignita, exstincta melle: liquor

σὺν σφέκλῃ[85] ὄξους χρίειν· σημεῖα δὲ ἀκονίτου, τρέμει τὸ σῶμα καὶ ἅλλεται καὶ ὀγκοῦται καὶ πελιοῦται.

Κεφ. ρλη΄. Μέλι τὸ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ποντικῇ γεννώμενον βρωθὲν μανίαν ποιεῖ· βοηθοῦνται δὲ οἰνομέλιτι καλῷ, καὶ πηγάνῳ ἐσθιομένῳ· ὁσάκις δὲ ἂν ἐξεμέσωσι, προςφερέσθωσαν τὸ οἰνόμελι· τὴν ἄφοδον δὲ τῶν φαγόντων τὸ μέλι σύες, ἢ κύνες φαγόντες, τὸ αὐτὸ πάσχουσι.

Κεφ. ρλθ΄. Πρὸς δὲ τὸ τοξικὸν ποιεῖ αἷμα τράγου, καὶ αἰγὸς, καὶ ἐρίφου, καὶ νήσσης, καὶ κυνὸς ἐν οἴνῳ· γογγυλίδος ἡμέρου σπέρμα πινόμενον· χαλβάνη σὺν οἴνῳ καὶ σμύρνῃ· γλυκύς· δρυὸς φλοιὸς μετὰ βοείου γάλακτος ὁμοίως· καὶ φηγοῦ ἢ πρίνου φύλλα, ἢ ῥίζης χυλὸς (σὺν) οἴνῳ πολλῷ ποτισθείς· μήλων ἀγρίων καρπὸς ἐσθιόμενος· στρουθία μῆλα ὁμοίως· κυδώνια λειώσας ἐν ὕδατι σὺν γλήχωνι, δίδου· ἢ ῥόδινον, ἢ ἴρινον, ἢ ἄμωμον, ἢ βαλσάμου καρπὸν σὺν οἴνῳ.

85) Vox, qua Alex. Trall. fere primus utitur (lib. II. p. 630.), corrupta ex φέκλῃ (faecula) quam Galenus (de compos. sec. loca, lib. I. p. 490.) exponit.

papaveris cum aceti faece illitus. Sumpti autem aconiti signa sunt haec: corpus contremiscit, subsultat, intumescit livescitque.

Cap. CXXXVIII. Mel, quod in Heraclea Ponti provenit, qui assumpsere, insani fiunt. Remedio sunt mulsum praestans, et esitata rutae folia: quoties autem mulsum evomuerint, iis toties denuo exhibeatur. Ceterum eorum, qui mel huiusmodi comederint, stercus si sues canesve gustarint, eodem etiam mali genere afficiuntur.

Cap. CXXXIX. Toxico adversantur sanguis hirci, caprae, hoedi, anatis et canis e vino: rapi sativi semen potum, galbanum cum vino et myrrha, vinum passum, quercus cortex cum lacte vaccino similiter, fagi aut ilicis folia, aut radicis succus cum vino copioso potus, malorum agrestium fructus esitatus, struthia mala similiter, mala cotonea trita in aqua cum pulegio, oleum rosaceum, aut irinum, amomum, carpobalsamum cum vino.

Κεφ. ρμ'. Πρὸς τοὺς τρωθέντας ὑπὸ βέλους φαρμακωθέντος, εἰς τὰ τοξευόμενα δὲ καὶ οἷς ἐπιχρίεται τὸ ξίφος φάρμακα, ἁρμόζει ὀπὸς σιλφίου πινόμενος μετ' οἴνου, καὶ ἐπιτιθέμενος τοῖς τραύμασι μετά τινος τῶν θερμαντικῶν ἀποζεμάτων.

Κεφ. ρμα'. Ἰξίου δὲ, τοῦ μέλανος χαμαιλέοντος λεγομένου, ποθέντος, βοηθεῖ ἀψίνθιον τριπτὸν μετὰ ὄξους· καστόριον σὺν ὄξει· ἄκρατος οἶνος πολὺς σὺν ἀψινθίῳ· ὀξύμελι· ὄξος σὺν πηγάνου ἀγρίου σπέρματι· σιλφίου ῥίζα, τραγοριγάνου ἀπόζεμα· ῥητίνη τερμινθίνη, ἢ πιτυΐνη· κάρυα βασιλικὰ, ἢ τῆς καρύας οἱ βλαστοί· νάρδος μετὰ καστορίου· καὶ σιλφίου ὀβολὸς μετ' οἶνον· τραγορίγανον σὺν γάλακτι· ἔνιοι δέ φασι καὶ θαψίας χυλὸν πινόμενον ὠφελεῖν.

Κεφ. ρμβ'. Πρὸς δὲ τοὺς κώνειον πεπωκότας ἔλαιον ἴρινον, ἢ ἀψίνθινον σὺν οἴνῳ πινόμενον πολύ· καρδάμωμον ὁμοίως· κινναμώμου < α' σὺν οἴνῳ· ἀκρατοποσία· ὄξος θερμόν· ἔλαιον ἀμαράκινον· πηγάνου ἀγρίου σπέρμα· στύραξ σὺν οἴνῳ· πέπερι σὺν κνίδης σπέρματι καὶ οἴνῳ· ὀπὸς σιλφίου σὺν ἐλαίῳ καὶ γλυκεῖ.

Cap. CXL. Iis, qui venenato telo gladiove icti sunt, convenit silphii liquor e vino potus, itidemque vulneribus impositus cum decocto aliquo calfaciente.

Cap. CXLI. Contra potum ixiam, qui idem est cum nigro chamaeleone, auxiliantur absinthium tritum cum aceto, castoreum cum aceto, meracum largius cum absinthio, acetum mulsum, acetum cum agrestis rutae semine, silphii radix, tragorigani decoctum, resina terebinthina aut pinea, nuces iuglandes, aut ipsius arboris germina, nardus cum castoreo, et silphii obolus cum vino, tragoriganum cum lacte. Nec desunt, qui etiam thapsiae succum epotum iuvare asserant.

Cap. CXLII. Hausto conii veneno resistunt oleum irinum aut absinthites largius cum vino bibitum, cardamomum similiter, cinnamomi drachma cum vino, meri potio, acetum calens, oleum amaracinum, rutae agrestis semen, styrax cum vino, piper cum urticae semine ac vino, silphii liquor cum oleo et passo.

Κεφ. ρμγ'. Κορίου δὲ ποθέντος, ὠφελεῖ ἴρινον ἔλαιον, καὶ οἶνος ἄκρατος σὺν ἀψινθίῳ, ἢ ἄλφιτα ὠμὰ σὺν θαλάσσῃ, χιὼν σὺν γλυκεῖ.

Κεφ. ρμδ'. Σμίλακος δὲ ποθέντος, ὃν ἔνιοι θύμαλλον καλοῦσι, Ῥωμαῖοι δὲ τάξον, δοτέον οἶνον πολύν· καὶ ὄξος, καὶ ὅσα τοῖς κώνειον πεπωκόσιν ἁρμόζει, παραληπτέον καὶ ἐπὶ ταύτης.

Κεφ. ρμε'. Τοῖς δὲ ψύλλιον πεπωκόσιν ἁρμόζει τὰ βοηθήματα, ἃ καὶ τοῖς κορίον προσενεγκαμένοις.

Κεφ. ρμϛ'. Τοῖς δὲ φαρικὸν πιοῦσιν ἄκρατος πολὺς ἁρμόζει σὺν ἀψινθίῳ, ἢ κινναμώμῳ· γλυκὺς πολύς· νάρδος κιλικία σὺν οἴνῳ· ἶρις ἀγρία ὁμοίως· πήγανον σὺν κριθίνῳ ἀλεύρῳ καὶ ὄξει.

Κεφ. ρμζ'. Πρὸς δὲ μηκώνιον, ἔλαιον σὺν ὕδατι· ἅλες σὺν ὀξυμέλιτι· γλυκύς· μέλι θερμανθὲν σὺν ῥοδίνῳ· ἄκρατος πολὺς σὺν ἀψινθίῳ· ἢ κιννάμωμον σὺν μέλιτι· ὄξος θερμόν· ὀρίγανον σὺν κονίᾳ καὶ γλυκεῖ· πηγάνου ἀγρίου σπέρμα· ῥόδινον, ἴρινον· ἢ κόπρος ὄρνιθος λεῖος σὺν ὄξει, ἢ σὺν ὀξυμέλιτι.

Cap. CXLIII. Coriandro poto adversantur irinum oleum, merum cum absinthio, polenta cruda cum aqua marina, nix cum passo.

Cap. CXLIV. Contra venenum taxi, quam Graeci smilacem, nonnulli thymalon appellant, vinum copiosum dari oportet, itemque acetum et quaecunque convenire diximus iis, qui conium hauserunt.

Cap. CXLV. Adversus epotum psyllium eadem, quae hausto coriandro, remedia auxiliantur.

Cap. CXLVI. Contra pharicum potum conveniunt meracum largius cum absinthio aut cinnamomo, passum copiosum, nardus cilissa cum vino, iris sylvestris similiter, ruta cum hordeacea farina et aceto.

Cap. CXLVII. Epoto papaveris liquore succurrunt haec: oleum cum aqua, sal cum oxymelite, passum, mel calfactum cum rosaceo, merum copiosum cum absinthio, cinnamomum cum melle, acetum calens, origanum cum lixivia et passo, rutae agrestis semen, rosaceum, irinum, fimum gallinaceum tritum cum aceto aut oxymelite.

Κεφ. ρμη'. Ἐφημέρου δὲ ποθέντος, ὃ καὶ κολχικὸν καλοῦσιν, ὠφελεῖ καστανίων τὸ ἐντὸς λεῖον σὺν οἴνῳ· πολυποδίου τὸ ἀπόζεμα· ὀρίγανον σὺν κονίᾳ· πολυγόνου χυλὸς καὶ ῥίζα σὺν γάλακτι γλυκεῖ· δρυὸς, ἢ φηγοῦ, ἢ πρίνου φύλλα λειώσας, δίδου σὺν γάλακτι· ἀμπέλου, ἢ βάτου χυλὸν, ἢ καυλοὺς λείους σὺν ὕδατι· καὶ νάρθηκος ἐντεριώνη μετ᾽ οἴνου· ἢ ἕρπυλλον μετ᾽ οἴνου, ἢ μύρτων καρπὸν, ἢ ῥοιᾶς λέπη ἀποβρέξας ἐν οἴνῳ· γάλα βόειον βοηθεῖ, ὥςτε ἂν παραχρῆμά τις λάβῃ τὸ γάλα, ἄλλου βοηθήματος οὐ χρήζει.

Κεφ. ρμθ'. Δορυκνίου δὲ ποθέντος, γάλα, γλυκὺς οἶνος χλιαρὸς, καὶ ὄρνιθος στῆθος καθεψηθὲν, λεῖον ποθὲν, καὶ ὁ ζωμός· ἐχῖνοι, κόγχοι, καὶ πορφύραι, καὶ κάριδες, πίνναι, κτένες, κήρυκες, ὠμὰ καὶ ἑφθὰ ἐσθιόμενα.

Κεφ. ρν'. Στρύχνου δὲ μανικοῦ ποθέντος, ἁρμόζει μελίκρατον, ἀμύγδαλα πικρὰ ἐσθιόμενα· ἄνισον πινόμενον, ζωμὸς λιπαρὸς, καὶ ἄλλα τινὰ λίπος ἔχοντα χλιαρὰ πινόμενα.

Cap. CXLVIII. Contra potum ephemeron, quod etiam colchicum appellant, auxiliantur haec: interna castanearum tunicula cum vino, polypodii decoctum, origanum cum lixivio, polygoni succus et radix cum lacte dulci: quercus, aut fagi, aut ilicis folia trita cum lacte, vitis aut rubi succus, vel cauliculi triti cum aqua, ferulae medulla cum vino, serpyllum cum vino, myrti fructus, aut punici cortices in aceto macerati. Quin et lactis vaccini potus usque adeo est efficax, ut, si quis illud quamprimum sumpseris, non sit aliud desideraturus auxilium.

Cap. CXLIX. Contra dorycnium succurrunt lac, passum tepidum, gallinacei pectusculi elixi triti succus haustus, ipsumque ius epotum: echini denique, conchae, purpurae, squillae, pinnae, pectines, buccina, seu cruda, seu elixa comedantur.

Cap. CL. Hausto solano furioso conveniunt aqua mulsa, amygdalae amarae esitatae, anisum potum, ius pingue, et alia quaedam pinguia tepida in potu sumpta.

Κεφ. ρνα'. Πρὸς δὲ ὑοσκύαμον, γάλα, μελίκρατον σὺν γάλακτι ὀνείῳ· ἄκρατον πίνειν, ἐμεῖν· ἀμαράκινον μύρον· τῆλις σὺν ἐλαίῳ· κνίδης σπέρμα σὺν οἴνῳ, ἢ τὰ φύλλα· κάρδαμον, νάπυ, κιχώριον, ῥάφανος· ἡσυχάζειν δὲ δεῖ αὐτοὺς ἀναγκάζειν, ἵνα ὥσπερ τὸν οἶνον ἐκπέσσωσι· σημεῖα δὲ ταῦτα· μέγα παραληρεῖ, δοκεῖ τε μαστιγοῦσθαι· μέγας περὶ τὰ ὑποχόνδρια πόνος· ἰσχύων ἔκλυσις, αἵματος οὔρησις.

Κεφ. ρνβ'. Κανθαρίδων *δὲ ποθεισῶν, βοηθεῖ ἔλαιον σὺν ὕδατι, καὶ ἴρινον, καὶ ῥόδινον· γάλα· φασὶ δέ τινες, ὅτι τὰ πτερὰ καὶ οἱ πόδες τῶν κανθαρίδων πινόμενα ἐν γλυκεῖ, ἀντιφάρμακόν ἐστι· ποιεῖ δὲ καὶ μήλινον ἔλαιον, πήγανον μετὰ ἰρίνου, καὶ τὸ σπέρμα· ἐλάφου ἐκ τῆς πιμελῆς ζωμὸς λαμβανόμενος· γλήχων σὺν ὕδατι· λινόσπερμα, συγκαθεψήσας αἰγός πιμελὴν, ἢ προβάτου, ἢ χηνὸς σάρκα, ἐσθιέτωσαν· ἔγκλυζε δὲ γάλα· καὶ ἀμπέλου καυλοὺς τρίψας, σὺν γλυκεῖ δίδου· σκορπιοειδὲς σὺν μέλιτι, σαμίας < α' μετὰ σιραίου.*

Cap. CLI. Adversus hyoscyamum lac, aqua mulsa cum lacte asinino, merum bibitum et vomitione redditum, amaracinum unguentum, foenum graecum cum oleo, urticae semina cum vino, aut folia, nasturtium, sinapi, cichorium, raphanus. Cogendi porro ad quietem, qui hoc veneno potionati sunt, quemadmodum qui vinum biberunt, ut ipsum excoquant. Hisce porro signis sese prodit, qui hyoscyamum assumpserit: plurimum delirat, flagris caedi sibi videtur: his accedunt vehemens circa hypochondria dolor, virium exsolutio et cruenta mictio.

Cap. CLII. Ad cantharidas potas haec sunt auxilio: oleum cum aqua, irinum et rosaceum, lac: alae ac pedes ipsarum cantharidum e passo poti, uti quidam asserunt, dantur pro antidoto. Iuvant et oleum melinum, ruta cum irino, et semen quoque, ius ex adipe cervi sumptum, pulegium cum aqua: esitatum lini semen, quicum adeps caprina vel ovilla, aut anseris caro cocta fuerit: lac iniectum clystere, vitium tenelli palmites, triti cum passo et potui dati, scorpioides cum melle, samiae terrae drachma cum sapa.

Κεφ. ρνγ΄. Βουπρήστεως δὲ ληφθείσης, δίδου ἔλαιον χλιαρόν· ἰσχάδας τρίψας καὶ ἑψήσας οἴνῳ, δίδου πιεῖν· ἢ γάλα σὺν φοίνιξι λείοις· ἀχράδας ξηρὰς πολλὰς σὺν οἴνῳ λείας· γάλα βόειον νεαρόν· οὖρον γυναικεῖον ἁρμόζει πινόμενον καὶ ἐξεμούμενον.

Κεφ. ρνδ΄. Πιτυοκάμπης δὲ ληφθείσης, ἁρμόζει γάλα γλυκύ· μήλινον ἔλαιον καὶ ἴρινον.

Κεφ. ρνε΄. Σαλαμάνδρας δὲ ποθείσης, βοηθεῖ γάλα γλυκὺ σὺν ὕδατι, ῥητίνη σὺν μέλιτι· χαμαιπίτυς συνεψηθεῖσα στροβίλοις σὺν ὕδατι· κνίδης σπέρμα, ἢ φύλλα σὺν κριθίνῳ ἀλεύρῳ καὶ ἐλαίῳ ἑψήσας, δίδου· χαλβάνη καὶ χελώνης θαλασσίας αἷμα, συνεψηθέντα καλῶς καὶ λαμβανόμενα· βάτραχοι μετὰ ῥίζης ἠρυγγίου ἑψηθέντες, καὶ λαμβανόμενοι.

Κεφ. ρνϛ΄. Λαγωοῦ δὲ ποθέντος, βοηθεῖ ποθὲν γυναικὸς γάλα, ἢ ὄνου· κεδρία σὺν γλυκεῖ, ἢ οἴνῳ· κεδρίδες ἐσθιόμεναι· κυκλαμίνου ῥίζα σὺν οἴνῳ· μαλάχης ὁ καυλὸς σὺν τῇ ῥίζῃ· ἐλλεβόρου μέλανος, ἢ σκαμμωνίας < α΄· ῥοιαὶ

Cap. CLIII. Iis, qui buprestin assumpserint, oleum tepidum exhibeto, caricas tritas et in vino coctas propinato, aut lac cum palmulis contritis. Iuvant et pyra sylvestria sicca multa cum vino trita, lac bubulum recens, itemque urina muliebris pota et vomitione reddita.

Cap. CLIV. Contra haustas pinorum erucas conveniunt lac dulce, oleum melinum et irinum.

Cap. CLV. Hausta salamandra auxiliantur lac dulce cum aqua, resina cum melle, chamaepityos in aqua decoctum cum nucleis pineis, urticae semen aut folia cum hordeacea farina et oleo cocta: testudinis marinae sanguis et galbanum simul probe cocta sumptaque, ranae cum eryngii radice coctae et in cibo sumptae.

Cap. CLVI. Hausto lepore marino sunt auxilio haec: lac muliebre vel asininum potum, cedria e passo aut vino, cedri baccae comestae, cyclaminis radix cum vino, malvae caulis cum radice, hellebori nigri aut scam-

ἐσθιόμεναι οἰνώδεις, καὶ οἱ πυρῆνες· οὐδὲν δὲ τῶν ἰχθύων ὑπομένουσι προσφέρεσθαι, εἰ μὴ καρκίνους ποταμίους, καὶ τούτους μόνους πέσσουσι· τεκμήριον δὲ τοῦ δύνασθαι σωθῆναι αὐτοὺς, ἐὰν ἰχθῦς ἡδέως προσενέγκωνται· ἁρμόζει δὲ καὶ ἐλλέβορος λευκός· οὐ γὰρ εὐλαβητέον ἐπ' αὐτῷ τοὺς ἐμέτους· βοηθεῖ δὲ ἐν ἀρχῇ καὶ οὖρον ἀνθρώπινον ποθὲν καὶ ἐξεραθέν· καὶ χηνὸς αἷμα παραχρῆμα πινόμενον. Ὁ λαγωὸν θαλάσσης πεπωκὼς ἐμεῖ πυκνὰ, καὶ χρώματα παντοδαπά· οἱονεὶ γὰρ σαπρόν τι φαγὼν, οὐ κατέχει· τούτῳ χηνὸς καὶ ὄρνιθος στέαρ ἅμα δὸς πιεῖν.

Κεφ. ρνζ΄. Πρὸς δὲ φρῦνον καὶ τὸν κωφὸν βάτραχον βοηθεῖ χελώνης θαλασσίας ἢ χερσαίας αἷμα ξηρὸν μετ' οἴνου· δαμασωνίου ῥίζης προσφάτου σὺν ὄξει < *α΄, ξηρᾶς δὲ* < *β΄· ποιοῦσι καὶ ἄκρατος πολὺς πινόμενος καὶ ἐξεμούμενος· καλάμων ῥίζα σὺν οἴνῳ· κύπερος σὺν οἴνῳ· δίωκε δὲ καὶ περιπάτοις, ἢ δρόμοις χρώμενος, καὶ λοῦε ἐν πυριατη-*

moniae drachma, mala punica vinosa comesta, eorumque nuclei. Qui hoc venenum biberint, piscium nihil admittunt, praeter fluviatiles cancros, quos etiam solos concoquunt. Signum porro salutis fuerit, si pisces alacriter in cibos admiserint. Convenit eis etiam helleborus albus: neque sunt pertimescendi, qui eum sequuntur, vomitus. Iuvat et ab initio urina hominis pota et vomitu reddita, itemque sanguis anseris confestim epotus. Hausti leporis marini signum est frequens vomitus et variorum colorum: nam ventriculus ceu ingesto quopiam putri minime continet. Sic affecto anseris et gallinae adipem simul dato in potu.

Cap. CLVII. Adversus rubetae et ranae mutae venena auxiliantur testudinis marinae aut terrestris sanguis exsiccatus cum vino, damasonii radicis recentis cum aceto drachma, siccae autem drachmae duae. Iuvat et meracum copia largiore potum ac vomitu reiectum, arundinis radix cum vino, cyperus cum vino. Sollicitandi etiam, qui venena eiusmodi hauserunt, ad ambulationis aut cursus exercitia, itemque lotiones crebras in caldariis cellis.

ρίοις· ἰδίως δὲ πρὸς φρῦνον, βάτραχος ἑφθὸς, ἢ ὀπτὸς προςφερόμενος.

Κεφ. ρνή. Τὰ δὲ ταυρείου αἵματος σημεῖα· ἀφωνία, πόνος στομάχου, οὐρῆσαι οὐ δύναται· ταυρείου αἵματος ποθέντος, βοηθοῦσιν ὄλυνθοι σὺν ὄξει ποθέντες· καθ' ἑαυτὸ ὄξος· νίτρον σὺν σιλφίῳ· πυτία ἐρίφου, ἢ λαγωοῦ μετ' οἴνου· νίτρου < α' μετ' οἴνου· κράμβης σπέρμα σὺν ὄξει· κονύζης φύλλα σὺν πεπέρει· ἢ βάτου χυλὸς σὺν ὄξει· καὶ φλεβοτομεῖν δεῖ· κοιλίαν τε κινεῖν· ἐμέτους δὲ φυλάττεσθαι ὡς βλαβερούς.

Κεφ. ρνθ'. Γάλακτος δὲ θρομβωθέντος, ὠφελίμως δίδοται γλυκὺς πολύς· ὄξος χλιαρόν· ὄλυνθοι σὺν ὄξει· ὀπὸς σιλφίου σὺν ὀξυκράτῳ, ἢ κονίᾳ· πυτία λαγωοῦ, ἢ νεβροῦ, ἢ ἐρίφου, ἢ ἀρνὸς, ἢ δορκάδος, ἢ βουβάλου, ἢ μόσχου σὺν ὄξει· γλυκὺς σὺν ὄξει· ἡδύοσμον σὺν ὄξει· καὶ κοιλίαν δὲ λύειν· ἔνιοι δὲ ἡδύοσμον σὺν οὔρῳ διδόασιν· ἁλυκὸν δὲ μηδὲν προςφέρειν· μᾶλλον γὰρ πήγνυται τὸ γάλα·

Privatim autem contra rubetam facit rana elixa vel assa in cibo sumpta.

Cap. CLVIII. Taurini sanguinis poti signa sunt vocis interceptio, dolor stomachi, urinae retentio. Contra hoc venenum succurrunt grossi ex aceto poti, acetum per se, nitrum cum laserpitio, coagulum hoedi aut leporis cum vino, nitri drachma cum vino, brassicae semen cum aceto, conyzae folia cum pipere, rubi succus cum aceto. Tundenda etiam vena, ciendaque alvus: at vomitus, tanquam noxii, vitandi.

Cap. CLIX. Contra lac in grumos concretum utiliter exhibentur passum copiosum, acetum tepidum, grossi cum aceto, liquor silphii cum posca aut lixivio: coagulum leporis, aut hinnuli, aut hoedi, aut agni, aut capreae, aut bubali, aut vituli cum aceto, passum cum aceto, mentha cum aceto. Sed et solvenda est alvus. Sunt qui mentham cum urina exhibeant. Salsi porro nihil offerendum, quoniam lac magis coiret ac densaretur: at ne-

ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐμεῖν δεῖ· ἔστι δὲ τοῦτο δυσβοηθητότερον τοῦ αἵματος.

Κεφ. ρξ'. Πρὸς δὲ μύκητας ποιεῖ ἀλεκτορίδος ἄφοδος σὺν ὀξυκράτῳ· ἀριστολοχίας ∠ α' μετ᾽ οἴνου· κλημάτων κονία, ἢ ἐξ ἀχράδος τοῦ δένδρου ποθεῖσα· καὶ συνεψόμεναι δὲ τοῖς μύκησιν αἱ ἀχράδες, καὶ τὰ φύλλα αἴρουσι τὸ πνιγῶδες αὐτῶν· ἀψίνθιον μετ᾽ ὄξους· μέλι ἐκλειχόμενον καὶ πινόμενον σὺν ὕδατι· μελισσόφυλλον σὺν νίτρῳ, ἢ κονίᾳ· ἢ ἅλες σὺν ὄξει· ἀχράδες ἐσθιόμεναι· ἀμαράκινον πινόμενον· ἄκρατος πινόμενος· πάνακος ἀσκληπιοῦ ῥίζα καὶ καρπός· πήγανον σὺν ὄξει, τρὺξ οἴνου κεκαυμένη, καὶ ὠμὴ πινομένη μεθ᾽ ὕδατος, ῥάφανος ἐσθιομένη· ἄκρως δὲ ποιεῖ τὸ τοῦ χαλκοῦ ἄνθος σὺν ὄξει· καρδαμίνη, νάπυ· τραγακάνθου ῥίζα σὺν ὄξει.

Κεφ. ρξα'. Γύψου δὲ ποθείσης, ποιεῖ γάλα, ἐμείτω δέ· ἔλαιον σὺν μελικράτῳ, ἢ σύκων ἀφεψήματι· κονία συκίνη σὺν οἴνῳ· ὀρίγανον σὺν κονίᾳ ἢ ὄξει· μαλάχης ἀπόζεμα.

que his vomitus convenit. Ceterum huic veneno aegrius, quam taurino sanguini, poto succurritur.

Cap. CLX. Contra fungos haec auxiliantur: fimum gallinaceum cum posca, aristolochiae drachma cum vino, lixivium e sarmentis vitium aut pyrastro arbore potum. Ipsi quoque pyrastri fructus ac folia, si cum fungis decoquantur, horum strangulandi vim auferunt. Iuvat et absinthium cum aceto, mel delinctum, vel in aqua potum, apiastrum cum nitro aut lixivio, sal cum aceto, pyra sylvestria esitata, amaracinum potum, meracum haustum, panacis asclepii radix et semen, ruta cum aceto, faex vini usta et cruda quoque pota ex aqua, raphanus in cibo sumptus: aeris flos cum aceto egregie opitulatur: cardamine, aut sinapi, radix tragacanthae cum aceto.

Cap. CLXI. Contra gypsi potum proficiunt lac vomitu reddendum ex aqua mulsa aut ficuum decocto, lixivium ficulneum cum vino, origanum cum lixivio vel aceto, malvae infusum.

Κεφ. ρξβ'. Πρὸς δὲ τοὺς λιθάργυρον πιόντας ποιεῖ ἄκρατος πολὺς διδόμενος σὺν ἀψινθίῳ, σελίνου ἀγρίου σπέρμα σὺν οἴνῳ· ὑπερικόν· ὕσσωπον σὺν οἴνῳ· σμύρνης ὀβ. β'· ὁρμίνου σπέρμα· λειμώνιον, καὶ σέλινον· καὶ ἀγρίων περιστερῶν κόπρος δοθεῖσα μετὰ νάρδου.

Κεφ. ρξγ'. Ψιμυθίου δὲ ποθέντος, ἔλαιον, μελίκρατον· σύκων ἀφέψημα σὺν ἐλαίῳ θερμῷ· γάλα· ἐμεῖται δὲ αὐτό· ὄλυνθοι σὺν ὄξει· μαλάχης ἀφέψημα σὺν ταῖς ῥίζαις· ἀμαράκινον, ἴρινον· σήσαμον λεῖον μετ' οἴνου· κονία κληματίνη· περσέων ὀστᾶ σὺν ἐλαίῳ ἢ κριθῶν ἀφεψήματι· κόμμι κοκκυμήλων, πτελέας τὸ ἐν τοῖς θυλακίοις ὑγρόν· χρῆσθαι δὲ μετὰ τοὺς ἐμέτους, καὶ θαψίας χυλῷ, ἢ σκαμμωνίας [ὀπῷ].

Κεφ. ρξδ'. Ὑδραργύρου ποθείσης, ἁρμόζει γάλα πινόμενον, ἢ οἶνος σὺν ἀψινθίῳ ἢ σελίνου σπέρματι· ἢ ὕσσωπον σὺν οἴνῳ· ἐμείτω δὲ αὐτό· καὶ τὰ πρὸς λιθάργυρον ἀναγεγραμμένα ποιεῖ· ἄκρως δὲ βοηθοῦνται χρυσοῦ ἐλασμά-

Cap. CLXII. Iis, qui lithargyrum biberint, succurrunt haec: meracum largius cum absinthio propinatum, apii sylvestris semen e vino, hypericum, hyssopum cum vino, myrrhae oboli duo, hormini semen, limonium et apium, fimus palumbinus cum nardo exhibitus.

Cap. CLXIII. Cerussa pota, prosunt haec: oleum, aqua mulsa, ficuum decoctum cum oleo calente, lac potum vomitioneque redditum, grossi cum aceto, malvae cum radicibus decoctum, amaracinum, irinum, sesamum tritum e vino, lixivium e sarmentis vitium, persicorum nuclei cum oleo aut hordei decocto, gummi pruni arboris, humor, qui in folliculis ulmi continetur. Ceterum post vomitiones etiam thapsiae succo aut scammoniae liquore utendum est.

Cap. CLXIV. Argento vivo poto, conveniunt lac haustum, aut vinum cum absinthio vel apii semine, hyssopus cum vino, ita tamen ut deinde revomantur: prosunt et quae proxime contra lithargyrum praescripsimus auxilia. Mirifice vero adiuvat globulus e lamella auri

τιον μικρόν τι καταπίνοντες περιφερές· περιχώννυται γὰρ τῷ χρυσῷ διὰ συγγένειαν, καὶ συνολισθαίνει διὰ τῆς ἕδρας.

ΕΠΙΛΟΓΟΣ.

Ὅσα διὰ πείρας ἡμῖν, ὦ φίλτατε Ἀνδρόμαχε, τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἐν δυσὶ τόμοις συνειληχότες, ἐπεστάλκαμέν σοι.

perexiguâ devoratus: illi enim argentum vivum propter cognationem circumfunditur et adhaerescit, ac simul etiam lubrico lapsu per sedem egeritur.

EPILOGUS.

Haec sunt, carissime Andromache, quae tibi de simplicium medicamentorum usu experimentis comprobato, duobus libris sortiti, misimus.

COMMENTARIUS

IN

DIOSCORIDEM.

PRAEFATIO.

Ut, quonam iure opus susceperit, patescat, censura maiorum orditur Dioscorides, primos aetate nominans *Iolam* Bithynum et *Heraclidem* Tarentinum, quorum ille, a paucis laudatus, cum Heraclidi anteponatur, tempore Ptolemaei Evergetis et Seleuci Callinici vixisse videtur. A Plinio pluribus locis, a Galeno fere semel[1], et a Nicandri scholiaste[2] citatur. Heraclides Tarentinus, celebris empiricae scholae sectator[3], a Galeno saepius praedicatur. Scripsisse autem eum non de omni materia medica, ut Dioscorides, sed speciatim de compositione medicamentorum et probatione[4]; neque posse quemquam, si modo legerit, quae Heraclides de plantis memoriae tradiderit, plantas ipsas dignoscere[5], testatur Galenus, in eo omnino cum nostro consentiens.

Sequitur *Cratevas* herbarius, qui Mithridati plantam inscripsit, Mithridatiam appellatam[6], et in opere ῥιζοτο-

1) De antidot. 1. p. 7. ed. Lips.
2) Ad Theriac. v. 683.
3) Cels. praef.
4) Galen. de fac. simpl. med. 6. p. 795.
5) Galen. de antid. 1. p. 7.
6) Plin. 25, 26.

μικῷ effigies plantarum pinxit.[7] Eum noster saepius excerpsit[8], quamquam vel neglexisse, vel omisisse plures plantas testetur. Nec dissentit Galenus, dum descriptiones plantarum in Crateva obvias sine aspectu intelligi non posse asserit.[9]

Andreas, quem medicum noster appellat, deductis ab Herophilo viris annumerat Celsus, qui de medicamentorum facultatibus scripserint.[10] Id opus *νάρθηκα* scholiastes Nicandri vocat.[11]

His priscorum nomine insignitis, ad recentiores accedit, Asclepiadis asseclas, quibus tria potissimum opprobrio vertit: protinus quidem, saepius commutasse plantas officinales: dein, experientia spreta, ad commenticias molecularum differentias medicamentorum facultates exposuisse; tertium ordinem idoneum non servasse; vel enim facultates nullo modo cognatas consociasse, vel alphabeti elementa sequentes, satis diversas plantas disparia que medicamenta coniunxisse. In his quidem, quae vituperat noster, ratiocinia de moleculis seu *ὄγκοις* primum merentur locum. Post Heraclidem enim Ponticum Asclepiades, loco *ἀτόμων, ἀνομοίων μὲν καὶ ἀπαθῶν* Democriti, *ὄγκους παθητούς* statuerat principia rerum.[12] E molecularum autem ad spatiola seu *πόρους* ratione omnem corporis animalis statum explicans, *συμμετρίαν πόρων* dixit sanitatem constituere[13], et, qui Asclepiadi adhaerebant, methodici *τὴν μετασύγκρισιν* asserebant *ἐναλλάττεσθαι τὴν ποροποιΐαν.*[14] Itaque et actionem medicamentorum versari statuebant in mutata *ὄγκων* ratione ad *πόρους*. Quod cum commenti loco habeat Dioscorides, vitio quidem ipsis vertit; sed, non spreto plane loquendi usu vulgari, sae-

7) Plin. 25, 4.
8) Lib. 2. c. 153 — 185. lib. 4. c. 35.
9) De antidot. l. c. 10) Lib. 5. praef.
11) Ad theriac. v. 684.
12) Sext. Empir. adv. phys. 2. s. 318. Euseb. praepar. ev. 14, 23.
13) Galen. meth. med. 4. p. 269.
14) Ibidem.

pius in opere ipso de facultate medicamentorum *μεταποροποιούσῃ*[15] et de *μετασυγκρίσει* loquitur.[16] Hinc et emendatio textus (p. 3.), qua, Gadaldini codicis auctoritate fretus, *εἰς ὄγκων διαφοράς* loco *εἰς ὄγκον*, aut *εἰς ὄγκον διαφορᾶς* posui, apta mihi potius quam temeraria videtur.

Nominat autem Dioscorides inter Asclepiadis asseclas primum *Bassum* Tylaeum. *Τυλαῖον* scribunt codices et ipsa Aldina, unde patriam dixeris Tylon, insulam margaritis gossypioque celeberrimam Arabici sinus.[17] Tullium Bassum citat Caelius Aurelianus[18], *Βάσσον τὸν Τύλιον* Epiphanius.[19] Alii eundem scriptorem medicum credunt cum Iulio Basso, quem Scribonius Largus semel[20], Plinius vero pluribus celebrat locis. Hinc iam Ruellius loco *Τυλαίου* *Ἰούλιον* esse ponendum autumavit, Goupylus vero et Saracenus *Τυλαῖον* in *Ἰυλαῖον* temere mutarunt. Equidem satius duxi, codicum auctoritati plus fidere, quam coniecturae, credibili quidem, sed neutiquam probandae.

De *Nicerato* nihil liquet, nisi composita medicamenta praedicasse, quorum quaedam a Galeno[21] citantur. Scripsisse librum de catalepsi Caelius Aurelianus tradit.[22]

Nec, in tanta memoriarum caritate, de *Petronio* aliquid certi exponere ausim. Epiphanius enim hunc Dioscoridis locum totum transscripsit.[23] Plinius *Diodotum* cum Petronio eundem habet: „Petronius Diodotus, inquit, qui anthologumena scripsit.“[24]

Qui hic *Νίγερ*, Erotiano *Νίγρος* dicitur.[25] Neque de eo aliquid exploratum habemus. Namque Sexti cognomen, quod recentiores ei tribuunt, nullo veterum testi-

---

15) Tom. 1. p. 643. 16) Ib. p. 384.
17) Theophr. hist. plant. 4, 7. Plin. 6, 32. 12, 21.
18) Acut. 3, 16.
19) Adv. haeres. 1, 80. 20) Cap. 6. n. 121.
21) De compos. sec. loc. 5. p. 654, 7. p. 98.
22) Chron. 2, 5.
23) Adv. haeres. 1. n. 3.
24) Lib. 20, 32. Cf. et lib. 25, 64.
25) Expos. voc. Hipp. p. 244. 386.

monio ſirmatur, neque, fueritne idem cum Sextio Plinii [26], patet.

P. 7. Ὅτι τινὰ τῶν βοτανικῶν φαρμάκων cum Io. Bauhino esse legendum persuasissinum habeo, cum τὰ δὲ λοιπά sequatur. Assertio autem manifesto congruit cum Theophrasto, qui [27] τὸν ἐλλέβορον καὶ τριάκοντα ἔτη εἶναι χρήσιμον praecipit.

Cap. I. *De Iride.* Ἶρις, ἶριν scribunt Aldina et optimi editores, quamquam Eustathius [28] ὀξύνεσθαι τὴν ἀρωματικὴν πόαν, adeoque ἰρίς scribi doceat. *Βαρυτονεῖσθαι* etiam haud sine exemplis est: sic modo ἶρις apud Theophrastum Schneideri legitur, modo ἴρις. De genitivo pariter ambigitur. Ἴριδος legitur in optimis codicibus et Theophrasti et Dioscoridis. Ἴρεως tamen habent plures, ut LXX [29], auctor εὐποριστων, Paullus Aegineta: ἴριος etiam Theophrastus. [30]

Θελπίδη, aut cum cod. C. θαλπίδη, a θάλπω, θάλπος deducendum, signat calefacientem vim, quam in lingua saltem radix exserit.

Appellationem radicis *maricae* possumus ex *amaricante* corruptam habere. Sed Marcellus Vergilius potius legendum esse *naronicam* autumat, cum ad Narona fluvium, ὃς διαχωρίζει τοὺς Ἰλλυριοὺς καὶ Λιβύρνους (schol. Nicand.) praecipue Iris proveniat. [31a] *Consecratrix* Romanis dictam fuisse, idem auctor est, quod ad expiationes et lustrationes adhiberetur, unde et καθαίρων appellata sit.

Ὀπερτρίτος aut ὀπερτρῖτις, si latina est vox, nec etrusca, *pertritam* videtur radicem signare, quia vel pertrita s. contusa adhibetur, aut quia usu tritissima est.

Νάρ aegyptiaca vox est, etiamnum arabica نار, quae *ignem* signat, sicut hebraica נֵר *lampada* s. lucernam.

Iam accedo ad descriptionem: in qua quidem protinus praeferendam esse duxi codicum vindobonensium le-

26) Lib. 32, 13. 27) Hist. pl. 9, 14.
28) Ad Il. 3. p. 296. 29) Exod. 30, 24.
30) Hist. plant. 1, 7.
31a) *Nicand.* ther. v. 607. Ἶριν θ' ἣν ἔθρεψε Δρίλων καὶ Νάρονος ὄχθη.

ctionem ἐπὶ κλωνίων, quoniam pedunculos florum exprimunt. Olim ἐπὶ καυλῷ in *summo caule* interpretes reddebant. Multi autem sunt in παραλλήλοις ἄνθεσι exponendis: discrepant vero Ruellius et Marcellus, quorum ille ad alternum situm, hic ad aequalem distantiam consilium transfert. Ab illius partibus stat Anguillara, ab huius Matthiolus, ut reliquos taceam.

In florum coloribus variis sequutus sum optimos codices, Serapionem, principemque editionem, in quibus μήλινα, loco μέλανα, legitur. Ultimam lectionem habent cum Asulano reliqui. At vero melleus aut luteus color in Iridis speciebus satis vulgaris est; niger vero nusquam occurrit. E variis proinde coloribus efficimus, et *Irin germanicam* et *florentinam* a Dioscoride intelligi. Utraque autem per omnem Graeciam frequenter provenit.

Libycam, quam et Galenus carthaginensem vocat [31b], viribus inferiorem perhibet. Quae cui nostratum specierum adiudicanda sit, in ambiguo est. Peculiares Africae borealis species habentur: Iris *alata* Lam., *mauritanica* Clus., *iuncea* Poir., *stylosa* Desf.

Illyrica iris Galeno dicitur ἀστραγαλῖτις, quod astragali formam tuber referat. [32]

Arabibus sola radix ايرسا, herba vero florida السوسن الاسما, *lilium coeleste*, dicitur.

Κολλύριον est massa pultacea, qualem e terra samia glutinosam conficiebant. [33]

Cap. II. *De Acoro*. In synonymis gallicum πεπεράκιουμ ab Apuleio [34] redditur *piper apium*, cuius cognominis ratio ita exponitur, ut tradatur, herba hac in vase apum suspensa, apes nunquam seduci. Sed valde dubia est, quamquam assentiantur Hermolaus et Marcellus, cum Romanam genuinam appellationem apud Gallos quaerere nequeamus.

31b) De antidot. 2. p. 189.
32) De compos. sec. loc. 1. p. 422.
33) Lib. 5, 171.
34) Cap. 7. p. 139. ed. Ackerm.

Arabibus dicitur وج, cuius cum citrinum floris colorem praedicet Serapion e Dioscoride, ita legisse in textu suo exploratum habemus: unde non *Acorum Calamum*, sed *Pseudacorum* hic intelligendum esse existimo. Id et confirmatur Apuleio, qui acorum in locis cultis, hortis et pratis nasci praecipit. Id utique de Iride Pseudacoro, neutiquam de Acoro Calamo dici potest.[35]

Aliud cognomen *σπλήνιον* (non *σπληνίον*) fide codicis constantinopol. recepi, praeeunte Salmasio, qui propter vim contra splenis tumores eodem iure nostrum dici, ac thapsiam *ὑπώπιον*, recte arbitratur.

Cap. III. *De Meo athamantico* pauca sunt, quae moneam. Vulgaris est planta per omnem fere Europam, in locis alpestribus et alpinis abundans.

Cap. IV. *De Cypero. Cyperi rotundi* L., etiam nunc in cycladibus insulis frequentis, tubera suaveolentia odoris gratia inter vestimenta a Graecis servantur.[36] Medicas eorum vires celebrat et Galenus.[37] Unguentum eretricum fieri e cypero Theophrastus testatur.[38]

In voce *ἐρυσίσκηπτρον* dubius haereo. Siquidem Hesychius *ἐρείσκηπτρον* scribit, cum quo coniungere student, quicquid Plutarchus de *ἰρισκήπτοις*, i. e. iis lignis scribit, *εἰς ἃ ἡ ἶρις ἐπισκήψῃ*.[39] Neque tamen video, quare non adhaeream simplici etymologiae *ἀπὸ τοῦ ἐρύειν* et *σκήπτρῳ*: virgas enim profert cyperus longas, apice coronatas et flexiles.

Cyperi indici speciem, cuius radix zingiberi similis, manducata crocea et amaricans deprehendatur, Matthiolus habuit *Curcumam*, in quo quidem eo magis assensum meretur, cum et Ruellius testetur, pilosas partes glabescere, dum ea fricentur.[40] Hinc et حص curcumam Arabes vocant. Serapion sub titulo *Curcuma* chelidonion

35) Salmas. de homon. hyl. iatr. p. 36.
36) Sibthorp et Smith fl. graec. prodr. 1. p. 29.
37) De facult. simpl. 7. p. 54.
38) De odor. p. 742.
39) Quaest. nat. 4, 2. Bodaeus a Stapel ad Theophrast. p. 465.
40) Hist. stirp. 2, 4.

Graecorum tractat. Avicennam nomine قرقومعا [41] Curcumam describere Roxburghius perperam perhibuit.[42] Est enim arabica illa vox corrupta e *κροκομάγματι* Dioscoridis.

Cap. V. *De Cardamomo.* Indicum aroma duabus potissimum viis Graeciam apportabatur. E Babylone enim, maximo emporio, navigiis in Euphratem demissis adverso amne vehebantur mercimoniae ad pontem illum celebrem, qui super Euphrate in Commagene, Syriae contermina, exstructus erat:[43] aut ultra provectae in superiores fluminis partes Armeniam apportabantur[44], dein vero vel per terras Asiae minoris, vel e Trapezunte per pontum euxinum Bosporumque thracicum advehebantur. Sed fuit etiam alia indicarum mercium via, e Babylone ad Susam, Persidis metropolin[45], hinc autem vel ad Sardes, vel per portas caspias et Mediam, cuius caput Ecbatana, iterum versus occidentem vehebantur.[46] Quamobrem Theophrastus cardamomum ab aliis refert ex India, ab aliis vero e Media deduci.[47] Simili plane modo et nostra aetate merces et aromata ac medicamenta ab emporiis potius quam a patria cognomina obtinuerunt, rhabarbari exemplo.

Cap. VI. *De Nardo.* Ne verbosa eruditionis simulatione Salmasium aemuler, dicam, quod tricenario studio liquet. Nardi veterum sunt Valerianae, quarum praestantissima odore est *Patrinia Jatamansi* Don.[48], seu Valeriana Jatamansi Jones.[49] Haec est Nardus indica veterum, distincta foliis lamcolatis integerrimis, floribus fasciculatis purpureis, pedicellis fructibusque tomentosis. Haec est gangitis, *τὸν χνοῦν ἔχουσα,* qui deest in *sampharitica.* Haec nomen habet a Saphar, regia oppidi arabici, qua

41) Avic. ed. Roman. p. 246.
42) Asiat. research. 11. p. 340.
43) Strab. 6. p. 301.
44) Herod. 5, 52.
45) Arrhian. 3, 16.
46) Herders Ideen, 1. b. p. 713.
47) Hist. plant. 9, 7.
48) Flor. nepal. p. 159.
49) Asiat. research. 2. p. 405. 417. vol. 4. p. 433.

itur e portu sinus Arabici extremi Musa.[50] Alia dicitur syriaca, πολύκομος, colore luteo. Hanc provenire in montium indicorum parte ea, quae Syriam spectet, noster. Patriniae videtur species esse, quae plerumque lutescunt, forte ob odorem et aureum florum colorem est *P. scabiosaefolia* Fisch., quam in Imao et Emodis montibus crescere compertum habemus. Montana vero magis nigricans et fragrantior videtur *Valeriana Hardwickii* Wallich[51]. esse, etiamsi ipse eam non cognoscam. Provenit vero in omnibus Emodorum montium iugis.

Aetate, quae Dioscoridem excepit, indica nardus *νάρδου στάχυος* nomine insignita fuit.[52] Arabibus genus omne dicitur سنبل, et primitivo nomine نردين. Avicenna, in epitomen contrahens Dioscoridis descriptionem, et de specie عصفر (lutea) loquitur[53], in qua voce exponenda mirum est quantum hallucinetur Salmasius.[54]

Cap. VII. *De celtica nardo.* Nullus dubito, *Valerianam celticam* pariter ac *Saliuncam* All., quarum illa in alpibus Styriae Carinthiaeque, haec in alpibus Liguriae provenit, intelligi, maxime postquam Wulffenius commercium florentissimum retulerit, quod et nostra memoria quaestui incolis est, dum navigia quotannis Tergesti onerant hac planta, per totum Orientem lectissima ad unguenta condienda.[55] Avicenna eamdem vocat القليطى: dein vero de الغليط loquitur, quam vocem e priore corruptam esse autumat Salmasius; sed cum *ἁδρόν* exprimat, potest etiam versio esse *θυλακίτιδος*.

Saliunca nomen genuinum celticum hodienum valere dicitur.[56]

Τράγον, quem olim, gravi errore, pro *Saxifraga*

50) Ptolem. 6, 7. Plin. 6, 26. Samfur hodie dicitur oppidum Arabiae, inter Hodeidam et Sanam.
51) Roxb. fl. ind. 1. p. 166.
52) Galen. fac. simpl. 8. p. 84.
53) Avic. ed. arab. p. 225.
54) Homon. hyl. iatr. p. 130. 131.
55) Jacqu. collect. 1. p. 30. 31.
56) Dalechamp. hist. pl. p. 982. Valer. Cord. in h. l. p. 2.

Hirculo L. habebam, neutiquam ea esse planta potest. Crescit haec enim in paludibus borealibus, radicem habet fibrosam, folia linearia lanceolata, caulem erectum, flore croceo terminatum. Iam vero, quaenam sit ea planta, plane nescio, ni forte ῥιζοτόμοι *Valerianae saxatilis* L., omnino una cum celtica crescentis, radices graveolentes, neutiquam aromaticas, simul evulsas caule privarint, ut pondus augeretur.

Cap. VIII. *De Nardo montana.* Hanc esse *Valerianam tuberosam* nullus dubito, cum in montibus Ciliciae, Cretae et Cypri copiosam invenerit Sibthorpius, cum radices gerat tuberosas, fragrantes, cum asphodeli radicibus omnino comparandas. Quid autem ἤρυγξ sit, cui folia et caules simulantur, divinare neque. Namque de Eryngio sermo esse nequit, etiamsi spinae desint.[57] Habet enim folia radicalia oblonga integerrima, caulina pinnatifida. Coniecturam Iustiniani Chii confirmant tum mentio caulis praegrediens, tum ipsa natura, quae cognita Cilici auctori esse debebat.

Θυλακῖτις dicebatur, quod tuber similitudinem quamdam cum fiscella haberet, sicut et papaver ob caput seu capsulam eodem nomine insigniebatur.[58] *Νῆρις* graeca mihi videtur vox, a loco natali desumta: *νηρίδες* enim rupes Hesychio dicuntur. *Πυρῖτις* est aliud cognomen, a Galeno adhibitum.[59]

Cap. IX. *De Asaro.* Nullum potest dubium esse, quin nostrum intelligatur *Asarum europaeum.* De cognominibus parum constat, nisi quod *baccar* Virgilii eadem planta esse videtur, quoniam et cum hedera iungitur, et coronariis herbis adnumeratur.[60] Et nostra aetate incolas agri veronensis hanc plantam *baccheram* aut *baccaram* vocare, Pollinius auctor est.[61]

Cap. X. *De Phu.* Nemo scientius hoc caput illustravit, quam Fab. Columna, qui, cum iuvenis comitiali

57) Neque tamen eo minus Fab. Columna cum Eryngio Nardum comparat. (Ecphras. p. 213.)

58) Diosc. 4, 65. 59) De fac. simpl. 8. p. 81.

60) Virg. ecl. 4, 19. 7, 27. 61) Flor. veron. 2. p. 91.

morbo conflictaretur, Valerianae ope revaluit. Tum in phytobasano[62], tum in ecphrasi stirpium[63] *Valerianam* nostram *officinalem* eam esse stirpem statuit, quam Dioscorides Φοῦ nomine descripserit: additis textus emendationibus, quas et ego adoptavi. Tantum autem abest, ut primus hanc sententiam protulerit, ut potius iam Brunfelsius diserte dicat: Phu esse nostram Valerianam.[64] Aliam speciem, *V. Phu*, quae et nostra aetate id nomen gerit, primus pro vero Dioscoridis Φοῦ habuit Valer. Cordus:[65] neque tamen ullum addidit argumentum, quo haec opinio fulciretur.

Nostra memoria, cum Asiae minoris plantae solertius examinatae sint, in Lycia invenit Hawkinsius, Sibthorpii comes, Valerianae speciem, quam *Dioscoridis* dixit, quod magis cum descriptione conveniret. Namque pastinacae aut oleris atri folia multo aptius cum huius speciei aut *V. sambucifoliae* Mikan. foliis comparantur, quam cum foliis Valerianae officinalis.

Ναρκίσσου pro *νάρδου* legerunt et Arabes, ut Avicenna[66] نرجيس habet, quod e نردس facillime potuit formari.

Cap. XI. *De Malabathro.* Obscuro huic loco lucem primus attulit Garcias[67a], dum Cassiae esse folium perhiberet. Quae cum arbor sit in India cis Gangem crescens, potuerunt quidem folia vento deiecta paludibus aut fluminibus innatantia reperta esse, unde, sicut in pluribus indicis mercimoniis, fabula illa originem duxisse videtur. Garcias addit, indicum nomen esse *Tamalabathra*, quod fictum esse alii tradunt e Malabaria, Indiae provincia et *Bathron*, quod folium signat. Sed et hodienum id cognomen Cassiae apud Indos vulgare est.[67b] Graeci serio-

62) Ed. Jan. Planc. p. 92 — 98.
63) p. 210 — 220. 64) Append. ad tom. 2. p. 5.
65) Annot. in Diosc. f. 5. 66) Ed. arab. p. 236.
67 a) Clus. exot. p. 177.
67 b) Fleming in Asiat. research. 11. p. 170.

res et *φύλλον μαλαβάθρου* et *φύλλον ἰνδικόν* vocant, et unguentum ex eo paratum *φυλλινόν*.[68] Arabes vocant ساذج, cuius significatum ignoro.

Cap. XII *De Cassia.* *Κασσία* aut *κασία* quibusdam derivari posse videtur ab ebraico קְצִיעוֹת, quo cassia in codice sacro Ebraeorum pluribus locis insignitur. Radix ebraea קצע signat *abscindere*, *abradere*, ut modum, quo cassia paratur, indicet. Arabice dicitur سليخة, a سلخ, *cortex*. Species prima Dioscoridi appellatur *ἄχυ*, manifesto ebraicum אָחוּ, quod et LXX[69] et Siracides[70] in sermonem graecum recipiunt, signans palustres generatim plantas.[71] Hanc igitur esse *κασσίαν τὴν ἐκ λιμνῶν* Strabonis, nequaquam dubito.[72] Mercatores Alexandrinos nuncupasse hanc *δαφνῖτιν* refert: quod quidem cognomen malo a portu sinus Arabici *Δαφνοῦς* derivare[73], quam a lauro, cum qua parum aut nihil similitudinis obviam est.

Optimam speciem dicit purpurascentem, crassam, *ζίγιρ*, quam Galenus *γιζί* vocat.[74] *Ζίγιρ* nil aliud esse videtur, quam arabicum سجور, *τὸ φρύγανον, ἡ καύσιμος ὕλη*. Itaque vel ab eius usu apud Sabaeos profecta est appellatio, quoniam cassia uti eam nationem, tanquam cremiis vulgaribus, ad ignem accendendum, refert Strabo[75], vel etiam propter tenuitatem corticis cum *φρυγάνοις* confertur.

Μοσυλῆτις aut *μοσυλῖτις* Galeno *μόσυλλον* dicitur[76], a promontorio et portu mosylico, quo et unde cinnamomum et cassia devehebantur.[77] Hodie dicitur caput Guardafui.

Vilioris speciei nomen *ἀφυσήμων* iam sub textu exposui. Dicebatur et *κιττώ*, quod idem arbitror cum ebraico קִדָּה, et *δάκαρ*, دقر arabice, *luxuria* plantarum. Haec de cognominibus cassiae.

68) Nic. Myreps. 34, 22.
69) Genes. 41, 2.
70) Cap. 40, 16.
71) Hieron. in Jes. 7. col. 187.
72) Lib. 16. p. 455.
73) Strabo lib. 16. p. 418.
74) De antidot. 1. p. 72.
75) Lib. 1. p. 437.
76) De theriac. ad Pis. p. 257.
77) Plin. 6, 34. Ptolem 4, 7.

Iam de patria. Cum nostro consentiunt veteres omnes, Arabiam esse cassiae partiam. Et antiquissimus quidem testis est Ezechiel propheta, qui Tyrum afferri cassiam a Iavanicis ex Usal perhibet.[78] Iavan autem et Usal fuisse Arabiae felicis emporia, Bochartus docuit.[79] In ea patria declaranda uberiores sunt Agatharchides[80] et Strabo[81], teste etiam Dionysio Periegete.[82] Nostra quidem aetate, quamquam Niebuhrius cum Forskoleo obierint Arabiam, Cassia in ea regione haud inventa est. Id inde pendere videtur, quia regiones Arabiae, quae Austrum spectant Eurum, nondum pervestigatae sunt.

Comparat auctor folium Cassiae cum Piperis folio, in quo quidem non taxandus est, quoniam folia utriusque glabra, ovato-oblongâ, nervosa sunt.

Cap. XIII. *De Cinnamomo.* Antiquissimum aroma, cuius nomen etiam graecum a Phoenicibus commodatum fuisse Herodotus testatur[83], et in ipsis Ebraeorum priscis libris קִנָּמוֹן constanter dicitur. Ortam esse eam appellationem ex indico *Cacyn-nama,* quod *dulce lignum* interpretatur, non sine veritatis specie asseverat Marshallius.[84] Indicam originem quamquam nemo est qui ignoret, *κινναμωφόρος* tamen *χώρα* a priscis auctoribus tum in Aethiopia orientali, tum in Arabia saepissime celebratur.[85] Nec tamen nostris temporibus apertae sunt eae regiones. Vix mentionem merentur, quae nugator Philostratus de cinnamomo ad Caucasum crescente fabulatur.[86]

Id tamen notandum, et arabicam appellationem دار صيني esse indicae originis: namque in Bengalia et hodienum *Darschini* est nomen cinnamomi.[87] Cum Arabum doctri-

78) Ezech. 27, 19. וְדָן מֵאוּזָּל
79) Phaleg, col. 117.
80) Apud Phot. cod. 250. p. 458. 459. ed. Bekker.
81) L. c. p. 437. 455. 456.
82) Orbis descr. v. 939.
83) Lib. 3. c. 111. *Τὰ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες κιννάμωμον καλέομεν.*
84) Annals of philos. 1817. Oct. p. 255.
85) Strabo lib. 16. p. 418. 434.
86) Apud Phot. cod. 241. p. 325.
87) Fleming in Asiat. research. 11. p. 170.

na vincere coepisset vilia Graecae eruditionis rudimenta, Arabicae appellationes Graecis etiam substitutae, sed saepe male scriptae et pronunciatae sunt. Sic *Dâr-sini* transiit in *ἀρσενικόν*.[88]

Septem fere species enumerat Dioscorides, cum decem diversas distinguant, qui nostris temporibus Ceylonam frequentarunt.[89] Optimum declarant rubicundo-flavum, subinde in bruneum vergens aut pullum (*τῇ χρόᾳ μέλαν, τεφρίζον ἐν τῷ οἰνώδει*). Laeve debet esse, quoniam deglutus est cortex, et tenue: librum enim arboris solum continet: hinc fibrosa compages optimae est notae. Hoc e trimis frondibus sumtum semper praefertur crasso, corticoso, lignoso, quale e truncis prope radicem petitur. Id *ξυλῶδες* aut *ξυλοκιννάμωμον* noster appellat. Cassia lignea nostratum et Cassia cinnamomea eaedem esse videntur, unde et Cassiam ipsam ex eadem arbore provenire, quae Cinnamomum largiatur, veteres iam statuerunt.[90]

Cap. XIV. *De Amomo* ingens est disceptatio, quam dirimere in nostra eo minus est potestate, quo diutius iam e nostris officinis exulavit id aroma. Et primum quidem de nomine. *Ἄμωμον* pariter ac *ἀμφῶμος* Hesychio dicitur *ὁ λιβανωτός*, dein et *ὠμός*. *Om* vero seu *Hom* erat apud Persas veteres remedium universale adversus mala quaevis.[91] Hinc, cum et arabica vox حماما huic respondeat, persicam credo esse originem, neque assentior Salmasio, qui *ἄμωμον* cum *ἀμωμήτῳ* coniunctum, *mendae* aut *vituperii expers* interpretatur, ut amomis unguentis condita sint corpora mortuorum.[92] Neque arabicam vocem a حمام, *columba*, derivare ausim, sicut Bochartus, vel e calore eximio columbarum, qui cum ca-

---

88) Nic. Myreps. 32, 21.

89) Falk in act. harlem. 15. pag. 279. Thunberg it. vers. germ. pag. 270.

90) Galen. de antidot. I. p. 70. *Καὶ γὰρ καὶ γίνεταί ποτε κιννάμωμον ἐκ μεταβολῆς τῆς κασσίας, ὥςτε ὅλον μὲν ὁρᾶσθαι τὸ οἶον δένδρον ἀκριβὲς κασσίαν, ἀκρέμονας δέ τινας ἐν αὐτῷ κιννάμωμον, συνεχεῖς τοῖς κλάδοις τῆς κασσίας εὑρίσκεσθαι.*

91) Zend-Avesta, ed. Kleuker, 2. p. 381.

92) Plin. exercit. p. 283.

lefaciente aromatis vi conferri possit, effecit: aliis respicientibus ad similitudinem folii cum pede columbino, quam nullo modo agnosco.

Cum medio aevo omnis veri amomi notitia perditum ivisset, substituerunt officinae vel Sisonis Amomi semina, vel indicum aroma, quod cardamomo cognatum esset. Herbarii vero docti modo hanc modo illam plantam sic vocarunt, Anastaticam hierochunticam Cordus uterque, Cubebas Caesalpinus, myrtum Pimentam (americanam) alii, quibus et Clusius[93] addidit *Forsteram magellanicam* Sw., quam Drakius, illustris navarcha, forte apportaverat, decepto Clusio, cui persuasit pharmacopola quidam, se ex emporio sinus Persici Ormuz hanc plantulam accepisse. Nuper quoque Feaeus[94] Amomum Cardamomum L., quod cum Lamarckio racemosum vocat, pro Amomo veterum habuit, licet nulla profecto nota utrique communis sit.

Equidem autem ante viginti annos sententiam Pluknetii defendi: Amomum esse *Cissum vitigineam* L. Arbusculam nominat Pluknetius[95] bacciferam, circumplicatilem, vitigineo folio subtus lanato, fructu racemoso, fervidiore odore. Fruticulus est scandens, subvolubilis, ramis fulvescentibus, foliis cordato-subrotundis quinquelobis, subtus ferrugineo-pubescentibus, quae cum Bryoniae foliis conferri possunt. Flores sunt umbellati, incani, ut ergo color Levcoïum aemuletur. Baccae sunt pyriformes, coerulescentes, odore, sapore fervidae.

Obstare videtur patria: namque nostra extra Indiam orientalem inventa non est. Amomum autem a Dioscoride ex Armenia venire, e Media et Ponto ipso dicitur. Assyrium vocant Romani.[96] In Mesopotamia crescere perhibet Strabo[97], *Καιρῶν χώραν* (Carduenen) patriam dicit Iosephus.[98] Quamvis haud sine exemplo est, indicas

---

93) Exot. p. 199. 94) Flor. virgil. p. 16. 199.

95) Mant. p. 27. t. 337. f. 2.

96) Virgil. eclog. 4, 25. Quid quod scythicum nominat Damocrates apud Galen. de compos. med. sec. loc. 8. p. 224.

97) Lib. 16. p. 290. 98) Antiqu. iud. 20, 2.

plantas etiam in Assyria vetere reperiri, credo tamen, propter emporia, ad Euphratem et Tigrin, in Media et ad Pontum euxinum celebria, quae aroma illud apportabant, has regiones pariter commutatas fuisse cum ipsa patria, ac id in reliquis Indiae aromatis contigisse, iam supra probavimus.

Graviter erravit Plinius, dum, postquam vitem labruscam indicam nuncupavit, folia cum punici mali foliis comparat, quibus etiam adulterari scribit.[99]

Nec de Rauwolfii Amomo, quod ipse ex Armenia habuisse testatur[100], nec de Anguillarae, quod *Pepe salvatico* vocat, quod suo tempore in hortis venetis patavinisque cultum sit[1], aliquid certi pronuntiare ausim.

C. Hofmannus malam suadet textus mutationem. Ubi legimus: *ἐκλέγου τὸ πρόςφατον, οὐ πεπιλημένον ἢ συμπεπλεγμένον, λελυμένον δὲ καὶ διακεχυμένον*, contrarium iubet scribi: *τὸ πρόςφατον, πεπιλημένον ἢ συμπεπλεγμένον, οὐ λελυμένον δὲ καὶ διακεχυμένον*. Immemor certe fuit Hofmannus, secundum Plinium adulterari amomum „gummi liquido, ut cohaereat convolvatque se in uvae modum.“

Ἀμωμίς illa, qua adulterabatur verum amomum, est vel Cissi alia species, inodora, cuius fructus decidunt, vel Bryoniae species, quae sicut Br. dioeca, floret quidem, sed fructum in mascula planta ferre nequit. Amomis, quam Clusius et Dalechampius[2] pingunt, est planta pusilla magellanica, quam dixerim *Arbutum microphyllam* Forst., nisi nimis obscura esset icon. Sed Drakius, a quo Clusius plura habuit, eam attulisse videtur.

Cap. XV. *De Costo*. Tres enumerat auctor species, primam arabicam candidam, indicam alteram nigricantem, tertiam syriacam, buxei coloris odoreque ferientem. Priores duae species aetate solummodo differre videntur, quod iam Garcias autumavit.[3] Arabica autem est dicta prima species, non quod in Arabia crescat, sed quod Arabes

99) Lib. 12, 28.
100) Iter german. p. 128.
1) Semplici, p. 34.
2) Hist. p. 1814.
3) Clus. exot. p. 205.

eam ex India advcherent. Namque in Arabia saltem a recentioribus haud inventa est. Linnaeus tamen etiam *Costum arabicum* dixit.

Quid syriacus sit, quem Avicenna قسط الرومى, costum romanum, vocat, nescio. Non cognosco similem costo radicem, buxei coloris et odoris ferientis, nisi Galangae radix fuerit, quam Arabes demum introduxerunt.

Helenii radix, quam mercatores Commagenes costo admiscuerunt, potuit quidem pro eo sumi, cum et color albidus et odor subviolaceus et sapor amarus aromaticusque decipere queant. Attamen sapor magis rancidus est et glutinosus, nec fragrantia insignis.

Cap. XVI. *De Schoeno.* *Σχοίνων* varia erant Graecis genera: hinc Hippocratici auctores nostrum cognomine *εὐόσμου* distinguunt. Arabes اذخر vocant. *Σχοίνου ἄνθος* iam Galeni aetate appellatum fuisse, ipse miratur, cum ipse florem nondum conspexerit: qui enim advehatur, flores perdidisse, quod cameli in patria libentissime depascantur.[4] Contraxerunt dein *σχοίνου ἄνθος* in *σχοίνανθος*, sicut Aëtius et Io. Actuarius, unde Palladius Rutilius et Plinius Valerianus cum latinobarbaris *squinanthum* formarunt.

Esse autem gramen arabicum odoratum, aromaticum, nemo non videt. Garcias id describit, quemadmodum ex Arabiae ora habuit, quae Euronotum seu Vulturnum spectat. Est vero *Andropogon Schoenanthus*, quem et ex India orientali siccum habeo, et diu colui. Est autem fragrantissimus, dum recens est: odor cum citrino comparatur melius, quam cum rosaceo. Culmus superne fulvus est, rufescentes flosculi cum involucris. Si siccus teritur, camforacei aliquid spirat. Copiosus est in Arabia, ubi inventum Forskoleus Andropogonis bicornis nomine designat.[5] Crescit et in India orientali et in Africa australi. Quaenam autem graminis species libyca Dioscoridi dicatur, nescio, cum inutilem declaret. *Τευχῖτις* dicebatur arabicus,

---

4) De antid. 1. p. 70.
5) Flor. arab. p. 173.

quia in *τεύχεσι*, vasis, afferebatur. Quem Nabataei mercatores apportabant, indicus fuisse videtur. Hunc nabataeum vocat Avicenna أجامى, quod, sitne derivandum ab أجم, Syriae oppido, iuxta Damascum, an ab أجم, *arundineto*, ignoro.

Cap. XVII. *De Calamo aromatico.* Nihil abest, quin *Acorum* nostrum *Calamum* habeam hanc veteribus celebratissimam plantam. Indicus praesertim, a Rheedio delineatus [6], graciliorem habet radicem, quam nostri est, magis geniculatam, fulvam, intus albidam ac spongiosam. Nemini profecto ignota est fragrans et aromatica eius indoles. Arabibus dicitur قصب ذريرة. *Κιῤῥός* vertitur ياقوتى, qua voce color chrysolithi intelligitur.

Theophrastus solerter de patria calami et schoeni agit. [7] Esse inter Libanum et alium montem parvum convallem modicam et lacum amplum, iuxta quem in paludibus exsiccatis proveniant. Lacus ille Gennesaritis a Strabone vocatur [8], יָם כִּנֶּרֶת ab Ebraeis [9], *λίμνη Τιβεριάς* a Iosepho. [10] Burckhardtus in paludibus istis iuncos et arundines quidem altas, sed nec calamum, nec schoenum invenit. [11]

Cap. XVIII. *De Balsamo.* Fruticis celebratissimi patriam regionemque, ubi colatur, alii aliam indicant. In eo tamen plerique cum nostro conveniunt, in Iudaea provenire, sive sponte, sive hominum cura. Convallem Iudaeae, quam D. indicat, Theophrastus vallem Syriae vocat, in qua duo esse paradisi ferantur. [12] Eam regionem Strabo planitiem Hierochuntis dicit, feracem palmarum et balsami fruticis: [13] Iosephus *τὴν ἀπὸ τοῦ Καρμήλου κοιλάδα* pretioso balsamo celebratam nominat, quod in sola ea gignatur. [14] Galenus Engadinum balsamum tanquam praestantissimum laudat [15]: fuit autem Engadinum

6) Hort. malab. 11. t. 48. Vaëmbu.
7) Hist. plant. 9, 7. 8) Lib. 16. p. 327.
9) Numer. 34, 11. Jos. 13, 27. 10) Bell. iudaic. 3, 3.
11) Iter german. ed. Gesen. 2. p. 559.
12) Hist. plant. 9, 6. 13) Lib. 16. p. 367.
14) Antiq. iud. 5, 1. 15) De antidot. 1. p. 25.

oppidum lacui Sirbonidi vicinum. Denique Aristides Scythopolin Galilaeae dicit balsami feracem.[16] Burckhardto nuper accolae lacus Tiberiadis retulerunt, in hortis eius regionis fruticem eum coli, sed cum pessime eum descripserint, nec ipse peregrinator viderit, testimonium falsum esse videtur.[17] Etiamsi autem cultus fuerit frutex in Palaestina, haud tamen indigena esse videtur, quia nusquam eius in priscis Ebraeorum libris mentio fit: namque צֳרִי, quod in regione Gilead provenire dicitur[18], quodque Talmudici veteres plerique pro balsamo habent[19], nequaquam id esse, sed mastichen, probarunt Salmasius[20], Bochartus[21] et Celsius. Introduxisse eius culturam in Palaestinam regina Sabaea ex Arabia traditur.[22]

In ora Arabiae maritima, quam Sabaei habitabant, sponte provenire, iam Strabo docet.[23] Id et P. Alpinus perhibet[24]: et Forskoleus ipse eum fruticem haud procul a Mokha Arabiae invenit.[25]

In Aegyptum igitur, ubi plures fruticem eum cultum viderunt, ex Arabia introductum fuisse, idem P. Alpinus contendit. Praeter Dioscoridem Symeon Sethus[26], Abdollatifus[27], Ebn Alwardi et Bakui[28] Heliopolin Aegypti eam regionem vocant, ubi is frutex colatur. Ibi etiam, circa oppidum Arabiae vicinum, crucigeri balsami fruticem semet invenisse testantur.[29] Post renatas literas primus Petr. Belonius plantam in horto cahirensi visam de-

16) Orat. 3. p. 595. 17) Iter german. 2. p. 564.
18) Genes. 37, 25. Ierem. 8, 22.
19) Cels. hierob. 2. p. 183.
20) Homon. hyl. iatr. p. 173.
21) Hieroz. 1. p. 628.
22) Ioseph. antiq. iud. 8, 6. Comment. ad Theophr. p. 354.
23) Lib. 16. p. 434. 24) De plantis Aeg. p. 49.
25) Flor. arab. p. 79. Niebuhrio relatum est, ad Zafra in provincia Hedschâs verum balsamum provenire. (Beschr. von Arabien, p. 357.)
26) De cib. fac. p. 9. 27) Aeg. p. 13.
28) Notices et extraits, 2. p. 29. 445.
29) Iac. de Vitriaco in Bongars gest. Dei per Francos, 1 p. 1128. Marin. Sanut. 2. p. 260.

scripsit[30], dein vero plures. Et in ora maris rubri occidentali reperit Saltius, confirmante generis veritatem R. Brownio.[31]

Hactenus de patria. Iam inquirendum est in descriptionem plantae, apud veteres obviam. Dioscorides fruticem cum lycio aut pyracantha, folia sempervirentia cum rutae foliis comparat. Theophrastus haud ita bene arborem dicit malum punicam proceritate aequare, sed folia itidem rutae habet similia, et *ἔκλευκα*.[32] Rectius Strabo *τὸ φυτὸν θαμνῶδες* habet, *κυτίσῳ ἐοικὸς καὶ τερμίνθῳ.*[33] Pausanias fruticem ait myrto similem, folia vero maioranae.[34] Avicennae textus memorabilis est, nam protinus Aegypti oppidum Heliopolin (عين الشمس) balsami feracem pronunciat, dein arbusculam cum lycio (حضض) comparat, unde proficiscitur, *λυκίου* nos pro *λευκοΐου* recte posuisse.[35]

Egregie primus recentiorum Petr. Belonius formam fruticis delineat; fruticosam dicit arbusculam, duorum triumve cubitorum altitudine, foliis primum coniugatis, dein ternatis, demum pinnatis, foliolis lentisci aut rutae similibus, ciceris tamen folia haud superantibus. Ita et P. Alpinus. Tandem Forskoleus inventam in Arabia plantam cum Linnaeo communicavit, a quo scianter 1764 genus Amyridis stabilitum est.[36] Duas tamen species constituit, *Am. gileadensem*, foliis ternatis, et *Am. Opobalsamum*, foliis pinnatis, quae, Belonio observante, in unam contrahendae esse videntur.

Inciso ferreis unguibus arbusculae cortice, excipi balsamum, noster tradit, Theophrastum sequens. Tacitus, qui Palaestinam dicit balsami patriam, vim ferri haud adhiberi contendit, „pavere enim venas:" seu, quia facilius ferro altius demisso ipsum alburnum laeditur, haud succus peculiaris, sed latex crudus ascendens, promanat. Hinc

---

30) Obs. 2, 39. p. 110. ed. Clus.
31) Salt. iter. germ. p. 165. 476.
32) Hist. pl. 9, 6. 33) Lib. 16. p. 368.
34) Lib. 9. c. 28. 35) Ed. arab. p. 140.
36) Amoen. acad. 7. p. 68. 69.

fragmine lapidis aut testa aperiri corticem docet.[37] Ita et Plinius, qui „uni terrarum Iudaeae concessum“ balsamum tradit, incidi corticem vitro, lapide aut osseis cultellis docet. „Ferro laedi vitalia odit. Emoritur protinus, eadem amputari supervacua patiens. Incidentis manus libratur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet.“[38] Sic et Iosephus acutis lapidibus vulnerari corticem scribit.[39]

Copia balsami quavis aestate e frutice obtinendi Dioscorides ita tradit, ut quaestum omnem ex amplo horto faciundum indicet. Namque sex vel septem χόες vel congii faciunt 36 — 42 sextarios, aut 45 — 50 libras. Quae insignis copia fidem fere superat, ni cum Theophrasto statuamus, mixtum plerumque balsamum ac adulteratum, quod evehatur. Largiorem tamen singularum arborum venam suo tempore fuisse testatur Plinius. Postquam enim, dum sibi Iudaeam penitus Romani subderent, de pretiosa hac arbore dimicatum esset, sata fuit ea a fisco, „nec unquam fuit numerosior, aut procerior.“

Nostra aetate Arabes stillantes sponte e ramis fruticis guttas excipiunt, nec fertilissimus frutex ultra triginta vel sexaginta guttas intra diei spatium largiri dicitur.[40]

Egregie notae exponuntur, quibus genuinum balsamum ab adulterato distinguatur: in quibus memoranda praesertim acidula indoles, qua fit, ut lac coagulet. Inhaeret autem cuivis balsamo acidum quoddam, quod benzoïcum esse, nuperi probarunt chemiae magistri. Hinc fit, ut et succos plantarum coeruleos balsama rubro colore inficiant. Proinde iure nostro, accedente codicum auctoritate, *ὀξίζων* posuimus, loco *μὴ παροξίζων*. Dum nimis annosum est, oleum aethereum avolat, odor multo debilior fit, et pondus balsami augetur, ut et fundum aquae, cui iniicitur, petat.[41]

Hypericum illud e Petra oppido ad adulterandum

37) Hist. 5, 6. 38) Lib. 12, 54.
39) Antiq. iud. 14, 4. Bell. iud. 1, 6.
40) Gerlach. Reise nach Constantinopel, p. 227.
41) Murray appar. medic. 4. p. 40.

balsamum usurpatum, veram fuisse Hyperici speciem, probabile est. Scatent enim Hyperica, maxime orientalia, resina et oleo aethereo odorato. Nec absonum est, fruticosam seu arborescentem Arabiae indigenam speciem, quam H. *revolutum* Vahlius nuncupavit, eo consilio adhibitum fuisse.

Cap. XIX. *De Aspalatho.* Quinam fuerit is frutex spinosus, ligno rubescente, quo ad spissanda unguenta utebantur unguentarii, magnopere dubium est. Quodsi appellationibus fidendum est apud recentiores Graecos usitatis, ἀσπάλαθος est *Cytisus laniger* Cand. (Spartium villosum Vahl.) Frutex enim est rigidus, ramis ramulisque omnibus spinescentibus, foliis sericeis, calycibus villosissimis, leguminibus lanatis, quem in Africa boreali, Corsica, Neapoli, per omnem Graeciam et insulas maris aegei, in Rhodo etiam et Cypro invenerunt. Cum tamen vivum eum non viderim, nescio, fragrans sit et rubescens lignum trunci radicisve. In ramis florentibus saltem, quos in Corsica et ad Salernum lectos servo, nihil eius indolis animadverto, licet mihi notum sit, ad tingendum affines plantas adhiberi. Provenire eum fruticem Dioscorides ait in Istro, Nisyro, Syria et Rhodo. Istrus autem est Stephano Byzantino quadruplex: prima urbs Cretae, altera Ponti, tertia insula iuxta Triopium Cnidiae, quarta Iapygiae. Cum hic vero Istrus cum Nisyro, insula Cycladum, iungatur, intelligenda videtur esse insula inter Nisyron et oram Asiae minoris sita.

Alterum genus aspalathi habeo vel *Spartium horridum* Vahl., quod et in omni Graecia vulgare est, vel *Cytisum spinosum* Lam., quem P. Alpinus primus in Creta observavit.[42] Eo tyranni in Hade castigantur.[43]

Arabes vocant دار شيشغان, cuius originatio, ut cum Quintiliano loquar, me fugit.

Cap. XX. *De Bryo.* Βρύον varium habet significatum. Floris gemma dicitur Theophrasto[44] et ipsi Dioscо-

42) De plantis exot. p. 12. 13.
43) Plato de leg. 10. p. 471. ed. Gryn.
44) Hist. pl. 1, 1.

ridi.[45] Amenta mascula Theophrasto[46]: alii flores et Theophrasto[47] et Nicandro.[48] Theophrastus quoque algas marinas generali nomine *βρύου* signat.[49] Noster hic lichenum species, quae arbores inhabitant intelligit, Usnea nostratibus dictae, ab Arabico أشنة (*Oschnah*). Odoratissima earum est indica, *Alectoria Arabum* Achario dicta, quam et Dillenius icone expressit.[50] Aliae minus odoratae sunt, licet a serioribus saepe adhibitae: *Usnea florida, barbata* et *plicata*, quae, dum in coniferis arboribus crescunt, odoratiores esse consuescunt. Avicenna, qui et in iuglande inveniri asserit, meliorem tamen declarat ex India apportatam.[51]

Cap. XXI. *De Agallocho* post Rumphii, Loureirii et Celsii labores multo certius iudicare possumus. Et primum quidem de nomine. Graecum nomen *ἀγάλλοχον*, cui respondet arabicum أغلاجين (*Agalladschin*), a priscis Ebraeis אהלים aut אהלות vocatur.[52] Primitivum autem nomen in arabicis appellationibus اللوة (*Allowat*) et اللية (*Allijath*) servatum esse videtur. Radix insuper لوى tortum id ac anfractuosum lignum signat. Ex ultima arabica voce *Allowat* Graeci *ἀλόην*[53] et *ξυλαλόην*[54] formarunt. Ceterum Arabes saepius id lignum etiam عود الهندى (*Ud alhendi*), aut عود (*Ud*) *κατ᾽ ἐξοχήν* vocant.

Iam ad ipsam ligni indolem et generis definitionem. Noster lignum cum *θυΐνῳ* e *Thuia articulata* Vahl. propter *γόγγρους*, quibus scatet, comparat. Esse punctatum, odoratum, astringentem cum quadam amaritudine, cortice tunicato et subvariegato. Arabes multo uberiores sunt in variis Agallochi speciebus distinguendis: quae, ad locorum natalium nomina vocatae, nec nova indigent il-

45) Lib. 3, 150.
46) Hist. pl. 1, 2. 2, 1. 3, 3.
47) Hist. pl. 3, 7. 9, 18.
48) Theriac. v. 71. 895.
49) Hist. pl. 4, 6.
50) Hist. musc. t. 84. f. 10.
51) Ed. arab. p. 128.
52) Num. 24, 6. Psalm. 45, 9. Cant. 4, 14.
53) Io. 19, 39.
54) Salmas. Plin. exerc. p. 743.

lustratione, nec nostrae videntur aetatis mereri attentionem. Proinde, nusquam laureolam in mustaceo quaerens, omnia haec mitto, ut propius, quid sit agallochum, indicem. Est autem lignum gongrodes, i. e. morbo quodam natum, quo gemmae propaginesque reprimuntur, idque oritur, quod nostrates *Maserkröpfe*, Galli *Madreure*, Itali *Marezzi* vocant. Hac autem congestione oleosarum resinosarumque partium in gongris fit, ut frustis his extractis arbor omnis pereat. Est vero *Aloëxylon Agallochon* Lour., arbor procera, quae per Indiam orientalem, Cochinchinam et insulas maris indici satis frequens, raro tamen gongros hos odoratos producit. Quanta solertia incolae insularum moluccanarum haec lignorum frusta odorentur, Rumphius refert.[55] Modo enim nasi ope investigant, modo noctu aut diluculo, putrescentium frustorum vestigia lucentia oculis sectantes, pretiosissimam materiem persequuntur.

Cap. XXII. Quid *Nascaphthon* aut *Narcaphthon* sit, ingenue fateor me nescire, quando et Iablonskius suam expositionem iterum abrogavit.[56] Credidi quidem olim, hoc φλοιῶδες fuisse appellationem *macis*, seu arilli nucis moschatae. Sed id quis probaverit?

Cap. XXIII. De *Cancamo* ante hos triginta, et quod excurrit, annos uberrime disserui.[57] Neque ullam video rationem, cur sententiam ibi pronunciatam deseram. Cancamum est lacrima arabicae arboris, myrrhae quodammodo similis, sed virosi gustus. Quaenam arbor illa sit, plane nesciremus, nisi Rhazeus eam, لك (*lakh*) nominatam, ex arbore fluere diceret, quam cum غبير (*gubera*), *Sorbo domestica*, comparat, quaeque ad oram maris persici crescat.[58] Avicenna de *Lakh* eadem praedicat, quae de قنقهر (*Kankehar*), pro quo legendum est قنقهام (*Kankeham*) seu κάγκαμον, arabicae originis.[59]

---

55) Herb. amboin. 2. p. 50.

56) Opusc. I. p. 158.

57) Antiqu. bot. p. 80 — 88.

58) Rhaz. contin. 23, 701.

59) Ed. arab. p. 247.

Est autem in Arabia et Africa, quae Euronotum spectat, *Amyridis* species vulgaris, quam Forskoleus *Kataf* dixit, quae, Sorbo domesticae similis, quotannis, dum pluvia abundat, intumescere praegnansque dicitur evadere pulvere rubro fragranti, quo capita aspergere mulieres arabes consuescunt.[60] Lignum eius arboris in Aegyptum transfertur, quo vasá hydrophora fictilia eius fumo impraegnentur. Gummi eiusdem arboris alvum ducit, adeoque obesos emaciat et menstruum sanguinem prolicit.

Cap. XXIV. *De Cyphi.* Suffimenti huius e variis rebus compositi nomen aegyptium Iablonskius bene exposuit.[61] Damocrates iambis compositionem cyphi descripsit[62], ut et Plutarchus.[63] Ideoque haud mediocrem acquisivit famam apud veteres.

Cap. XXV. De *Croco* nullus dubitationi locus, quid sit. Multo magis de natalium locorum praestantia ambigitur. Corycium noster primarium vocat, secundum lycium, e monte Olympo Lyciae, tertium, quem Aegae, oppidum Aeolidis, inter Pergamum et Magnesiam, proferat. Loco *Αἰολίδος*, quod codd. vindob. habent, editiones omnes ponunt *τῆς Αἰτωλίας*. Quá regione cum nullum eius nominis oppidum notum sit, Saracenus iam suasit, *Αἰολίδος* esse ponendum, de quo conferatur Wesselingius.[64] Cyrenaicum et siculum declarat debiliorem. De cyrenaico autem contrariam Theophrastus profert sententiam: odoratiorem enim esse cyrenaicum aliis docet, rationemque suo modo reddit.[65] Quod siculum attinet, haud me fugit, in editionibus legi: *ὁ ἐκ Κεντορίας πάντων τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν εὐσθενὴς κατὰ δύναμιν· λαχανώδεις ὄντες πάντες· διὰ μέντοι τὸ πολύχυλον καὶ εὔχρουν οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὴν θυίαν βάπτοντες, τούτῳ χρῶνται.* De centuripino croco locus quidem exstat apud Plinium[66], quem transscripsisse serior quidam librarius videtur. Nam-

60) Forskol flor. arab. p. 80. 61) Opusc. p. 118.
62) Galen. de antidot. 2, p. 117. 63) De Iside p. 383.
64) Ad itineraria romana p. 145. 146.
65) Hist. pl. 6, 6. De causs. pl. 6, 17.
66) Lib. 21, 17.

que in vetustis codicibus nihil eiusmodi invenitur, nisi verba ea sola, quae equidem posui.

Cap. XXVII. *De Helenio.* Antiquitus nostrum helenium iam nomen suum habuisse, certum est. Nomen sortitam esse plantam e lacrimis Helenae, cum occisum ab haemorrhoide Canobum defleret, fabulantur veteres.[67] Succum eius praedulcem laudat Plinius, unde et nectarium dictum, et cum rubo idaeo confertur.

Alterum vero helenium, aegyptium dictum, *Teucrium* videtur *Marum* esse, cum Cratevas et Dioscorides ita id describant, ut facilis sit coniectura. Folia cum lenticulae foliis comparantur: Plinius, commutata eorum indole cum foliis, serpylli foliis similia dicit, Apuleius amaraci, confuso helenio primo cum hoc. Haec est species, quae coronaria fuit.[68]

Cap. XXXIII. Sicyonium oleum manifesto docet D. nomen a Sicyone habere, cuius ager nobilissimae fertilitatis[69] olei admodum ferax est.[70] Posteri sicyonium conficere consuerunt e radicibus cucumeris sylvestris (*σίκυς ἄγριος*), cui et taedam pineam et foenum graecum addiderunt, ut et breviori tempore albidum redderent et fortius.[71]

Cap. XXXIV — XXXVI. Sordes balneorum, palaestrae et gymnasiorum, inter se manifesto differentes, eo magis peculiarem exigunt declarationem, quo magis aliena omnis eorum institutorum ratio est a nostris moribus. Siquidem in balneis vulgaribus camerae erant singulares, in quibus sudor detergebatur.[72] Fiebat id ope *στλεγγίδος*, seu cultelli incurvi, obtusi[73], aurei, argentei vel eburnei, quem, sicut in thermarum ruinis a Traiano imperatore exstructarum inventus est, depingi curavit Mercurialis.[74]

67) Plin. 21, 33. Ptolem. Hephaest. apud Phot. c. 190. p. 149. Etymol. magn. 297.
68) Theophr. hist. 6, 1. 6., causs. 6, 11.
69) Liv. 27, 31. 70) Wheler it. p. 443.
71) Paull. Aegin. lib. 7. p. 298.
72) Galen. meth. med. 10, 10. p. 708. 709.
73) Galen. de fac. simpl. 10, 14. p. 283.
74) De arte gymnast. p. 20.

Itaque balneorum sordes nihil sunt, nisi sudor ipse humanus, a corpore derasus, cuius salsedinem manifestam cum obscuro amarore Galenus perhibet esse molliendi discutiendique vi praeditam.

Differunt autem omnino sordes e palaestris. Etenim, qui in palaestris luctum erant inituri, prius alipterium ingredientes ungebantur, uncti autem ad conisterium seu locum, ubi pulvis erat, transeuntes, pulvere conspergebantur, sicque deinceps in varias exercitationes prodibant: quibus absolutis à reunctoribus et mediastinis iterum earumdem *στλεγγίδων* ope deradebantur. Earum autem sordium, e sudore, oleo pulvereque compositarum, usus erat medicus insignis. Atticis dicebantur *κονίσαλος*, aliis *πάτος*.[75]

Mirari desinet, sordes eas foedas a veteribus remediorum loco fuisse celebratàs, qui meminerit, nec cogitari quicquam obscoeni aut immundi posse, quod Xenocrates saltem Aphrodisiensis repudiaverit. Namque et genituram virilem, quae post congressum e sinu muliebri effluit, contra perniones[76] et menses ipsos bibendos, et cerumen, et iecur humanum voranda praecepit. Infamia ea praecepta Galenus ita perhorrescit ac abominatur, ut Romanorum leges, ne quis carne humana vescatur, in censum vocet.

De sordibus gymnasiorum paullo difficilior est quaestio. Derasas eas esse a statuis noster testatur. Statuas autem et columnas in gymnasiis frequentes dicit Lucianus.[77] Quaenam eae sordes fuerint, ex unico Theophrasti loco[78] coniicio. Statuas ibi sudare quandoque refert, màxime si e cedrina materia sculptae sint. Exsudans ille liquor oleaceo-resinosus, pulvere mixtus, quo aër gymnasiorum repletus esse debuit, medicas virtutes habuisse, quis est qui negarit?

Cap. XXXVII. *De Elaeomelite.* Est succus melleus,

---

75) Galen. de fac. simpl. l. c. Lucian. Anachars. p. 156. 188. ed. bipont.

76) Galen. l. c. p. 250.

77) L. c. p. 194. 78) Hist. pl. 5, 9.

neutiquam oleaceus, qui intra librum alburnumque trunci collectus, vel foratione trunci elicitur, vel, dum rumpitur cortex, effluit. Similem et nostrae arbores, dum finditur cortex, largiuntur; gummi exemplo, quod e cerasis annosis, cortice fisso, exsudat. Alvum eo succo duci, satis commune est omnibus substantiis melleis, etiamsi stuporem aut soporem inde natum exponere nequeam. Potores certaturos praesumere ex eo cyathum unum Plinius refert.[79]

Additos fuisse, dum oleum olivarum pararetur, ramusculos oleagineos, non ex hoc solo comperimus loco, sed etiam e Galeno.[80] Is enim, ut oleum astringente vi omphacium aemuletur aut *ὠμοτριβές*, ramusculos addi testatur. Sic in Geoponicis suadetur, ut oleum hispano simile conficiatur, succum novellorum ramusculorum oleae admiscere, ut acrimoniam quamdam ac amaritudinem oleum obtineat.[81]

Cap. XXXVIII. *De oleo ricini.* Duos modos enumerat, quibus paretur; coctionem nimirum et expressionem. Uterque modus, nostra etiam aetate usitatus, sua habet detrimenta. Molita enim grana torculoque expressa turbidum largiuntur oleum, quoniam mucilago simul in olei mixtionem abit. Coctione autem dulcedo perit et oleum facilius rancidum evadit.[82] Quam ampla fuerit apud Aegyptios huius olei consumtio, etiam ad culices abigendos, refert Herodotus.[83]

Διαστροφαὶ τῆς ὑστέρας, conversiones uteri, complectuntur etiam perversum uteri situm, qui in graviditate contingit, ubi vel versus os sacrum fundus uteri promovetur, cervice sursum tracta; vel in vesicam provolvitur uteri fundus, cervice orificioque in intestinum rectum vergentibus. Ea vitia Hippocraticis iam nota, ab iis describuntur.[84]

---

79) Lib. 23, 50.
80) De fac. simpl. 6. p. 868. 869. Cf. et Meth. med. 12. p. 822.
81) Lib. 9. c. 26.
82) Murray apparat. med. 4. p. 204.
83) Lib. 2. c. 94. 95.
84) Hipp. de morb. mul. 1. p. 590. 597. Foës.

Cap. XXXIX. *De oleo amygdalino.* Cum hic primum *ἡμιώριον*, hora dimidia, occurrat, quaeritur, quonam modo diei partes antiqui metiri consueverint. Divisionem autem diei in duodecim partes, una cum gnomone et poli situ, didicisse Graecos a Babyloniis, testatur Herodotus.[85] Eam artem, umbris solis metiri diei partes seu horas, Anaximenen Milesium perfecisse, auctor est Plinius[86], quem morem solis cursum indagandi suo tempore suetum declarat Xenophon.[87] Ea horologia bello punico primo ad Romanos pervenisse Varro testatus erat.[88] Serenis tantum diebus eae horae certae erant: nubilo metiri tempus ope clepsydrae aut horologii hydráulici docuit a. u. c. 595 (ante Chr. 159) Scipio Nasica, collega consulis Laenatis. Inventam eam machinam fuisse a Ctesibio Alexandrino, Ptolemaeo Evergeta Aegyptum regnante, Vitruvius tradit.[89] Cum tamen vulgatus huius machinae usus fieri non posset, Graeci Romanique aequales fere nostris horas solo aequinoctio habuerunt: eo breviores diurnae fiebant per brumam, quo longiores nocturnae: per aestatem contra eo longiores diurnae, quo breviores nocturnae. Namque duodecim partes (*μέρη*, *σημεῖα*) et diei et noctis numerabantur, sive longiores fuerint dies noctesque, sive breviores. Quodsi vero simpliciter horae nuncupantur, intelliguntur aequinoctiales, quae igitur nostris fere aequales sunt.

Cap. XLVII. *Μετασυγκρίνειν* est vox methodicis usitata, qua medendi ratio signatur, e *θεραπείᾳ φιλοπαραβόλῳ* Asclepiadis orta.[90] Qui enim corpora statuebant esse *συγκρίματα τῶν ὄγκων*, seu molecularum, ii etiam morborum caussam quaerebant in laesa molecularum ad poros seu spatiola ratione, quam restituere vel *μεθοδικῶς*, *στεγνώσει* vel *χαλάσει* studebant, vel *φιλοπαραβόλως* acria quaevis atque incitantia ad restituendam eam rationem adhibebant. Haec vero methodus dicebatur *μετασύγ-*

85) Lib. 2. c. 109. 86) Lib. 2, 78.
87) Memor. 4, 3.
88) Apud Plin. 7, 60. 89) Archit. 9, 9.
90) Cael. aurel. acut. 1, 15. 3, 8.

κρισις aut *μεταποροποίησις*[91]: qua omnino, si vires labascunt in morbis acutis, maxime vero in diuturnis, et nostra aetate boni utuntur medici, dum arnicam et phosphorum, hydrargyri et stibii praeparata, tincturam cantharidum et argentum nitricum propinant.

Cap. LI. Oleum mastichinum optimum in insula Chio parabatur, quoniam laudatissima a priscis inde temporibus chia fuit mastiche.[92] Galenus e sola chiâ, candida ea, oleum parari, ex aegyptia vero, quae nigricans, neutiquam, asseverat.[93] Nostra etiam aetate, licet Pistacia Lentiscus per omnem orientem crescat, e Chio insula tamen mastichen nobilissimam ipsi Arabes petunt.[94]

Cap. LII. Cum *μύρων* admodum multiplex esset apud Graecos usus, variae etiam praedicabantur compositiones, quibus duo potissimum genera exstiterunt: *στακτά* vel *ψακαστά*, fluida et stillatitia, aut *παχέα*, spissa, quae variis vegetabilibus *στύφουσι* in eam molem redigebantur.[95] Videntur autem molem unguentorum spissiorem praetulisse, ut melius conservarentur: cui fini et sales apti erant, quos frequenter adiicit noster. *Στύμματα* ea seu spissamenta xylobalsamum praeprimis, schoenanthum et calamum aromaticum comprehendebant. Odorem suum fere amittebant, ut unguentum et spissius et aptius redderent ad recipiendum primarium odorem.[96] Plerumque addebantur *ἡδύσματα* ad acuendam fragrantiam, in quibus militabant nardorum species, myrrha, costus et alia. Nonnunquam et *εἰς χρωματισμόν*, coloris gratia, crocus aut anchusa, cinnabaris etiam, assumebantur.

Cap. LIII. Ut unguentum rosaceum paretur, rosarum numero mille ad viginti libras olei sumuntur. Hinc, quod iam Saracenus observat, *ῥόδων ἀριθμῷ χιλίων πέτα-*

---

91) Galen. de facult. simpl. 5. p. 783. meth. med. 4. p. 270.
92) Plin. 12, 36.
93) De fac. simpl. 7. p. 69.
94) Niebuhr Beschr. von Arab. p. 144. Tournef. it. p. 144.
95) Athen. deipnos. 2. p. 46. 48. ed. Schweigh. Romanis mulieribus opulentis gratissima erant unguenta *foliata* (e malabathro) *et spicata* (e nardo). Galen. de sanit. tuend. 6. p. 440.
96) Theophr. de odor. p. 738. 739.

λα legendum. Nam mille rosarum petala haud sufficiunt.

Cap. LIV. Quamvis *ἐλάτη* vulgo Pinum Piceam denotet, signat tamen et *σπάθην* seu involucrum spadicis palmarum, quod corticem Plinius vocat. *Ἐλάτην* ligneam (coriaceam potius) nuncupat Theophrastus, qua propter fragrantiam utantur ad unguenta conficienda.[97] *Ἐκ σπάθης δένδρου* parari unguentum, Paullus Aegineta monet.[98]

Cap. LXII. Susinum unguentum nomen habere a liliorum appellatione semitica שׁוּשָׁן, Arab. سوسن, quae etiamnum superest in hispan. *Azucena*, certum est. Inde et in Palaestina, liliorum feracissima, et in Phoenice optimum conficiebatur id unguentum, et Phoenices, templum Salomonis aedificantes, capita columnarum aut coronas ad liliorum formam (מַעֲשֵׂה שׁוּשָׁן) sculpebant.[99] Hinc et Stephanus Byzantinus et Eustathius[100] Susam, Persidis metropolin, appellatam esse a liliorum copia ibi crescentium referunt.

Susini confectionem paullo aliter, et clarius quidem, describit Paullus.[1] Laudabili vero solertia veteres unguenta talia paraturos iusserunt, ut paullatim tantum flores odoratos adiicerent, quoniam, si semel ac simul omnis eorum copia iniiceretur, nec debito modo extrahi e singulis floribus odorifera substantia, nec arceri a superstitibus floribus putredo posset aut foetor.

Cap. LXIV. Butyrinum, styracinum et onychinum unguentum difficultatis non nihil habent. Affinia crocino ea esse et confectione et efficacia, auctor perhibet. Butyrinum dictum fuisse a butyro, quod olei loco sumeretur, Marcellus Vergilius statuit; neque ab assensu alienum me esse fateor, nisi quod repugnet, sumtam fuisse appellationem a vehiculo potius, quam, ut ubique fit, a substantia principali. Styracem sumtum fuisse loco myrrhae,

---

97) Theophr. l. c. p. 742.
98) Lib. 7. p. 296.
99) 1 Reg. 7, 19. 22.
100) Ad Dionys. v. 1073.
1) L. c. p. 297.

probabile est. Ὄνυχα ἀρωματίζοντα ingressum esse onychinum unguentum, nequaquam dubito, etiamsi sciam, et Cornarum et Fuchsium aliud quid hic loci intellectum existimasse. Cum nempe bdellium ipse D. ἐοικὸς ὄνυχι vocet, cum Damocrates βδέλλην, ὄνυχά τε iungat [2], rati sunt docti viri, et ὀνύχινον unguentum potius a βδελλίῳ nomen gerere, quam ab onyche odorato. In eo autem assensum mereri nequaquam videntur.

Cap. LXV. Cyprini unguenti confectio e Cypro, i. e. *Lawsonia alba* Lam., a Theophrasto ita docetur, ut cardamomum aspalathumque prius odorato vino macerari, mature autem cyprum eximi et exprimi iubeat, ne foetere incipiat et putrescere. [3] Haud puto, cum Cornaro loco ἐλαίου λίτρας θ′ esse ἐλενίου legendum: et primum quidem, quia nulla nos cogit librorum scriptorum auctoritas: dein, quod compositio Posidonii, repetita a Paullo [4], praeter helenium etiam cyprri flores, iridem, salviam, maioranam etc. continet, et longe alio modo paratur. Accedit, cum pondera calami, aspalathi, myrrhae et cardamomi praecipiantur, olei etiam copiam necessario indicari debere. Initio autem generatim docebatur, quale oleum et quomodo praeparatum sumendum sit.

Cap. LXVIII. Amaracinum unguentum in Cyzico probatissimum fieri, D. testatur. Galenus vero [5], qui et amaracum in Cyzico crescentem vidit, et quomodo a maro differat, observavit, sua aetate asserit ad id unguentum solum adhibitum fuisse marum. Hortatus est ipse eius unguenti confectores, tantum amaraci iniicerent, quantum mari. Quo facto unguentum minus odoratum deprehendit. Sic Theophrastus confici id ex optimis aromaticis docet, praeter amaracum. Hoc enim odoramento nihil unquam seplasiarios in unguentis uti, sed falsam esse appellationem (a maro repetendam.) [6]

De oleo petrae seu petroleo est additamentum manifesto spurium, hoc loco ineptum, atque a vero admodum

2) Galen. de compos. med. sec. loc. 8. p. 226.
3) De odor. p. 740. 741.
4) Lib. 2. p. 298. 299.
5) De antidot. 1. p. 53.
6) De odor. p. 742. 743.

aberrans. Etenim quis dixerit teterrimum petrolei odorem bonum? (*εὐῶδες μετά τινος βαρύτητος*).

Cap. LXIX. *De Megalio.* Theophrastus praeprimis conferendus, qui megalion esse unguentum confectu operosum et pretiosum testatur. E resina usta componi, quae oleo per decem dies totidemque noctes adiiciatur: tum etiam myrrham, cassiam, cinnamomum et oleum balaninum.[7] Nomen deducitur a Megalo Syracusio, qui id invenerit.[8] A gloria, seu a virium magnitudine id nomen proficisci, Plinius autumat.[9]

Cap. LXX. *Ἡδύχρουν* in Co insula parari ex iisdem rebus, quibus amaracinum constet, noster testatur. Hinc et Apollonius Herophileus[10] et Plinius[11] amaracinum componi in Co insula referunt. Hoc est, quod incendi vult Cicero, ut exhilaret aegrum.[12]

Cap. LXXI. *Μετώπιον* cur sit aegyptiae originis, prorsus non video. Nomen a Graecis, Aegyptum inferiorem ex Amasis aetate habitantibus, adeptum esse videtur, quia fronti (*τῷ μετώπῳ*) illineretur. Quod autem fieri solet in coloniis, patriam linguam dediscentibus aut deformantibus, id etiam accidisse in Aegypto graecanica videtur. Unde et *μετώπιον* in *νέτωπον*, quin in ipsum *νίωπον* mutarunt. Cuius lectionis vitiatae plurima exstant vestigia in Hippocraticorum scriptis, Alexandriae degentium. Erotianus asserit, *νίωπον* esse amygdalarum amararum, quae id unguentum ingrederentur, cognomen, cuius appellationis nullum apud veteres obvium est vestigium.[13] *Νέτωπον* autem idem esse cum *μετωπίῳ*, Hesychius affirmat.

Cap. LXXII. Mendesium unguentum nomen habet

---

7) L. c.
8) Hellad. apud Phot. cod. 279. p. 532. Sed *μεταλεῖον* scribit, quod falsum esse exploratum habeo, sicut et in Hesychio *μεταλλεῖον*. Athen. 15, 12. Iul. Poll. 6, 19. Galen. de compos. med. sec. loc. 2. p. 570.
9) Plin. 13, 2.
10) L. c. 11) L. c.
12) Tusc. quaest. 3, 19. Vulgo *hedrychum*. Cf. Galen. de antid. 1. p. 51.
13) Erotian. p. 260. ed. Franz.

a Mendete, Sebennyticae praefecturae oppido [14], ubi praestantissimum illud unguentum parabatur. [15] Mendes autem oppidum nomen habuit a Mendete, qui deum Pana apud Aegyptios referebat. [16]

Cap. LXXIII. De Stacte iam Theophrastus [17], esse eam myrrham stillatitiam. Alio autem loco duplicem eius originem aperit, alteram naturalem, quae sponte ex arbore stillet, (*διὰ τὸ κατὰ μικρὸν στάζειν,*) alteram artificialem. Concisa enim myrrha in balanino oleo liquescente, affusaque aqua fervida, myrrham solidam fundum petere, quam prelo expressam largiri stactem. [18] Primam solam speciem spontaneam agnoscit Plinius. [19] Haec est *στακτή*, quae מוֹר עֹבֵר (Myrrha stillatitia) in Cantico Salomonis dicitur. [20] עֹבֵר autem stillatitiam designare, vel inde patet, quod in Periplo maris erythraei *σμύρνα ἐκλεκτὴ καὶ στακτὴ* (*ἀβεὶρ*) *μίναια* dicatur. Est et arabica vox عبر, lacrimare. Neque alia est מוֹר דְרוֹר [21]: در enim Arabes utuntur ad pluviae, lactis, aquae effusionem significandam.

Cap. LXXVI. *Ἰασμή* est ياسمين Arabum, *Jasminum*, floribus odoratissimis, quod ab Aëtio perperam pro viola alba habetur.

Cap. LXXVII. De Myrrha ipsa multa dubia, etiam post duodeviginti saecula, supersunt. Et primum quidem ipsam arborem myrrhiferam nemo scientius indagavit; licet Petr. Belonius prope Ramam Palaestinae invenerit fruticem, „caudice contorto, denso, horrentibus spinis obsito, foliis acaciae, sed maioribus,“ quem suspicabatur myrrhiferam arborem esse. [22] Belonii plantam

14) Strabo lib. 16. p. 540.

15) Plin. 13, 2.

16) Jablonsky opusc. 1. p. 138. Paull. Aeg. 7. p. 291. *Τὸ μενδήσιον εἴρηται διὰ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ εὑρῆσθαι, ἔνθα καὶ ὁ Μένδης τρέφεται.*

17) Hist. pl. 9, 4. 18) De odor. p. 742.

19) Lib. 12. s. 35. lib. 13. s. 2. 20) Cant. 5, 5. יָדַי נָטְפוּ־מוֹר וְאֶצְבְּעֹתַי מוֹר עֹבֵר עַל כַּפּוֹת הַמַּנְעוּל׃

21) Exod. 30, 23. 22) Obs. 2, 80. p. 139.

Sieberius nuper prope Joppen invenisse videtur, *Mimosam agrestem* nuncupans, quae tamen potius *Prosopis* species est. Sed nihil innotescit de myrrha ex hoc frutice manante. Brucius, cum Abyssiniam obiret, e regione myrrhifera ramusculos solos accepit, Mimosae aut Acaciae, quam *Sessa* appellavit; sed gummi producere testatur, a myrrha longe diversum.[23]

Descriptio myrrhiferae arboris apud veteres satis varia est. Theophrastus e mercatorum sinum Arabicum navigantium testimonio fruticem esse humilem tradit, trunco duro, per terram strato, crasso, folio Andrachnes laevi. Alios avtoptas citat, qui spinosum fruticem viderint in montibus arabicis prope Heroum portum, foliis ulmi, sed crispis, apice mucronatis, ut folia ilicis.[24] Lentisci foliis similia tradit Evemerus folia myrrhiferae arboris, ceterum, ut Diosc., cum Acacia vera (*ἀκάνθῃ αἰγυπτιακῇ*) comparat: sed confudisse cum libanoto videtur.[25] Plinius magnopere differt: modo enim Theophrasti definitionem repetit, exceptis tamen foliis, quae olivae similia dicit [*ἐλαίᾳ* legens, loco *πτελέᾳ*]. Iubam contulisse folium cum folio olusatri. Aliquos similem fruticem iunipero, scabriorem tantum spinisque horridum, folio rotundiore, sed sapore iuniperi, tradidisse. Nec non fuisse, qui e turis arbore utrumque nasci mentiti sint.[26] E quibus omnibus rite collatis effeci olim, *Amyridem Kafal* Forsk. esse arborem myrrhiferam. Simillimam autem utramque speciem, et forte eamdem esse, Forskoleus refert. Ramos spinescere, folia esse subrotunda, serrata. Dici autem arborem myrrhiferam huic assimilen.[27].

Γαβιρέαν dici pinguissimam myrrham, solo laeto provenientem, quae multam quoque stacten sudet, exponere ausim ex arabico جابر, *praepotens*, quia princeps et palmaria species. Troglodyticam appellari a Troglo-

23) Iter german. vol. 5. p. 39. t. 4. 5.
24) Hist. plant. 9, 41.
25) Diod. 5, 41.
26) Lib. 12, 34.
27) Flor. aeg. arab. p. 80.

dytarum regione, in Africae litore Arabiae adverso, nullum est dubium.[28a] Quin etiam sic nominant Damocrates[28b] et Galenus[29], quanquam Salmasius legi debere τρωγλῖτιν perhibeat.[30] *Καυκαλίς* exoleta myrrhae species dicta mihi esse videtur, quod κάτοπτος s. κεκαυμένη videretur. Aminaeam etiam improbari, auctor noster asseverat, cum contra Plinius minaeam troglodyticae soli postponat.[31] Et Galenus τὴν τρωγλοδύτιν ὀνομάζεσθαι μιναίαν, ἀπὸ χωρίου, καθ᾽ ὃ γεννᾶσθαί φασι τὴν καλλίστην.[32] Eas contrarias autem opiniones aequare aut dirimere meum haud est. Persuasum habeo, ἀμιναῖαν scriptum esse σμύρναν vel ab ipso D., vel ab librariis, quia ἀμιναῖος οἶνος multo notior erat, quam μιναία σμύρνα. Minaeos autem oras habitasse sinus arabici, quae eurum spectant, praeter Plinium Ptolemaeus testatur.[33]

Ceterum myrrham dici βάλ ab Aegyptiis, Plutarchus tradidit[34], quod mutandum esse in σάλ, hodiernum copticum, monet Jablonskius.[35]

Cap. LXXVIII. *De boeotica myrrha* ambigi fere nequit, quando Theophrastus ἱπποσέλινον dicit lacrimam fundere myrrhae similem, nonnullos etiam omnino myrrham vocare.[36] Cum ἱπποσέλινον autem nostrum *Smyrnium Olusatrum* sit, ad hoc referenda est myrrha boeotica. Galenus ὀλούσατρουμ Romanorum ab ἱπποσελίνῳ distinguens, illud et crudum comedi, hoc vero nonnisi coctum posse.[37] In quo quidem *Sium latifolium* cum ἱπποσελίνῳ commutasse videtur, namque et huius folia ab Italis, nomine *Crescione*, cocta comeduntur.[38]

Cap. LXXIX. *Styrax* arbor, quae per omnem Graeciam, Asiam minorem Syriamque satis frequens est, malo cydoniae omnino similia habet folia. Optima haec lacri-

---

28 a) Plin. 6, 34. 12, 35. 28 b) Galen. de antid. 2. p. 115.
29) L. c. lib. 1. p. 68.
30) Plin. exercit. p. 895. Τρωγλῖτιν scribi a recentioribus graecis, bene monet Needhamius ad Geopon. 7, 36.
31) Lib. 12, 35. 32) L. c.
33) Lib. 6. c. 7. 34) De Is. et Osir. p. 383.
35) Opusc. 1. p. 49. 36) Hist. pl. 7, 6.
37) De fac. alim. 2. p. 638. 38) Caesalp. de plant. 7, 59.

ma e Gabale, oppido Syriae ad orientem Antiochiae, venit.[39] Secundus fama styrax erat, qui e Pisidia, regione inter Phrygiam et Ciliciam media, evehebatur. Tum vero et cilicius commendabatur. Et nostra etiamnum aetate styrax ex Asia minore Syriaque advehitur.

Cap. LXXX. Bdellium esse lacrimam arboris arabicae, loco saracenicae, posui, Marcello iam monente et testantibus Plinio, Galeno et Oribasio. Posset tamen lectio vulgaris σαρακηνικοῦ facilius mutari in χαρακηνικοῦ. Charak enim, oppidum persici sinus intimum, quo Arabia eudaemon cognominata excurrit, inter Tigrin et Eulaeum, conditum ab Alexandro M., Characeni regioni, quae ad Elymaida pertinebat, appellationem dedit, ipsa etiam natione Characena vocata.[40] Itaque characenica potuit a Dioscoride dici haec substantia, quae aliis arabica vocabatur.

Avicenna disertis verbis[41] مقل, quod bdellium est, divisit in judaeum, quod et siculum sit, et arabicum, quod e Mechha exportetur. Hoc provenire e palmae specie, quae arbor Dûm (دوم lego loco زوم) dicatur. Kaempferus egregiam reliquit notionem huc pertinentem, licet ipse arborem non viderit. Bdellium, quod مقل ازراق (*Mokl asrâk*), esse succum inspissatum, pellucidum, rufescentem e fructuum palmae foliis flabelliformibus coctum. Crescere eam palmam ad utramque sinus persici oram.[42] Herbertus de Jager, cuius studia palmis dicata Rumphius celebrat, quique ipse arbores bdelliferas observarat, Kaempfero testificatus est, *Borassum* esse *flabelliformem*, e cuius quidem fructibus in insulis Moluccis succus dulcis ac edulis coquitur inque solidas tabulas inspissatur. At vero bdellium alio modo, ex immaturis fructibus, additis suaveolentibus floribus, paratur, ut amaricans fiat et fragrans.

Priscis Ebraeis בְּדֹלַח dicebatur: produci in regione

39) Plin. 12, 55. 40) Plin. 6, 31.
41) Ed. arab. p. 206. 42) Amoen. exot. p. 668.

Chavilah (Arabia felice).[43] Manna deserti speciem praebebat bdellii propter pelluciditatem ac colorem.[44] E בדלח, commutato ב cum מ, μάδελκον, pro quo Plinius habet maldacon. Βόλχον e βδόλχον fictum esse, quod etiam cum בדלח congruit, probabile est.

Alterum bdellium, sordidum ac nigrum, ἁδρόβωλον καὶ παλαθῶδες, quod ex India advehatur, facile cum Harduino[45] crediderim, Benzoën esse. Ea enim est species, quam Plinius bactrianam vocat, quia Bactri ex India, via celebratissima[46], merces indicas apportabant, et, ne per alias gentes, Arabas praeprimis, quaestum perderent, apud se gigni eiusmodi pretiosas res, mentiebantur. Non dubito, aliud fuisse Galeni bdellium scythicum, quo ad curandum scirrhosum tumorem utebatur.[47] Scytharum enim nomen est adeo vagum, ut et Sacae et Massagetae et Bactri et Sogdiani eo comprehenderentur.[48] Scythia, quam Ptolemaeus extra Imaum vocat, ad Emodos usque montes procedit, totamque tibetanam regionem complectitur.

Arborem, quae largiatur bdellium illud nigrum, ipse Plinius describit. Esse nigram, magnitudine oleae, folio roboris, fructu caprifici naturaque. Si nostra est benzoë bdellium illud alterum, credibile non est, arborem illam a mercatoribus visam fuisse. Crescit enim in Sumatra et peninsula indica ultra Gangem.[49] Descripta est arbor et iconibus delineata a Martino Houttuyn[50] et Jona Dryandro[51], qui *Styracis* speciem esse docuit. Neque folia integerrima subtus tomentosa cum roboris foliis, neque fructus (drupa) cum ficubus comparando. Πςρατικόν dici id bdellium quibusdam, Plinius refert, quia ἐκ περάτων γῆς, extremis orbis terrarum partibus, exportetur.

---

43) Genes. 2, 13. 44) Num. 11, 7.
45) Ad Plin. 12, 19.
46) Strab. 11. p. 493. lib. 16. p. 176.
47) Therap. ad Glauc. lib. 2. p. 106.
48) Herod. 7, 64. Οἱ γὰρ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας.
49) Garc. ab Ort. in Clus. exot. p. 155. 156.
50) Act. harlem. tom. 21. p. 257.
51) Philos. transact. vol. 77. p. 307.

Cap. LXXXI. *De ture* plura dici par est, ut principali in veterum suffimentis. Antiquitus autem duplex fuit: *arabicum*, album, a guttis nomen habens (σταγονίας) et *indicum*, rutilum aut subfulvum. Primitivum vero nomen لبان esse arabicae civitatis, quae tus producat, testatur Abu'l fadli.[52] Sic transiit ad Ebraeos, qui לְבוֹנָה in priscis voluminibus praedicant, tametsi derivatio a לבן, *albescere*, haud inepta sit. Fuisse autem apud Ebraeos arabicae originis, patet.[53] Neque desunt in arabica lingua similes vocis, ac in ebraica, affinitates: لبن *lac et lacrima arboris*, لبنى *arbor lac emittens*. Aliud est nomen turis arabicum satis vulgare: كندر, quod, cum a كدر, *turbidum esse*, derivari possit, indicam potius turis speciem designasse videtur. Sed et indicum turis nomen ipsum *Cundur* est.[54]

Nec arboris ipsius quae sit facies, certo apud veteres constitit. Namque consulto mercatores pestiferum esse regionis aërem aditque difficillimam terram fabulabantur, ne lucrum cum exteris partirentur.[55] Proinde, qui primus relationes navigatorum collegit, Theophrastus, adeo diversa enunciavit, ut uniri fere nequeant. Protinus enim arborem esse quinque cubitos altam, folia pyri sylvestris similia, sed haud adeo herbacea, verum cum rutae foliis, quoad colorem, conferenda; corticem arboris esse laevem, ut lauri. Aliorum testimonio arbor turifera dicebatur lentisco similis, neque fructus ii similitudini contrarius: hi etiam albidius e iunioribus, fulvum tus e vetustioribus manare arboribus asseruerunt. Non defuerunt, qui cum terebintho compararent, cum ipsa ligna ad Antigonum veherent; sed eosdem graviter lapsos fuisse, cum ex eadem arbore et tus et myrrham retulerint. Tandem et in luco quodam prope Sardes fuisse arborem, quae turifera dicta sit, lauro perquam similis.

---

52) Apud Cels. hierob. 1. p. 231.
53) Ies. 60, 6. Ierem. 6, 20.
54) Fleming in Asiat. research. 11. p. 158.
55) Arrian. peripl. mar. eryth. p. 158.

Id quidem opinionum dissidium augescit etiamnum, si Evemeri, cuius mendacia in omni antiquitate percrebuerant, relationes conferimus. Is enim[56] arborem turiferam cum acacia aegyptia comparans, salignum tamen folium ei tribuit. Et ipse Plinius testatur[57 a], quanquam Romani res in Arabia gesserint, legatos etiam miserint, nihil tamen exploratum de facie arboris habere. Iubam regem scripsisse, arborem esse contorti caudicis, ramis aceris maxime pontici, succum amygdalae modo emittere; talesque in Carmania apparere, et in Aegypto satas studio Ptolemaeorum regnantium.

Iam de patria ipsa praecipiendum est. Antiquissima autem Ebraeorum monumenta patrocinantur Sabaeorum regioni.[57 b] Omnis nimirum, australis ora Arabiae adeo ferax fuisse turis dicitur, ut adnavigantes „plurima naribus tura duxisse" dicantur.[58] Cattabaniam privatim vocat Eratosthenes provinciam Arabiae, turis proventu celebrem.[59] Cattabenos vocat Ptolemaeus, aditui ad sinum persicum proximos[60], promontorii ergo, Syagri dicti, accolas[61], unde syagrium tus Dioscoridis appellationem accepit. Vocatur id promontorium hodie راس الحد (*Râs el Had*). Cattabaniam provinciam *Κιτίβαιναν* Theophrastus nuncupat.[62]

Sequitur provincia Adramytta Theophrasto, חֲצַרְמָוֶת Mosi[63], حضرموت (*Hadramaut*) Arabibus dicta, quae et hodie turis, sed vilioris, copiam producit.[64] Oppidum huius provinciae est مرباط (*Merbât*), Avicennae dictum, unde et hodie tus exportatur.[65] Optimum e Dafar, sed e portu etiam Keschîn, (*sachalitico* veterum) evehitur.[66] Haec regio in periplo maris erythraei ob turis divitias celebratur.[67] Moscha, quod idem auctor no-

56) Diod. Sic 5, 41. 57 a) Lib. 12, 31.
57 b) Ies. 60, 6. Ierem. 6, 20.
58) Diodor. 3, 46. 59) Strabo 16. p. 393.
60) Lib. 6, 7. 61) Plin. 6, 33.
62) Hist. pl. 9, 4. 63) Genes. 10, 26.
64) Niebuhr Beschr. von Arab. p. 284.
65) Niebuhr l. c. p. 287. 66) Ibid.
67) Peripl. maris eryth. p. 16.

minat, sine dubio est Moscate ad sinum persicum.[68] *Μαμάλι*, quod Theophrastus ture celebre vocat, *Μάμαλα κώμη* Ptolemaei esse videtur, quae ad oram maris rubri, in regione Cassanitarum (*Κασανδρεῖς* Agatharchidis) sita erat.

Mercaturam turis antiquitus praeter Phoenices et Midianitae et Gerrhaei faciebant. Gerrha autem oppidum Plinio dicitur[69], et gerrhaeum ipsum tus Nicandro.[70]

Nec tura orae utriusque sinus persici, ad extimum angulum usque, aut insularum eius, spernebantur. Erant enim insulae Tylos et Arados in persico sinu, quas Evemerus Panchaiae nomine comprehenderat[71], quaeque hodie Baharein et Eschr dicuntur, adeo celebres turis proventu, ut et Virgilius panchaïa tura laudaverit.[72] Ibidem autem ineunte saec. XIV. Marcus Paulus, peregrinator immortalis, arbores invenit populis similes, quae tus exsudabant.[73] In ipsa Carmaniae ora Chardinus easdem invenit arbores.[74]

Nec africanae sinus persici orae deest sua gloria. *Λιβανωτοφόραν* hanc regionem Strabo tradit a Pytholai promontorio ad *τελευταῖον ἀκρωτήριον* extendi[75]: ultimum promontorium Guardafui recentioribus dicitur. Ex hac etiam ora tus afrum venire, Brucius testatur.[76] Cum igitur et ex India et e Persidis oris et ex insulis sinus persici et ex ipso Africae litore tura exportarentur, Agatharchides etiam iure suo contendit, Sabaeos ea ex ulterioribus maris advehere.[77]

Tandem arboris, quae indicum tus largitur, indolem et loca natalia egregie aperuit Colebrookius[78]; definiente simul Roxburghio systematicum nomen, bonisque iconibus

68) Niebuhr l. c. p. 297.
69) Lib. 6, 33. 70) Alexiph. v. 107.
71) Diod. 5, 42. 72) Georg. 2, 139.
73) M. Polo in Ramusii coll. 2. f. 59. a. Ed. Marsden, p. 728.
74) Voy. en Perse, 4. p. 28. 75) Lib. 16. p. 417.
76) Iter germ. 5. p. 43.
77) Geogr. min. ed. Hudson, 1. p. 64.
78) Asiat. research. 9. p. 377.

arborem illustrante.[79] Est vero *Boswellia turifera* Roxb., Terebintheis annumeranda. An vero et arabicum tus ex eadem arbore fluat, dubium est. Quem Adansonius 1750 ad Bernardum Iussievum misit ramum arboris turiferae e Senegambia, eum Lamarckius suspicatus est ad Amyridem Kafal Forsk. pertinere.[80] Cuius cum folia ternata, foliola obovata, apice subserrata, subtus sint tomentosa, posset quidem firmari, quicquid mercatores Theophrasto retulerunt, arborem nimirum pyri habere folia. Attamen nihil Forskoleus de ture ex hac arbore stillante comperit.

In secundi turis nomine emendando haud diu haesi, quando et Aldina *ἐν σμίλῳ* habet, et Salmasius simile adiectivum, quod vero nusquam occurrit, fingere debere sibi visus est. Quid *κοπίσκος* sibi velit, ingenue fateor, me certo non scire, licet, si *σμίλευτος* dictus fuit *λίβανος*, a *σμίλῃ*, qua scalpebatur, potuit etiam *κοπίς*, *culter*, huic voci originem dare, aut forte cum Marcello Vergilio sentiendum, quod spuria indoles sive deterior huius turis eo verbo indicetur, a *κοπίζειν*, *mentiri*? Magis placet Bodaei expositio: *κοπίσκον* dici tus, quia in secunda mensa adhibebatur[81], *κοπίς* autem ab Hesychio *δεῖπνον* dicitur, uti et Lacedaemonii sic coenam vocarant.[82]

Ἀμωμίτην dici *τὸν λίβανον πρωτεύοντα*, non mirum est, quoniam *ἄμωμον* vocabatur quodvis aroma purum et non vitiatum, Hesychius etiam *λιβανωτόν* et *ἄμωμον* iungit tanquam synonyma. *Ἄῤῥην* denique appellabatur *λίβανος πρωτεύων*, vel propter vim masculam fortioremve, vel, ut Plinius vult, ob similitudinem frustorum cum testibus.

Cum adulterari tus dicat auctor resina pini, imponere aliquis etiam Linnaeo potuit, ut *Iuniperum hispanicam* Lam. pro turifera arbore haberet, eamque vocaret turiferam. Sed nemo unquam vel ex hac specie vel ex alia, *phoenicea* et *lycia* Linnaeo dicta, quae per Europam au-

---

79) Asiat. research. l. c. et Plant. corom. 3. t. 207.
80) Encycl. bot. 2. p. 626. 81) Athen. 14, 4.
82) Bod. in Theophr. p. 981.

stralem Asiamque mediam crescit, verum tus prolicuit, neque ullum exstat testimonium, ex Hispania tus venire aut ex Europa australi.[83a]

Adiungo, quae loco difficillimo expediendo idonea videntur. Haustum tus in secunda valetudine (in agone *cod. vindob.*) furorem inducere, et largius cum vino potum etiam interficere. Praestantium codicum lectionem praetulissem, si ulla adesset veri similitudo eius effectus. Sed videor mihi odorari, quaenam traditio subsit. Agatharchides enim, qui, dum Ptolemaeorum dominatio ad finem vergeret, geographica scripsit, quorum fragmenta a Photio servata ad nos pervenerunt, Sabaeos narrat a continuo fortique turis odore adeo laedi, ut sensus obtundantur atque *εἰς ἔκλυσιν ἐσχάτην* incidant, hinc asphalto et *τράγου πώγωνι* solere temperare eam nimiam fragrantiam.[83b]

Cap. LXXXII. LXXXIII. Sicut cortex turis ipsius arboris est, hoc aromate scatentis, ita et manna seu *γῦρις* (pollen) nil est nisi pulvis e contuso tritove ture natus, qui ideo iisdem pollere debebat viribus, ac ipsum tus.

Cap. LXXXVI. LXXXVII. *Πίτυς* est *Pinus Pinea* L., quae in conis fructus fert edules, amygdalis assimiles, *πιτυΐδας*, quos vulgus italicum *pinocchi* aut *pignoli* vocat. Arabes hanc nucem eodem, quo avellanam, nomine insigniunt جوز: esse autem fructum الصنوبر الكبار, pinus maioris, Avicenna docet.[84] Recentiores Graeci *κουκουναριά* arborem nominant.[85] Eiusdem generis esse cum *πεύκῃ* (*τῇ κωνοφόρῳ* Theophr.) seu *Pinu Cembra* L., noster asserit, sed specie differre. Egregie hic fere primum *γένος* et *εἶδος* eodem sensu sumuntur, quo hodie genus speciemque distinguimus: aliis vero locis saepe confunduntur. Pinu Cembra autem *στροβίλους* producit, quos

---

83a) Lam. encycl. bot. 2. p. 626.

83b) Phot. cod. 250. p. 458. Cf. et Diod. Sic. 3, 47. Strabo lib. 16. p. 436. *Καρούμενοι ὑπὸ τῶν εὐωδιῶν αἴρουσι τὸν κάρον ἀσφάλτου θυμιάματι καὶ τράγου πώγωνος.*

84) Ed. rom. p. 152.

85) Sibthorp fl. graec. ed. Smith, tom. 2. p. 247.

nostrates *Zirbelnüsse*, Itali *zermi*, Galli *ceinbrots* vocant. Eas nuces Avicenna vocat حب الصنوبر. Maiorem autem speciem distinguit a minore, illam ex arbore بسوس (pro qua corrupta voce Celsius recte بطوس, *πίτυς*, legit)[86], minorem habere fructum magis triangularem, astringentem et submordacem.[87] Mox vero *ἡ στρόβιλος* pro arbore ipsa sumitur, quae *πεύκη* sit. Namque ita et Geoponici[88] Pinum Cembram ipsam *στρόβιλον* appellant. De fructibus autem arboris recentiores semper intelligere *στροβίλους*, si antiquis *κῶνοι*, Hippocrati *κόκκαλοι* dicerentur, Galenus auctor est.[89]

Δαδίον proprie est facula, qua lustrationes et *καθαρμοί* instituebantur[90]; sed taedulam etiam seu festucam, quamvis e pingui ligno pineo, signat. *Σπάθη* aut *σπαθίς* est spathula, qua et miscebantur res, unguenta ingredientes, aut qua illinebantur etiam *τὰ μύρα.*[91]

Cap. LXXXIX. XC. *De Lentisco.* Supra iam c. 51. de Mastiche chia praestantissima sermo fuit. Virentibus surculis delicatuli dentes purgare consuerunt, ut *σχινοτρώκταν* Lucianus eum vocet, qui manducat lentiscum, ut dentes albescant.[92]

Avicenna mastichen (مصطكى) duplicem habet, graecum (رومى) album et nabataeum (نبتى pro قبتى legendum) nigrescentem.

Cap. XCI. Terebinthi fructum edulem esse, e veteribus Aelianus[93] et Strabo[94], e recentioribus Belonius.[95]

Arabibus audit arbor البطم et fructus حبة الخضرا, propter colorem exquisite glaucum.

Locum hunc de praestantia resinae lentiscinae infi-

86) Cels. hierob. 1. p. 110.
87) Avic. ed. rom. p. 179. 88) Lib. 11. c. 1. 11.
89) Comm. in libr. de vict. acut. 4. p. 848. De fac. alim. 2. p. 591.
90) Jamblich. protrept. ed. Arc. Theod. p. 145. *Δαδίῳ θᾶκον μὴ ἀπόμασσε.* Sacras res profanis ne permisceas. Dicebatur et *δάλιον, ξύλον ἡμίφλεκτον.* Hesych.
91) Iul. Poll. 10, 26.
92) Lucian. Lexiph. p. 191. ed. Reiz.
93) Var. hist. 5, 39. 94) Lib. 15. p. 229.
95) Clus. exot. p. 152.

maque strobilinae qualitate citat Galenus[96], veritatem huius asserti fatens, si quis ἁπλῶς de tota substantia loquatur. Quodsi vero de caloris gradu sermo fuerit, strobilinam calore principem, secundam abietinam, lentiscinam postremam pronunciat.

Cap. XCII. Resinae aliae, quas iam terebinthinas vocâmus, sunt: 1. terebinthina argentoratensis e Pinu picea: 2. terebinthina veneta e Pinu Larice, quam e Gallia subalpina exportari recte animadvertit. Resinam ex his siccam Colophoniam vocat, e Colophone nomen derivans. Fuit autem Colophon oppidum Ioniae, Apollinis Clarii oraculo antiquitus celebre[97], sed Strabonis aetate iam obsoletum.[98] Utebantur forte sacerdotes ea resina, ut accensa praestigias facerent, flamma colorata terrorem iniicientes. Terebinthinam vero optimam censet, quae e Pinu Pinea et P. Abiete (ἐλάτη) in Pityusa insula gignatur. Haec insula iam Yviza appellatur.

Cap. XCIV. *Κῶνον* dici picem liquidam, memorabile est. Hinc et *κωνίζειν* et *πισσοκωνίζειν, pice inungere, πισσοκώνητος, pice unctus*, et *ἀκώνιτον, ἀκώνητον, haud picatus*, quod ultimum in nostro saepe obvium perperam scribitur in editionibus *ἀκόνιτον*.

Cap. XCV. De *πισσελαίου* significatu differunt veteres. Namque Galenus in Asia minore vocari permixtam cum oleo picem liquidam *πισσέλαιον*, supernatantem vero pici liquidae humorem, qui tenuior sit ipsa et debilior, *πισσάνθος*.[99] Ultimum, a *πισσελαίῳ* Dioscoridis etiamnum diversum, nostrates appellant *gelben Theer*, Angli nobiscum *tar*, Galli *goudron*, Itali *catrame*. Dioscoridis vero *πισσέλαιον* est *Theerwasser*, quod, Berkeleyo suadente, arte confectum, quondam magnam acquisivit laudem in curandis diuturnis morbis, praesertim scorbuto, lepra et exanthematibus.[100] Idem est infusum picis, quod *ὀῤῥοπίσσης* nomine Paullus commendat.[1]

---

96) De compos. med. sec. gen. 3. p. 590.
97) Tacit. ann. 2, 54. 98) Lib. 14. p. 543.
99) De compos. medic. sec. loca, 1. p. 441.
100) Berkeley's Siris, or inquiries concerning the virtues of tar-water. Lond. 1744. 8. 1) Lib. 3. p. 121.

Cap. XCVI. Fuliginem sumi ad pigmenta *καλλιβλέφαρα*, seu ad palpebras nigro colore tingendas, noster asserit. Haec ars dicebatur *κομμωτική* Galeno, quam generatim spretam probe a *κοσμητικῇ* distinguit. Illius enim finem esse, ut pulcritudinem acquisiticiam inducat, ut igitur canos capillos nigrore honestet, aut palpebras calvas novis pilis ornet; *κοσμητικήν* custodire et servare, quicquid naturalis pulcri in corpore sit.[2]

Cap. XCVII. Picem liquidam coctam, ut siccescat, *παλιμπίσσαν* dici, non mirum est: sed viscosae huius nomen *βοσκάς* cilicium videtur. Pix brutia, picandis vasis vinariis perquam commoda, fere laudatissima est.[3] Erat autem in Brutiorum regione, quae extrema Italiae Siciliam spectabat, sylva, Sila dicta, pinuum earum feracissima, quae optimam largiebantur picem.[4] Suspicor, esse *Pinum brutiam* Tenor., quam equidem in horto colo, maritimae Lam. et Pinastro Ait. maxime affinem. Ceterum non sibi constant veterum libri in scribendo Brutiorum nomine. Cum nostro *Βρυττίαν* habet Lucianus, secundum editionem principem et optimam Hemsterhusio-Reizianam.[5] *Βρουττίαν* habet partem Siciliae Stephanus Byzantinus. *Βρέττιον* et *Βρεττίους* legimus apud Strabonem. Et Stephanus ipse corrupto loco: *ἡ χώρα βρεττία, καὶ ἡ γλῶσσα* (*πίσσα* emendavit Bochartus:[6]) *Ἀριστοφάνης* (*Ἀριστοφῶν* emendavit Berkelius:[7]) *Μέλαινα δεινὴ γλῶσσα* (*πίσσα*) *βρεττία παρῆν.*

Cap. XCVIII. *Ζώπισσαν* simpliciter *ξηρὰν ῥητίνην* Hesychius vocat: alii autem cum nostro derasam e navibus cum cera picem, quae diutius aqua marina macerata fuerit.

Cap. XCIX. *Ἄσφαλτος* seu bitumen fossile nomen habere propter *ἀσφάλειαν* dicitur, qua muri ex eo aedificentur[8], exemplo murorum Babylonis antiquissi-

---

2) Galen. de comp. med. sec. loc. 1. p. 434.
3) Plin. 14, 25. Colum. 12, 18.
4) Strabo lib. 6. p. 257. 5) Lucian. Pseudomant. p. 84.
6) Canaan, p. 595. 7) Ad Steph. Byz. p. 244.
8) Dio Cass. 68, 27. *Ἔνθα μέντοι τήν τε ἄσφαλτον εἶδε Τραϊα-*

mo.[9] Laudatissimum fuit bitumen iudaicum, a quo lacus *ἀσφαλτίτης* nomen habet. Dicitur autem ebraice חֵמָר et arabice حمر (*Chommer*), e radice חמר, *rubescere*, quia optimum *πορφυροειδῶς στίλβει*, ut noster testatur. Lacus asphaltites a Iudaeis medii aevi dicitur אגם החמר[10], a nostrae aetatis Arabibus بحيرة لوط (*mare Lothi.*) In valle Siddim multi putei bituminis (בֶּאֱרֹת חֵמָר) indicantur[12]: esse autem rimas et fissuras rupium, e quibus bitumen stillet, incolae Burkhardtio persuaserunt.

Alia loca indicantur, in quibus et Agrigentinus ager Siciliae, ubi oleum petrae aquis innatans reperitur. Testimonia supersunt in Plinio[13] et nostrae aetatis peregrinatore, Cephalide.[14]

Cap. C. Apollonia Epidamno vicina est urbs Illyridis graeca, ad Arum fluvium sita et LX stadia a mari dissita, a Corcyraeis condita.[15] Posidonius apud eumdem testatur, in finibus Apolloniatarum Nymphaeum appellari petram ignivomam, sub quo fontes sint aqua tepida et asphalto scatentes, gleba, ut appareat, asphaltitide ibi ardente. Montes idem ceraunios dicit Apolloniae fere vicinos, initium faucium ionii sinus adriaticique. Itaque exploratum habemus, recte nos legere *Ἀπολλωνία ἡ πρὸς Ἐπιδάμνῳ.* Epidamnus enim eadem est, teste Stephano, cum Dyrrhachio. Loco *Ἐπιδάμνῳ* autem *Ἐπιδαύρῳ* legit Oribasius, vel interpres eius, Goupylus etiam et alii, quod quam inscite factum sit, cuivis patescit, qui Epidaurum Peloponnesi cum cerauniis montibus componi non posse intellexerit. Cetero haec Apollonia eadem est, quam Galenus *τὴν κατ' Ἤπειρον* dicit.[16] Abest enim Apollonia a finibus Epiri haud ultra CCL stadia.

νος, ἐξ ἧς τὰ τείχη Βαβυλῶνος ᾠκοδόμητο· τοσαύτην γὰρ ἀσφάλειαν πλίνθοις ὀπταῖς ἢ καὶ λίθοις λεπτοῖς συμμιχθεῖσα παρέχεται, ὥστε καὶ πέτρας καὶ σιδήρου παντὸς ἰσχυρότερα αὐτὰ ποιεῖν.

9) Herod. 1, 179. 180. Genes. 11, 3.
10) Bochart Can. p. 39.
11) Burkhardt. iter. germ. p. 666.
12) Genes. 14, 10. 13) Lib. 35, 51.
14) Iter german. p. 284. 285. 15) Strabo lib. 7. p. 424.
16) De fac. simpl. 11. p. 375.

Cap. CI. Naphthae vocis origo orientalis manifesta est. نفط (*Nephth*) enim Arabum a radice derivatur, quae *effervescere* et *accendi* signat. In eo vero fallitur auctor, quod περιήθημα seu colamen asphalti dicat naphtham. Namque in omni Media citeriore, praesertim circa Baku et Tavris (Ecbatana olim dictum) sponte e terra manat, flammam e longinquo accipiens, quemadmodum Alexander M.[17] olim nuperque Kaempferus[18] experti sunt.

Cap. CII. *Κύστις ῥευματιζομένη*, contra quam fructus cupressi suadentur, Saraceno negotium facessivit, quando ῥεῦμα et apud nostrum et apud alios veteres varios habet significatus. Quodsi locus (5, 81.) comparatur, ubi vis vini mandragoritis ῥευμάτων παχυντική dicitur, aliusque locus (5,32.), ubi vinum e pyris ῥεύματα ἔνδον ἐπέχειν perhibetur, fluxiones seri, muci aliorumque humorum significare videntur ῥεύματα; ῥευματίζεσθαι autem de visceribus dicitur seu organis, quae fluxionibus iis laborant: e. g. θώραξ ῥευματιζόμενος, quod nostra aetas catarrhum vocat pulmonum. De iis ῥεύμασι, eorumque qualitatibus iam Hippocratici arguta tradiderunt ratiocinia.[19] Itaque κύστις ῥευματιζομένη nostratibus *catarrhus vesicae* vocatur, vulgo natus ex haemorrhoidum mucosarum vitio.

Cap. CIII. Iuniperum duplicem habet, alteram maiorem, minorem alteram. Illius fructus comparatur cum καρύῳ, ἁπλῶς λεγομένῳ, huius cum καρύῳ ποντικῷ. *Κάρυον* autem quanquam nucem quamvis designet, maxime de euboica aut iuglandis fructu usurpatur. Iam crescit per Graeciam et Illyricum *Iuniperus macrocarpa* Sibth., quam primus Lobelius[20] nomine Iuniperi maximi illyrici delineavit. Baccas ellipticas ea fert, nigrescentes cum rore coeruleo, duplo maiores, quam Oxycedri, ut folia superent. Alia vero est syriaca iuniperus, quam Billarderius *drupaceam* dixit.[21] Inventam in monte Cassio Syriae ita describit, ut fructus subrotundos tuberculosos ter superare

17) Plutarch. Alex. c. 35. 18) Amoen. exot. p. 274. s.
19) Hipp. de vict. acut. p. 397. Foës.
20) Stirp. hist. p. 629. Iuniperus maior Matthiol. p. 118.
21) Plant. syr. 2. t. 8.

dicat folia. Haec autem species etiamsi Dioscoridi nota esse potuit, haud tamen adeo communis fuisse videtur, ac prior. Altera species, cuius fructus cum *καρύῳ ποντικῷ* seu *ἡρακλεωτικῷ* conferuntur, *Iuniperus Oxycedrus* esse videtur, per omnem Europam australem satis vulgaris, cuius baccae rufescentes nucem avellanam aequant.

Λιβιούμ nomen aegyptium cum nota generis feminini *τελιβί* pronunciatum in Lycaonum linguam transiisse testatur Jablonskius.[22] Namque *δέλβειαν* dictam fuisse apud Lycaones Stephanus Byzantinus est auctor.[23] Rossius adiicit, *ἐλλιβί*, aegyptiam vocem, plantam denotare, quae insaniam tollat.[24] Ipsam etiam graecam vocem *ἄρκευθος* aegyptiae esse originis perhibet: *ἐρχηβθώ* enim *umbrosam* plantam signare. Nomen afrum aut punicum *ζουορινσίπετ* scriptum videtur צֳרִי סֵפֶר, *arbor balsamica lugubris*, esse.

Cap. CIV. Duas esse varietates *Iuniperi Sabinae*, alteram *cupressifoliam*, alteram *tamariscifoliam* Aitonio dictam, cuivis notum est. Genera duo D. dicuntur, cum raro discrimen generum, specierum et varietatum apud veteres obvium sit.

Cap. CV. Descriptio Cedri varia est in codicibus et editionibus. Nostra quidem lectio nititur auctoritate codicum vindobonensium, Cantacuzeni et interpretum Arabum, qui شربين (*scherbin*) arborem, قطران (*kitrân*) vero *κεδρίαν* appellant. Ipsa etiam vox *κεδρία* videtur orientalis esse originis, sicut Plinius perhibet, picem liquidam in Syria cedrium vocari[25]. قطران autem certe radicem קטר habet, quae in omnibus semiticis dialectis *redolere, suffire* significat.

Serapion et Avicenna legisse videntur *μικρότερον μὲν παρὰ πολύ*, namque minorem cedri fructum quam cupressi praedicant. Editio princeps vero, Marcellus Vergilius, et qui sequuntur, nihil habent de differentia cedri maioris minorisque, *καρπὸν φέρουσα μύρτου μέγεθος,*

---

22) Opusc. I. p. 126.
23) Voc. *Δέρβη*, p. 296.
24) Etymol. aegypt. p. 18.
25) Lib. 16, 21.

περιφερῆ, ad *κέδρον* generatim trahentes. Utraque lectio suas habet difficultates, pauciores posterior. Quodsi enim, ut videtur, *Iuniperus phoenicea* L. est veterum *κέδρος*, cupresso quidem similis est ramis foliisque, sed neutiquam fructu. Hic enim est globulosus, sed multo maior Iuniperi communis fructu. Posset igitur, ni temeritas subesset, sic emendari: *φύλλα δὲ ἔχει ὥςπερ κυπαρίσσου, καρπὸν δὲ μύρτου, μακρότερον μὲν παρὰ πολύ.* Emendatio haec Vitruvio firmatur.[26] Is enim arbores cedri dicit similes *cypresseae foliaturae.* Neque arbitror cum Saraceno, *καρπόν* hic semen signare, quoniam cupressi fructus, non semina, veterum medicamenta ingrediebantur.

Iuniperum autem ac *κέδρον* veterum admodum affines esse, patet et e Nicandri versiculo[27]

Μηδέ σέ γε χραίσμῃ πολίου λάθοι ἠὲ κέδροιο ἀρκευθίς.

Ubi scholiastes: *Ἄρκευθος (ἀρκευθὶς) δὲ καλεῖται ὁ καρπὸς τῆς κέδρου, ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ δένδρον ἄρκευθος λέγεται. Ἕτεροι δὲ τὴν βοτάνην φασὶν, οὐ τὸν καρπὸν, ὃ κρεῖττον δοκεῖ.*

Altera cedrus parva, spinosa, iuniperi ad instar, *Iuniperus* nostra *communis* esse debet.

Κεδρία, resina iuniperi, quam Arabes etiam سندروس (*sandarûs*), Latinobarbari et recentiores *sandaracham* vocarunt, traditur vi corrumpendi corpora animata pollere, defuncta vero conservandi. Namque Aegyptii ad condienda corpora eorum, quibus non satis opum erat, Herodoto teste[28], omne abdomen *κεδρίᾳ* implebant et *νίτρῳ* seu soda caustica. Resina ea *κατατήκεσθαι* autumabant viscera et intestina, soda vero musculos (*τὰς σάρκας.*) Ea vero vis cum longe absit ab hac resina, erroneae etiam sunt traditiones de modo eo condiendi cadavera. Qui nuper mumias plures examini subiecerunt, Rouyerius[29], Belzo-

26) Archit. lib. 2. c. 9.
27) Theriac. v. 584. 28) Lib. 2. c. 87.
29) Descr. de l' Egypt. Antiq. 2. p. 216.

nius[30] et Sieberus[31], tota corpora resina et asphalto impraegnata, viscera autem abdominalia nonnunquam in globum compacta invenerunt, et, si quando desint, probabile est, caustica quadam substantia, velut natro s. soda, prius exesa fuisse, ut per anum extrahi possent, quod Plutarchus quoque innuit.[32] Hinc etiam Herodotus dicere potuit[33], *συρμαίῃ διηθήσαντες τὴν κοιλίην ταριχεύεσθαι τοὺς νεκροὺς τοὺς χρήμασι ἀσθενεστέρους*. *Συρμαία* enim et *συρμαϊσμός* dicebatur purgatio corporis et alvi evacuatio, sive id per superiora fieret, sive per inferiora.[34] Paullo ante Herodotus morem Aegyptiorum tradiderat, per triduum singulorum mensium vomitionibus *συρμαΐζειν*[35]. Itaque exedere nequivit viscera *κεδρία*, sed praestitit id natrum causticum.

Theophrastus *ἄρκευθον* et *κέδρον* diverso sensu sumsit. Illam enim phoeniceam dixit, procerioris staturae, mollioribus foliis insignem, fructum nigrum, austerum ac *ἄβρωτον*. Cedrum autem lyciam etiam Oxycedrum dici, foliis esse durioribus, spinosis, fructum gerere flavum, myrti mole.[36] Incidisse autem in plures videtur errores, cum vulgares in Graecia plantas plures haud ipse cognoverit.

Cap. CVI. Laurum duplicem, foliis angustioribus latioribusque et Theophrastus pronunciat.[37] Plinius multa, et diversa quidem, genera lauri citans, *regiam* habet laurum, quae coeperit Augusta appellari, amplissimam et arbore et folio.[38] Matthiolus utramque, vulgarem (angustioribus foliis) et latifoliam, pingi curavit. Varietatem hanc, cultu productam, habemus.

Avicenna duobus locis, diversisque nominibus دهمست (*dahemast*) et غار (*gâr*) tractat, persico illo et hoc arabico.

---

30) Iter germ. p. 108.
31) Ueber ägyptische Mumien, p. 14. 15.
32) Conviv. septem sap. c. 16. p. 627.
33) L. 2. c. 88.
34) Foës. oeconom. Hipp. voc. *συρμαία*.
35) L. 2. c. 77. 36) Hist. pl. 3, 12.
37) L. c. 38) Lib. 15, 39.

Cap. CVII. De platani lanugine et Galenus: cavendum esse, ne fistulae spiritali illabatur, siccare enim eam et exasperare, vocemque laedere, ut et visum et auditum.[39]

Cap. CVIII. De fraxini vi contra serpentes mirabilia narrat Plinius: tantam nimirum esse, ut ne matutinas quidem occidentesve umbras, quanquam longissimas, arboris eius serpens attingat, adeo ipsam procul fugiat. Quin, si fronde ea gyroque ignis claudatur serpens, in ignes potius quam in fraxinum fugere eum.[40] Haec autem ideo adduxi, ut pateseat, Plinium *σμίλον, σμίλακα,* taxum, cum *μελίᾳ,* fraxino, commutasse. De illius enim venenata vi, etiam umbris inhaerente, multa prodidere et veteres et recentiores.[41] Hinc et hallucinari existimo Dioscoridem, si fraxinei ligni *τορνεύματα* letalia esse perhibet, *σμίλου* aut *σμίλακος* ligno cum *μελίας* commutato.

Cap. CIX. Quid *σφαιρία,* globuli, sint in Populo alba, dum folia germinant, erumpentes, dubitari potest. Matthiolus idem esse ac *βρύον*, quod in *λεύκαις* crescere et Galenus tradit.[42] Neque tamen lichenes, quando folia erumpunt, sed per omnem aetatem in cortice arboris reperiuntur. Multo minus gemmae subintelligendae sunt, licet ad unguenta adhiberentur: *ὄζοι* enim dicuntur gemmae, quae neutiquam globulorum formam habent. Sed amenta ipsa feminea gerunt uvas a Latinis dictas lana plenas, seu capsulas seminibus comosis refertas. Hae quidem turgidae, circa *ἐκβλάστησιν* foliorum, non male cum globulis comparantur.

E cortice populorum albae et nigrae generari fungos edules alio nullo veterum testimonio confirmatum memini; licet e Geoponicis quidam, Tarentinus dictus, e populo nigra desecta, et fermento in aqua soluto ac in plagam trunci infuso fungos populneos pronasci memoret.[43]

---

39) De fac. simpl. 8. p. 104. 40) Plin. 16, 24.
41) Theophr. hist. pl. 5, 11. Caes. bell. gall. 6, 31. Floyer *φαρμακοβ.* p. 189.
42) De fac. simpl. 6. p. 855. 43) Geopon. 12, 41.

Cap. CX. Una cum populo nigra electrum seu succinum tractari, non mirum est, qui antiquam eam narrationem cognoscit de Heliadibus, Phaethontis fulmine interemti mortem lugentibus, quarum in populos mutatarum lacrimae sole coagulatae succinum constituere.[44] Quodsi huius fabulae originem investigamus, protinus obvius fit historiae pater, Herodotus, qui Eridanum fluvium, in extremis Europae versus boream tractibus, *ἠλέκτρου* (succini) patriam prodit.[45] Esse autem Eridanum eumdem fluvium cum Rheno nostro, patet maxime ex Electridum insularum, succini feracium, situ ad orientem Eridani et ex adverso Britanniae.[46] Phoenices autem primos ad boreales regiones navigasse, ut stanno electroque quaestum facerent, exploratum habemus. Siquidem ipsum *ἠλέκτρου* nomen non sine veritatis specie Bochartus ex antiqua punica, quae fuit ebraea, lingua derivavit.[47] Namque ארן aut עלקת-אורנא, *resinam pini* significans, facillime in *ἤλεκτρον* mutari potest, et vestigia עלוקת etiamnum in arabico علك, *resina*, supersunt. Tam rarum autem antiquissimum fuit electrum, ut imitamentum veteres fingerent, metallum ex auro quintaque argenti portione compositum.[48] Posterius fuisse id *ἤλεκτρον*, cuius Homerus meminit[49], ipse Plinius indicat.

Cum dein saeculorum lapsu et Phoenicum et Carthaginensium navigationes et commercia exolescerent, Romani novam quaesiverunt viam, qua pretiosum succinum sibi compararent. Veteres forte memoriae Pytheae aderant Massiliensis, qui, cum et sinum codanum et maris baltici oras appulisset, electrum invenerat; huius vestigia per Germaniam, Pannoniam Sarmatiamque Romani percontantes, tandem ad vada maris baltici venerunt, electrum eructantis.[50] Neque defuerunt, qui, postquam Drusus Germanicus litora maris germanici ad Cimbrorum pro-

44) Apollon. Rhod. 4, 606. Ovid. metam. 2, 864. Diodor. Sic. 5, 23. Arist. mirab. ausc. p. 1092. ed. Pac.

45) Lib. 3. c. 115. 46) Plin. 4, 30.

47) Hieroz. 2. p. 869. 48) Plin. 33, 23. Pausan. 5, 12.

49) Od. 4, 74. 15, 459. 50) Plin. 37, 11.

montorium usque aperuisset, Glessarias illas insulas aut Electridas investigarent, quae ad orientem ostiorum Rheni Amisisque sitae, eae sunt, quae Burchaniae Austraniaeque inprimis nominibus celebrabantur. Videntur autem eae esse insulae, quae et borealem Hollandiae et Frisiae et occidentalem Slesvici oram stipantur, quarum prima a Zephyro Texel, ultimae versus Caeciam Ramöe et Fanöe nostratibus dicuntur. Viginti tres enim numerat Plinius, atque in borealibus praesertim succinum inveniri, nostra aetate firmatum est. Tantum autem valuit lucri cupido livorque mercatorum, ut occulerent patriam, vocatis in auxilium vetustis de Phaëthonte et Heliadum luctu fabulis. Cum enim confluerent ad sinum maris adriatici ultimum et ad Istriae oppida, Aquilegiam etiam et Tergestem, quicunque succini caussa boream visuri inde reduces erant, non potuit non generosum electrum nuruum Latinarum, eas oras accolentium, palmarium fieri ornamentum.[51] Unde factum est, ut et Electrides insulae in Adria quaererentur, ubi nullae sunt, et Padus cum Eridano commutaretur. Cum adiisse se Eridani ostia tradiderit Lucianus, ut populos electrum sudantes, Electrides etiam insulas conspiceret, irrisum fuisse a nautis memorat, quippe qui nullum succini vestigium ad ea litora invenire meminerint.[52]

Arabum, qui electrum etiam pretiosius haberent, quam Romani, permultae sunt hallucinationes circa idem. De ambra enim (عنبر) Avicenna agens, corruptum habet locum بخاج ذمانيق, quem Bochartus ita emendat سباحر جرمانيق, *in mari germanico*[53] se vidisse ambram, quod nil aliud quam succinum كاه ربا (*kah-raba*), paleas attrahens, electrum esse potest.

Cap. CXI. Mirum videri posset, si macer et macis nostratum idem creduntur, aroma medias inter arbores collocari: mirum, *ἐκ τῆς βαρβάρου κομίζεσθαι* dici, cum

---

51) Ovid. metam. 2, 364.

52) Lucian. de electro, p. 319. opp. tom. 7. ed. bipont.

53) L. c. p. 866.

ἐκ τῆς ἰνδικῆς, ut Galenus[54], dici debuisset. Namque ad barbaras regiones etiam Germania et Britannia pertinebant. Quibus argumentis impulsus Marcellus Vergilius spurium hoc caput et a librario quodam seriori adscriptum existimavit, quando praesertim in vetustissimis codicibus desideratur. Serapionis tamen aetate hoc caput iam legebatur.

Plura vero nobis suadent, *μάκερ* veterum omnino differre a nostro mace. Cum enim constanter corticem dicant, Plinius etiam[55] corticem radicis magnae rubentem, nomine arboris suae; quid arillus nucis moschatae, nostra nimirum macis, communis habeat cum arboris aut radicis cortice, plane non video. Accedit, solam astringentem vim praedicari, cum tamen aromatica in mace praevaleat.

Arabes autem primi utrumque commutarunt medicamentum. Serapion et Avicenna *μάκερ* veterum طاليسفر vocant: macem hic autem بسباسة, quam diserte قشور جوز بوا dicit; sed Serapion utrumque eodem capite tractat.

Qualis vero sit arbor, quae corticem eum antidysentericum largiatur, haud satis compertum habemus; quanquam Christ. a Costa arborem describat malabaricam, *Macre* Brachmanis dictam, cuius cortex magni aestimetur. Appellari eam arborem sanctam et sancti Thomae ab Europaeis. Esse vastam et ulmo maiorem. Semen gerere cordis effigie, sapore vero amygdalae aut nuclei persicorum malorum, colore flavo, tunica candida tenuique et pellucida, quasi vesica, tectum, quae in medio folio nascatur colorato, ceteris foliis angustiore, nervoso, crispo et rugoso. Lacteo succo scatere corticem, protinus quidem paullum mordicante, qui vero sapor cum aetate pereat.[56] Non dubito, Costae arborem esse eam, quae *μάκερ* feneret; sed quaenam est haec arbor? Contorta sine dubio: namque et lactei latices et astringens vis corticis multis ex hac familia communis (Cerberae Odollam et

---

54) De fac. simpl. 7. p. 66. 55) Lib. 12, 16.
56) Cost. apud Clus. exot. p. 264.

lactariae Hamilt., Wrightiae antidysentericae R. Br., Echiti antidysentericae Roth., aliisque) probare id videntur. Neque tamen vel ex mea vel ex aliorum scientia arbor illa certo definiri potest.

Cap. CXII. *Αἱ φύσκαι* (sic cod. X.) ulmorum, seu vesicae aut folliculi, sunt *κύπαροι* Theophrasti[57], aut *τὰ ἀγγεῖα* eiusdem *κόμμι φέροντα*[58], ex ichneumonum tenthredinumque morsu nata, in quibus naturalis latex mucosus aut gummosus colligitur.

Cap. CXIII. Cariosi ligni usum in ulcerum putridorum sanie corrigenda posset aliquis e phosphori vi derivare: lucem enim phosphoricam spargere noctu ligna cariosa, notissimum est. Galenus tamen ulmi lignum cariosum ei usui praeprimis aptum esse docet.[59] Serapion ultima capituli verba alia legit, *ἐν ὀθόναις* nimirum *καεῖσα καὶ λεία καταπασσομένη*. Ergo linteis indita caries lignorum combusta ac ad laevorem trita inspergitur ulceribus. Optio est, utra magis lectio placeat.

Cap. CXIV. De arundinum variis speciebus fusius iam ad Theophrastum[60] egi. Hic pressiorem praefero expositionem. *Κάλαμος ὁ ναστός*, arundo farcta, e qua sagittae conficiuntur, est Theophrasti *ἴδιος ὁ τοξικὸς, ὃν δὴ κρητικόν τινες καλοῦσιν, ὀλιγογόνατος μὲν, σαρκωδέστερος δὲ πάντων, καὶ μάλιστα κάμψιν δεχόμενος.*[61] In Creta autem, licet a P. Alpino peculiaris arundo aculeata describatur[62], quam Linnaeus Cenchrum frutescentem vocavit, praeter *Arundinem arenariam* L., eiusque varietatem, nec Tournefortius[63], nec recentiores peregrinatores aliam observarunt speciem, quae huc trahi possit. Lingulas tibiarum ex alia arundine confici, quam tibias ipsas, nimirum ex *αὐλητικῷ* seu *δόνακι*, Theophrastus negat, sed *ζευγίτην* dici femineam habitu, *εὐσαρκότερον*, si aqua diu stagnaverit, *βομβυκίαν* vero, si inundata loca inaruerint.

---

57) Hist. pl. 2, 8. 58) Ib. 9, 1.

59) De fac. simpl. 8. p. 118.

60) Comment. germ. p. 176 — 182.

61) Hist. plant. 4, 11. 62) De plant. exot. p. 104.

63) Coroll. p. 39.

Itaque arundo femina Diosc. sola est Donacis varietas, quae et *κύπριος* dicitur. *Συριγγίας* alius nostro est, e quo calami scriptorii conficiantur. Haec *πολύσαρκος* dicitur, ut et Serapion legit. Contrariam tamen sententiam et magis probabilem proferunt Theophrastus et Plinius. Ille enim *συριγγίαν οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, ἔχειν ξύλου καὶ σαρκός*, hic etiam, nihil ei esse cartilaginis atque carnis[64], asserunt. Neque falsam esse nostram lectionem, ex additamento *πυκνογονάτου* constat, quod cum *πολυσάρκῳ* cohaerens iterum Theophrasto adversatur, qui *μανὸν καὶ ὀλιγογόνατον τὸν συριγγίαν* vocat. Nil igitur superest, nisi *συριγγίου* significatum assumere mutatum in tribus saeculis, quae Theophrastum intersunt et Dioscoridem.

Φραγμίτης vulgaris ea species est, quam et nostrorum hominum genus *Arundinem Phragmiten* appellitat. Sed superest insignis, in quem incidi, error emendandus. Cum enim legerim *ὁ δὲ φλοιὸς καεὶς ἀλωπεκίας θεραπεύει*, neque corticem ullum in gramine statuere aliquis possit, nimis properavi, ut hoc novarem, maxime cum *ὁ φλεώς* cum *ἀνθήλῃ* in Theophrasto[65] ut synonymon arundinis occurrat. At vero *ὁ φλοιός* repetitur a Galeno[66], qui eum *σιφθείριον* Aegyptiis dici asserit, et a Paullo Aegineta[67], ut et de corticis usu loquuntur Plinius[68] et Serapion.[69] Cum cortex culmi dici etiam possit vagina foliorum culmum ambiens, piget me eius inconsiderantiae, eamque deprecor.

Cap. CXV. *Πάπυρον* esse vocem aegyptiam, nemo negabit, qui aegyptiam esse plantam et ab Aegyptiis ad maxime varios usus adhibitam, secum reputaverit. Haud sine veritatis specie Iablonskius auguratur, vocem esse compositam e *βίρ*, quod contexere et fiscellam textilem signat, ac *πά*, planta, ut *παβίρ* igitur sit planta ad texendum idonea.[70] Strabo *τὴν βίβλον* vocat, beneque descri-

64) Lib. 16, 66. 65) Hist. pl. 4, 10.
66) De comp. med. sec. loc. 1. p. 408.
67) Lib. 7. p. 239. 68) Lib. 24, 50.
69) C. 128. 70) Jablonsk. opusc. 1. p. 198.

bit, *εἶναι ψιλὴν ῥάβδον, ἐπ᾽ ἄκρῳ ἔχουσαν χαίτην.*[71] Ebraei vocant גֹּמֶא a גמא *sorbere*, quia aquam continuo sitit bibula planta: Arabes بردى (*bardi*).

Quomodo chartae e papyro parabantur, Plinius docuit[72], et post eum Melch. Guilandinus[73]: quanquam in eorum descriptionibus dubia non pauca supersint, in quibus solvendis Landolina Siculus et Bartelsius periclitati sunt.[74] Philurae enim praetenues, sed quam latissimae, in quas acu dividi perhibet papyrum Plinius, tantum abest ut e tunicis aut tegminibus culmi, quae nusquam adsunt, conficiantur, ut potius ex medulla culmi, detracta epidermide, parari possint. Staminibus nimirum parallelis, ope Nili aquae, quae glutinis vicem gerit, coagmentatis supersternebantur transversa subtemina: prelis dein pressa in sole siccabantur.

Nutrimenti aliquid radici inesse noster contendit, ut commanducantes eam Aegyptii succum exsugant. Herodotus de culmi inferna parte ac radice id testatur.[75] Sic etiam Theophrastus de culmo loqui videtur, qui, postquam radices loco cremiorum comburi dixerat, addit: *μασσῶνται ἅπαντες οἱ ἐν τῇ χώρᾳ τὸν πάπυρον, καὶ ὠμὸν καὶ ἑφθὸν καὶ ὀπτόν· καὶ τὸν μὲν χυλὸν καταπίνουσι, τὸ δὲ μάσσημα ἐκβάλλουσιν.*[76]

Charta e papyro confecta combusta et papyrus ipsa in cineres redacta largiebantur kali carbonicum impurum, cuius efficacia in ulceribus purgandis et sanandis recentiorum experientia firmatur.

Cap. CXVI. Tamaricis nomen haud sine veritatis specie in Aegypto e *μυρίκη* et *τὰ*, articulo feminino Aegyptiorum, conflatum esse Rossius suspicatur.[77] *Βρυώδη* esse et florem et fructum, certum est, si *βρύον*, ut saepius, pro amento habemus. Tamaricem autem sativam in Ae-

---

71) Lib. 17. p. 528. 72) Lib. 13, 23.
73) Papyrus, h. e. commentarius in tria Plinii de papyro capita, rec. Henr. Salmuth. Amberg. 1613. 8.
74) Bartels iter siculum germ. 3. p. 63.
75) Lib. 2. c. 92. Diod. 1, 80.
76) Hist. pl. 4, 8. 77) Etymol. aegypt. p. 263.

gypto et Syriâ fructum ferre gallae proximum, aliter exponi nequit, quam dum gallarum similia tubercula et hic similibus insectis, ac in quercubus, produci statuimus: sicut, Seetzenio, Burckhardtio et Ehrenbergio testibus, etiam manna in eadem arbore (*Tamarice* nimirum *gallica*) a Cocco manniparo producitur. [78]

Quoniam semina tamaricis comosa facillime difflantur, aut, ut salicis fructus (cum Plinio loquar) ante maturitatem in araneam abeunt; infelicem arborem eam a vulgo appellari, perhibet Plinius, quoniam nihil ferat, nec (in Italia saltem) seratur unquam. [79]

Cap. CXVII. *Erica*, propter similitudinem cum tamarice, *arborea* esse videtur. Mel generosum aut probatum dici *σπουδαῖον*, haud sine exemplis est. Namque et Plutarcho dicuntur *σπουδαῖα σπέρματα* et *μῦρον σπουδαῖον*.

Cap. CXVIII. *Ἀκακαλίς* ab Arabibus أثل vertitur, cum طرفا *tamaricem* denotet, describitur autem ab Isaaco Amrami filio, ignoto ceterum auctore [80], tanquam procerior et magis agitatâ vento: folia (ramos) esse longa, stricta, viridia; flores ferre nullos, sed adnasci fructus, velut ciceris semina, fusca, in quibus granula aliquot coagmentata. Eadem est ebr. אֵשֶׁל [81]. Fructum, seu gallas كزمازج (*khismasedsch*) vocant. Ab Alpino [82] bene descripta, male picta arbor, a Forskoleo primo [83] *Tamaricis orientalis* nomine definita est, quam postea Vahlius T. *articulatam* nominavit. Mihi exemplar benigne largitus est Delilius, collega monspeliensis, una cum ipsis gallis, quae, Forskoleo teste, in officinis loco fructus usurpantur. Ramos habet Casuarinae aut Equiseti speciem prae se ferentes, incanos, articulatos, vaginis cylindricis appressis, quarum margo superior in processum brevissimum acutum latera-

78) Linnaea, 2. p. 281. Burckhardt iter germ. 2. p. 953.
79) Lib. 24, 41. 80) Apud Serap. c. 20.
81) 1 Sam. 22, 6. 82) De plant. aeg. p. 32.
83) Flor. aeg. arab. p. 206. 207. *Ἀκακαλλίς* etiam dictum fuisse narcissum, testatur Eumachus Corcyraeus apud Athen. lib. 15. c. 8. p. 485. ed. Schw.

lem abit. Hic quidem processus vicem foliorum, quae nulla adsunt, agit. Capsulae sunt bi-trivalves; semina comosa. Gallas gerit pedunculatas, seu potius apici ramulorum insidentes, ciceris mole, fuscas, intus solidas vel granulosas.

Empetrum album, quod huc traxit Amatus Lusitanus, Lusitaniae proprium est, neque ullo modo haec arbor cum eo fruticulo confundi potest. Neque Trianthema fruticosum Vahlii, seu *Gymnocarpus fruticosus* Forsk.[84], quem olim pro ἀκακαλίδι habui[85], huc pertinet.

Cap. CXIX. Ῥάμνος Graecorum, Aesculapio sacra[86], *Περσεφόνιον* dicebatur ab usu ἐν τοῖς ἐναγίσμασι: pro foribus enim suspendebatur, ut Dii inferi expiarentur.[87] Hinc et Nicander ἀλεξιάρην, ἀλεξίκακον vero Euphorion dicebat. Afra seu punica appellatio est manifesto semitica: ἀταδίν enim est pluralis chaldaeus אַטְדִין, cuius singularis אָטָד in vetere testamento pluries obvius est.[88]

Hunc fruticem primus P. Alpinus arabico nomine عوسج (*ausedsch*) Uzeg descripsit ac delineavit.[89] Est frutex, ramis strictis, rigidis, quorum ramuli horizontales spinescunt: folia sunt lanceolata, obtusa, oblique flexa, canescentia: flores albidi, fructus nigri. *Lycium* est *europaeum*. *Lycium afrum* videtur esse ῥάμνος ἑτέρα, λευκοτέρα. Rhamnum tertium Lobelius[89] in Galloprovincia et Italia reperisse credidit. Sed, quem delineat, frutex est *Mespilus Pyracantha*, baccis ruberrimis longissime differens a Dioscoridis frutice. Equidem olim habui *Rhamnum oleoidem*, sed fructus adversantur. Non video profecto, quinam esse possit hic frutex, nisi fuerit *Paliurus australis* Gaertn., seu *Rhamnus Paliurus* L., cuius fructus est latus (drupa sicca, alata), folliculi prope figura, vertebrae ad instar: aculei etiam potius sunt, quam spinae. Attamen mox ipse is frutex (c. 121.) sequitur, ubi semen manifesto a fructu distinguitur.

---

84) Conf. Vivian. fl. libyc. t. 10. f. 1.
85) Hist. rei herb. 1. p. 174. 86) Pausan. 5, 14.
87) Schol. Nicand. ther. v. 861.
88) Genes. 50, 10. Iud. 9, 14. 89) Advers. p. 438.

Cap. CXX. Ἅλιμος, *Atriplex Halimus* L., nullam admittit dubitationem, cum et recentiores, e. g. Belonius[90], frequentissimum per Graeciam fruticem, plurimas sepes eo constantes, nomen consonum (ἁλιματίαι) et cymas etiamnum edules observaverint. Nomen graecum a loco natali (ἁλίμῳ, παραθαλασσίῳ). Nomina aegyptia a sepibus, quas frutex constituit: ἀσλοερὶ et ἀσοντρί[91].

Inter Arabas Beitarides ملوخ (malûch) vocat[92]. In arabica Avicennae editione corruptum hoc nomen مبتيخ legitur, ubi ملوخ scribi debebat.

Cap. CXXI. *Paliurus australis* Gaertn. semen habet lini seminis haud absimile, nitidum ac pinguiusculum, sed magis convexum: cuius usum adversus tussem Theophrastus pariter praedicat.[93]

Cap. CXXII. De Oxyacantha variae sunt veterum auctorum sententiae. Pyracantham vocat Plinius, qui omnino ab alia spina, quam appendicem vocat, quoniam baccae puniceae eo nomine appellentur, probe distinguit.[94] Galenus ὀξυακάνθην fere eodem modo ac Dioscorides describit, nisi quod fructum dicat ἀραιόν loco ἁδροῦ.[95] Nisi, quod suspicor, falsa est lectio; alium fruticem commutavit Galenus, forte Plinii spinam appendicem, quae Berberis Arabum est. Serapion enim أمير بريس (*amir berís*), seu برباريس (*berbarís*), quam et أترار (*atsrâr*) et أترأتة (*atsratsrah*) dixere, pro ὀξυακάνθῃ Dioscoridis habet. Eum et Arabes et Latinobarbari[96] ita sequuti sunt, ut post renatas literas oxyacantha Dioscoridis fere ab omnibus diceretur berberis. Valerius Cordus primus est, qui ad h. l. differentiam insignem utriusque monstraverit. Dodonaeus quoque, Matthiolus et alii *Mespilum Pyracantham* in ὀξυακάνθῃ Dioscoridis recognoverunt. Negotium tamen facessit, quod D. πυρῆνα tantum in fructu habitare perhi-

90) Obs. p. 24. 25. in Clus. exot. Tournef. iter, p. 43.
91) Rossi etym. aeg. p. 19.
92) Bochart. hieroz. 1. 874.
93) Hist. pl. 3, 18.
94) Lib. 24, 70.
95) De fac. simpl. 8. p. 90.
96) Matth. Sylvat. c. 38.

beat, cum duo, tres aut quinque πυρῆνες vulgares sint. Sed facillime potest πυρῆνα in πυρῆνας mutari, praesertim cum Serapion, fidus interpres, grana (حبوب) adesse dicat.

Cap. CXXIII. De Cynosbato similis nasci potest controversia. Graecis solis exemplaribus consultis persuasum habemus, *Rosam caninam* esse κυνόςβατον veterum, maxime Columella teste.[97] Si quis vero Plinium de cynosbato legerit, tantam reperiet confusionem, tantamque ex inscitia iuxta ac properatione natam significatus μεταφοράν, ut aegerrime eam expedire possimus.[98] „Folia esse vestigiis humanis similia." Quid legit Plinius, aut quid legere audivit? Temporis parsimonia impulsus, qui et in balneis, et ante lucem, et cum somnus instaret aut eum desereret, semper legi sibi iusserat et dictare notario, cuius manus hieme manicis erant munitae, consuerat[99], audivit forte ex Athenaeo[100], folium cynosbati ἀγνῶδες dici, seu ἄγνου foliis simile: somnians videtur, aut non recte pronunciante lectore, ἰχνῶδες audivisse, quod ita interpretatus est. Mox addit: ferre uvam nigram, in cuius acino nervum habeat, unde nevrospastos dicatur. Si pedem figimus in uva nigra, facilis est transitus ad *Rubum fruticosum*, cuius fructus nigri sunt. Quomodo vero baccarum semina nervos appellare potuerit Plinius, plane ignoro. Namque nevrospasti explicatio apud Salmasium[1], quod κυνόςβατος seu χαμαίβατος tendiculae aut nervi modo per terram extensus sit ac, utraque infixus parte, saepe ambulantium pedes trahat, ipseque trahatur, licet admodum ingeniosa, huc tamen haud quadrare videtur.

Flores κυνοςβάτου albi probant, Rosae caninae varietatem albifloram seu collinam Jacqu., leucantham Lois. intelligi.

---

97) Colum. 11, 3. 4. *Κυνόςβατος*, quam nos sentem canis appellamus.

98) Lib. 24, 74.

99) Plin. secund. epist. 3, 5.

100) Lib. 2, 67. p. 271.

1) Homon. hyl. iatr. p. 25.

Cap. CXXIV. *Κύπρος* est *Lawsonia alba* Lam., quae L. inermem et spinosam L. complectitur: כֹּפֶר Ebraeorum[2], حنا (*Henna*) Arabum, celebratissima et hodie per totum orientem, tum ob fragrantiam, tum propter fucum, quem capillis folia faciunt. Trita nimirum flavum aut fulvum impertiunt colorem, apud orientis populos gratissimum.[3] In describendo autem frutice magnopere dissentiunt auctores: noster folia cum oleae foliis, fructum cum sambuci baccis comparat: Plinius dicit arborem zizyphi foliis, semine coriandri, candido.[4] Abul Fadli Arabs folia habet myrtum referentia.[5] Neque tamen id tantopere repugnat Dioscoridi, quam fructuum descriptio apud nostrum et Plinium, licet uterque auctor a veritate aberret. Capsula enim, non bacca, est fructus Lawsoniae, globosa ea et polysperma: nonnullam habet cum coriandro similitudinem, nisi quod plura contineat semina. Crediderunt tamen, qui primi post renatas literas Dioscoridem exponere auderent, quia fructus cum sambuci baccis comparetur, *κύπρον* veterum esse Ligustrum vulgare.[6] Negavit id primus Anguillara[7]; Belonius etiam et Rauwolfius, qui orientem peragrarunt, Hennam Arabum cum *κύπρῳ* eamdem esse, ex *αὐτοψίᾳ* probarunt.

Ἐν τῇ Ἀσκάλωνι καὶ Κανώπῃ: sic habet Aldina, quam scripturam reliquae omnes editiones repetunt. Scribunt etiam *Ἀσκάλων*, *Ἀσκάλωνος* et Strabo[8] et Stephanus Byzantinus[9], et ipsi LXX[10]: quamquam ebraeum אַשְׁקְלוֹן sit oxytonon. *Κάνωβον* vero et *Κάνωπον* ad lubitum scribi a veteribus, exploratum habemus. *Κανώπης* adeo insolens est, ut lubentissime in *Κανώβῳ* mutassem, ni codices adversarentur.

Cap. CXXV. *Φιλλυρέα* est *Phillyrea latifolia* L.

2) Cantic. 1, 14. Apud incolas Nubiae et hodie dici كفره (*Khofreh*) Delilius est auctor. (fl. aeg. p. 12.)

3) Belon. in Clus. exot. p. 135.

4) Lib. 12, 51. 5) Apud Cels. hierob. 1. p. 223.

6) Trag. herb. f. 389. et Valer. Cord. in Diosc. f. 19. b.

7) Sempl. p. 60. 8) Lib. 16. p. 348.

9) Voc. *Ἀσκάλων*. 10) Ierem. 47, 5.

Eam dixerunt Arabes محلب (*mahaleb*), commutatam cum *Pruno Mahaleb.* Hermolaus Barbarus et Marcellus Vergilius φιλλυρέαν *Tiliam* vertunt, φίλυραν Theophrasti cum hac arbore australi confundentes. Valerius Cordus nil invenit in hoc capite, quod supervacuum declararet, nisi Ligustri descriptionem. Eos errores bene refutavit Matthiolus, Phillyreae veram iconem tradens.

Cap. CXXVI. Κίστος in bonis codicibus Dioscoridis invenitur: Galenus autem, Aëtius, Paullus Aegineta cum grammatico Hesychio scribunt κίσθος, quam scriptionem nonnulli praeferunt. Neque reticendum est, Arabes ita legisse; scribunt enim قسط (*kisth.*)[11]

Duas habet species, solo florum colore distinctas; rubro nimirum, quem masculum, et albo colore, quem feminam vocat. Ille est sine dubio *Cistus villosus*, in Europa australi Africaque boreali satis vulgaris, et praesertim foliis subrotundo-ovatis, rugosis, hirsutis insignis. Στρυφνά licet austera folia reddiderim, possunt tamen rigida verti. Στρυφνός enim saepius ἰσχυρὸς, πυκνὸς, στερεός est apud Lexicographos et Dioscoridem ipsum.[12] Cistus femina est *C. salvifolius*, in Europa australi pariter vulgaris.

Cap. CXXVII. Ὑποκιστίς vel ὑποκισθίς est memorabilis ea herba, Cistorum radicibus adnascens, quae et hodie *Cytini Hypocistidos* nomine venit. Est autem herba aphylla, squamis imbricatis flavidis obsita, quarum superiores fulvum, inferiores magis lurido-flavum colorem habent. Unde τὸ κιῤῥὸν, τὸ δὲ χλωρὸν, τὸ δὲ λευκόν exponi potest. Flos campanulatus omnino cum punici floris calyce comparatur.

Optimas nostra aetate icones descriptionesque exhibuerunt Broterus Conimbricensis[13] et Hookerus Glasgoviensis.[14]

11) Avic. p. 245.

12) Lib. 4. c. 15. Cf. Ruhnken. ad Tim. p. 169. 170.

13) Phytogr. lusit. t. 51. Flor. lusitan. 2. p. 36.

14) Flor. exot. 2. t. 153.

Punicum nomen φυλλεσάδε videtur פְּלִיא-שָׂדֶה, *mirabilis herba campi.*

Cap. CXXVIII. Ladanum seu Ledum variis Cisti speciebus gignitur: plurima fere copia *Cisto ladanifero*, qui omnino longiora et magis nigricantia habet reliquis speciebus folia. Sed, cum nonnisi in Hispania Lusitaniaque inventus sit, ambigendum est, Dioscorides eum intellexerit. Vulgo *Cistus creticus* is esse creditur, quamvis folia nec longiora sint, nec nigriora reliquis. Si colorem Dioscorides floris addidisset, dubia species esse nullo posset modo, quoniam C. creticus roseo, ladaniferus albo flore constanter praediti sunt.

Viscositatem excipi a capris pascentibus, quae et barbis et femoribus adhaereat, antiqua est traditio, unde et ἀποτραγοπώγωνα dixit ladanum Asclepiades.[15] Rufi etiam Ephesii versus nobis Galenus servavit:

Ἄλλο δέ που κατὰ γαῖαν Ἐρέμβων λήδανον εὕροις
αἰγῶν ἀμφὶ γένεια· τὸ γὰρ καταθύμιον αἶξὶ,
κίστου ἀνθήεντος ἐπέδμεναι ἄκρα πέτηλα.

Quodsi Straboni fides habenda, Ἐρέμβων nomine antiqui Graeci Arabas, praesertim Troglodytas, appellarunt.[16] Unde efficitur, Rufum intellexisse τὸ λάριμνον, εὐωδέστατον θυμίαμα e Sabaeorum regione[17], quod et Herodotus Arabibus λάδανον dici perhibet, et a depastis fruticibus hircorum barbis adhaerere ob indolem glutinosam testatur. Eo autem praecipue uti Arabas ad θυμιάματα.[18] Vocem esse arabicam λάδανον, verum est. Scribitur enim apud auctores لاذن, derivandum a لذ, *ſuavis*, praesertim odore. Sitne diversum ladanum Arabum a graeco, merito ambigitur. Quodsi enim Herodotus mirabilia illa de capris barba gluten illud detergentibus narrat, in patria Herodoti spontanea esse arabica planta ladanifera non potuit. Plinius etiam[19] traditiones eas repetens, hoc non alibi fieri addit, quam in Nabataeis, qui sint ex Ara-

15) Galen. de comp. med. sec. loc. 1. p. 425.
16) Lib. 1. p. 112. 17) Strabo lib. 16. p. 437.
18) Herodot. 3, 112. 19) Lib. 12, 37.

bia contermini Syriae. In Creta autem iam rastris peculiaribus loreis ladanum depectitur, quod Tournefortius uberrime docet[20], confirmante nuperrimo teste Siebero.[21]

Cap. CXXIX. Ebeni lignum, per omnem antiquitatem celebratissimum, Ezechieli iam[22] הָבְנִים dictum, plurali nimirum, ut alia ligna, שִׁטִּים, אַלְגֻּמִּים, quia φάλαγγας ξύλων exportare consuerant.[23] Duae species distinguuntur; aethiopica concolor aterrima, et indica, quae lineas albas fulvasque et maculas frequentes habeat. His addit Theophrastus fruticosam, Cytiso similem, quae *Anthyllis cretica* est, ab Honorio Bello[24] et P. Alpino[25] descriptam.

Ebeni arbores in Aethiopia crescere, certissimum est. Namque et Herodotus Aethiopes Persarum tyrannis, post Cambysem, pependisse tributa et ebore et ebeni lignis testatur[26]: et Plinius ebeni arbores ultra Meroën crescere[27] affirmat: et Virgilius eodem iure solam Indiam nigrum ferre ebenum canit[28], quo et Nilum dicit amnem ab Indis devexum.[29]

Optimum autem ebeni lignum deduci e portubus Africae orientalis, praesertim orae, quae hodie Mozambique appellatur, et ex insulis Mascarenis, atque Rumphius[30], et Aubletius[31], et Loureirius[32] testantur. Per omnem autem Indiam orientalem crescere, ac praesertim in Cochinchina vastas sylvas habitare, iidem asserunt. Solerter Rumphius investigavit ligna ebeni africana ac cum indicis comparavit: neque tamen potuit, quin iidem arbori assignaret, cum et africani ebeni ligna nonnunquam maculas et lineas variegatas ostendant. Itaque pro varietate habendum indicum, aut exponenda versicolor indoles e raritate maiore, quam

20) Iter gall. 1. p. 29.
21) Iter cret. germ. 2. p. 66.
22) Cap. 27, 15.
23) Herod. 3, 37.
24) App. ad Clus. hist. p. 309.
25) Exot. 2, 32. p. 278.
26) L. c. et c. 114.
27) Lib. 12, 8.
28) Georg. 2, 117.
29) Georg. 4, 292.
30) Herbar. amboin. vol. 3. p. 2. 4.
31) Append. ad flor. guian. p. 141.
32) Flor. cochinch. p. 752.

lignum forte e nimia soli humiditate acquirit. Neque tamen reprehendendi esse videntur, qui *Diospyri* varias species, *Melanoxylon* Roxb., *Ebenum* et *Ebenastrum* Retz. indicum largiri ebenum, *Ebenoxylon verum* Lour. autem aethiopicum, statuunt.

Prunis impositum id lignum cum iucundo odore citraque fumum comburi, Rumphius haud potuit confirmare.

Cap. CXXX. Aurea rosa est R. *lutea* Dalech.: agrestis vero et ἐπίγειος, R. *arvensis.*

Cap. CXXXII. Fruticem, e quo λύκιον veterum parabatur, esse *Rhamnum infectorium* L., quem *Rh. Lycium* Scopolius[33] nominavit, plurima nobis suadent. Protinus vero consensus descriptionis cum ipsa natura. Est enim frutex, cuius rami spinescunt, cuius radices lignosae et validae per rupium fissuras repunt, cuius rami procumbentes subpallidi duos fere cubitos longitudine aequant. Folia etiam elliptico-oblonga, crenulata, venosa, haud immerito cum Buxi foliis conferuntur. Fructus sunt baccati, nigricantes, piper magnitudine et forma aequantes. His accedit, hunc fruticem per omnem Graeciam Asiamque minorem satis esse vulgarem: pigmentum insuper flavum e baccis coqui, quod granorum avenionensium nomine ubique celebratur. Et hodie, nisi medico, technico tamen, usui commodus putatur is succus.[34] Optimus Clusius etiam iampridem divinavit, hunc esse fruticem, qui lycium largitus fuerit: spinam dixit infectoriam primam. [35]

Quantopere alii sint hallucinati, non opus est enumerare. Sic Honor. Bellus Berberim creticam habuit pro frutice, qui lycium det.[36] Sic Matthiolus iconem dedit plantae, quam myropola Dalmatus quidam commoda-

33) Flor. carniol. 1. p. 163.

34) Pet. Arduino memoria, 1. p. 78. t. 14. Smith prodr. fl. graec. 1. p. 157.

35) Clus. hist. 1. p. 111.

36) Io. Bauhin. hist. 1. b. p. 60.

rat[37], sed fictam, imo e vano esse haustam, Anguillara docuit.[38]

Lycium indicum etiam magis in dubio est. Videtur fuisse liquor inspissatus fulvus, astringens, ut cum *Kino, Catechu* et *Gambir* nostratum comparari possit. Id etiam Garcias ab Orto suspicatus est, quanquam Acaciae speciem ipsam (leucophloeam aut Catechu W.) perperam crederet fruticem ipsum esse indicum[39]: cui repugnant folia olivae similia. Nec maiore iure P. Alpinus Lycium europaeum pro indico habuit.[40] Equidem existimo, lycium indicum fuisse ex illis succis astringentibus; sed fruticem arboremve definiri non posse, priusquam eas omnes arbores cognoverimus, quae Catechu aut Kino largiuntur.

Cap. CXXXIII. Ἀκακίαν esse *Acaciam veram* Welld., primi peregrinatores Belonius[41] et P. Alpinus[42] probarunt, cum antea Prunus spinosa sic diceretur.

Nomen graecum a radice *ἀκάζω, ἀκάζομαι, acuo,* unde *ἀκαχμένος.*[43] Aegyptii سنط, Ebraei שִׁטָּה, omisso ן; Arabes ipsi قرظ vocant.[44] Esse autem سنط vocem aegyptiam, Jablonskius[45] et Rossius[46] probarunt.

Altera acacia in Cappadocia ac Ponto spontanea est leguminosa: *Spartium Scorpius*, per omnem Graeciam et Asiam minorem satis vulgaris herba. Primus id auguratus est Anguillara, qui in Corsica invenerat.[47]

Cap. CXXXIV. *Ἄγνος* est frutex notissimus, *λύγος* quoque dictus, cuius flexiles rami ad opera textilia adhibebantur[48], e quibus et coronae nectebantur[49]: *λύγος πολυανθής* Nicandro dictus.[50] Nomen *ἄγνος* natum esse *διὰ τὸ ἄγονον εἶναι* fertur, quia cupidini venereae refra-

37) Comm. in Diosc. p. 168. 38) Sempl. p. 62.
39) Clus. exot. p. 163. 40) De plant. Aegypt. p. 41.
41) Lib. 2. c. 56. in Clus. exot. p. 123.
42) De plant. Aeg. p. 15.
43) Hom. Od. 1, 99. *εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ.*
44) Cels. hierob. 1. p. 503. 45) Opusc. 1. p. 261.
46) Etymol. aeg. p. 273. 47) Sempl. p. 63.
48) Hom. Od. 10, 166. et Eustath. ad h. l.
49) Athen. deipnos. 15, 5. p. 446.
50) Theriac. v. 63.

getur, unde et mulieres in thesmophoriis ramusculos eos sibi substernant.[51] Et Paullus suadet iis, qui nimia spermatis abundantia laborent, summitates ramorum *ἄγνου* sibi substernere.[52] *Ἀμικτομίαινον* est id, quod sine coïtu polluit. *Salix marina* est forte *amerina,* quae ad vitem ligandam adhibebatur. Ad Ameriam Umbriae frequens, inde nomen accepit.[53] Aegyptium nomen *σούμ* aut *σούν* a simile radice, quae *vincire* significet, Rossius derivat.

Avicenna habet persicum nomen, بنكجنكست (*bendschendschest*) pessime scriptum[55], cum potius بنج انكشت (*bandsch ankuscht*), i. e. *πενταδάκτυλον*, legendum sit. Namque folia quinata habet *Vitex agnus* seu *ἄγνος* Graecorum.

Vim esse vitici calefacientem et astringentem, repetitur et a Galeno[56], quanquam alio loco[57] folia viticis *μετρίως ψύχοντα* dicat, et ipsum semen, quod frixum mandatur, refrigerans et siccans praebere alimentum.[58] Tam parum sibi constabat vir *πολυλόγος* et versatilis, ut et, qui altero loco[59] viticis fructus capitis dolores inferre cum Dioscoride perhibuerat, altero[60] haud ferire caput, quomodo cannabis, edisserat.

Cap. CXXXVI. In *ἀγριελαίᾳ,* quae et *κότινος* et *ἐλαία αἰθιοπική* dicitur, cuiusque gummi commendatur, diu haesi, donec comparatis omnibus notis illustrantibus, in *Elaeagno*, eiusque variis speciebus, nondum satis distinctis[61], pedem figi. Matthiolus iam, et qui eum sequuti sunt, *Elaeagnum spinosam* L., *hortensis* Marsch. Bieb. varietatem, oleam sylvestrem nuncuparunt. Haec enim varietas, غثم dicta, et alia, *orientalis*, نَجْكة appellata,

51) Schol. Nicandr. ther. v. 71. Plin. 24, 38.
52) Lib. 1. p. 11.
53) Virgil. georg. 1. v. 265. Colum. 4, 30. Plin. 16, 69.
54) Etym. aeg. p. 205. 55) Ed. arab. p. 147.
66) De fac. simpl. med. 6. p. 807.
67) De comp. med. sec. loc. 2. p. 554.
68) De alim. fac. 1. p. 650.
59) De fac. medic. simpl. 6. p. 807.
60) De alim. fac. 1. p. 550.
61) Etiam post egregium Ach. Richardi commentarium Mém. de la soc. d'hist. nat. de Paris, 1, p. 375 — 388.

Delilio teste, per omnem Aegyptum et, ut videtur, per ipsam Aethiopiam satis sunt vulgares.

Haec ergo est arbor, quae lacrimam illam largitur, quam et cum scammonia et cum ammoniaco comparat, nostra aetate plane ignotam. Arabum tamen aetate usitatam fuisse, patet e Serapionis descriptione.[62]

Cap. CXLII. Additamentum, quod codd. vindobonenses habent, *νεότρητα, νεότμητα* legendum et *recens secta* vertendum esse puto.

Cap. CXLV. *Τὰ κάστανα,* aut *καστάνια,* aut *τὰς καστανέας* nomen accepisse a Castanide, quae plurimam gignat earum nucum copiam, iam Nicander docuit.[63] Duas urbes scholiastes nominat, alteram in Thessalia, alteram in Ponto: circa utramque abundare castaneas. Thessalicum oppidum et Herodotus[64] et Strabo[65] *Κασθαναίαν* scribunt. Situm id erat in ora maritima Magnesiae, et sub Pelio monte, inter Meliboeam et Sepiada promontorium. De pontica *Καστανίδι* nihil innotescit.

Alteram appellationem, *σαρδιαναὶ βάλανοι,* Galenus a Sardibus Lydiae derivat.[66] Eo magis autem fidem meretur, cum patria Galeni, Pergamum, vix quingenta stadia (tredecim milliaria germanica) a Sardibus distaret. Addit Galenus, leucenas quoque appellari a Leucenis, loco quodam Idae montis. Satis vulgaris est appellatio nucis euboïcae, *καρύου εὐβοϊκοῦ,* tum in Theophrasto[67], tum in Athenaeo[68], quia in ea insula et circa Magnesiam plurimae eius generis arbores proveniant.

Διὸς βάλανος est nomen castaneae Theophrasto admodum familiare.[69] Aliis dicitur sic iuglans[70], aliis ipsa avellana.[71] Galenus vero iuglandem *κάρυον βασιλικόν* et avellanam *ποντικόν* appellat.[72]

---

62) Serap. c. 5. f. 121. b. 63) Alexiph. v. 271.
64) Lib. 7. c. 183. 65) Lib. 9. p. 669.
66) De probis pravisque alim. succis, p. 778. Plin. 15, 25. Athen. 2, 43.
67) Lib. 5, c. 4. 68) L. c.
69) Lib. 3. c. 8. 10. 70) Diocles apud Athen. 2, 42.
71) Hermonax et Timachidas ib. c. 41.
72) Galen. de fac. alim. 2. p. 609.

Supersunt alia cognomina: λόπιμα et μότα. Λόπιμον κάρυον vocarat Nicander in georgicis[73], sed distinguere a castaneis videtur Aëtius.[74] Venit autem id cognomen a λοπός, seu λέπος, ut eum fructum significet, qui decorticari possit. Galenus diserte: ἄρισται ἐκεῖναι (αἱ καστανέαι) τῶν βαλάνων εἰσίν· ἔνιοι δὲ λοπίμους αὐτὰς ὀνομάζουσιν.[75]

Μότα denique dicta fuisse suspicor, quia tam facile ventriculum impleant, quam lintea carpta (μότα), quae ad ἀναπλήρωσιν σαρκός Hesychius et Eustathius adhiberi testantur. Itaque nescio, quo iure Agalochus ἄμωτα dicere potuerit.

Cap. CXLVI. Galla (κηκίς) fructus quercus dicitur, sicut antea simile tuber in tamarice (c. 116.) Ὀμφακῖτις dicitur optima, solida, parva et tuberculosa, nullis obnoxia foraminibus. Idem cognomen repetit Galenus[76]: alteram, viliorem, speciem a rusticis patriae appellari οἰνοκηκίδα affirmans, pro quo Hermolaus Barbarus ὀνοκηκίδα legit.[77] Non confundenda est ὀμφακῖτις cum ὀμφακίδι, quam Paullus dicit esse cupulam glandis quernae.[78]

Cap. CXLVII. De *Rhoë* nulla existere dubitatio potest, esse *Coriariam*, quae per Galloprovinciam, Graeciam Asiamque minorem satis vulgaris est. Fructus s. semen ὁ ῥοῦς, frutex ἡ ῥοῦς dicitur. Sic etiam Theophrastus[79]: ἔχει δὲ τὸ φαρμακῶδες τοῦτο, ὅ καλεῖται ῥοῦς, ἐν αὐτῷ ὀστῶδες (τι), ὃ καὶ τῆς ῥοῦ διηττημένης ἔχει πολλάκις. Et Galenus[80]: Ῥόα ξηρανθέντα καὶ κοπέντα τοῖς ὄψοις ἐπιπάττεται, καθάπερ καὶ ὁ κυρίως ὀνομαζόμενος ῥοῦς. Aspergebatur igitur pro sale obsoniis.[81] Vocatur a Plinio et Rhus erythros et Rhus syriacus: et a Geoponicis ῥοῦς συριακός.[82] Nicol. demum Myrepsicus ad eamdem composi-

---

73) Athen. 2, 43. 74) Lib. 1. p. 43.
75) De fac. alim. 2. p. 621.
76) De fac. medic. simpl. 7. p. 25. 77) Coroll. 155.
78) Paull. Aeg. lib. 3. p. 97. ἔστι δὲ τὸ κοῖλον, ἐξ οὗ ἐκπέφυκεν ἡ τῆς δρυὸς βάλανος, ᾧπερ οἱ βυρσεῖς χρῶνται.
79) Hist. pl. lib. 5. c. 18. 80) Expos. voc. Hipp. p. 554.
81) Plin. 24, 55. 82) Lib. 16. c. 8.

tionem tanquam diversos succus commendat, *ῥοῦν μαγειρικὸν, συριακὸν* et *βυρσοδεψικόν*[83], quanquam ex hoc ipso Dioscoridis loco pateat, ex uno frutice rhoëm culinarem et coriariam peti. Idem compilator Myrepsicus *σουμάκιν* iterum distinguit.[84] Est autem arabica appellatio سماق (*sommâk*) Rhois obsoniorum, qui et تمتم (*tomtom*) appellatur.

Descriptio fruticis apud Theophrastum paullo melior est ea, quam Dioscorides profert. Folia enim apte cum foliis ulmi comparantur, villosa indoles indicatur et opposite pinnata. De florum thyrso composito ita loquitur, ut *τὸ ὁλοσχερὲς ὄστλιγγας ἔχειν* dicat, *ὥσπερ καὶ ὁ βότρυς*: pectinatos igitur habere cincinnos, quales uva. Dein etiam utrumque sexum fruticis dioeci distinguit. Noster folia declarat serrata et colore subrubra, qui color nimia oxygenis copia in his fruticibus generatur. Is acor in fructibus Rhois praevalet, ut et hodie a Turcis obsoniis inspergatur ad acorem gratum conciliandum.[85]

Cap. CXLVIII. Palmas et Phoenicem inprimis dactyliferam praeter Aegyptum in omni oriente satis vulgares esse, tritissimum est. Fructus autem eodem nomine antiquitus insignitos fuisse ac arborem, *φοινίκων* nimirum, Galenus perhibet, recentiores tamen compositum nomen *φοινικοβαλάνων* praetulisse.[86] Insigne est discrimen inter *χυδαίους φοίνικας, vulgares, sylvestres,* e quibus palmeum vinum confici noster docet[87], et *καρυωτούς*, seu *καρυωτίδας,* praestantissimos, molles dulcesque, qui praesertim in Iudaea circa Hierichuntem culti praedicantur[88]: quos tamen gens Iudaeorum, ex invidia romani nominis et numinum contumelia, *χυδαίους* appellavit.

Fructus is recens et mollis cum *μυροβαλάνῳ* comparatur, haudquaquam cum eo fructu, quem Arabes pri-

83) Sect. 10. c. 3. 84) Sect. 1. c. 155.
85) Sestini Briefe, 2. p. 143.
86) De fac. alim. 2. p. 606. De prob. pravisque succ. alim. p. 779.
87) Lib. 5. c. 40.
88) Galen. de fac. alim. l. c. Plin. 15, 9.

mi introduxerunt, cuiusque prima fere mentio fit in spurio libro Aristotelis de plantis, byzantinae certe aetati seriori tribuendo[89]: sed cum glande unguentaria, *βαλάνῳ μυρεψικῇ*. Hinc Plinius duplicis arguendus est erroris, si de palma loquitur, quae myrobalanum ferat[90]: nisi cum Reinesio[91] legere malueris: Palma, quae *prae se fert* myrobalanum: sed glandem potius unguentariam vertere debebat. Hic recens fructus dicitur *πόμα*, quod *πόσιν* reddit Hesychius. Idem est, quem Plinius et *ἄδιψον* nominat. Sunt enim fructus immaturi multo sapidiores et melius sitim exstinguunt: ut et ii, quos Aristoteles *ἀνόρχους*, aut *εὐνούχους*, vocarat, quod sine nucleo essent[92], quales et in Africa boreali Desfontainius invenit.[93] Caput afficere et Plinius testatur, nomen *καρυωτοῦ* inepte ab hoc affectu derivans.[94]

Arabes hanc palmam نخل (*nakhl*), fructus تمر (*tamr*) vocant: distinctis tamen بلح (*balah*) et رطب (*rotab*), illo immaturos, hoc maturos fructus signante. Praestantissimi fructus dicuntur جميع (*dschamia*).

Cap. CXLIX. Palmas thebaicas singulare id constituere genus, quod *Hyphaenen coriaceam* Gärtnerus vocavit, Delilius vero *Cuciferae thebaicae* nomine egregie descripsit[95] et eximie pingi curavit[96], facile sibi aliquis persuaserit, qui patriae rationem habuerit. Attamen, etiamsi in Aegypto superiore proveniat haec palma, admodum tamen rara est, et a Theophrasto vel *κόϊξ* vel *κουκιοφόρον* vocatur[97], qui ipse satis magnam fructus differentiam exponit, qua a palmarum vulgarium fructibus recedit.

Itaque credo, palmas thebaicas phoenicis vulgaris esse varietatem, quam et Strabo citat: *ὁ ἐν τῇ Θηβαΐδι φοῖνιξ ἄριστος τῶν ἄλλων φύεται . . Διττὸς δ᾽ ἐστὶν ὅ, τε ἐν τῇ*

89) Arist. de plant. lib. 2. c. 10. p. 1071. ed. Pac.
90) Lib. 23, 52. 91) Var. lect. 2, 7. p. 172.
92) Athen. 14, 66. 93) Flor. atlant. 2. p. 444.
94) Plin. 13, 9.
95) Mém. d'Egypte, hist. nat. 1. p. 53.
96) Flor. aegypt. tab. 1. 97) Hist. pl. 1, 10. 2, 6. 4, 2.

Θηβαΐδι καὶ ὁ ἐν Ἰουδαίᾳ, ὅ, τε ἄλλος καὶ ὁ καρυωτός· σκληρότερος δ' ὁ θηβαϊκὸς, ἀλλὰ τῇ γεύσει εὐστομώτερος.[98] Caryoton vocat palmam thebaicam, quo nomine praestantior ceteris varietatibus insigniebatur.

Χαμαίζηλος φοῖνιξ, ad finem capitis nominatus, est *Chamaerops humilis* L., per oras maris mediterranei vulgaris. Arabibus dicitur وقل (*wakl*), fructus مقل (*mokl*), qua tamen inscriptione Serapion totum de palmis tractatum (c. 148. 149.) comprehendit.

Cap. CL. De *ἐλάτῃ φοίνικος* iam c. 54. praecepimus. Sed plura etiamnum exponenda sunt: protinus quidem cognomen *ἐλάτης*, *βόρασσος*, seu, ut Sambuci codex habet, *βούρασσος*, sic et Asulanus. Eam vocem, transpositis literis, ortam esse e بسر (*bosr*), quo nomine dactyli immaturi appellantur in Arabia, quodque cum ebraico בֹּסֶר, uva immatura, congruit, existimat Salmasius[99]; quam quidem opinionem nec refutare potis sum, nec firmius stabilire. Esset itaque *βόσσαρος* scribendum. Quod vero Linnaeus palmae peculiare genus *Borassi* nomine insigniverit, nominis indigentia duntaxat excusandum est.

Eamdem spatham masculi floris *σεβένιον* Archigenes apud Galenum[100] appellat.

Quod *ἐγκάρδιον* palmae dicitur, medulla quidem vertitur, sed ea medulla, quae in nostratibus plantis est, carent palmae, sicut et nullo cortice vestiuntur, cum omnis truncus e fibrarum fasciculis, interiecta tela cellulari, constituatur. Arctiores tamen sunt fibrarum fasciculi versus ambitum, laxiores centro, ut hic quidem medulla, quae telam cellularem complectitur, quodam modo assumi possit. Cycas circinalis, e qua medullam, Sago nomine, abundanter obtinemus, et eo a palmis differt, quod concentrica strata fasciculorum fibrosorum et centralem medullam contineat, quod Brongniarus nuper contra Richardium utrumque probavit.[1]

---

98) Lib. 17. p. 610. 611. 99) Plin. exercit. p. 934.
100) De comp. med. sec. loc. 2. p. 574. Cf. Hesych. voc. *σεβέννιον*.
1) Annal. des scienc. nat. tom. 16. p. 591. tab. 20.

In tenello palmarum caudice omnis pars interior, in adulta ea, quae per comam desinit, in provectiore, saltem quae in verticis gemma conspicitur, medullae similis, mollis est et edulis; substantia tenera et carnosa, albissima. Ea pars excidi sine interitu totius arboris nequit: hinc cupediorum id genus nonnisi e palmis sylvestribus peti solet.[3] *Ἐγκέφαλον* id summum caudicis fastigium conicum vocat Galenus.[4] Sed adsunt lateralia et *ἁπαλὰ βλαστήματα* frondium, quae pariter ac spadices immaturi suave edulium praebent. Arabibus dicitur غض (*Gad*) *ἐγκέφαλος* seu *ἐγκάρδιον* palmarum.

Cap. CLI. De malo punico. Iones scribere *ῥοιάν* cum iota, Atticos *ῥοάν* sine iota, auctor est Galenus.[5] Idem quam minimum punica mala corpori praebere alimentum, medicamento potius inservire, quia ventriculum roborent, docet: teste etiam Hippocratico auctore allegato, qui cardialgiam succo punici, cui *ἄλφιτον* inspersum erat, curaverit.[6]

Dulcia punica caloris aliquantum circa ventriculum gignere, confirmatur et ab Hippocratico auctore.[7]

Πυρῆνες dicuntur, non nostro sensu, semina punici mali baccata, sicut et Hippocratico auctori[8], quae *οἱ κόκκοι* Theophrasto et Iulio Polluci, *κόκκωνες* Hesychio, et *τὰ γίγαρτα* aptius Galeno vocantur.[9] *Τὸ ἀπόθλιμμα τῶν πυρήνων* est succus e seminibus expressus: cum enim baccata sint punici semina, intra cuticulam externam continent pulpam mucilaginosam acidulam, facile exprimendam.

Caq. CLII. — CLIV. *Κύτινος* est calyx coloratus superus Punicae, qui sensu latiori omnino flos dici potest. Galenus *τὰς πρωτογόνους ῥοιάς*, primogenita punica, sic

3) Kaempfer amoen. exot. p. 689.
4) De fac. simpl. 8. p. 151. 5) De fac. alim. 2. p. 605.
6) Galen. l. c. p. 604. Hipp. epid. 2. p. 436.
7) Hipp. de diaet. 2. p. 639. *Ῥοίας γλυκείης ὁ χυλὸς διαχωρέει, καυσῶδες δέ τι ἔχει.*
8) Hipp. l. c. *οἱ δὲ πυρῆνες πάντων στάσιμοι.*
9) De fac. simpl. 8. p. 115.
10) De comp. sec. loc. 9. p. 917.

vocat[10], et Theophrastus diserte: ἐν κυτίνῳ ἄνθος ῥοᾶς.[11] Nicander: σίδης πρωτόγονον κυτίνοιο αἰθήμονα καρπόν dicit[12]: ubi Scholiastes: κύτινόν φασι τὸ ἄνθος τῆς ῥοιᾶς, ὅπερ αὐξηθὲν ῥοιὰ γίγνεται. Calyx enim persistens inferne in baccam grandem intumescit, unde *ampullagium* Caelius Aurelianus κύτινον vertit.[13]

Sed noster alio sensu κύτινον totum florem Punicae cultae vocat, βαλαύστιον autem florem sylvestris: in quo et Galenus consentit.[14] Plinius simpliciter balaustium florem dicit punicae arboris[15]: quod alio loco uberius ita exponit: „In hoc ipso cytino (calyce) flosculi sunt: antequam scilicet malum ipsum prodeat, erumpentes, quos balaustium vocari diximus.“[16]

Σίδια esse τὰ λέπη fructus noster, τὰ λέμματα Galenus scribit. Sunt autem cortices baccarum exteriores, forte una cum dissepimentis loculorum. Nomen a σίδη, cognomine ῥοιᾶς boeotico.[17]

Cap. CLV. Myrti varietates plures antiquis iam cognitas fuisse patet. Differunt autem potissimum foliis magis minusve lanceolatis, latioribus et angustioribus, acutis, acutiusculis et obtusiusculis; tum fructibus, qui vel coerulescunt, vel nigri sunt, vel albidi. Postrema varietas Clusio dicitur Myrtus domestica fructu albo[18]; habet autem folia minima, lineari-lanceolata. Myrtus nigra Dioscoridis est latifolia italica vel baetica.

Vinum myrtites crapulam arcere, et ab Aëtio confirmatur. Quin coronam myrteam, quae Naucratites appellabatur, reprimere exhalationes e vino, Philonides apud Athenaeum docet.[19]

Cap. CLVI. *Μυρτιδάνου* diversae sunt significationes in veterum scriptis. Hippocratici enim auctores τὸ ἰνδι-

---

11) Causs. plant. 1, 16. Cf. Hist. pl. 1, 22.
12) Alex. v. 623.
13) Chron. 4, 3. p. 512. ed. Almelov.
14) De fac. simpl. med. 6. p. 847. *Βαλαύστιον μὲν ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς, οἷόν περ τῶν ἡμέρων ὁ κύτινος.*
15) Lib. 13, 34. 16) Lib. 23, 60.
17) Athen. 14, 64. 18) Hist. 1. p. 67.
19) Lib. 15, c. 18.

κὸν, dicunt *ὃ καλοῦσιν οἱ Πέρσαι πέπερι, καὶ ἐν τουτέῳ ἔνι στρογγύλον, ὃ καλοῦσι Μυρτιδανόν.*[20] Itaque fructus subglobosos plantae indicae piperaceae sic vocatur, quem primus Foësius[21], dein uberius Bodaeus a Stapel[22] perhibuerunt cum cubebis posse aptissime conferri. Sed fruticem ipsum etiam idem Hippocraticus auctor *μυρτιδανόν* vocat.[23] Ita et Galenus distinguit *μυρτιδανόν* Hippocraticorum a nostro.[24] Tubera autem ea morbosa mihi videntur, qualia in aliis arboribus *γόγγροι* Theophrasto, *brusca* Plinio, *Madreures* Gallis, *Marezzi* Italis, *Speckles* Anglis, *Maserkröpfe* Germanis dicuntur. *Μυρτάδας* eas in myrti trunco a nonnullis appellari, Galenus testatur.[25] Hinc et loco *μυρτίς* in Paullo[26] *μυρτάς* potius legendum. Plinius longe alium sensum cum hac voce coniungit: myrtidanum vocat vinum e baccis myrti paratum.[27]

Cap. CLVII. Arbor constanter apud antiquiores *ὁ κέρασος*, fructus *τὰ κεράσια* audiunt. Illa tamen in Geoponicis et aliis recentioribus *τὸ κέρασον* aut *ἡ κερασία* dicitur. Nomen a *κέρασι*, *antennis* navium, quas rami virgati arboris aemulantur. Traditum quidem est: ante victoriam Mithridaticam Luculli non fuisse cerasos in Italia[28]; devectas ab eo ex Ponto, nomen accepisse a Cerasunte, Ponti oppido.[29] Sed explodendá est haec traditio, quoniam cerasi per totam Europam sponte proveniunt, et quia Theophrastus, Diphilus etiam Siphnius, Lucullo maiores, uberius de ea arbore et fructibus edulibus loquuntur. At vero non inficior, nobilitatas insitione cerasos e Ponto devectas Luculli aetate fuisse.

Cerasa recentia universim alvum facere bonam, siccata eam sistere, noster docet. Id minus verum, quam

20) Hippocr. de mul. morb. 2. p. 870.
21) Oecon. Hipp. voc. *μυρτιδανόν*.
22) Ad Theophr. p. 1009.
23) Hipp. de mul. morb. 1. p. 656. *μυρτιδάνου κλωνία δύο ἢ τρία.*
24) Explan. voc. Hipp. p. 528.
25) De fac. simpl. 7. p. 82. (Cf. c. 21.)
26) Lib. 7. p. 248.
27) Lib. 14, 19.
28) Plin. lib. 15, 30.
29) Larensius apud Athen. 2, 35.

dum consilium ad varias cerasorum species transfertur. Quod Galenus fecit, dum dulcia cerasa ab acidis, haec autem ab austeris distinguit.[30]

Cap. CLVIII. *Κεράτια* sunt legumina *Ceratoniae Siliquae* L., quae, isthmis intercepta, pulpa farcta sunt, in qua semina nidulantur. Pulpa ea mellea saginantur pecora: quodsi vero diu in cratibus legumina quieverint, pulpa ea et hominibus edulis fit, quanquam parum sapidi habeat. Arbor Ionibus *κερωνία*, fructus *σῦκα αἰγύπτια* Theophrasti tempore dicebantur.[31] Is autem falli omnes, qui ea appellatione utantur, docet, quia in Aegypto neutiquam crescat, sed in Syria, Cnido Rhodoque insula. Hallucinari tamen Theophrastum, patet ex omnium, qui nuper Aegyptum obierunt, relationibus.[32] Vocatur ibi arabice خرّوب (*kharrûb*), unde *Caroba* Italorum, *Caroubier* Gallorum. Namque in omnibus mari mediterraneo finitimis regionibus vulgaris est arbor. Romani siliquas graecas fructum dicebant[33], et quam tenuem habuerint escam, patet ex Horatio[34]: unde et parabola de filio degenere lucem accipit.[35]

Quam vulgaris fuerit fructus, vel inde elucet, quod ponderis species e seminibus desumeretur. Ὀβολός enim aequiparabatur sesquilupino (ἔχει θέρμον αϛ'): lupinus κεράτια β': κεράτιον χαλκοῦς β' continebat. Scrupulus vero (τὸ γράμμα) sex habebat κεράτια[36], unde patet, κεράτιον pondus fuisse tribus granis nostris cum triente aequale. Id ponderis nomen transiit tandem in mercatorum et artificum gemmariorum sermonem, ut aurifabri grana duodecim, quatuor vero gemmarii *karatum* vocent.

---

30) Galen. de fac. simpl. 7. p. 22.

31) Theophr. hist. pl. 4, 2.

32) P. Alpin. de plant. aeg. p. 8. 9. Forskol. fl. aeg. p. 77. Delil. fl. aeg. p. 31.

33) Colum. 5, 9.

34) Epist. 2, 1. v. 123. „Vivit siliquis et pane secundo."

35) Luc. 15, 16. *Καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων, ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι.*

36) Cleopatr. apud Galen. opp. tom. 4. p. 467. ed. Basil. Marcell. Burdigal. p. 244. ed. Steph.

Cap. CLXI. *Μελίμηλα* dicebantur poma, in cydonias insita, quae inde dulcedinem singularem adipisci credebantur.[37] Hinc et *γλυκύμηλα* vocabantur, quod cum Serapion scripserit غلقومل, غلفومل legit interpres iudaeus, et *galopomella* reddidit.

Cap. CLXII. Si epirotica poma eadem sunt, quae latine orbiculata vocantur, durabilibus etiam adnumeranda sunt; Palladius enim perennare dicit.[38] Astrictionem his esse iucundam, cum dulcedine coniunctam, atque stomacho eximie conferre, Athenaeus testatur.[39] Similia iis esse Mordiana, quae pulcherrima Apolloniae nascantur, Mordia cognominatae. Idem est oppidum Apollonia Pisidiae, Mordiacum olim nuncupatum.[40] Orbiculata in Epiro primum provenisse, Plinius tradit, unde epirotica Graecis dici.[41]

Cap. CLXV. Mala armeniaca a Romanis *praecocia* fuisse appellata, nemini non notum est. Sed quaeritur, sintne nostra armeniaca. Plinius tradit, persica mala post autumnum maturescere, aestate praecocia, quae igitur varietatem signant, *avant-pêches* Gallis dictam.[42] Accedit, prunorum varia genera Arabibus dici برقوق (*berkûk*). An ergo ex hoc nomine *praecoca* Columellae[43], *πρεκόκκια* Galeni[44], *praecoqua* Martialis[45]? Galenus saltem distinguit *πρεκόκκια* ab armeniacis, illa meliora habens: et Martialis epigramma:

„Vilia maternis fueramus praecoqua ramis:
„nunc in adoptivis persica mala sumus,"

indicare videtur, praecoqua potius ad persica mala pertinuisse.

Serioribus Graecis vocantur *βερίκοκκα*[46], quod iterum magis cum arabica prunorum appellatione, quam cum praecocibus Romanorum congruit. Hinc Italorum *Arbri-*

---

37) Geopon. 10, 20. 38) Febr. 25.
39) Lib. 3. c. 20.
40) Steph. Byz. voc. *Ἀπολλωνία*. 41) Plin. 15, 15.
42) Plin. 15, 11. 43) Lib. 10, 410.
44) De fac. alim. 2. p. 593. 594. 45) Lib. 13, 46.
46) Geopon. 10, 73. 76. Cf. Needham et Nicl. ad h. l.

cocco[47], Hispanorum *Albaricoque*, Gallorum *Abricot*, patrium *Aprikose.* Hodie armeniaca pruna Arabibus مشمش (*Meschmesch*), persica خوخ (*khûkh*) vocantur.

Cap. CLXVI. Medica mala noster etiam persica nominat, in quo consentientem habet Theophrastum. Is enim, et Mediam et Persidem esse patriam praestantium malorum, quae persica pariter ac medica appellentur.[48] Hinc et κίτρια ea esse et ἑσπερικὰ μῆλα, recte Athenaeus indicat[49].

Cap. CLXVII. Nostri aevi medicis haud placebit Dioscoridis praeceptum, pyrorum omnia genera astringere, ideoque addi ad repellentia cataplasmata. Videntur tamen veterum pyra non solum sera fuisse, aut postautumnalia, ut cum Plinio loquar[50], quae omnino austeri aliquid habere consuescunt; velut amerina, picentina, Naeviana Celsi[51], graeca praeprimis Plinii, et in his tarentina, quae ἀπίους Τερεντιανούς Galenus vocat[52]: sed fuerunt multa etiam genera, quae mitescendi celeritate et abundantia succi praedicabantur; ut crustumia, cunctis gratissima, mustea Plinii, quae mulsa Columellae, falerna et favoniana. Haec minus astringunt, quam stomacho apta sunt, ut Celsus recte perhibet. Quin Galenus pyra omnia stomacho grata declarat[53]: illita autem desiccare et modice refrigerare, unde vulnera egregie glutinare ea docet. Pyra sylvestria autem celerius glutinare et fluxus reprimere.

Cap. CLXIX. CLXX. Mespili duo genera enumerat, ἀρωνίαν et ἐπιμηλίδα. Illa sine dubio est *Mespilus Azarolus* Smithii, per Graeciam et Europam australem vulgaris, fructibus rubris, sapidis, paullum astringentibus praedita, in quibus terna aut quina ossicula latent. Sibthorpius quidem *Mespilum tanacetifoliam* Sm. pro μεσπίλῳ primo Dioscoridis habet, quia et hodie τρικοκκιά nomi-

47) Caesalpinus (de plant. 2, 16.) *Baracocca* vernacula lingua dici asserit.
48) Theophr. hist. plant. 4, 4.
49) Lib. 3. c. 25. 26.
50) Lib. 15, 16.
51) Lib. 2. c. 24.
52) De comp. sec. loc. 9. p. 289.
53) De fac. simpl. med. 6. p. 834.

netur, sed fructus haud adeo edules, minores, flavicundi sunt, nec folia cum ὀξυακάνθης conferri possunt.

Nomen triviale Azarolus, quod primus, ni fallor, Caesalpinus[54] adhibuit, sine dubio ex arabico زعرور (*zárûr*) corrupto natum est. Ita enim nostra arbor apud Serapionem et Avicennam appellatur.

Altera mespilus, ἐπιμηλίς et σητάνιος nominata, *Mespilus* nostra *germanica* est, quae per Thraciam, Italiam Germaniamque provenit. Σητάνειος et in Theophrasto occurrit: Idae enim montis incolas distinguere eam ab ἀνθηδόνι, quae *Mespilus tanacetifolia* Sm. est.[55]

Cap. CLXXI. *Λωτὸς τὸ δένδρον* est λωτὸς τῶν λωτοφάγων[56], λωτὸς λιβυκός Theophrasti[57], cuius descriptionem optimam Polybius[58] dedit. Esse arborem mediocrem, spinosam, foliis Rhamni, sed latioribus: fructum initio baccis myrti albis similem, dein vero grandescere, rubere et olivas aequare, nucleum parvum inesse. Suaveolentem esse, et caricas aut dactylos sapore aemulari. Vinum etiam inde parari, sed haud perennans.

Theophrastus disertis verbis duo describit loti genera, alterum lotophagorum, cyrenaicum alterum. Posterius vero pyro esse simile, folio inciso serratoque: huius lignum esse praestantissimum, unde et ad tibias conficiendas adhiberi. Scylax etiam Caryandensis, antiquissimus geographus, Dario nimirum Hystaspi tempore aequalis, duo iam genera loti discriminat; alterius fructum edulem nuncupat, ex alterius autem vinum confici.[59]

Nostra aetate Desfontainius utrumque genus clare exposuit: cum lotophagorum arbusculam in ora Africae borealis ea invenisset, quae deserto Barca ab occidente est finitima. Ibi sinus est inter utramque syrtem[60], in cuius ora *Zizyphum Lotum* Lam. copiose invenit.[61] Altera vero lotus est *Celtis australis*, cuius lignum et hodie

54) De plant. 3, 14.
55) Theophr. hist. plant. 3, 12.
56) Herod. 4, 177.
57) Hist. pl. 4, 3.
58) Athen. 14, 65.
59) Peripl. p. 114. ed. Gronov.
60) Scylax l. c. Plin. 5, 4.
61) Act. Acad. paris. 1788. p. 443.

admodum celebratur. Nigricans est, durum, ponderosum, alburnique expers. Tibias (φώτιγγες) Alexandrini ex hoc ligno confecerunt[62], et in Graecia ipsa tibiae nomen λιβὺς λωτὸς, λιβὺς αὐλός impertiebatur.[63]

Arabes dicunt Zizyphum Lotum سدر (*sadr*), fructum vero نبق (*nabk*). Celtis australis forte المز (*almoss*), dicebatur, propter vinosam aciditatem: namque Hispani, innumeras arabicas voces servantes, et hanc arborem *Almez* vocant, Galli *Micocoulier, Perláro* Itali.

Cap. CLXXII. *Κρανία, κρανείη* τανύφλοιος Homeri[64], *κράνεια* Theophrasti[65], quam bello bonam Virgilius dicit[66], est *Cornus mascula* L. Arabes graecam appellationem et suam fecerunt. Cornarii emendatio ὁ δὲ τῶν χλωρῶν ξύλων (loco φύλλων) ἰχώρ confirmatur Plinio.[67] Cetero Galenus foliis singularem adscribit adstringentem vim, ut et maxima possint vulnera glutinare.[68]

Cap. CLXXIII. *Τὰ οὖα, sorba*, sunt fructus *Pyri domesticae* Smith., vulgo pyriformes. Varietas in hortis culta fructus maliformes fert, *τὰ μηλίζοντα οὖα.* Esse autem haec sorba in cibo mespilis suaviora, testatur Galenus: succum quidem esse austerum, ἄνευ τοῦ στρυφνὸς εἶναι.[69] Theophrastus et sorborum et cornorum sylvestrium fructus suaviores esse, quam cultarum, perhibet.[70]

Cap. CLXXIV. Pruna, *κοκκύμηλα,* dicta fuisse, quasi *κόκκυγος μῆλα*, patet e Nicandri fragmento.[71] Distinguuntur *τὰ βράβυλα*, quod prunis minora et acerbiora sint.[72] Itaque videntur fructus esse *Pruni insiticiae,* quos *Kriechen* nostrates, Angli *Bullace* nominant. Arborem hanc appellat Theophrastus[73] *σποδιάδα,* ob *σποδοειδῆ* colorem. Ipse enim addit, esse prunum sylvestrem, et hodie Graeci eam in Asia minore nominant *ἀγριο-*

62) Athen. 4, 80. 63) Eurip. Alc. v. 346. Troad. v. 544.
64) Il. 16, 765. 65) Hist. plant. 3, 4.
66) Georg. 2, 447. 67) Lib. 23, 79.
68) De facult. simpl. med. 7. p. 42.
69) De fac. alim. 2. p. 606. 70) Hist. plant. 3, 2.
71) Athen. 2, 33. p. 190. 72) Athen. l. c. p. 191.
73) Hist. plant. 3, 6.

δαμασκηνιά.[74] Galeni tempore in Asia προῦμνον vocabatur.[75]

Damascena pruna ab omni antiquitate praeferuntur.[76] Optima esse grandia, laxa, cum mediocri astrictione. Sed Galenus et praedicat hispanica seu iberica, quia nihil astrictionis prae se ferant. Ceterum in eo, quod pruna habeat κακοστόμαχα, adversantur Dioscoridi plures antiqui auctores. Sic Diphilus Siphnius pruna esse μέσως εὔχυλα, εὔφθαρτα, εὐέκκριτα, ὀλιγότροφα docuerat.[77] Nec Galenus pruna accusat, quod stomachum offendant, licet minimum corpori alimentum praebeant. Paullus Aegineta pruna simpliciter alvum ducere, recentia magis, minus siccata, perhibet.[78]

Decoctum foliorum e vino paratum faucium affectus, dum colluatur, reprimere, confirmat Galenus[79]; sed taxat Dioscoridem, quod pruna damascena siccata ventrem sistere dixerit, cum et ipsa palam etiam subducant.

Cap. CLXXV. *Arbutus Unedo* est κόμαρος Graecorum, cuius baccae μιμαίκυλα dicebantur. Unedonis autem nomen antiquitus aliam habuisse significationem, inde aliquis effecerit, quod Galenus testetur, a rusticis Italiae sic vocari ἐπιμηλίδα, quae *Mespilus* nostra *germanica* est.[80] Sed Plinius, magis idoneus italicarum rerum iudex, tam diserte de unedone, ea nimirum arbore, quam Graeci κόμαρον vocent, loquitur, ut fructum etiam cum fragis comparet.[81] Itaque deceptum fuisse Galenum, probabile est.

Stomachum offendi esu fructuum ac capitis dolores excitari, confirmatur et a Galeno[82] et ab Athenaeo. Ara-

74) Sibth. prodr. fl. graec. 1. p. 339.
75) Galen. de facult. simpl. medic. 7. p. 33. De fac. alim. 2. p. 619.
76) Galen. de fac. alim. 2. p. 613. Athen. l. c.
77) Athen. l. c. p. 192. 78) L. c.
79) De fac. simpl. medic. 7. p. 33.
80) De fac. alim. 2. p. 619. De fac. simpl. med. 6. p. 876.
81) Lib. 15, 28. „Quod solum pomum simile fructui terrae gignitur," legendum est.
82) De fac. simpl. med. 7. p. 33.

bibus fructus dicitur التين الذب (*altín aldeb*), *ficus lupi*, aut عصير الذب (*azír aldeb*), *mustum lupi:* arbor ipsa قطلب (*kothleb*). Quod ἀχυρῶδες in esu fructuum noster appellat, id Arabes ita vertunt, ut, in esu remanere aliquid in ore simile ii, quod e comestione ficuum supersit, scribant: sunt autem granula.

Cap. CLXXVI. Ἀμυγδαλῆς nomen grammatici Alexandrini inde derivabant, quod putamen sub cortice viridi multas habeat ἀμυχάς, *foveolas s. fissuras.*[84] Ebrietatem arceri amygdalis amaris ante potum comestis, in omnium antiquorum ore erat.[85]

Cap. CLXXVII. Pistacia provenire praeprimis in Syria, certum est, vel testimonio Galeni, qui ad Berrhoeam, oppidum Syriae ad orientem Antiochiae, uberiora esse tradit.[86] Non procul ab eo oppidum aliud erat Batna, descriptum a Iuliano imperatore[87], cuius nomen forte a pistaciorum ubertate derivandum. Namque בָּטְנִים, appellatio ebraea pistaciorum[88], a בֶּטֶן, *venter*, derivatur, quia nuces ab altera parte ventricosae sunt. Sic oppidum Gaditanorum propter similem caussam בְּטֹנִים vocatum est.[89]

Sed aliae etiam patriae pistaciorum occurrunt. Theophrastus meminit terebinthi arboris apud Bactros, cuius fructus amygdalis simillimus ad Pistaciam veram nos ducit.[90] Eas terebinthos iam Alexander in Bactriana invenit.[91] Ad Choaspen fluvium Indiae, vel Mediae potius, Nicander πιστάκι' ἀμυγδαλόεντα indicat.[92] Psittacen urbem ad Tigrin, e septentrione Seleuciae et Ctesiphontis sitam, Stephanus Byzantinus nominat patriam pistaciorum, quae ψιττάκια, more Graecorum recentiorum, Noni[93], Geoponicorum[94] et Eustathii[95] nominat.

Nomen ipsum persicum est بستق, quod regem no-

---

83) Lib. 2. p. 194. 84) Etym. magn. v. h. Athen. 2, 39.
85) Plutarch. sympos. 1, 6. 86) De facult. alim. 2. p. 612.
87) Epist. 27. ad Liban. 88) Gen. 43, 10.
89) Ios. 13, 26. 90) Hist. plant. 4, 4.
91) Strabo lib. 15. p. 182.
92) Ther. v. 891. 93) De morb. curat. c. 91. 217. 240.
94) Lib. 10. c. 12. 95) Ad Il. 20. p. 1211.

tare, Hesychius ipse docet[96]: quippe dicebantur regiae nuces, sicut iuglans apud Graecos. Hinc *βιστάκια* Posidonius Stoicus apud Athenaeum scripsit.[97] Cum vero et پستق scriberetur a Persis, et Arabes eum fructum constanter فستق redderent, scriptiones *πιστάκια* et *φιστάκια* aut *ψιττάκια* ortae sunt, quarum posterior apud eumdem Athenaeum exstat.

Ceterum hepati esse utilissimum hunc fructum, et Galenus testatur[98]: stomachum tamen nec iuvare nec laedere, addit.

Cap. CLXXX. *Συκαμινέαν ἢ μορέαν* Dioscorides eodem sensu sumit. Ita et Galenus, quanquam antiquum atticum nomen *συκάμινα* fuisse et in *μόρα* transiisse tradat.[99] Et Athenaeus *συκάμινα* a solis Alexandrinis *μόρα* vocari perhibet, neque tamen eo minus et Aeschyli et Sophoclis, utique Atheniensium, testimonia allegat, *μόρα* ab iis dici, quae serius ita vocabantur.[100]

Adscripta huic capiti appendix a solo Sambuco inventa *μόρα ἄγρια* praedicat, *χαμαιβάτῳ* similia, sed magis astringentia. Quodsi *χαμαίβατος* Theophrasti[1] *Rubus* est *caesius:* haec mora sylvestria pertinent ad numerosas huius speciei varietates, quae succum magis astringentem habent.

Cap. CLXXXI. *Ficus Sycomorus,* ficui vulgari omnino similis, folia habet cordato-ovata, repando-angulata, Mori igitur albae foliis similia. Provenit autem abundanter in Aegypto et Palaestina, שִׁקְמִים Ebraeis, جميز (*Dschiimmeis*) Arabibus dicta. Theophrastus *τὸν συκάμινον ἐν Αἰγύπτῳ* nominat ob eamdem foliorum cum mori foliis similitudinem: singularem exponit differentiam, quod fructus non e ramis et frondibus, sed e trunco ipso proveniant: fructum haud prius maturescere, quam ferreis

---

96) Lex. p. 729. *Βίσταξ, ὁ βασιλεὺς παρὰ Πέρσαις.*
97) Lib. 14. c. 61.
98) De facult. alim. 2. p. 612. De fac. simpl. med. 8. p. 102.
99) De fac. alim. 2. p. 585. 100) Lib. 2. c. 36.
1) Hist. pl. 3, 18.

unguibus scalptus sit.[2] Eundem et nostra aetate morem valere, Forskoleus testatur.[3] Galenus fructum cum parva ficu alba comparat: facultatem mediam esse mororum ficorumque: unde nomeñ sortita sit arbor. Ridiculos autem eos esse asserit, qui externam fructus faciem cum moris pariter ac ficis conferant.[4] Itaque etiam ridiculus Diodorus, qui arborem modo ficos ferre modo mora nugatur.[5]

In Caria et Rhodo sponte crescere, haud facile crediderim, nisi transplantata fuerit ex Aegypto et Palaestina: namque praeter F. Caricam vulgarem, nullam aliam Ficus speciem in Asia minore spontaneam cognosco.

Cap. CLXXXII. In ficu cypria exponenda haereo. Folia a Theophrasto[6] et Plinio[7] ulmi foliis, ab Oribasio platani, a Serapione et Avicenna sycomori foliis assimilantur. Lectiones Dioscoridis variae etiam: sed vetusti codices cum Theophrasto congruunt. Rauwolfius ficum cypriam icone expressit[8], neque a veritate multum aberrare mihi videor, si ad Sycomori varietates, cultu ortas, accenseo.

Cap. CLXXXIII. Ad caput de ficubus pauca animadvertenda reperio. Protinus vero de ἐρινεῷ, quem nomen habere ab Ἐρινεῷ, dorica urbe, quae viles producat ficos, Tzetzes est ambiguus testis.[9] Sylvestres ficus autem Theophrastus cum omni antiquitate ita vocat. Sed nominari sic etiam a nonnullis ὀλύνθους noster asserit. Utrosque tamen fructus Theophrastus ita distinguit, ut τὰ ἔρινα ficos vernales dicat, ὀλύνθους, autem eas, quae folia sequantur[10]: ἔρινα igitur σῦκα sunt ἐάρινα, cum ἐρινεοῖς non confundenda. Galenus probe τοὺς τῶν ἡμέρων σύκων ὀλύνθους a τῶν ἐρινεῶν σύκοις distinguit.[11]

Cap. CLXXXVII. Persea arbor fructu esculento in

2) Theophr. hist. pl. 4, 2. Diod. Sic. 1, 181.
3) Flor. aegypt. arab. p. 180. 4) De fac. alim. 2, p. 616.
5) Lib. 1. c. 34. 6) Hist. pl. 4, 2.
7) Lib. 13, 15. 8) Append. ad Dalech. p. 21.
9) Ad Lycophr. v. 980. p. 898. ed. Müller.
10) Causs. plant. 5, 1. 9.
11) De fac. simpl. med. 8. p. 133.

hoc capite vel ab auctore ipso, vel a librariis confunditur cum herba *περσίῳ*, h. e. *στρύχνῳ μανικῷ* (*Solanum sodomeum*). Fuisse et huius[12] et perseae arboris[13] cognomen, patet e citatis locis. Posterior herba potuit omnino e Persia advecta in patria insaniam produxisse, sed climate mutato vis forte infirmior reddita est. Traditionem eam repetit etiam Galenus.[14]

Nostra arbor procera erat et pulcra aspectu: habitu et foliis cum pyro comparatur: folia habebat sempervirentia: fructum viridiusculum, amygdalae similem, nucleum, ut prunum, sed minorem et haud adeo durum: lignum praedicatur tanquam solidissimum et nigrescens. Haec e Theophrasto.[15]

Praeterea plerique veteres, licet concedant, in sola Aegypto perseam coli[16], tamen vel a Perseo primo satam[17], vel ex Aethiopia advectam, et quidem Cambyse imperante, fuisse.[18] In Aethiopia, ad Diram promontorium, ubi arbores myrrhiferae et sycomori crescant, perseam etiam copiosam esse, Strabo testatur.[19]

Interpretes arabici, maxime Beitharides et Abdollatif perseam vertunt لبخة (*lebkhat*), unde corruptus locus Avicennae[20] de اللنج emendandus.

Post renatas literas P. Alpinus Sebesten Aegyptiorum sylvestrem et domesticam ita descripsit ac iconibus illustravit[21], ut haec quodammodo cum ea effigie congrueret, quam Matthiolus antea ediderat.[22] Meliorem iconem exhibuit Commelynus.[23] Hanc arborem, a Linnaeo *Cordia Myxa* nominatam, Schreberus Perseam esse probavit.[24] Diversam vero protulit Delilius sententiam. Ar-

12) Diosc. 4, 74.

13) Theophr. hist. pl. 2, 2. Galen. de comp. med. sec. loca, 2. p. 569.

14) De fac. alim. 2. p. 617.

15) Hist. pl. 4, 2.

16) Pausan. 5, 14.

17) Nicand. alex. v. 99.

18) Schol. Nicand. ther. v. 764. Diod. Sic. 1, 34.

19) Lib. 16. p. 416. 17. p. 629.

20) Ed. arab. p. 136.

21) De plant. Aeg. p. 30. 31.

22) Comment. in Diosc. p. 237.

23) Hort. amstelod. 1. tab. 7.

24) Usteri Mag. 4. p. 46. s.

borem nimirum eam, quam Forskoleus[25] هلج (*haledsch*) vocarat, Ximeniam ellipticam L., esse perseam veterum. Cum egregie utramque arborem, Cordiam Myxam[26] et hanc, quam Balanitem aegyptiacam appellat[27], delineari curaverit, quivis sine negotio iudicare potest, utri arbori respondeat descriptio veterum. Equidem libenter fateor, magnopere me dubitare, quin haec arbor sit persea veterum. Etenim folia binata ovalia nihil habent cum pyri foliis commune: rami sunt spinis validis armati, de quibus veteres silent. Fructus ipse est viscosus, nec ullam ipse Delilius praedicat suavitatem.

Ne autem quispiam tanti esse momenti existimet, quae Plutarchus, sacerdotum aegyptiorum praestigias proferens, de forma et fructus et foliorum tradit.[28] Isidi sacram fructum ferre cordis, folium linguae effigie: namque altero concipi sapientiam, altero enunciari. Nugae sacerdotales!

Tandem *φαλάγγια κρανοκόλαπτα* consideratu digna sunt, quae in Thebaide circa hanc arborem obvia sint. Aëtius, ni fallor, solus est, qui paullo disertius de hoc animali agit.[29] Esse phalangium viride, oblongum, quod stimulum sub collo gerat, cuius morsu nascantur capitis dolores, vertigines, aliique id genus affectus. Negotium maius facessit, Nicandrum animal versibus illustrare, quod sub foliis Perseae vivat, phalaenae simile,[29a]

τοῦ καὶ σμερδαλέον νεύει κάρη αἰὲν ὑποδρὰξ
ἐσκληκὸς, νηδὺς δὲ βαρύνεται· αὐτὰρ ὃ κέντρον
αὐχένι τ' ἀκροτάτῳ κεφαλῇ τ' ἐνεμάξατο φωτός.

Hoc animal recte quidem in scholiis *κρανοκολάπτης* vocatur; sed quomodo phalaenis simile haberi possit, equidem plane non intelligo. Alius scholiastes addit, in capite stimulum gerere, quatuorque alis praeditum esse. Cum vero insecta nulla tetraptera stimulum capiti affixum gerant, omnis haec quaestio vel penitus deserenda, vel ita

25) Flor. aeg. arab. p. 197. 26) Flor. aeg. t. 19.
27) Ib. t. 28. 28) De Is. et Osir. p. 548. ed. Wyttenb.
29) Tetrab. 4. s. 1. c. 18. 29a) Theriac. v. 765.

exponenda est, ut statuamus, dipterum esse insectum e familia tabanorum, *Chrysops* forte aut *Haematopota* quaedam. Haec enim in proboscide aculeos quaternos senosve involutos continent, quibus gravissimas proferunt punctiones.[29b]

LIB. II.

Cap. I. De *Echino esculento* nulla existere dubitatio potest. Incola maris mediterranei, testam habet calcaream subglobosam, cuius historiam Aristoteles bene adumbravit.[30] Arabes id animal قنفد (*konfod*) et أطوم (*athûm*) vocant.

Cap. II. Ἐχῖνος ὁ χερσαῖος est *Hystrix cristata*, مدجج (*modadschedsch*) Arabum.

Cap. III. Ἱππόκαμπος: *Syngnathus Hippocampus* nostratium. Mirabilia narrat de usu eorum adversus rabiem caninam Aelianus.[31] Namque per se comestos deliratio- nem et aquae immensam producere cupidinem: ea autem impulsum piscatorem filiis a cane rabido morsis piscem hunc assum alioque modo paratum exhibuisse, eoque facto salvasse.

Cap. IV. Fabius Columna primus in singulari commentario[32] probavit, plura testaceorum genera pretiosum purpurae colorem largiri. Eum sequutus Mich. Rosa multo doctius varias conchas πορφυροφόρας illustravit.[33] Sunt autem praeprimis *Helix ianthina*, testa diaphana, purpureo-violacea; dein *Murex brandaris* et *trunculus*, et aliae forte cochleae, quae florem illum, τὸ ἄνθος, in mediis faucibus gerunt, cuius exigua quantitas pretium mire augebat.[34] Primum locum occupabant tyriae purpurae aut phoeniciae, secundum laconicae.[35]

Cap. V. VI. *Buccina* sunt maxime *Harpa* et *La*-

29b) Meigenii descr. system. insect. europ. 2. tab. 14.
30) Hist. anim. 4, 5. 31) Hist. anim. 14, 20.
32) Purpura. Rom. 1616. 4.
33) Delle porpore degli antichi. Modena 1786. 4. Conferatur etiam Schneiderus in app. annotationum ad Ulloae notit. amer. 2. p. 406. 34) Plin. 9, 60. 35) Pausan. 3, 21.

pillus, quorum columellae mediae ob firmiorem compagem ad urendam calcem adhibebantur.

Cap. VII — IX. Miror, Dioscoridem ὀστρέων mentionem non facere, quarum testae ustae a Galeno praeprimis commendantur.[36] Si quid recte intelligo, ostreae videntur id nomen post Dioscoridis aetatem accepisse. Namque antiquiores fere sub ὀστρείοις s. ὀστρέοις ὀστρακοδέρματα comprehendebant, itaque buccina, mytilos, purpuras, tellinas et alia genera. Dein vero a Romanis cupedias eas vorare discentes, Graeci distinxerunt ὄστρεια, familiam totam ab ὀστρέῳ, genere, quod et nos ostream vocamus. Nec in Platone, nec in aliis scriptoribus, quos Athenaeus citat, ὄστρεον alio ac generali totam tribum complectente sensu invenio. Arabes etiam titulo صدف (*zadaf*) conchas plerasque comprehendunt: بدلان (*badalân*) ostream stricto sensu dicunt.

Cap. X. Operculum *Strombi lentiginosi*, ob dorsum verrucosum cum Murice trunculo comparandi, dicebatur ὄνυξ. Id crenatum odorem spirat Valerianae similem. Multo tamen fragrantius est operculum *Pleurotomae babyloniae* et *Pl. Trapezii*, nigricans. Posterius Ebraeis gratum suffimentum שְׁחֵלֶת vocatur[37], Arabes autem اظغار الطيب (*atsfâr althibh*) vocant. *Βλαττίου βυζαντίου* nomine Nic. Myrepsicus et Io. Actuarius τὸ ὀστέον ῥινὸς τῆς πορφυρᾶς commendant, quod operculum esse Muricis πορφυροφόρου videtur. Nomen id βλάττιον e latino serioris aetatis derivandum: namque purpura antiquorum a saeculo inde quarto *blatta* dicebatur.[38]

Ceterum traditionibus mercatorum deceptum fuisse Dioscoridem de conchyliis nardum depascentibus in lacubus Indiae, exploratum habeo. Nec enim nardus in lacubus crescit, nec pabulum conchyliorum est. Avicenna aliter haec tradit. Esse nimirum insulam in mari indico, nardi feracem, ubi et ungues odorati inveniantur.[39]

---

36) De fac. simpl. medic. 11. p. 345.
37) Exod. 30, 34. 38) Bochart. hieroz. 2. p. 616.
39) Ed. arab. p. 128.

Habet plura alia loca, e quibus ungues odorati devehantur, quae vero, ob textum misere corruptum, false forte legimus. Sic بحر القلسم (*bahr alkolsum*), mare rubrum, *Koreisch*, *Mekhah*, *Dschidda* et *Abadan* lego, urbium et regionum arabicarum nomina, quarum pauca illustravit Salmasius.[40]

Cap. XI. Κοχλίας χερσαῖος est *Helix Pomatia* nostras, quae apud Romanos in vivariis alebatur.[41] Optimas existimari, quae e Sardinia, Africa, Sicilia, Chio et Astypelaea (insula maris aegei) advehantur. Ultimas efficacissimas et ipse Plinius habet.[42] Is etiam africanas cochleas ob fecunditatem a Solitanis, quibus nobilitas praecipua tribuenda, distinguit. Habere autem nomen a promontorio Solis in Africa videntur, quia alio Plinii loco[43] ex africanis laudatissimae Solitanae dicuntur. Siculas tamen Plinius mediocres appellat, quoniam magnitudo duras faciat et sine succo.

Quae frutetis et vepribus adhaeret, *Helix* nostra *fruticum* aut *arbustorum* esse videtur. Σέσελον hanc speciem vocari, testatur et Athenaeus ex Epicharmo.[44] Sic et Hesychius: Σέσηλοι, κοχλίαι, Λάκωνες: pro quo Apellas apud Athenaeum σέμελον habet.

Nullas cochleas Plinius docet cibis gratas esse, neque veteres, neque recentes. Fluviatiles et albas virus habere, nec sylvestres stomacho utiles, alvum solvere.[45]

Usum medicum, quem hic exponit Dioscorides, confirmat et Galenus.[46]

Cap. XII. Cancrorum fluviatilium cinerem adversus rabiem caninam magnopere laudat et Galenus.[47] Cum ture et gentiana ita miscet, ut turis pars una, quinque autem gentianae ad decem partes cancrorum sumantur. Eam medicinam paratam semper habuisse Aeschrionem empiricum et Pelopa, utrumque ipsius magistrum: Pe-

---

40) Homon. hyl. iatr. p. 154.
41) Plin. 9, 82. 42) Lib. 30, 11.
43) Lib. 30, 15. 44) Lib. 2, c. 63.
45) L. c. 46) De fac. simpl. med. 11, p. 355.
47) L. c. p. 356.

lopa caussis etiam huius remedii investigandis operam dedisse.

Cap. XIV. *Σκορπίος θαλάσσιος* est vel *Scorpaena Scrofa* (Bloch t. 102.) vel *Cottus Scorpius* (Bloch t. 40.) Hunc indicant Aldrovandi (de pisc. p. 202.) et Iohnstonius (pisc. t. 47.), nostratibus nomine *Knurrhahn* notum; at, marisne mediterranei sit incola, nescio.

Cap. XVI. *Δράκων θαλάσσιος* est *Trachinus Draco* (Bloch t. 61.), quem nostrates *Petermännchen*, Galli *la vive*, Sueci *Fjärsing* vocant, maribus europaeis communis.

Cap. XVI. *Σκολόπενδρα χερσαία* est *Scolopendra morsitans*: *σκολόπενδρα θαλασσία* videtur *Aphrodite aculeata*.

Cap. XVII. *Νάρκη* est *Raia Torpedo*. Huius usus adversus capitis dolores confirmatur a Galeno.[48] Scribonius Largus, Dioscoridi tempore aequalis, contra podagram suadet torpedinem pedibus subiicere, stantibus in litore, quod mare alluit.[49] Diphilus Laodicensis in commentariis ad Nicandrum perhibuerat, non totum piscem, sed partem duntaxat, succussus electricos producere.[50] Observavit forte a collo potissimum, atque ab animali illo apparatu Voltano, qui circa branchia adest, succussiones eas progredi? Sic et Theophrastus et Clearchus iam animadverterunt, transire torrentem electricum et per fustes aliaque, quae manibus gestentur, instrumenta.

Arabes dicunt piscem رعاد (*ri'âd*) a rad. رعد, *contremiscere*, *percelli*.

Cap. XVIII. *Ἔχιδνα* et *ἔχις* a plerisque veteribus distinguuntur, ut mas et femina. Et primus quidem Nicander, *ἐχίδνης* variam esse formam magnitudinemque. Minores gigni in Europa, easque super extremis naribus cornutas esse et albidas.[51] Asiaticam vero *ἔχιδναν*, Nicander addit, ulnarem et longiorem esse, capite supra lato, cauda ab extremo corpore mutila, duris horrente squamis,

48) L. c. p. 365. 49) C. 41. 50) Athen. 7, 95.

51) Nicandri ther. v. 210. s.

— *Καὶ θ᾽ ὑπὲρ ἄκρους*
ῥώθωνας κεραοί τε καὶ ἀργίλιπες τελέθουσιν.

lentoque incessu fluctuare. Contra *τὸν ἔχιν* caput acutum habere, longitudine varia, crassitudine ventris minore: cauda sub extremo corpore attenuata et squamis attrita. Huius dentes duos esse venenatos, plures vero echidnae, quam toto ore mordere dicit. Aelianus addit, *ἔχεως* morsum spasmos inducere, *ἐχίδνης* secus: locum ab hac morsum pallere: quem *ἔχις* momorderit, lividum esse.[52] Echidnam asiaticam, eodem modo, quo Nicander, descriptam, commendat et Galenus ad theriacam.[53] Haec ergo esse videtur *Coluber aegyptius: ἔχις* forte C. *Ammodytes:* echidna vero europaea C. *Berus.* Duobus dentibus plures videmus plerumque in C. *Bero,* sunt autem minores principalibus.[54]

De carne viperarum amplus exstat locus[55] Galeni, ubi tum vires eius carnis contra lepram exemplis illustrat, tum modum parandi. In quo notandum est, eum *ἄλογον* putare caudae resectionem[56]: quanquam alibi diserte dicat, quatuor digitorum mensura amputandam esse.[57]

Cap. XIX. Senectam anguium colligi praeprimis, cum in latebris delitescant, et esse tunc *ἐπίπαγόν τινα παχύτατον*, Galenus tradit.[58] Memorabile est, *ἔχεως* nomen hic femininum esse, cum praeter Oppianum[59] omnes alii scriptores *τὸν ἔχιν* masculum habeant. Cum Oppianus pariter ac noster Cilix esset, huic provinciae peculiaris videtur dictio.

Cap. XX. Leporis marini naturam primus post renatas literas aperuit Fab. Columna iconeque illustravit.[60] Habuit autem *Thetida leporinam.* Sed probabilius arbitramur, *Aplysiam depilantem,* cuius naturam Cuverius eximie aperuit[61], ea appellatione designari. De urtica marina (*Actinia senili*) aptius infra disseretur.

---

52) Hist. anim. 10, 9. 53) De theriac. ad Pison. p. 265.
54) Cf. Schneider ad Arist. hist. anim. tom. 4. p. 419—423.
55) De facult. simpl. med. 11. p. 311. s.
56) Ib. p. 317. 57) De theriac. ad Pison. p. 265.
58) L. c.
59) Cyneg. 3, 439. ὅτε φυσιόωσαν ἔχιν ψολόεσσαν ἴδηται.
60) Aquatil. et terr. observ. ad calc. ecphras. stirp. p. XXVI.
61) Ann. du mus. 2. t. 1—4.

Cap. XXI. Quae de leporis terrestris cerebro, capite aliisque partibus in usum vocandis habet, leguntur etiam apud Galenum.[62a]

Cap. XXII. *Τρυγὼν θαλασσία* est *Raja Pastinaca.* Quod quanquam optimorum auctorum testimonio satis stabilitum esse videatur; obsunt tamen quaedam, quae negligere nefas esset. *Τὸ κέντρον ἀπὸ τῆς οὐρᾶς πέφυκεν ἀνεστραμμένον ταῖς φολίσιν*: difficillimus est locus, quem tangere aut cui mederi non ausus sum, cum consensum librorum animadverterem. Namque *φολίδες* maximam efficiunt difficultatem, cum, quae in serpentibus sunt, in piscibus *λεπίδες* dicuntur, nullae plane in Raja observentur.[62b] Nihil igitur superest, nisi *πτερύγια*, pinnus dorsales et abdominales, intelligere. Victa hac difficultate, stimulus haud *ἀνεστραμμένος*, sed *ἀπεστραμμένος* est *τοῖς πτερυγίοις.* Recta enim et stricta directione progreditur sub cauda. Cum autem haec flexa sit ac recurvetur ad corpus, alterutra lectio praeferenda: *τὸ κέντρον ἀπὸ τῆς οὐρᾶς αὐτῆς πέφυκεν ἀπεστραμμένον ταῖς φολίσιν*: vel: *τὸ κέντρον ἀπὸ τῆς οὐρᾶς αὐτῆς πέφυκεν ἀνεστραμμένης ταῖς φολίσιν.*

Fabulas de pernicioso effectu, si hoc *κέντρῳ* pupugerit piscis vel hominem vel bestiam, saepe repetitas, nolo refellere, neque recoquere, quod narratum est de morte arboris repentina, si aculeus hic defigatur in truncum.[63] Iaponiae contra incolae gestant eumdem aculeum tanquam *φυλακτήριον* contra serpentium morsus.[64]

Cap. XXIII. Difficultatem parit, quod *καὲν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀστράκῳ* dicatur, *ἄχρις οὗ τὸ πλακῶδες αὐτοῦ ἀποστῇ.* Si *καέν* referatur ad *ὄστρακον* praecedens, absurda foret dictio. Duplici autem ratione illustrandus est locus. Vel enim intelligitur: *καὲν τὸ ζῶον σὺν ἰδίῳ ὀστράκῳ*: vel, quod magis placet, respicitur ad duplicem ossis sepiae sub-

---

62a) De facult. simpl. 11. p. 354.

62b) Aelian. hist. anim. 11, 37. *Καλεῖται δὲ σελάχεια, ὅσα οὐκ ἔχει λεπίδας· εἶεν δ' ἂν μύραινα, γόγγρος, νάρκη, τρυγὼν κ. τ. λ.*

63) Aelian. hist. anim. 8, 26. Plin. 9, 72.

94) Kaempferi iter iapon. germ. p. 155.

stantiam, externam laevem et fere siliceam, internam grumoso-crustaceam. Posteriori sensui accommodata est nostra interpretatio. Ceterum Galenus cum fossili sale mixtum os sepiae adversus pterygia oculorum commendat.

Cap. XXIV. Ἡ τρίγλη est *Mullus barbatus*, cupediae gulosorum. Τρίγλην, non τρίγλαν, scribendum esse, Athenaeus docet.[65] Idem iam barbatum (γενεᾶτιν) a veteribus vocatum fuisse asserit. Carnem esse duram, pinguedinis expertem valdeque nutrientem, et Diocles apud Athenaeum et Galenus[66] docent. Quam immensi pretii a gulonibus romanis emti sint mulli, vel e Plinio[67], Suetonio[68], aut Iuvenali[69] constat. Tantaque erat luxuria, ut parvi penderetur recens mullus, nisi qui in ipso convivio, γαρελαίῳ vinoque exstinctus, vitroque inclusus, moriretur, ut iucundissimo aspectu continuo mutatorum exspirantis piscis colorum fruerentur convivae.[70]

Cap. XXV. Testiculorum hippopotami laudes contra serpentium morsus e Nicandro forte mutuatae sunt. Is enim suadet:

— ἢ κάστορος οὐλοὸν ὄρχιν
ἢ ἵππου, τὸν Νεῖλος ὑπὲρ Σάϊν αἰθαλόεσσαν
βόσκει.[71]

Plinius quoque drachmam testiculi huius ex aqua bibi tradit.[72]

Cap. XXVI. Cum piscibus et cancris in fluminibus degere fibros, verum est, sed falsum, eos piscibus cancrisque nutriri. Sic autem Serapio vertit. Ceterum notabile est, castoreum arabice dici جند بادستر (*Dschond bâdestar*), cuius derivationem ignoro.

Mirabitur autem quispiam, castorei folliculos continuo testes (ὄρχεις) dici, et cum suillis comparari, cum tamen ipsa dissectio τῶν φυσσῶν doceat, alienam esse fa-

---

65) Lib. 7. c. 125. 66) De fac. alim. 3. p. 715.
67) Lib. 9, 31. 68) Tiber. c. 34.
69) Sat. 4. v. 15.
70) Senec. quaest. nat. 3, 17. 18. Mirabiliorem etiam colorum mutationem observarunt in exspirante Coryphaena Hippuro. (Bloch tab. 174.)
71) Ther. v. 565. s. 72) Lib. 28, 31.

bricam a testium structura. Sed perstitit is error, donec a Rondeletio edoctus Matthiolus folliculorum eorum situm et ductus excretorios in vivo animali indagasset, quo facto et ipse et Saracenus sibi persuaserunt, esse organa huic animali peculiaria, neque cum testiculis confundenda.

Efficacissimum castoreum veteres habuerunt ponticum.[73 a] Ex Africa etiam Plinius, ex Hispania Strabo advehi, licet vilius, asserunt. Iam rarissimi fibri in Gallia narbonensi, in Garumna, Rhodano et Matrona fluviis, in Danubio et Albi paullo frequentiores: in Vistula, Borysthene, Duina, Volga et fluviis Sibiriae ac Canadae praeprimis aestimantur.[73 b])

Magnopere differt Galeni tractatus de castoreo a nostro. E ratiociniis potissimum statuit calidam volatilemque naturam huius remedii, quod commendatu dignum habet praeprimis in iis spasmis, qui a plenitudine oriri dicuntur.[74] Noster vero, soli experientiae confisus, ea omnia congerit, quae observatio docuisse videretur.

Cap. XXVII. *Γαλῆ κατοικίδιος* non est felis, sed mustelae species, quae cicur ad captandos mures, glires aliasque eiusmodi bestiolas adhibebatur; sicut e Turditania Hispaniae africanae mustelae ad venandos cuniculos instructae magna abundantia Puteolos Ostiamque exportabantur.[75] Quaenam vero fuerit Mustelae species, merito ambigitur: equidem nec M. *vulgarem* (*Wiesel* nostratium, *la belette* Gallorum, *la donnola* Italorum, *Weasel* Anglorum) habeo, quia magis Europae boreali familiaris est; nec *Mustelam Foinam* (*Steinmarder* Germanorum, *la fouine* Gallorum, *la martora* Italorum, *the martin* Anglorum) quia ob foetorem *κατοικίδιος* esse nequit. Neque crediderim, M. *Furonem*, quam *Frettchen* nostrates, *le furet* Galli, *furetto* Itali, et *ferret* Angli vocant, hanc esse veterum *γαλήν*, etiamsi Buffonius in eam abeat sen-

73 a) Strabo lib. 3. p. 437. Plin. 32, 13.
73 b) Herodotus (4, 109.) fibros apud Gelonos, graecam nationem prope a meri caspio (*λίμνη μεγάλη*) indicat.
74) De fac. simpl. medic. 11. p. 337.
75) Strabo lib. 3. p. 386. Hinc dicitur *γαλῆ ταρτησία* Aelian. var. hist. 14, 4.

tentiam.[76] Est enim, Blumenbachio teste, varietas potius M. *Putorii,* cum qua etiam copulatur: venatrix ea nostrorum cuniculorum recentioribus temporibus tandem orta esse videtur, cum nusquam fera, sed usquequaque sit cicur. Superest *Mustela* sardoa, *Boccamele* in australibus eius insulae, *Donnola di muro* in borealibus dicta, quam facillime cicurem reddi, mellis iuxta ac cuniculorum avidam esse, Cettius, Mimaut et Marmora, novissimi Sardiniae descriptores, testantur. Vero est simillimum, hanc esse Mustelae speciem, quam Shawius in Africa boreali invenit, نمس (*Nems*) incolis dictam.[77] Ex Africa autem facillime in Hispaniam et Sardiniam transvehi potuit.

Aristoteli dicitur *ἴκτις*, quam *τιθασσὸν γίνεσθαι σφόδρα, τὰ δὲ σμήνη κακουργεῖν, τῷ γὰρ μέλιτι χαίρειν* asserit.[78]

Huius mustelae carnem arefactam in comitiali morbo salubrem et Galenus praedicat.[79]

Cap. XXIX. *Σίλουρος* est lectio codd. C. et N., tum et Plinii[80] et Paulli Aeginetae[81], et interpretum priscorum. Serapion cum vertat حرب (*hherba*), quod chamaeleontem signat, legisse videtur *αἰολοῦρος*. Quae lectio si unquam affuit, tum variegatos caudae colores, tum mobilitatem eius significat: ab Hesychio enim *αἰόλος* redditur et *ποικίλος* et *εὐκίνητος*. Simili modo Alexandrini veteres *σίλουρον* dictum esse *παρὰ τὸ σείειν τὴν οὐράν* scribunt:[82] quanquam Bochartus malit *σίλουρον* vocari loco *ψιλούρου*, quemadmodum *ψίττακος* in *σίττακον* mutatus sit.[83] Quae quomodo cunque se habeant, *αἴλουρος* scribitur hic piscis et a Galeno[84], quem sequuntur nostro loco Aldina cum serioribus editionibus.

Est vero *Silurus Glanis*, quem etiam *γλανίδος* no-

---

76) Hist. des anim. quadrupèd. 7. p. 255.
77) Iter afric. 1. p. 311. 78) Hist. anim. 9, 7.
79) De fac. simpl. 11, p. 321. 80) Lib. 32, 31.
81) Lib. 7. p. 253. 82) Athen. 7, 27.
83) Hieroz. 2. p. 752.
84) De fac. simpl. 11. p. 321.

mine Aristoteles[85], Athenaeus[86], Aelianus[87] et alii descripsisse dicuntur. Dubium tamen movet Pausanias, qui *τὰς γλάνεις* Hermi et Maeandri similes quidem esse *ταῖς γλανίσιν* Istri et Rheni, Nili et Euphratis asserit, quae *ἀνδροφάγοι* sint: colore tamen distingui moribusque.[88]

Cap. XXX. *Σμάρις* est *Sparus Smaris* L., quam alii *μαρίδα*, alii *κυνὸς εὐνά* (*εὐνάν*) vocarunt.[89] Aristoteles mutare colorem *τὴν σμαρίδα*, ac ex albido nigrescere, dum ver instet, tradit.[90]

Ἧλος, qui absumi dicitur capite smaridis usto, est clavus pedum, callosum tuberculum e pressione ortum.[91] *Θύμος*, quod *θύμιον* Celsus appellat, est tuber verruculosum, asperum, rubescens et facile cruentum, quod vel maxime in obscoenis partibus obvium, aliis tamen locis infestum erat.[92]

Cap. XXXI. *Μαινίς* est *Sparus Maena*, piscis in mari mediterraneo et atlantico satis vulgaris, quem *la Mendole* Galli, *Laxirfisch* Germani vocant.[93] Et hunc colorem mutare eadem, qua *σμαρίδα*, ratione, Aristoteles testatur.[94] Galenus, quemdam capita *μαινίδων* sale condita ac usta ad sedis fissuras adhibuisse et ad uvulam diu induratam, refert.[95]

Cap. XXXII. *Κωβιός* est *Cottus Gobio*, quem nostrates *Kaulkopf* vocant, piscis fluviatilis et, si qua in maribus occurrit, *πρόςγειος*, dum et ova in arenam sub saxis et lapidibus occulit.[96] *Κώθωνα* vocasse Siculos eum

85) Hist. anim. 8, 20. 86) Lib. 7. c. 88. 120.

87) Hist. anim. 12, 14. 88) Pausan. 4, 34.

89) Athen. 7, 92. 137. Coray emendavit: *κυνὸς οὐράν*. Schweighäuser ad Athen. h. l. tom. 4. p. 335.

90) Hist. anim. 8, 29.

91) Paull. 6. p. 208. Ὁ μὲν ἧλος τύλος ἐστὶν περιφερής, λευκός, ὁμοιώμενος ἥλου κεφαλῇ, μάλιστα ἐν τοῖς πέλμασι τῶν ποδῶν καὶ τοῖς δακτύλοις. Ὀδύνην τε καὶ δυςεργειαν ἐν τῷ βαδίζειν ἐμποιῶν.

92) Cels. 5, 28, 14. Paull. 6. p. 201. Ὁ μὲν θύμος ὑπεροχή τίς ἐστιν, ποτὲ μὲν ἐνερευθής, ποτὲ δὲ λευκή, κατὰ τὸ πλεῖστον ἄπονος, ἐμφερὴς τοῖς τοῦ θύμου κορύμβοις.

93) Bloch's ausländ. Fische, 5. p. 80.

94) Hist. anim. 8, 29. 95) De fac. simpl. med. 11. p. 333.

96) Aristot. hist. anim. 6, 12. 8, 15.

piscem, Nicander apud Athenaeum[97] testatur, ibidemque Hicesius, esse faciles excretu gobiones et parum nutrientes. Serapion, quae hic memorantur, ad marinum piscem, كوكن (*khomhon*) dictum, refert, mihi plane ignotum, nisi forte κωβιός ille sit, de quo Aelianus mirabilia multa narrat.[98]

De salubritate gobionis conferatur Galenus.[99]

Cap. XXXIII. Ὠμοτάριχον esse carnem thynni sale conditam et a Xenocrate confirmatur[100], qui e piscis cervice id confici asserit. Sed ex Athenaei loco[1] patet, τὰ ὠμοτάριχα, (est enim et neutrum usitatum) et ex aliis petita esse piscibus, quanquam τὰ θύννεια praestantissima haberentur. De quibus insignis est Galeni locus[2], ubi suavissima haec salsamenta et saluberrima praedicat. Optimas esse πηλαμύδας (loco πηλαμίδας) ταριχευθεῖσας, maxime sardoas, tum ibericas et ponticas: vocari autem salsamenta haec simpliciter τὰ σάρδα. Πηλαμύδας vero ad thynni genus pertinere, atque nondum adultos esse pisces, tum Aristoteles[3], tum Sostratus apud Athenaeum[4] asserunt. Ad oram Sardiniae etiam nostris temporibus thynnorum venatus et conditura magnopere celebrantur. Olim quidem quinquaginta, hodie vix sexdecim millia thynnorum quotannis ad oras Sardiniae capiuntur, in quibus centenarium pondus vulgare est.[5]

Quid Serapion legerit, divinare nequeo. Interpres enim[6] sic reddit: „Caro piscis marini salsi (l. salsa), qui dicitur *Kesam*(?) et homines orientis nominant eum aliena. (Arabice thynnus تن s. تنة (*ton* vel *tonnath*) dicitur.

Quale anguium genus πρηστήρ sit, e sequentibus patere videtur. Auctor enim theriacorum eumdem

97) Lib. 7. c. 83. 98) Hist. anim. 3, 18.
99) De fac. alim. 3. p. 718. 719.
100) De alim. ex aquatil. sect. 36.
1) Lib. 3. c. 86. 2) De fac. alim. 3. p. 728. 729.
3) Hist. anim. 6, 16. 4) Lib. 7. c. 66.
5) Hörschelmann Gesch., Geogr. und Statistik der Insel Sardinien, p. 400.
6) Cap. 463.

facit cum διψάδι[7], sic et Aelianus[8]: quod et eo probabilius est, quo nomen ipsum πρηστήρ, a πρήθειν oriens, et fulmina remota ac iterata (*Wetterleuchten* nostratum[9]) signans, affectus denotat, διψάδος morsum excipientes: ardor enim internus intolerabilis est, ut eiulentur, quasi in flammis decumbant.[10] Consentit etiam Paullus in πρηστῆρος et διψάδος ὁμοφυΐᾳ.[11]

Carnem thynnorum salitam auctor εἰς δριμυφαγίας commendat. Erat autem methodicorum medendi ratio, qua acrium esu et irritantium lentos viscidosque humores incidere ac vomitu concitato evacuare conabantur.[12]

Cap. XXXIV. *Τὸ γάρον*, vel, Atticorum more, ὁ γάρος[13], liquor erat, secundum Plinium[14], expressus e piscium intestinis sale maceratis. Laudatissimum Romanis erat e scombro pisce ad Carthaginem ibericam confectum; in insula praeprimis, quam Scombrariam ideo dicebant.[15] „Nec liquor ullus paene, praeter unguenta, maiore in pretio esse coepit. Scombros quidem et Mauritania Baeticaeque Carteia ex oceano intrantes capiunt, ad nihil aliud utiles.“[16]

Seriori tempore garum liquaminis nomine venit.[17] Sumebantur autem pisciculi marini exiles, quos salitos soli committebant, frequenter versando. Ex inveteratis piscibus per cophinum in vas immissum percolabatur liquamen, cuius residuum *alex* dicebatur.[18] Parare etiam

---

7) Vid. supra p. 71. 8) Hist. anim. 6, 51.

9) Arist. de mundo c. 4. p. 1210. ed. *Pac.* Ἐὰν ἡμιπύρωτον ᾖ, σφοδρον δὲ ἄλλως καὶ ἀθρόον, πρηστὴρ καλεῖται τὸ ἀστράψαν.

10) Lucian. de dipsad. p. 142. 11) Lib. 5. p. 166.

12) Galen. de attenuante victu, ed. Charter. tom. 6. p. 411. Cael. Aurel. chron. 3, 2. Paull. lib. 4. p. 132.

13) Herodian. Grammat. p. 143. ad calc. Moeridis Attic. ed. *Pierson.*

14) Lib. 31, 43.

15) Strabo lib. 3. p. 425. Horat. sat. 2, 8. v. 46. Garum de succis piscis iberi. Galen. de compos. med. sec. loc. 3. p. 622. τὸ σπανὸν γάρος.

16) Plin. l. c.

17) Cael. Aurel. chron. 2, 1. Geopon. 20, 46.

18) Horat. sat. 2, 4. v. 73. Ego faecem primus et alec. Plin. l. c. Vitium gari est alex, imperfecta nec colata faex.

garum extemplo docent Geoponici e piscibus cum muria et origano coctis: denique *αἱμάτιον* dictum, praestans, e thynni intestinis cum branchiis, sero et sanguine, adsperso sale. Quo per duos menses reposito, et vase forato, effluit *γάρον αἱμάτιον*, quod fueritne *γάρον μέλαν*, *ῥωμαϊστὶ λεγόμενον ὀξυπόρον* Galeni[19], nescio.

Memorabilis est locus de vi gari intestinorum ulcera compescendi, in ischiade vero irritandi. Lucem accipit e Galeno[20]: *Ἅλμη τῶν ταριχηρῶν ἰχθύων ὁμοίως τῷ γάρῳ πρός τε τὰς σηπεδόνας ἁρμόζει, καὶ πρὸς ἰσχιάδας καὶ δυςεντερίαν ἐνιεμένη, τῇ δὲ δριμύτητι τοὺς μὲν τὸ ἰσχίον ἐνοχλοῦντας χυμοὺς ἐπισπᾶται καὶ διὰ τῶν ἐντέρων ἐκκενοῖ, τὰ δὲ σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν ἐν τῇ δυςεντερίᾳ περικλύζει τε καὶ ξηραίνει.*

Cap. XXXV. Qui ad iusculum hoc suadentur pisces, sunt qui iuxta scopulos orae maritimae degunt. *Φυκίδες* primum nominantur, quas Aristoteles fucis vesci et squillis, *στιβάδα* s. stratum sibi parare, albidum alias colorem verno tempore in varium mutare refert.[21] Vero mihi simile est, *Sparum* esse vel *Pagrum* vel *Denticem*, quorum utrumque fucos depascere et cancros vorare certum est: utrumque etiam hodie condiunt Graeci.— *Ἰουλίς* est *Labrus Iulis*, formosissimus europaeorum piscium, ad oras maris mediterranei non rarus, haud ultra sex pollices longus, fasciis seu vittis alternatim flavis violaceisque insignis. Morsu infestat, quasi culex pupugerit. (Bloch t. 287.) — *Περκίδα* eamdem esse ac *πέρκην*, nostram *Percam fluviatilem*, nomenque sortitam esse a colore nigricante (*περκῷ, περκνῷ*), facile crediderim, si modo exploratum haberem, non solos marinos, sed et fluviatiles hic enumerari.

Cap. XXXVII. *Κουβαρίδες* hoc nomine nusquam alibi occurrunt. Vocantur a Galeno *ὀνίσκοι κατοικίδιοι*. Esse autem animalcula multipeda, in aquariis vasis et sterquiliniis obvia, quae ad digitorum contactum in orbem semet

---

19) De compos. med. sec. loc. 3. p. 637.
20) De fac. simpl. med. 11. p. 377.
21) Hist. anim 8, 4. 24..

contrahant.[22] Et alibi: sub situlis ea animalcula frequenter animadverti, vocari in Asia proprie *κυάμους*, quia fabis similia sint, ubi sese in globum convolverint, fusco colore.[23] Caelius Aurelianus *porcelliones*[24], Marcellus Empiricus *cutiones*[25], Arabes بنات وردان (*benât wardân*), i. e. filias aquatoris, et حمير (*hamîr*), asellos, vocant.

Cap. XXXVIII. De *σίλφῃ*, *Blatta orientali*, nihil addendum invenio.

Cap. XXXIX. Pulmonis marini nomine comprehenduntur plures *Medusae* species, quarum in mari mediterraneo degunt M. *proboscidalis*, *phosphorica* et *amarantea*. Nec *Phorcyniae* multum absimiles sunt, in quibus Ph. *Forskolea* (Medusa aequorea) vulgatissima est. Occurrunt tamen et Ph. *mollicina* et *Mesonema*.

Cap. XLV. Lichenes equorum iuxta descriptionem nihil dubii relinquunt. Sunt calli genuum, qui ex attritu aut levi vulneratione orti, Graecis posterioribus *μάρμαρον*[26], Gallis *l'éparvin*, Germanis *Spath*, Italis *spavenio* dicuntur. Ortos esse auctor perhibet *κατ' ἐπιγραφήν*, *post* aut *propter levem vulnerationem*. Namque *ἐπιγράφομαι*, *leviter vulnero*, est significatus, quem sero ex Budaeo, H. Stephani antecessore, didici.[27]

Cap. LIII. Pullorum gallinaceorem, qui *νόσσακες* vocantur, iusculum temperare ac corrigere dicitur pravos humores. *Ἐπίκρασις* autem est ratio curandi cacochymiam, dum paullatim vacuatis pravis humoribus bonos substituere conamur.[28] Sic de uvis passis dicitur[29], τό

22) De compos. med. sec. loc. 3. p. 634.

23) De fac. simpl. med. 11. p. 366. 367.

24) Chron. 1, 4.

25) Ed. Stephan. p. 283. Sed alio loco (p. 275.) *cutiones* longe alium habent significatum. Sunt scarabaei pilosi, fulvi, in sepibus lapidosis habitantes, qui lotium sic dictum, seu liquorem peculiarem saniosum exonerant, si tanguntur. Pertinent forte ad *Arctiae* speciem (*russulam* aut *purpuream*) quae, sicut *Bombyx vinula*, liquorem virosum eiaculantur.

26) Hippiatr. ed. Gryn. p. 163.

27) Budaei comment. lingu. graec. p. 826.

28) Galen. meth. med. 9. p. 640. Cf. supra p. 65.

29) Galen. de fac. alim. 2. p. 582.

γε μὴν ἐπικρατικὸν (ἐπικεραστικὸν) ὑπάρχει ταῖς γλυκείαις ἀεί. Et de vinis fulvis: ἐπικεραστικοὶ δ' εἰσὶ καὶ θρεπτικοί· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ταῖς εὐχυμίαις συντελοῦσιν . . . τρέφουσι δέ μᾶλλον τῶν λεπτῶν, κακοχυμίαν δὲ πάντων τῶν οἴνων ἐπανορθοῦνται, χρηστὸν αἷμα γεννῶντες.[30] Paullus aliter, imo haud satis recte ad ratiocinia dogmatica expressit: ὁ τοῦ παλαιοῦ ἀλεκτρυόνος ζωμὸς σὺν ἁλσὶν ἐπὶ πλεῖστον ἑψηθέντος ὑπακτικὸς γίνεται· ὁ δὲ τῆς ἀλεκτορίδος τοὐναντίον ἐπικρατητικός.[31] Si vera est lectio ἐπικρατητικός, contraria est haec sententia Galenicae saltem theoriae, cui adhaerere consuerat Paullus. Galenus enim animalium volucrium carnes mucosas (gelatinosas) esse humidasque ac ideo facilius per alvum secedere docuit.[32] Ἀλεκτορίδες autem aeque ac Aeliano[33] pulli gallinacei sunt, cum et τῷ παλαιῷ ἀλεκτρυόνι opponantur, licet Galeni tempore gallinae, antiquitus vero omnes aves cohortales ita vocarentur.[34] Itaque et in Paullo ἐπικρατικός loco ἐπικρατητικός legendum.

Cap. LVII. Locusta Africae propriae, qua vescebantur incolae Leptis, (duo autem erant oppida, Leptis minor, et altera, Plinio dicta[35]) dicebatur ἀσίρακος; punicum nomen, quod e doctoribus talmudicis אסקרא (*ascra*) Bochartus exposuit.[36] Ἀκριδοφάγους autem Libyae et Aethiopiae primus fere memorat Agatharchides[37], dein Plinius[38], Strabo[39] et Eustathius[40], qui ἀττέλαβον, speciem locustae appellat. Est *Gryllus migratorius*, grandioribus omnino membris, dum larva est, alis caret.

Avicenna refert, جراد (*dscherâd*) locustae speciem verrucas eradicare, quod nuperis *Grylli verrucivori* efficacia confirmatur.

Cap. LVIII. Φίνις est *Falco ossifragus*, avis nota. Φήνης nomine post Homerum Aristoteles habet, cinereum

30) Galen. meth. med. 12. p. 837.
31) Paull. lib. 7. p. 237. 32) De fac. alim. 3. p. 701.
33) Hist. anim. 7, 47. 34) Galen. l. c. p. 700.
35) Lib. 5, 3. 4. 36) Hieroz. 2. p. 450.
37) Phot. bibl. cod. 250. p. 453.
38) Lib. 6, 35. 39) Lib. 16. p. 411.
40) In Dionys. perieg. v. 209.

colore, aquila vulgari maiorem.[41] Et ipsi Arabes فينه (*finah*) dicunt.[42]

Cap. LIX. *Κορυδαλλός*, Aristoteli ac Aeliano *κορυδαλός* et *κόρυδος*, est *Alauda cristata*, quam galeritam Plinius vocat.[43] *Κοιλιακούς* forte in *κωλικούς* mutandum, cum Galenus in hoc affectu alaudam assam commendet.[44]

Cap. LX. Galenus, etiamsi hirundines ustas earumque cinerem commendat[45], nihil tamen de lapillis in ventre habet. Alexander vero Trallianus paullo aliter has fabellas tradit[46]: *Ἐν τοῖς νεοσσοῖς τῶν χελιδόνων ἀνατμηθεῖσι εὑρίσκονται λιθάρια δύο, ὧν τὸ μὲν ἓν μέλαν, τὸ δὲ ἕτερον λευκόν. Καταπεσόντος τοῦ ἐπιληπτικοῦ, ἐπιτίθει, καὶ ἐγείρεις αὐτόν· τὸ μέλαν δὲ λαβὼν, περίαπτε δέρματι. Τὰ δὲ λιθάρια ταῦτα λέγεται διδόναι τὰς χελιδόνας τῷ πρώτῳ νεοττῷ· ἅπερ οὐ καλῶς εὑρίσκονται, εἰ μὴ διὰ τῆς ἀνατομῆς τῶν νεοττῶν ἁπάντων.*

Chelidonias, ut vocat, gemmas primus descripsit Georg. Agricola.[47] Esse lapillos semiglobosos, intus cavos, ab altera parte dilute ravos, ab altera purpureos et nigro-maculatos. Addit C. Gesner[48], *ψήγματα* ea, quae Strabo dicat circa pyramidas Aegypti inveniri[49], sibi videri ad hos hirundinarios lapillos pertinere. Sunt autem chelidoniae gemmae e genere iaspidum et chalcedoniorum, quas superstitio aut inscitia in hirundinum ventriculis quaesivit.

Cap. LXIII. Cornu cervi dicitur *γομφιάσεις παρηγορεῖν*, quod cum aliis interpretatus sum: *molarium dentium vitia mitigare*. Etenim, cum in doloribus dentium generatim a Celso[50], Scribonio Largo[51] et Plinio[52] vel

41) Hist. anim. 8, 5. Cf. et eupor. 2. p. 309.
42) Bochart. hieroz. 2. p. 187. 43) Lib. 11, 37.
44) De theriac. ad Pis. p. 243. Cf. et de fac. simpl. med. 11. p. 360.
45) De fac. simpl. medic. 11. p. 359.
46) Lib. 1. p. 79. ed. Guinth. Andem.
47) De nat. fossil. 6. p. 307. 48) De avibus lib. 5. p. 556.
49) Lib. 17. p. 568. 50) Lib. 6. c. 9.
51) C. 11. n. 60. 52) Lib. 28, 49.

cornu cervi per se, vel in aceto coctum, vel etiam ustum suadeatur; cum Galenus τοὺς σειομένους ὀδόντας confirmari cornu cervi raso, adusto et cum vino trito testetur[53], et alio loco τὰ οὖλα τὰ πλαδαρὰ προστέλλεσθαι dicat[54]; haud credimus aliud quid, quam molarium dentium vitia, mobilitatem et dolores intelligi. Accedit et antiquus interpres, Serapion, qui *dolorem dentium* γομφίασιν reddit.

Cap. LXIV. Cantharidum duas species cognovisse Dioscorides videtur, alteram in frumentis legendam, alteram variegatam, cingulis luteis transversis alarum (elytrorum) notatam. Haec efficacissima dicitur, *Mylabris Dioscoridis* nostratibus dicta, Cichorium habitans per omnem orientem, ut et apud Chinenses officinalis sit.[55] Primus Ferdinandus Imperatus probavit, Cantharidem hanc a se dictam *fasciatam*, veram esse Dioscoridis.[56] Dein Hasselquistius nomine *Chrysomelae Cichorii* descripsit.[57] Linnaeus ad Meloës genus traxit[58], Fabricius peculiare genus *Mylabris* constituit. Sitne prior species *Meloë Proscarabaeus*, ambigo. Nostra saltem *Lytta vesicatoria* non est, quae fraxinos potissimum, ligustrum et sambucum habitat. Imbecillas declarat, quae unius coloris.

Cap. LXVI. Βούπρηστις insectum dicebatur, ut Etymologus scribit, διὰ τὸ τοὺς γευσαμένους μεγάλως πίμπρασθαι. Et Nicander de bupresti, facere eam ventris inflationem tympaniticam aut hydropicam, dictamque esse βούπρηστιν,

ἢ καί που δαμάλεις, ἐριγάστορας ἄλλοτε μόσχους
πίμπραται, ὁππότε θῆρα νομαζόμενοι δατέονται.[59]

Quodnam autem insectum hoc nomine veteres designaverint, ambigitur. Cum Galenus forma et vi cantharidibus assimilem buprestin declaret[60], haud plane absurdum est,

53) De theriac. ad Pis. p. 240.
54) De fac. simpl. med. 11. p. 334.
55) Linn. amoen. acad. 6. p. 138.
56) Hist. nat. p. 901. f. 1.
57) Iter Palaestin. p. 410. n. 101.
58) Amoen. acad. 5. tab. 3. f. 188. icon.
59) Alex. v. 344.
60) De fac. simpl. med. 11. p. 364. Paull. lib. 7. p. 233. ζωΰφιόν ἐστι τῇ κανθαρίδι παραπλήσιον.

Lyttam vesicatoriam divinare. Sed nolo in incerta re quidquam certi pronunciare.

Πιτυοκάμπαι, erucae pinubus infestae, varii generis sunt. *Liparis monacha*, *Lasiocampa pini*, *Hadena piniperda*, *Phalaena geometra piniaria* larvas gignunt, pinetis pariter obnoxias.

Cap. LXVII. Eccui non nota fabula de salamandra ignicola, imo ignem exstinguente? Quam primus, ni fallor, Aristoteles promulgavit[61], tametsi alio loco statuat, nullum in igne vivere animal posse.[62] Theophrastus veram credens eam traditionem, exponere studet e frigido latice mucosoque, quo salamandra scatcat.[63] Nicander quoque similem explicationem affert.[64]

— — *Οὐδέ τί οἱ φλὸξ*
σίνεται ἀσβέστη, ῥαγόεν δέρος ἄκρα τε γυίων.

ubi schol.: *Ῥαγόεν δὲ δέρος φησὶ τὸ διεῤῥωγός· διέῤῥηκται γὰρ τὸ δέρμα τῆς σαλαμάνδρας, δι' ὧν ῥωγάδων ὁ ἱδρὼς αὐτῆς καταστάζων τὸ πῦρ σβεννύει.* Similem Galenus expositionem innuere videtur: namque salamandram ad certum usque terminum ab igne nihil pati perhibet, comburi tamen, si longiore spatio igni sit admota.[65] Bene igitur noster dixit, perperam credi, salamandram igne haud uri, quod iam Sextius ante eum negarat.[66]

Sed dicamus, unde nata sit fabula. *Salamandra terrestris* est e lacertarum familia, in latebris et speluncis degens, tetra adspectu, nigricans, luteo-maculata, tuberculis glandulosis ante et pone oculos, serie duplici verrucarum dorsalium praedita, e quibus tenacis muci tanta manat copia, ut prunas ignemque exilem omnino exstingui probabile sit. Neque virosa eius laticis foetidi indoles prorsus neganda, quamlibet nimis veteres id exornarint.[67]

Cap. LXVIII. Aranearum duas enumerat species, quarum alteram *ὁλκόν* aut *λύκον* appellat, A. *retiariam*;

61) Hist. anim. 5, 17. 62) Meteor. 3, 4.
63) De igne, p. 726. ed. Schneid. 64) Theriac. v. 819. 820.
65) De temperam. 3. p. 674. 66) Plin. 29, 23.
67) Plin. l. c.

alteram, quae densam telam orditur, nostram habeo A. *domesticam.*

Cap. LXX. *Σήψ, ἣν ἔνιοι σαύραν ἐκάλεσαν χαλκιδικήν,* in Thessaliae monte Othry a Nicandro indicatur, *δίψιος* dictus, et colorem, secundum soli, in quo habitet, colorem, varium habere fertur.[68] Nicander brevibus lacertis assimilat[69]: scholiastes addit, *χαλκίδα* dici, quia virgulas seu vittas aeneas dorsales habeat: longitudinem esse quatuor palmorum: in petris habitare Syriae, Libyae et Cypri. Contrariam sententiam Pausanias profert.[70] Esse enim anguem, vipera longe minorem, cinereum, variegato-maculatum, capite lato, collo angusto, cauda abbreviata: incedere versus latera flexum. Ab Aëtio itidem serpens declaratur bicubitalis, tarde progrediens, capite lato, ore acuto, toto corpore albo-maculato.[71]

Quae cum ita sint, *Zygnis* videtur esse *tridactyla:* lacerta adeo brevibus pedibus instructa, ut omnino anguibus simillima sit, vittis dorsalibus aeneis praedita. Primus eam in agro similis coloris italico observavit Fab. Columna, qui et icone illustravit.[72] Chalcidem potius dicendam esse cum Aristotele, qui et *ζυγνίδα* vocat[73], aut *χαλκὴν σαύραν* cum Hesychio, quam *χαλκιδικήν,* probabile est. Venenatos esse morsus, dubitari nequit, cum et armenta, praesertim in Sardinia, ubi *Cicigna* dicitur, graviter laedantur.[74]

Cap. LXXI. *Scincus officinalis* est satis nota lacerta africana dodrantalis, quae olim in aphrodisiacis primum fere locum obtinebat. Est et in Mauritania peculiaris species, *Scincus algiriensis* dicta, quae dimidio minor, quatuor vittas longitudinales flavas habet. Haec forte eadem est, quae hic notatur. Arabes corrupto graeco nomine أسقنقور (*iskankur*) appellant. Alii vero ورل (*warel*) di-

---

68) Theriac. v. 145. Aelian. 16, 40.
69) Theriac. v. 817. 70) Lib. 8. c. 4.
71) Lib. 15. c. 26. 72) Obs. aquatil. et terrestr. p. XXXVI.
73) Hist. anim. 8, 23.
74) Fab. Columu. l. c. p. XXXVIII. Franc. Cetti anfibj e pesci di Sardegna. Sassari 1777. 8.

cunt lacertam libycam, crocodilo niliaco (تمساح) similem.[75]

Cap. LXXII. *Μυογαλῆ* iam summo philosopho ob periculosos morsus suspecta est, praecipue gravida. In iumentis inde existere pustulas.[76] Nicander quoque morsum *μυγαλῆς* exitialem perhibet[77], quem sequuntur Plinius[78] et Aelianus.[79] Aëtius de ea[80]: esse colore *γαλῆ* similem, magnitudine vero murem aequare: os oblongum habere ac exiguam caudam: dentes autem tenues, eosque duplici ordine dispositos in utraque maxilla, quo fiat, ut quatuor dentium series monstret, ac vulnera ab eo animalculo morsa quadruplicem dentium ordinem probent. Sanguinem quidem protinus mundum profluere, dein vero saniosum, pustulas sequi et inflationes.

Quae quanquam ab antiquitate credita sint, nostrae tamen observationi adversantur. *Μυογαλῆ* s. *μυγαλῆ* nequit esse quicquam, praeter *Soricem araneum*, cuius dentes secundarii et lacunarum omnino speciem quamdam duplicis seriei in utraque maxilla prae se ferunt. Sed Matthiolus iam incolarum agri tridentini testimonium citat, nihil venenati in his esse animalibus. Buffonius etiam, nec posse mordere propter angustiam oris, nec inflationes equorum aut armentorum, quas vulgus huic morsui adscribit, ex eodem nasci, docet.[81]

Cap. LXXXI. Butyrum etiam ex ovillo caprinoque lacte confici, Galeno incognitum fuit, qui e solo bubulo lacte fieri existimavit.[82] Ceterum butyri confectionem Graecos a Scythis didicisse, disertis verbis auctor Hippocraticus docet: *Ἔοικε δὲ τοῦτο, ὥσπερ οἱ Σκύθαι ποιέουσιν ἐκ τοῦ ἱππείου γάλακτος· ἐγχέοντες γὰρ τὸ γάλα ἐς ξύλα κοῖλα, σείουσι· τὸ δὲ ταρασσόμενον ἀφριεῖ καὶ διακρίνεται, καὶ τὸ μὲν πῖον, ὃ βούτυρον καλέουσιν, ἐπιπολῆς δι-*

---

75) Bochart. hieroz. I. p. 1055. 1056. 76) Hist. anim. 8, 23.
77) Theriac. v. 815. 78) Lib. 8, 83.
79) Hist. anim. 2, 37. 80) Lib. 13, 14.
81) Hist. des quadrup. 7. p. 319.
82) De fac. simpl. 10. p. 272.

σταται.[83] Cuius auctoris si actas nota esset, butyri introductionem in Graeciam indigitare possemus. Id saltem certum est, nemini veterum, nec ipsi Herodoto, nec Aristoteli cognitum fuisse butyrum: sed, postquam colonias in Tauria et Scytharum vicinia collocassent Graeci, cum re ipsa nomen a Scythis accepisse.[84] Hinc haud absona est Oppiani fictio[85], Aristaeum Proconnesium, qui diu Issedonas ceterosque Hyperboreos frequentarat[86], lactis coagulationem, ideoque butyri confectionem in Graeciam introduxisse. Lusitanos quoque monticolas butyro uti olei vice, Strabo tradit.[87].

Orientis nomades ab omni inde antiquitate butyrum confecisse, quamvis credibile est, in Ebraeorum tamen memoriis valde dubia est eius mentio: namque חֶמְאָה potius lac coagulatum significare videtur. Nec tamen Arabes prisci verbo quodam peculiari butyrum a quovis adipe discernere valent: sola vox زباد (*zobbâd*), qua medici utuntur, pariter cremorem lactis quam butyrum significat.

Cap. LXXXV. *Πιτύα* derivatur a *πήσσειν, πήττειν*, ut *πηττύα* melius scribatur.[88] Alii dum *πυτίαν* scribunt, a *πύος, colostrum, τὸ πρῶτον γάλα,* nasci perhibent.

Ἱππάκην, quam Hippocrates iam dicit *τυρὸν ἵππων*[89], Hippocraticus auctor quoque, quod caseus sit, diserte exponit.[90] Neque cuiusquam loci memini, ubi *ἱππάκη* aliud quid significaret.

Varia animalia bisulca hic nominantur, in quibus *δορκάς Antilope Dorcas, πλατύκερως Cervus Dama, δόρκος Cervus Capreolus* esse videntur. Non sum nescius, Marcellum Vergilium *πλατυκέρωτα* tanquam adiectivum *τῇ δορκάδι* adscribere, itaque loco *καὶ* legere *δορκάδος τῆς πλατυκέρωτος*, in quo et C. Gesnerum et Bochartum ha-

83) Hipp. de morb. 4. p. 357. ed. Lips.
84) Coray ad Hipp. de aëre, aquis et locis, p. 284.
85) Cyneg. 4, 271. 86) Herod. 4, 13.
87) Lib. 3. p. 414.
88) Theod. Gaza grammat. p. 629. ed. Neophyt. Hinc et Suidas: *Πητύα, ὁ ὀπὸς ὁ τυρεύων τὸ γάλα.*
89) De aëre, aqua et locis, p. 557.
90) Hipp. de morb. 4. p. 358.

bet sequaces.[91] Nihilominus, si *δορκάς* a *δέρκειν* nomen habet, alii fere nulli animali tam apta haec appellatio est, quam Antilopi ii, cuius oculi formosissimi et visus acutissimus dicuntur. Haec Syriam habitat et Asiae minoris regiones, quae Notum spectant, sed in Lycia non transire eam montes Syris vicinos, Plinius perhibet.[92] Aristoteli quidem et capreolus *δορκάς* dicitur, sed serioribus temporibus hac ratione distincta fuisse animalia, ut *δόρκος* capreolus, *δορκάς* vero sola antilope vocaretur, probabile est. In qua sententia si fallor, *χαλεπὸν οἶμαι σὺν Γαληνῷ, ἄνθρωπον ὄντα, μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς.*

Βούβαλος est *Antilope Bubalis,* quae Africam borealem habitat.[93]

Cap. LXXXVI. *Βίκος* et *βικίον* peregrina habentur nomina, imo cum ebraeo בַּקְבּוּק componuntur, pro quo LXX interpretes posuerunt.[94] *Βίκος* tamen, *στάμνος ὦτα ἔχων* Hesychio, antiqua vox est, qua iam Herodotus utitur.[95]

Cap. LXXXVI. *Καλλιώνυμος* est piscis, mari mediterraneo satis communis, *Uranoscopus scaber,* cuius grandem vesicam felleam iam Aristoteles praedicat.[96] Esse autem eumdem cum *οὐρανοσκόπῳ,* inde iam Rondeletius[97], Schneiderus[98] et Coray[99] effecerunt, quod Diphilus Siphnius apud Athenaeum[100] dicat: *Οὐρανοσκόπος δὲ, ὁ καὶ ἄγνος καλούμενος, ἢ καὶ καλλιώνυμος, βαρύς.* Legimus vero: *Οὐρ. δὲ, καὶ ὁ ἄγν. καλ., ἢ κ. καλλ., βα-*

---

91) Hieroz. 1. p. 966.

92) Plin. 8, 83. Cum Lycia nullo modo Syriae sit contermina, *Ciliciam* substituendam esse, Harduinus suadet. Possetne tamen Solymorum Pisidiae natio, quae interiisse iam Eratostheni dicebatur, (Plin. 5, 33.) intelligi? Namque et Syros et Phoenices ultra Amanum et Taurum montem antiquitus immigrasse, et Solymos Pisidiae punice loquutos fuisse, traditur. (Ioseph. antiqu. iud. 1, 7. contra Ap. 1, 12.)

93) *Ζορκάδες καὶ βουβάλιες ἐν Λιβύῃ.* Herod. 4, 192. *Ζόρκες* Straboni dicuntur lib. 12. p. 76.

94) Ierem. 19, 1. 95) Herod. 1, 194.

96) Hist. anim. 2, 11. Aelian. hist. anim. 13, 4.

97) Apud Gesner. de pisc. p. 138.

98) Exc. 2. ad Aelian. p. 573.

99) Ad Xenocr. de aquatil. p. 68. 100) Lib. 8. c. 52.

ρεῖς. Itaque cum Schweighaeusero dubium linquimus hoc argumentum. Sed multo clarius est argumentum, quod ex Oppiani descriptione petitur[1]; qua *καλλιωνύμου* formam illustrat, oculum nimirum utrumque sursum versos ferre, et grande os inter oculos. De eo pisce Galenus: ὡς οὗτός γε, κἂν εἰ μὴ βούλοιτο, πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀεὶ βλέπει.[2] Dixerunt eum piscem et Graeci ἡμεροκοίτην et κλέπτην, quia interdiu dormiat, noctu vero praedam quaerat.[3] Naturam et vitae genus Callionymi egregie illustravit Belonius.[4]

Ὕαινα iam ab Aristotele[5] ita describitur, ut *Hyaenam striatam* vel *oricutalem* agnoscere facile possimus. Est autem bellua, tum in Aegypto et Africa, tum per Syriam et Asiae calidiores regiones satis vulgaris. Ieremiae (12, 9.) צָבוּעַ, Arabibus ضبع dicitur.[5]

Cap. XCVIII. Ustio arabica, a nostro primum memorata, testimonium utilitatis etiam ab Archigene Apameensi accepit. Antyllus vero, Archigeni tempore aequalis, crudeliter magis, quam secundum artis regulas, eam ita administravit, ut hallucis ventrem ad os ipsum ureret, dein ad crustam deiiciendam et suppurationem servandam varia adhiberet cataplasmata.[7] Plinius fimum caprinum fervens eius lateris, cuius coxa patitur, manu tenendum, fimumque ad eum usum punctis aereae acus tollendum esse tradit.[8] Et Plutarchus huius ustionis mentionem facit.[9]

Arabica autem dicta fuit ustio, quia ab Arabibus forte didicerunt Romani, cum, Augusto imperante, Aelius Gallus Romana arma primus in eam terram inferret.[10] Arabes enim ab omni antiquitate ustiones adeo frequenter adhibuerunt, ut, quisquis non ureretur, eum

---

1) Halieut. 2, 200. 2) De usu part. 3. p. 182.

3) Hesych. et Caray l. c.

4) Apud Gesner. de aquat. 4. p. 159.

5) Hist. anim. 6, 28. 8, 7. 6) Bochart. hieroz. 1. p. 832. s.

7) Aët. lib. 12. c. 3. 8) Lib. 28, 56.

9) De sera numinis vindict. p. 415. *Γελοῖος ὁ φάσκων, ἄδικον εἶναι, τῶν ἰσχίων πονούντων καίειν τὸν ἀντίχειρα.*

10) Plin. 6, 23. Strabo 16. p. 447. Dio Cass. 53, 29.

periturum esse opinarentur.[11] Singularem plane curandi rationem Aretaeus in coxendicis affectu suadet: Capram herba iride pastam mactandam esse, intra ventrem stercore plenum pedes occulendos.[12] Albucasis, summus ex Arabibus chirurgus, e Dioscoride solummodo citat hanc curandi methodum.[13].

Κροκόδειλος χέρσαῖος, dein memoratus ob stercus mulieribus utile ad colorem faciei nitoremque producendum, an idem sit cum *σκίγκῳ*, qui et *κροκόδειλος χερσαῖος* dicitur (c. 71.), merito ambigimus. Nec enim auctor hoc loco, nec interpretes prisci ullo loco scincum dicunt, cuius stercore utantur mulieres. Itaque coniecturae locus est, alteram speciem crocodili aegyptiaci intelligi, quam, *χειροήθη τοῖς ἱερεῦσι*, in Arsinoë divino cultu celebratam Strabo praedicat.[14] Hunc crocodilum, *Σοῦχος* dictum, *δίκαιον* vocavit Damascius[15], ut opponeret hippopotamo, *ἀδίκῳ ζώῳ*, sicut Chiron, *δικαιότατος Κενταύρων*[16], ita propter mansuetudinem morum vocatur.[17] Nomen *σοῦχος*, quanquam Bochartus ab arabico سبح, *natare*, deducere conatus sit, aptius *παρωνομάζει* Godofredus Hilarius, dum cum aegyptiaco *Djok*, *jok*, *virtus*, *perfectio*, componit.[18] Is etiam peculiarem constituit speciem, ab Aegyptiis olim cultam, *Crocodilum Suchum*, cuius diagnosin loco citato uberius exponit. Sed aquatilis et fluviatilis pariter erat ac Crocodilus vulgaris.

Hinc confugiendum est ad Lacertarum alias species terrestres, quarum alteram spithameam, marmoratam dicimus *Mellionem*, ad pyramides aegyptias inveniendam, quae in petris et latibulis degit, ورل (*warel*) Arabibus veteribus hodiernisque dicta. Huius autem stercus pretiosum (*ἔντιμον*) dicit Galenus: id mulieres *τρυφῶσαι* o-

11) Reiske miscell. med. ex mon. Arab. p. 13.
12) De curat. chron. 2, 12.
13) Albucas. chirurg. sect. 41. p. 84. ed. Channing.
14) Lib. 17. p. 581.
15) Phot. bibl. 242. p. 342.
16) Il. 11, 832.
17) Pindar. pyth. 3, 3. *Χείρωνα, νόον ἔχοντ' ἀνδρῶν φίλον.*
18) Ann. du mus. 10. p. 75.

rientis antiquis iuxta ac nostris temporibus conquirunt, ut faciei cutem et tensam et splendentem reddant.[19]

Κροκόδειλοι tamen *χερσαῖοι* appellabantur etiam aliae lacertae. Namque et de scinco noster ait: *κροκόδειλος χερσαῖος, ἰδιογενής*, et *Lacerta nilotica*, צָב Ebraeis, ضب (*dhab*) et حردون (*cherdaun*) Arabum, est *κροκόδειλος χερσαῖος δίπηχυς* vel *τρίπηχυς* auctorum[20]: et minores obviae erant[21], quibus assis libentissime vesci Iones gastronomus Archestratus testatur.[22]

Cap. C. Mirabilia sunt, quae Theophrastus de lyncurio narrat.[23] Esse durissimam gemmam, ut et sigilla ex ea scalpantur, esse pellucidissimam, eaque facultate praeditam, ut et trahat corpuscula, succini ad instar; et non modo festucas, sed et lamellas aeneas ferreasque tenuissimas. Nasci autem e lyncis urina lapidescente, quam invidiosum animal sub terra occultet. Repetit eadem Plinius, sed pariter ac noster irridet, cum aevo ipsius nulla omnino eius appellationis gemma visa sit.[24] Traditionem autem eam ita exponere conatus est C. Gesnerus[25], ut statuat, electrum s. succinum ex aliquo Liguriae emporio in Graeciam olim advectum, Ligurium protinus dictum, deinceps, ne mirabilium studio aliquid derogetur, Lyngurium nominari coepisse, addita ea fabula. Iam vero regesserit quispiam, duritiem eam, quam Theophrastus gemmae suae tribuat, a succino alienam esse, neque posse sigilla e succino formari. Attamen multa et elegantissima instrumenta e succino conficiuntur. Nec necessaria erat veterum sigillis ea, quae in nostris exigitur, duritia, quando cerae soli imprimebantur: ut et ligno a larvis insectorum serpentino modo arroso uterentur.[26]

Watsonii tamen sententiam, lapidem electricum, qui

---

19) Galen. de fac. simpl. 10. p. 308. Horat. epod. 12, 10. „Color stercore fucatus crocodili.

20) Herod. 4, 192. Pausan. 2, 28.

21) Strab. 12. p. 156. 22) Apud Athen. 7, 112.

23) De lapid. p. 693. 24) Plin. 37, 13.

25) De quadruped. p. 772. G. Agricola (de nat. fossil. lib. 5. p. 266.) vel succinum fuisse lyncurium, vel belemniten, autumat.

26) Theophr. hist. pl. 5, 1. Hesych. voc. *θριπόβρωτος*.

Turmalinus nostratibus dicitur, sub lyncurii appellatione a veteribus intelligi[27], haud plane reiicere ausim. Namque Turmalinus tum pellucidus est plerumque, tum durissimus, punicei saepe aut flavi aut prasini coloris, quanquam frequentior sit fuscus color. Ad sigilla egregie aptus est, nec adeo rarus, quin veteribus potuerit innotescere. Occurrit enim in Saxonia, Helvetia, Gallia meridionali ipsaque Hispania, unde Phoenicum navigia eum forte in Graeciam advexerunt. Multo tamen facilior est explicatio Beckmanni[28], hyacinthi (vel chrysolithi) speciem intelligi, quippe cum omnes gemmae vim habeant communem, si calefactae tritu fuerint, corpuscula levia attrahendi.

Turmalini forte primum vestigium in Serapione quaerendum.[29] *Hager albuzedi*, lego *Hadschar alburitus* (حجر البوريطس), est ipsi gemma rubra, minus tamen splendens, quam hyacinthus, quae ex orientalibus regionibus (India orientali) advecta, festucas attrahat. *Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οἷον ὁδοῦ τι πάρεργον εἰρήσθω.*

Cap. CI. *Σίμβλιον*, vulgarem scripturam, cum Marcello Vergilio mutavi in *ὑβλαῖον*, quod illud tantum esset mel ex alvearibus, neque ullo modo posset ad praestantiam mellis designandam adhiberi. Probatur autem Plinii interpretatione, qui optima mellis genera hymettium habet et hyblaeum.[30] Loco Cycladum insularum Plinius ponit Calydnam insulam. Iam vero patet e Strabone[31] et Eustathio[32], sporadum insularum nonnullas Calydnas fuisse appellatas, et in his peculiariter dictam Calydnam s. Calymnam, hodie Calamine vocatam, cuius mel *ἀστεῖον καὶ τῷ ἀττικῷ ἐνάμιλλον* praedicatur. Diophanes in Geoponicis[33] *Ἄριστον μέλι τὸ ἀττικὸν, καὶ τοῦ ἀττικοῦ τὸ ὑμήττιον, καλὸν δὲ καὶ τὸ γινόμενον ἐν ταῖς νήσοις· τοῦ δὲ σικελικοῦ τὸ ὑβλαῖον, καὶ τοῦ κρητικοῦ τὸ ἀκραμαμ-*

---

27) Philos. transact. 51. p. 396.
28) Beitr. zur Gesch. der Erfind. 1. p. 244.
29) Cap. 399. fol. 188 c.
30) Plin. 11, 13.
31) Lib. 10. p. 351.
32) Ad Dionys. perieg. v. 530.
33) Lib. 15. c. 7.

μώριον, καὶ τοῦ κυπρίου, καὶ τοῦ κώου τὸ καλύμνιον s. *τοῦ καλυμνίου τὸ κῶον*, quoniam Cos etiam oppidum fuit insulae Calymnae.[34] Hyblaeae autem apes, Hyblaeum mel quantopere celebrentur a poëtis, tritissimum est.[35]

Cap. CII. Sardoarum herbarum amaritudo a poëtis diffamata[36] melli originem dedit, quod cum papavere ad bellaria mixtum Horatio[37] adeo infestum dicitur,

„ut gratas inter mensas symphonia discors.“

Mel autem illud amarum nostra aetate gratum et salubre putatur. Non ex Artemisiarum floribus, sed ex Arbuti etiam apes colligunt mel, aestate ad finem vergente. Hinc in Sardinia Octobri et Novembri demum conquiritur. Necesse autem est, Iunio mense dulcis mellis plurimam eripi copiam alvearibus, ut dein cogantur apes novam comportare penum, quae, e serioribus floribus collecta, amarorem illum gratum habet.[38]

Cap. CIII. Mel ponticum, quod insaniam facit, infamiam obtinuit ex *ἀναβάσει* Xenophontea. Priusquam enim Trapezuntem adirent, a melle eius regionis comesto multi insanire coeperunt, ut et nonnulli perirent.[39] Aristoteles venenatam eius mellis indolem a buxi specie repetit[40], cui sententiae adstipulantur Diodorus Siculus[41] et Aelianus.[42] Plinius vero contrahi flore rhododendri (Nerii), quo silvae scateant.[43] Eius insani (*μαινομένου*) mellis crateras propinarunt Heptacometae, montium Trapezunti vicinorum incolae, Pompeii cohortibus, per eos montes iter facientibus: eoque poto iam mente abalienatos facile interfecerunt.[44] Nostris demum temporibus confirmata eius mellis pontici et caucasici inebrians indoles floribus Rhododendri pontici et Azaleae ponticae tribuitur.[45] Perniciosum similiter mel, e floribus Kalmiae

34) Plin. 4, 23. 35) Virg. ecl. 1, 55. Martial. 7, 88.
36) Virg. ecl. 7, 47. 37) De arte poët. v. 374.
38) Hörschelmann Gesch., Geogr. und Statistik von Sardinien, p. 405. 39) Xenoph. anab. 4, 8.
40) Mirab. auscult. c. 17. p. 43. ed. Beckm.
41) Lib. 14. p. 665. ed. Wesseling. 42) Hist. Anim. 5, 42.
43) Lib. 21, 45. 44) Strabo lib. 12. p. 88.
45) Tournefort. in act. acad. paris. 1704. p. 345. iter gall. 2. p.

latifoliae collectum, nuperis observationibus prope Philadelphiam Pensylvaniae institutis semet ostendit.[46]

Cap. CIV. Mellis species, quae hic sacchari nomine insignitur, triplicis est originis. Vel enim ex Arundine saccharifera, seu *saccharo officinarum* L., vel e *Bambusa arundinacea* Schreb., vel e *Calotropide gigantea* R. Br., *Tamarice gallica* aut *Hedysaro Alhagi*. Ultima mellis species ea esse videtur, cuius in Libano frequentis Galenus meminit, quod δροσόμελι et ἀερόμελι dictum, coriis super terram pansis et arboribus excussis, colligi dicit.[47] Id est ترنجبين (*tarandschabin*) vel طلنجبين (*thalendschubin*) Arabum.[48] In Arabia felici nec Bambusam nec Saccharum sponte nasci, exploratum habeo, sed Manna hac concreta, sacchari indici vice, utuntur.[49]

Mel vero arundinum, μέλι καλάμινον Arriano dictum[50], duplex esse potest, vel naturaliter ad nodos Bambusae concretum, طباشير (*thebâschir*) dictum, vel ex culmis arundinis sacchariferae coctum, سكر (*sakhr*) et Arabibus dictum, licet nomen indicum sit. Concretum saccharum, salis forma, quod Archigenes iam ἅλα ἰνδικόν appellavit[46], naturale illud concrementum ad nodos Bambusae fuisse videtur, quod Garcias ab Orto primus illustravit.[51] Idem esse cum μέλιτι καλαμίνῳ, Salmasius probavit.[53].

Nostri vero sacchari primā, ni fallor, mentio in Mosis Chorenensis appendice geographica historiae armeniacae[54] obvia est. Cum ineunte saeculo quinto scripserit,

---

101. Lambert in Recueil de voy. au Nord. 7. p. 137. Schriften der berl. Naturforschenden Gesellsch. 1782. vol. 3. p. 473. Klaproth iter caucas. 1. p. 455.

46) Barton in Amer. philos. transact. vol. 5. p. 143.

47) Galen. de fac. alim. 3. p. 739.

48) Beitharides apud Rhazeum de variol. ed. Channing. p. 179. a Terendschubin e Tamarice distinguit شيرخشك (*schîrçhoschkh*) ex Hedysaro Alhagi et عشر e *Calotropide* gigantea.

49) Niebuhr Beschr. von Arab. p. 147. Burckhardt 2. p. 953. 956.

50) Peripl. maris erythr. p. 5.

51) Paull. Aegin. 2. p. 50.

52) Clus. exot. lib. 1. c. 12.

53) Homon. hyl. iatr. p. 257.

54) Ed. Whiston, p. 364.

memorabile est, tunc iam saccharum ad ripas Euphratis inferioris, in Elymaide cultum fuisse. Armenius id appellat *schacham.* Arabes, quorum commercia cum India orientali ex tempore felicissimo Abbassidarum florentissima erant, arundinem sacchariferam in Hispaniam et Siciliam transplantarunt, ac utrobique cultura cum proventu sacchari per medium aevum continuavit.[56]

Cap. CV. Cera optima dicitur nostro pontica, tum cretica. Galenus primum locum tyrrhenicae[57], Didymus, ad picem saltem liquidam conficiendam, sardoae[58] tribuit. Plinius candidissimam, simili modo, ac a Dioscoride, paratam, punicam appellat.[59] Talem *tractam* dicit Aëtius, cuius vocis latinam originem negare nequimus, sicut *τρακτάϊζειν* pro *λευκαίνειν* in Etymologico magno barbaram sapit aetatem.

Cap. CVII. *Πυρὸς σιτάνιος* est idem ac *τριμηνιαῖος*, itaque *Triticum aestivum.* Eam vocem Galenus[60] et lexicographi veteres ita exponunt, ut *τῆτες* et *σῆτες* attice vel ionice dici *ἐν τούτῳ τῷ ἔτει* statuant: *σητάνιος*, *σιτάνιος*, aut, quemadmodum Theophrastus scribit, *σιτανίας πυρός* est triticum hornum, quod mense Martio serere Geoponici iubent.[61]

Σεμίδαλις Galeno est graecum nomen antiquum. Romani autem, et quibus ipsi imperabant, Galeni tempore purissimum panem triticeum siligineum (*σιλιγνίτην*) vocabant, huic proximum *σεμιδαλίτην*: tertio loco veniebat medius, *συγκόμιστος*, qui et *αὐτοπυρίτης*: quarto demum impurus, ὁ *πιτυρίας*.[62]

Cap. CIX. *Ζύθον*, ex hordeo confectum, esse aegyptiae originis, in confesso est per totam antiquitatem.[63] Vox ipsa, Dioscoridi et Galeno[64] mascula, neutra est

56) Edrisi geogr. nub. p. 149. Casiri bibl. escurial. 1. p. 330.
57) De comp. med. sec. loc. 5. p. 818. et pluribus aliis locis.
58) Geopon. 6, 5. 59) Lib. 21, 49.
60) Galen. comm. 2. in Hipp. de articul. p. 606. ed. Basil. graec.
61) Lib. 3. c. 3. 62) De alim. fac. 1. p. 483. 484.
63) Herod. 2, 77. Diod. Sic. 1, 34. Theophr. causs. plant. 6, 11. Strab. 17. p. 633.
64) De fac. simpl. med. 6. p. 882.

apud reliquos, ut τὸ ζύθος, vel etiam τὸ ζῦθος scribatur. Origo graeca etiamsi in aprico esse videatur, a ζύμη repetenda, ut docti viri voluerunt[65]: aegyptiacam tamen esse vocem, diserte veteres testantur, quod aliter exponere nequeo, quam a graecis in Aegypto colonis formatam fuisse hanc vocem, quam nec doctissimus Iablonskius certitudine quadam ex aegyptiaca lingua derivare potuit.[66]

Modus zýthi parandi aliquid singulare habet. Formulam, quam Zosimus Panopolita reliquit, primus Reinesius e codice manuscripto aperuit[67], dein Iablonskius[68], post eum Grunerus[69] edidit. Farinam autem hordei in massam coactam in aheno (κλουβῷ) coquebatur, ex qua dein fiebant panes seu orbiculi, quibus cum fermento mixtis et in aquam demissis spontanea nascebatur ebullitio: ea absoluta aqua dulcis per cribrum colabatur. Is ipse est modus, quo hunc potum in Syria etiamnum parari Belonius observavit.[70]

Zythus, serioribus temporibus a Romanis *posca* dictus, ansam praebuit corruptae et infimae graecitatis appellationi φουκᾶς, de quo Symeon Sethus[71] omnia ea praedicat, quae de zytho dicta fuerant. Transiit φουκᾶς in فقاع (*ſuka*) Arabum: sic enim zythum vertit Avicenna.

Denique et apud alias nationes usitata erat haec potio. Sic de Lusitanis id refert Strabo.[72] Nominabatur Graecis etiam πῖνον et βρῦτον, alio forte, ac ζύθος, modo confecta.[73]

Cap. CX. *Κοῦρμι* celtica vox ab Adelungio[74] habetur, cum etiam nunc comessatio dicatur a monticolis Britanniae *Curme.*

Cap. CXI — CXV. *Ζειά* duplex est, altera ἁπλῆ, altera *δίκοκκος*, quae semen in duplici tegmine coniunctum gerit. Ad idem genus et ὄλυρα accensetur. Et hanc πο-

65) Lennep. etymol. 1. p. 312. 66) Opusc. I. p. 77.
67) Var. lect. lib. 3. p. 483. 68) L. c. p. 78.
69) Zosimi de zythorum confectione. Solisbae. 1814. 8.
70) Obs. 2, 98. p. 153.
71) De cibar. fac. p. 80. 81. ed. Gyrald.
72) Lib. 3. p. 414. 73) Athen. 10, 67.
74) Mithridates, 2. p. 55.

λύλοπον[75], ut *ζειὰν πολυχίτωνα,* Theophrastus[76] vocat. Hesychius de *ὀλύρᾳ· εἶδος σπέρματος, ἢ βρῶμά τι, μεταξὺ σίτου καὶ κριθῆς· οἱ δὲ, αὐτὴν κριθήν· ἄλλοι, καρπόν τινα σιτικὸν, ζειάν· τινὲς, ζέαν.* Itaque simillima est *ὄλυρα τῇ ζειᾷ,* ut et ex utraque *χόνδρος* et *τράγον* pararetur.[77] *Ζειὰν* igitur sine dubio esse *Triticum Speltam, ὄλυραν* vero varietatem, Tr. *Zea* ab Hostio dictam statuo. *Ἁπλῆν* vero *ζειὰν* esse *Triticum monococcon,* deterius ceteris frumentum, autumo. Haec est *τίφη* Theophrasti, *μονοκάλαμος καὶ λεπτοκάλαμος*[78], eamdemque in Macedonia Thraciaque *βρίζαν* nominari, Galenus testatur.[79] Longe alium loquendi usum notat in Mnesitheo Cyziceno, qui *τίφην* optimam frumenti speciem, deteriorem *ζειὰν* dixerat, in frigidis regionibus cultam: illam cum *ὀλύρᾳ,* hanc cum *βρίζᾳ* Macedonum aut *τίφῃ* Theophrasti Galenique eamdem habemus. Suspicor, et Strabonis *ζειάν*, quam coli in Illyriae inopibus regionibus tradit[80], esse eamdem cum *τίφῃ* Theophrasti.

Κρίμνον esse farinam crassiorem et negligentius molitam, notissimum est. Peculiariter vero hordei tosti ramenta farinacea sic vocabantur. Diserte enim Galenus[81]: *Κρίμνα καλεῖται τὰ τοῖς ἀλφίτοις ἐμφερόμενα τῆς πεφρυγμένης κριθῆς μόρια μεγάλα, διαπεφευγότα δηλονότι τὴν ἐν τῇ μύλῃ κατεργασίαν ἀκριβῆ.* Sed idem alio loco[82]: *Κρίμνον, τὸ παχυμερὲς οὕτως ὀνομάζεται τοῦ τε πυρίνου καὶ τοῦ ἐκ τῶν ζειῶν ἀλεύρου.* Itaque, ut noster, e tritico et zeae speciebus etiam confici *κρίμνον* docet, et *πόλτον* s. *πολτόν,* (utroque enim modo scribitur) esse sorbitionem e *κρίμνῳ.*

Ἀθήραν satis clare Dioscorides exponit. At vero haud plane consentiunt alii auctores. Proxime quidem accedit Plinius, qui ex olyra decocta fieri medicamentum statuit, quod Aegyptii atheram vocent, infantibus utilis-

75) Hist. pl. 8, 4. 76) Causs. pl. 4, 6.
77) Galen. de fac. alim. 1. p. 519. Comm. in Hipp. de victu acut. 1. p. 455.
78) Theophr. hist. pl. 8, 1. 79) De fac. alim. 1. p. 514.
80) Lib. 7. p. 418.
81) Comm. 2. in Hipp. progn. p. 140. ed. Basil. graec.
82) De fac. simpl. med. 7. p. 45.

simum; sed et adultos eo illinere.[83] Hesychius interpretatur eam vocem: *βρῶμα διὰ πυρῶν καὶ γάλακτος ἡψημένον παρ᾽ Αἰγυπτίοις.* Pollux[84] *ἔτνος* (pultem) vocat e tritico. Quae omnia quodam modo congrua nulli fere dubitationi ansam praebent. Iam vero Hieronymus *θήραν* dici Aegyptiis far tradit, quod corrupte etiam *ἀθήραν* nominent.[85] Ex hoc quidem loco Iablonskius effecit, *θήραν,* aut *θάραν,* corrupte *ἀθάραν, ἀθήραν,* esse ذرة (*durrah*) Arabum, seu *Sorghum vulgare,* frequentissimum frumenti genus per totum orientem[86]: quod, licet iam ab Ezechiele דֹּחַן nomine dicatur[87], licet triticum babylonicum, cuius folia quatuor digitorum latitudinem apud Herodotum[88] habeant, forte ad hoc pertineat frumentum, haud quaquam tamen, ut statim Iablonskio assentiar, persuadeor.

Quid *τράγος* fuerit, optime Galenus exponit.[89] Confici nimirum ex olyra nobilissima decorticata: eo plerosque uti protinus aqua decocta, dein, ea effusa, sapa aut vino dulci aut mulso, pineis etiam nucibus additis. Alio loco[90] e zeae variis speciebus (*ἐκ ζειῶν*) *τράγον* parari tradit, neutiquam sibi contradicens, cum *ὄλυρα ζειᾶς* species aut potius varietas sint. Et Geoponici ex olyra generosa ut et e tritico alexandrino macerato, decorticato ac siccato confici *τράγον* iubent.[91]

Χόνδρος est id, quod nostrates *Perlgraupen* vocant, quem manifesto noster e zea parari iubet, quanquam Theophrastus eumdem confici etiam ex hordei specie indica ignota ac ex oryza doceat.[92] Parandi modus, uncinis inclusus, e Geoponicis forte a librario quodam mutuo acceptus, ad albedinem obtinendam gypso arenaque utitur. *Ἄλικα* (e latino *alica* sumta vox) seriores Graeci a Paullo Aegineta inde a *χόνδρῳ* distinguunt[93], sed nusquam

83) Lib. 22, 67. 84) Lib. 6, 62.
85) Quaest. in Genes. opp. tom. 2. coll. 543. ed. Mart.
86) Opusc. 1. p. 13. 87) Ezech. 4, 9.
88) Lib. 1. c. 193. 89) De fac. alim. 1. p. 519.
90) Comm. 1. in Hipp. de vict. acut. p. 455.
91) Lib. 3. c. 8. 92) Hist. plant. 4, 4.
93) Paull. Aegin. 1. p. 23.

memini, quanam ratione differant, legere: nisi alica simplici, *χόνδρος* vero artificiali aut magis composito modo, ut purior evaderet ac candidior, pararetur.

Cap. CXIX. CXX. *Κέγχρος* est *Setaria italica* Pal. Beauv. (Panicum L.) *Ἔλυμος*, *Panicum miliaceum*: utrumque in Ponto, loco aliorum *σιτηρῶν* abunde seri, Strabo est auctor.[94] *Σιτηροῖς* autem utrumque recte a nostro annumerari, vel inde patet, quod et Galenus interdum in frugum penuria ad panem conficiendum et *κέγχρον* adhiberi et *ἔλυμον*[95] scribat, et Columella utrumque frumentis accenseat.[96] Taxandus igitur Galenus, dum *ἔλυμον ὀσπρίοις* adscribit[97], maxime cum *ὄσπρια* sola legumina vocet, e quibus panis non conficiatur.[98]

Cap. CXXIV. *Τῆλις* a *τῆλε*, *procul*, nomen habet, quia cornua longe proiicit. Sic et *itasi* aut *itasin* aegyptiace longa cornua habens significat.[99] *Αἰγόκερως* dici *τῆλιν* in Asia minore, *καλλικέρως* a Rufo Ephesio, Galenus testatur.[100] Punicum nomen Bochartus iam exposuit: זֶרַע פִּשְׁתִּי (*zera pischte*), lini semen.[1]

Cap. CXXVI. Ciceris nomen Rossi deducit ex aegyptiaco *ἐρσῖς*, quod transiisse in graecum *σίσερ* aut *κίκερ*, cuius cum vestigium in graeca lingua evanuit, servarint Romani in cicere.[2] Quod ratiocinium, cum soli testimonio Isidori Hispalensis nitatur, qui *cicer* e graeco summum dicit[3], non satis solidum mihi videtur.

Ciceris autem species duas enumerat, sativum et arietinum, seu *κριόν*: tres habet Theophrastus, *κριὸν*, *ὀροβιαῖον* et *τὸν ἀνὰ μέσον*.[4] Diocles praeferebat album cicer nigricanti, itemque buxeum, et milesium *τοῖς λεγομένοις κρείοις*.[5] *Κρείους* autem dicta esse cicera propter magnitudinem, cum *Κρεῖος* nomen gigantis apud Hesio-

---

94) Lib. 12. p. 81.
95) De fac. alim. 1. p. 523. 96) Lib. 2. c. 9.
97) De fac. simpl. med. 6. p. 875.
98) De fac. alim. 1. p. 524. 99) Rossi etym. p. 76.
100) De compos. med. sec. loc. 1. p. 426.
1) Canaan, p. 751. 2) Etymol. aeg. p. 54.
3) Orig. 17, 4. 4) Hist. pl. 8, 5.
5) Athen. 2, 44.

dum sit[6], qui et *Κρῖος* Apollodoro[7], Eustathii est sententia.[8] Verumtamen Columella[9] et Plinius[10] *κριόν* arietinum vertunt, quod legumen arietino capiti simile sit, ille etiam *ὀροβιαῖον* puniceum dicit. Et Galenus exigua fuisse cicera ac nigricantia, in Bithynia maxime provenientia, quae *κριοί* dicantur.[11] Esse autem flatulentum e ciceribus edulium, solis rusticis usitatum, idem et scriptores ab Athenaeo allegati testantur.

Cap. CXXVIII. De *κυάμῳ αἰγυπτίῳ*, *Nelumbio specioso*, tum in historia rei herbariae, tum in commentario ad Theophrastum uberius disserui. Ne igitur saepius dicta iterum repetam, ad illustrandum locum nostrum sequentia sufficiant. *Κολλοκασίαν* radicem plantae edulem noster vocat, alii totam plantam; esse autem id nomen aegyptium, facile credideris, etiamsi Wahlii etymologia minus placeat.[12] Esse enim a *κώλ*, *convolvere*, *plicare*, et *κάσχ*, *arundo*, derivandum, quod icon Clusii[13] illustret. At vero ea icon *Arum Colocasiam* repraesentat, quae a Plinii inde temporibus[14] saepissime cum Nelumbio commutata, nihil convoluti ostendit aut plicati. — *Κιβώριον* aut *κιβώτιον* fructum ideo dici noster asserit, quia faba seratur, glebae humenti indita atque ita in aquam demissa. Ridiculam hanc etymologiam declarat Salmasius[15], ego intellectu difficillimam. Namque, si *κιβώτιον* idem est ac *κιβώριον*, multo facilior est *παρωνομασία* a *κιβωτός*. Fuisse igitur poculi genus, quod Graeci ita appellarunt[16], et ad huius similitudinem et fructum Nelumbii ita vocatum fuisse, existimo, licet sciam, Galenum asserere, quod ipsa faba *ἐπιχωρίως κίϑη καὶ κιβώριον* dicatur.[17] Loco *κίϑη* autem mallem *κίστη* scribi, ut melius cum *κιβωτίῳ* aut *κιβωρίῳ* congruat.

---

6) Theog. v. 134.
7) Bibl. 1, 1. 3.
8) Ad Iliad. XIII. p. 925.
9) Lib. 2. c. 10.
10) Lib. 18, 32.
11) De fac. alim. 1. p. 533.
12) Ad Abdollatif. germ. versum. p. 66.
13) Hist. 2. p. 74.
14) Lib. 21, 51. Multo aptius aegyptiaca etymologia ab implexis colocasiae foliis in poculorum speciem sumi potest.
15) Homon. hyl. iatr. p. 198.
16) Athen. 11, 54.
17) De theriac. ad Pamphil. p. 303.

Cap. CXXXII. *Βρεχού*, nomen lupini aegyptiacum, a voce *βρέχ* Rossius derivat, quae idem est ac graecum *βρέχειν.*[18] Dicti ita lupini, quia necesse est eos ante usum *ἐμβρέχειν*, seu macerare. Quaenam vero sit lupini species culta, quaenam agrestis, haud eruere possum. Vulgares per Graeciam sunt L. *hirsutus* et *pilosus.* *Lupinum angustifolium* Sibthorpius et Smithius habent pro *θέρμῳ ἀγρίῳ.*[19]

Cap. CXXXV. *Γογγύλην ἀγρίαν* Sibthorpius[20] habet Cordylocarpum laevigatum Desf. seu Erucariam aleppicam Gaertn.[21] Multa tamen dubia nascuntur e sedula comparatione descriptionis a Dioscoride datae. Et primum quidem nomen ipsum *γογγύλη* indicare videtur, radicem rapaceam adesse, quae haudquaquam in Erucaria est. Dein folia digitum lata dicunt, quae pinnatifida, laciniis angustis, linearibus sunt. Demum *καλυκώδεις λοβοί* dicuntur, unde auguror, calycem clausum persistentem sic vocari. Est autem deciduus in Erucaria: silicula postremo capituliformis neutiquam adest, sed teres articulata.

Multo magis quadrat Cordylocarpus muricatus Desf.[22], tum quod folia pollicem lata sunt, tum quod pedunculi cum calycibus turgent post anthesin ac speciem pericarpii externi prae se ferunt. Fructus est utique capituliformis: ultimus enim loculus dilatatur in globum subrotundum echinatum stylo coronatum. Nihilominus dubius etiam haereo, cum extra Numidiam planta nondum inventa sit.

Cap. CXXXVI. *Βουνιάδα* Speusippus *ῥαφανίδι καὶ γογγυλίδι* similem dixerat. Diphilus Siphnius praedicarat meliorem rapa, dulciorem et concoctu faciliorem.[23] Galenus *ῥαφανίδας* et *βουνιάδας* easdem esse radices perhibet.[24] Plinius, alterum raporum buniada appellari, raphanoque et rapo simile esse.[25] Quae cum ita sint, Bras-

18) Etymol. aegypt. p. 41. 19) Flor. graec. 2, p. 60. 61.
20) L. c. p. 32. 21) De fruct. ac sem. 2. t. 143.
22) Flor. atlant. 2. t. 152. 23) Athen. 9, 8.
24) De fac. alim. 2. p. 622. 25) Lib. 20, 11.

sicae campestris varietatem *Napobrassicam* hoc nomine comprehendi, coniectura consequor.

Cap. CXXXVII. *Θορπάθ* est vox punica, congrua cum arabico ثرفة (*torphath*), *tuber*, ob tuberosam radicem.

Ῥαφανίδα praesumtam vomituris conferre, me in memoriam *συρμαίας* reducit, quam procerum dici raphanum Erotianus asserit[26], quem nonnulli cum marina aqua comedentes purgari dicuntur: eiusque purgandi modus *συρμαϊσμός* appellatur. Huc et Diocles Carystius ad Antigonum Regem[27]: *Δεῖ δὲ τὸν μέλλοντα συρμαΐζειν, προφαγεῖν ῥαφανίδας λεπτὰς, κάρδαμον, εὔζωμον κ. τ. λ.*

Cap. CXXXVIII. *Ῥαφανὶς ἀγρία* licet diserte Armoracia Romanorum esse dicatur: contraria tamen sunt folia *λαμψάνης*, contraria est etiam radix gracilis, quae praegrandis et vasta etiam in Cochlearia Armoracia, sponte crescente. Accedit Galeni locus[28], ubi *ῥαφανίς ἀγρία* eadem dicitur, quam Asiae incolae *ῥαπιάν* vocent. Si *λαμψάνη* est Raphanus Raphanistrum, vel ad *Brassicam campestrem*, et quidem spontaneam, referenda *ῥαφανὶς ἀγρία* esse videtur, cuius radix, dum sponte crescit, omnino gracilis est, licet culta tuberosa fiat: vel consilium transferendum potius ad *Raphanum maritimum* Smith.[29], cuius folia etiam lyrata sunt, cuiusque radix, licet succulenta, haud tamen tuberosa est. Crescit ea in Armorica[30] et ad oras Britanniae.

Cap. CXXXIX. Sententiam, quam iampridem protuli, *σίσαρον* et Plinii siser esse nostrum *Sium Sisarum* L., iam mutandam esse censeo, ac quidem ob sequentes rationes:

1. Sium Sisarum, non nisi in China boreali spontaneum, vel per Minoritas monachos, a Papa in Asiam orientalem saeculo decimo tertio missos, vel per alios peregrinatores, Marcum forte Paullum, introductum, veteribus

---

26) Expos. voc. Hipp. p. 88.
27) Fabric. bibl. graec. 12. p. 588.
28) De fac. alim. 2. p. 622. 29) Engl. bot. t. 1643.
30) Loisel. fl. gall. p. 730.

cognita esse nequivit. Iam vero videmus, sisari iampridem mentionem fieri, e. g. ab Epicharmo Syracusio.[31] Dein etiam erraticum s. spontaneum siser habet Plinius[32], quod de nostro dici nequit.

2. Accedit, indolem amariusculam, quam et Plinius et Galenus[33] in sisaro notant, a nostro sisaro alienam esse.

3. Dein et Plinius testatur, neminem posse tres siseris radices edendo continuare, quod iam Retzio obstitit, quominus sisarum nostrum idem crederet ac antiquorum.[34]

Quae cum ita se habeant, ad partes eorum transeo, qui *Pastinacam sativam* habent σίσαρον antiquorum. Eorum primus est Fuchsius[35], quem sequuntur acutissimi auctores Anguillara[36] et Fab. Columna.[37] Pastinacae enim radices saepissime admixtum leviusculum amarorem habent, facileque fastidium cient, unde pauci homines tres integras radices edendo continuare possunt. Ubique etiam in pascuis et pratis per omnem Europam spontanea ab antiquissimis inde temporibus culta fuit. Generositas praecipua in locis Rheno inferiori vicinis praedicatur, unde quotannis Tiberius imperator flagitavit.[38]

Cap. CXL — CXLI. Rumicis species quinque enumerantur. Prima, ὀξυλάπαθον dicta, ab omnibus pro Rumice *acuto* L. habetur, quod ob descriptionis defectum nec affirmare ausim, nec negare. Secunda species, hortensis est R. *Patientia.* Tertiam humilem, mollem, dixerim R. *scutatum*, qui omnino in Europa australi copiosus est. Quartus ab omnibus habetur pro R. *Acetosa*, cuius folia omnino quodammodo cum foliis R. scutati componi possunt. Denique Ἱππολάπαθον videtur R. *Hydrolapathum* Huds. esse, qui ad fossas et in paludibus provenit.

Cap. CXLII. *Λαμψάνην* Matthiolus pro Sinapi arvensi habuit, in quo plerique eum sequuntur. Fab. Co-

31) Athen. 3, 91. 32) Lib. 20, 17.
33) De fac. simpl. med. 8. p. 124. 34) Flor. Virgil. p. 173.
35) Hist. stirp. p. 750. 36) Semplici, p. 112.
37) Phytobas. p. 68. t. 19. 38) Plin. 19, 28.

lumna vero *Raphanum Raphanistrum* in Apulia vulgarem, incolis Lampsanam dictum, cuius etiam herba vescantur, hoc nomine insignivit.[39]

Cap. CXLIII. Bliti nomen aegyptiacum *ῥιπλάμ* Rossius ita exponit, ut olus vile, cibi gratia satum dicat.[40] Congruum nomen graecum *βλητόν,* reiectu dignum, vel propter inertiam ac vilitatem, vel etiam ob insulsum fatuumve saporem. Est autem *Amarantus Blitum.* Cum *εὐκοίλιον* dicat Dioscorides, Hippocraticus vero auctor *θερμὸν, οὐ διαχωρητικόν*[41], duae differentes plantae eiusdem nominis fuerunt.

Cap. CXLIV. *Μαλάχη,* cuius folia edebantur ac etiam nunc eduntur a Graecis, est *Malva sylvestris.*[42] Sibthorpius quidem[43] *Althaeam roseam* habet *κηπευτήν;* sed haec distinguitur a Galeno[44] *δενδρομαλάχης* nomine, quae et *ἀλθαία* vocetur. Sylvestrem autem hortensi meliorem esse, Diphilus Siphnius[45] contra nostrum fatetur. Egregie Phanias Eresius descripserat[46] fructum Malvae: esse placentae similem, ac pectinatum illud cum placentae crepidine comparari posse, aut cum echinis marinis *περιγεγραμμένοις,* in medio vero esse centrum umbilicatum. In qua descriptione nemo est, quin fructum Malvae sylvestris noscat.

Cap. CXLV. *Ἀτράφαξις* est *Atriplex hortensis.*

Cap. CXLVI. Brassicam auxilio esse contra *ἀμβλυωπίαν,* obscuritatem visus, non sine contradictione est, quanquam et Plinius[47] et Paxamus[48] cum nostro sentiant. Galenus tamen[49] et lentem et brassicam aequaliter siccare, eamque ob rationem visum hebetare docet, nisi forte totus oculus fuerit humidior. Tunc igitur comestum visui prodesse.

Brassicam in Aegypto propter amaritudinem haud edu-

---

39) Ecphras. 1. p. 261. t. 263.
40) Etym. aeg. p. 178.
41) Hipp. de diaet. 2. p. 687.
42) Walpole travels, p. 245.
43) Flor. graec. 2. p. 43.
44) De fac. simpl. med. 7. p. 67.
45) Athen. 2, 52.
46) Ibidem.
47) Lib. 20, 34.
48) Geop. 12, 17.
49) De fac. alim. 2. p. 632.

lem esse, et alii veteres confirmant. Sic Diphilus Siphnius [50], et si ex Rhodo Alexandriam semen brassicae feratur, unum in annum dulcem ferre brassicam, dein vero amarescere testatur. Plinius quoque eadem, quae noster. [51] Nostris vero temporibus nil simile observatur: namque et Forskoleus et Delilius brassicam oleribus aegyptiacis accensent, sine circumscribente additamento. Crediderim, propter aestuosum clima amarescere, quotannis vero novum semen e temperatis advehi regionibus.

Crapulam discuti brassicae esu, tralaticium est. Sed crudam brassicam ex aceto ante coenam sumendam esse, Cato suadet. [52] Coctam tamen etiam et Aegyptii et Sybaritae praesumere ante comessationes consuerant. [53] Antipathiam insuper mirabilem brassicae et vitis finxerunt antiqui, ut in vineis brassicam serere noxium putarent. [54]

Τὸ κύημα sunt propagines, cauliculi iuniores, seu *πρωτότομοι καυλοί*, quos adversus renum affectus Archigenes commendavit. [55] Non confundendum igitur *τὸ κύημα* cum cymis brassicae, seu Brassica cauliflora et asparagoide (*Chou-fleur* Gallorum, *Cavolo-fiore* Italorum, aut *Broccoli*), quam suavissimam, difficilem tamen in coquendo, et renibus contrariam Plinius declarat. [56] Id omnino contrarium est ii, quod noster de *κυήματι* asserit, quod igitur perperam per cymam redditur, cum potius propago sit.

Cap. CXLVII. *Κράμβην ἀγρίαν* Sibthorpius existimat *Brassicam* esse *creticam* Lam. [57] Verumtamen, cum haec laevis sit, nec extra Cretam observata; eius opinionis patrocinium a me alienum puto. Multo magis quadrat Br. *incana* Tenor., quippe quae hirsuta est, et per Italiam inferiorem ac Siciliam non raro occurrit. Haec ergo a Romanis Brassica rustica vocari potuit.

---

50) Athen. 9. 9. 51) Lib. 20, 35.

52) De re rustic. c. 156. 53) Athen. 1, 62.

54) Theophr. hist. pl. 4, 16. *Ῥάφανον* tamen dicit attico more brassicam. Cf. Galen. de fac. alim. 2. p. 633. Geopon. 5, 11.

55) Galen. de comp. medic. sec. loc. 10. p. 331.

56) Lib. 20, 35. 57) Flor. graec. 2. p. 30.

Cap. CXLVIII. *Κράμβη θαλασσία.* Patres rei herbariae ad unum omnes in eo consentiunt, plantam orarum maritimarum, quam *Convolvulum Soldanellam* vocamus, illo nomine intelligi. Folia huius plantae comparari possunt cum foliis Aristolochiae rotundae, quanquam multo minora sint: ramuli rubent, e quibus concisis lacteus succus salso-amaricans stillat.

Cap. CLII. *Ἀρνογλώσσου* cognomina *ἑπτάπλευρον, πολύνευρον* e structura foliorum exponenda. Nomen aegyptium melius scribitur *ἀσούθ*, ut in codice Apuleii Vossiano et in libro arabico inedito apud Kircherum.[58] Id autem idem significare, quod *προβάτειον*, Rossius probavit.[59] Nomen punicum *ἀτιειρκόν* corruptum esse ex ebraeo חֲצִיר עֻרְקִין, *herba nervorum*, Bocharti est sententia.[60]

Plantaginem maiorem plerique habent *ἀρνόγλωσσον τὸ μεῖζον*, sed scapus angulatus cubitali altitudine repugnat. Itaque, cum et a medio ad verticem semine cinctus dicatur, est vel Pl. *asiatica*, vel *altissima* Iacqu. *Τὸ μικρὸν* autem *ἀρνόγλωσσον* Pl. *Lagopoda* habet Sibthorpius, *lanceolatam* patres rei herbariae: sed folia laevia, mollia (i. e. subcarnosa), angusta, scapi ad terram inclinati, (ascendentes) flores demum seu potius autherae flavae monent, Pl. *maritimam* intelligi.

Cap. CLIII. Sii nomen barbarum *λαουβέρδε* forte corruptum e *λάουερ ἔρβα*: *laver* enim antiquum romanum nomen[61], *lavero* aut *lavari* italum est plantae aquaticae[62], quam et *crescione* dicunt; *Veronica Anagallis* L., quam Sii appellatione Fuchsius primus delineavit.[63] Sium latifolium vel angustifolium habent alii.

Sium Cratevae Anguillara idem habet cum Sisymbrio altero Dioscoridis (c. 155.) Id autem esse *Nasturtium officinale* R. Br., nemini dubium esse potest: vocatur id etiam in Italia *crescione.*[64]

Cap. CLIV. Sisymbrium primum idem auctor habet

58) Oedip. 3. p. 70. 59) Etym. aeg. p. 21.
60) Can. p. 752. 61) Plin. 26, 32.
62) Anguill. p. 114. Fab. Columm. phytob. p. 72.
63) Hist. stirp. p. 724. 64) Anguill. p. 114.

Mentham sylvestrem, quām Italis dici *sesembro* affirmat: Cyrus Pollinius *sosembro matto* scribit.[65]

Cap. CLVI. *Κρίθμον* nomen servavit ad Linnaeum usque, qui genus *Crithmi maritimi* stabilivit, a me cum Cachry iunctum. Nihil repugnat in Dioscoridis descriptione, nisi folia latiora portulacae, cum manifesto angustiora sint. At eiusmodi errores a nostro auctore haud alieni.

Cap. CLVII. Nomen Coronopodis punicum *ἀτιρσίπτη* a Bocharto ita exponitur, ut *ἀτίρ* mutet in *ἀτούρ*, quo iterum verso in ebraeum אֲשׁוּר, *vestigium*, *σίττη* nomen *pici* coniungit.[66] Nescio tamen, statui possit connubium ebraicae et graecae vocis. Equidem haberem חֲצִיר זִפְתָּא, *herba picis*, vel חֲצִיר סְתָו, *herba hyemis*, *perennans*. Ergo *Plantago Coronopus*, *Serraria* et *macrorrhiza* Poir., quae species certo ab antiquis haud distinguebantur. Arabice dicitur coronopus رجل الغراب (*redschl algorab*) aut اطريبلال (*atariabelâl.*)

Cap. CLVIII. *Σόγχου* res species enumerantur: *ἀκανθωδεστέρα*, *τρυφερωτέρα*, *καὶ δενδρώδης πλατύφυλλος*. Prima est *Helminthia echioides* Willd., cuius folia et a nostrae aetatis Atheniensibus tum cocta tum cruda in acetariis esitantur[67]. Secunda species est *Sonchus oleraceus*, tertia S. *palustris* vel *uliginosus* MB. Nomen punicum *γαθουνήμ* lego גְּדוּד עֵינַיִם, *incisura superficiei*, vel, dum ן in ל mutatur, גְּדוּד עָלִים, *incisura foliorum* (φύλλα ἐσχισμένα τὴν περιφέρειαν legi.)

Cap. CLIX. *Κιχώριον* nomen aegyptium habet Plinius.[68] Hodie saltem evanuit illud nomen, et vel *σερίνου*[69] vel هندب شكوريه (*hendeb schikhurieh*)[70] vocatur. *Schikhurieh* est nomen gallicum *chicorée*. Rossius, ut originem *κιχωρίου* aegyptiacam tueatur, *σὶμ σόρεμ* olus erraticum exponit.[71] Cum vero duplex mutatio σ in κ et χ

---

65) Flor. veron. 2. p. 250. 66) Can. p. 753.
67) Flor. graec. 2. p. 151. 68) Lib. 19, 39.
69) Wilkins de lingua copt. p. 110.
70) Forskol fl. aeg. p. LXXII. 71) Etym. aeg. p. 89.

postuletur, plausibus haud satis digna videtur ea etymologia.

Σέρις πλατύφυλλος est *Cichorium Intybus*, *στενόφυλλος καὶ ἔμπικρος* *Cich. Endivia.*

Cap. CLX. *Κονδρίλλης* duae species citantur, altera erecta, cichorio similis, sed tenuior tota, quae gummi largitur; altera folio oblongo, circumroso humique strato, caule vero succi pleno, radice flavescente et succi plena. Illam habemus *Chondrillam iunceam,* e cuius radice et hodie in Lemno insula gummi quaestui faciunt.[72] Alteram Sibthorpius auguratur esse *Apargiam tuberosam* Willd. s. *Thrinciam tuberosam* Cand., cuius radices polymorphas, filiformes, fusiformes, fasciculatas, napiformes, subglobosas, in solo macro graciliores, in calcareo digiti fere minimi crassitiem obtinentes, solerter describit Brotero.[73] Primus Matthiolus nomine Cichorii constantinopolitani a Busbequio acceptum icone illustravit.[74] Dein utramque Fab. Columna egregie explanavit.[75] *Ῥίζα ἔπακμος, vegeta radix* versa, potest, ut Marcellus Vergilius iam monuit, meliori iure dici *acuta cuspide praedita:* radiculae enim singulae in longum filum terminantur.

Cap. CLXI. *Κολόκυνθα* hic scripta *κολοκύντη* Theophrasto et Athenaeo audit. Mutatus autem fuit, lapsu temporum, significatus. Nicander iam *σικύας* nominavit, quae alias *κολοκύνται* dictae fuerant.[76] Euthydemus *σικύας ἰνδικάς*, quia semina ex India apportata essent.[77] Ex adverso Menodorus Erasistrateus *τῶν κολοκυντῶν τὴν μὲν ἰνδικὴν, ἣ καὶ αὐτὴ καὶ σικύα, τὴν δὲ κολοκύντην* dixit. Hellespontii vero, quae longae erant, *σικύας*, rotundas vero *κολοκύντας* dixere. Megalopolitae *σικύαν ἰνδικὴν, σικυωνίαν,* Antiochenses *σικυόν* vocarunt.[78] Hunc loquendi usum sequitur Galenus: ipsius *σικυός* enim *κολόκυνθα* Dioscoridis, *Cucumis sativus* esse videtur[79], sic-

72) Flor. graec. 2. p. 128. Cf. Galen. de fac. alim. 2. p. 627.
73) Flor. lusitan. 1. p. 326.
74) Comm. in Diosc. p. 388.
75) Phytobas. tab. 3. 4.
76) Athen. 9, 14.
77) Athen. 2, 53.
78) Athen. l. c.
79) Galen. de fac. alim. 2. p. 567.

ut Geoponici iterum cum nostro *κολοκύνθας* dicunt cucumeres.[80] Serapionis interpres inscribit hoc caput *haraha*, quod corruptum puto e خيار (*khiâr*), cucumis.

Cap. CLXII. *Σίκυς ἥμερος* Atticis dicebatur *σικυόν*, quem Theophrastus hoc nomine habet.[81] Galenus clariori nomine *μηλοπέπων* tractat.[82] Serapion بطيخ (*bathich*) citrullum dicit, *πέπονα* vero قرع (*korra*).

Cap. CLXIII. *Πέπονος* vocem Galenus a *πεπανός*, *τουτέστι πεπεμμένον* derivat.[83] Eadem vero obvia est varietas in usu loquendi, ac quae circa alias cucurbitaceas observatur. Speusippus *σικύαν* vocarat *τὸν πέπονα*: alii *σικυὸν πέπονα*, cucumerem nimirum maturum.[84]

Cap. CLXIV. Nomen lactucae aegyptiacum *ἐμβροσί* Rossius ita exponit, ut *ἐλμροΐς*, et litera *λ* elisa, *ἐμροΐς* vocandum esse suadeat.[85] Significat autem *ὑπνωτικόν*, seu *vigilias tollens*. Galenus, hanc vim in se ipso expertus, *μόνον μοι*, inquit, *ἀλεξιφάρμακον ἀγρυπνίας ἦν ἑσπέρας ἐσθιομένη θριδακίνη*.[86]

Cap. CLXV. *Θρίδαξ ἀγρία* dicitur *Lactuca Scariola* esse, sed ob amplius folium, caulem elatum et laticis cum meconio, cui miscebatur, affinitatem, ad *L.* potius *virosam* reducenda est, cum qua iam iunxerunt Lobelius[87] et Dalechampius.[88]

Dictam fuisse ab Aegyptiis *iobonsos*, Apuleius[89] tradit, quam vocem Rossius *iobonsose* scriptam per lactucam sylvestrem explicat.[90]

Cap. CLXVI. *Γιγγίδιον*: *Daucus Gingidium.*[91]

Cap. CLXVII. *Σκάνδυξ*: olus apud Graecos vulgare ac adeo vile, ut Aristophanes ilocalariter Euripidi obiecerit, matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem.[92] Cum anthrisco comparat Plinius, nisi

---

80) Geop. 12, 19. 81) Hist. pl. 1, 12.
82) De fac. alim. 2. p. 566. 83) De fac. alim. 2. p. 565.
84) Athen. 2, 78. 85) Etym. aeg. p. 48.
86) De fac. alim. 2. p. 626. 87) Advers. p. 89.
88) Hist. pl. p. 528. 89) C. 31. p. 190.
90) Etym. aegypt. p. 74.
91) Cf. Galen. de fac. alim. 2. p. 640.
92) Plin. 22, 38. Aristoph. Acharn. 478.

quod folia tenuiora sint ac odoratiora. Haec planta ab instauratoribus rei herbariae satis illustratur, *Scandix* nostra *australis* habenda. Honor. Bellus enim, ob saporem odoremque gratum etiam a Graecis hodiernis nomine σκάνδικι comedi, testatus est[93], missis simul ad Clusium seminibus, e quibus is plantam educatam primus icone illustravit.[94] Fab. Columna Aniso-marathri nomine exposuit[95], quem sequutus est C. Bauhinus.[96]

Anthriscum Plinii esse nostrum Chaerophyllum sativum, ut C. Bauhinus coniicit[97], vero simile habeo, cum Columella id iam cognoscat.[98] Ἄνθρισκος Theophrasti[99], ἐνθουσικόν Aldinae editionis, ἔνθρυσκον codicis urbinatis et Pherecratis[100], vel idem est, vel Scandicis australis varietas latifolia, quam Londesius *falcatam* dixit.

Cap. CLXVIII. *Καυκαλίς* ita in Dioscoride descripta est, ut ad *Caucalida maritimam* Lam. coniectura valeat. A Theophrasto iam oleribus adnumeratur.[1] Nicandri scholiastes λάχανον ἁλμυρόν vocat. Belonius[2] et Honor. Bellus[3] satis vulgarem in Graecia, et inter acetaria edulem, nomine *Cafcalitra* et καυκαλίδα invenerunt. Sibthorpii sententia, *Tordylium officinale* hodie καυκαλίδα dici[4], vera omnino esse potest: neque tamen vel ipse ad καυκαλίδα veterum reducit: neque foliorum Tordylii forma cum Dioscoridis descriptione congruit.

Cap. CLXIX. *Εὔζωμον* dictum esse ob suavitatem in condiendis obsoniis, Plinius testatur.[5] Punicum nomen ἀσουρίκ esse ebraeum חָצִיר, *herba,* cum *ruc,* e latino *eruca,* compositum, coniectura consequitur Bochartus[6], cui aegerrime assentior, quamlibet meliorem παρωνομασίαν offerre nequeam. Planta est *Brassica Eruca* L., quae etiamnum in Europa australi in acetariis comeditur.

---

93) App. ad Clus. hist. p. CCC. 94) Ib. p. CXCIX.
95) Ecphras. p. 90. 96) Prodr. p. 78.
97) *Πίναξ* theatr. bot. p. 152. 98) Lib. 11. c. 3.
99) Hist. pl. 7, 7. 100) Athen. 7, 102.
1) Hist. pl. 7, 7. 2) Obs. p. 201.
3) App. ad Clus. p. CCCI. 4) Flor. graec. I. p. 180.
5) Lib. 20, 49. 6) Can. p. 753.

Si quis eo solo vescatur, facile capitis dolores ciere, hinc lactuca fere misceri, Galenus est testis.[7]

Sylvestris eruca, quae, in Hispania spontanea, sinapis loco adhibetur, nil aliud esse videtur, quam eadem species, cuius semina omnino sinapis vice cutem rubefaciunt.

Cap. CLXX. Ὤκιμον *Ocimum* esse nostrum *Basilicum*, persuasum habeo, quamvis plura sint, quae repugnare videntur. Et primum quidem Theophrastus lignosas radices lignososque caules tradit.[8] Ad quod respondeo, non solum ὠκίμῳ, sed etiam εὐζώμῳ, quod tamen certo eruca est, eamdem tribui lignosam indolem. Dein et de ocimo[9], et de ricino[10], et de aliis plantis, quae annuae sunt in temperata Europa, observatum est, in calidioribus climatibus lignescere. Ad haec regesserit forte quispiam, ocimum Theophrasti surculis propagatum esse aut multiplicatum propaginibus[11]: sed et hoc haud sine exemplo est in annuis aut biennibus saltem plantis: e. g. in Brassica oleracea eiusque varietatibus viridi ac bullata.

Accedit, quod nostram sententiam tuetur, fragrantiam herbae a Dioscoride tantopere praedicari, ut et olfactu sternutamenta plura excitet: et Theophrastum loqui de mutatione ocimi in serpyllum.[11] Quod cum Gargilius Martialis repetat, addit, flores esse modo purpureos aut roseos, modo albos.[13] Galenus etiam opsonii loco inservire cum oleo et garo tradit.[14]

Iam vero negotium facessit ocimum Romanorum, certe diversum a nostro, cum pabulum esset mixtum e variis herbis, et ita ob celeritatem proveniendi vocitatum.[15] Compositum fuisse e faba, vicia et ervilia, admixta etiam melius avena graeca, Plinius diserte docet.[16]

Grave illud discrimen instauratores rei herbariae, e.

---

7) De fac. alim. 2. p. 639. 8) Hist. pl. 1, 6.
9) Belon. app. ad Clus. hist. p. 112. Forskol. fl. aeg. p. LXVIII.
10) Brocchi in Bibl. ital. 1822. Mai. p. 219.
11) Hist. pl. 7, 2. 12) Causs. pl. 5, 7.
13) Pallad. Apr. 3. 14) De fac. alim. 2. p. 640.
15) Cato c. 27. 54. Varro de re rust. 1, 23.
16) Lib. 18, 42.

g. Hermolaus Barbarus[17], iam perspexere, ut etiam autumarent, Graecorum plantam potius *ὄζιμον*, fragrantiae caussa, scribendam esse. Seriores Graeci *ὤκιμον* cum *βασιλικῷ* coniungunt, commendato eo ad sternutamenta et odoramenta cardiaca.[18] Serapion nostram plantam بادروج (*baderûdsch*) vocat[19]: tribuit ei odorem caryophyllaceum, easdemque vires, quas Galenus aliique in *ὠκίμῳ* celebrant.

Cap. CLXXI. Orobanche Dioscoridis sine dubio nostra est *Orobanche caryophyllea*, quae etiam hodie apud Graecos *λύκου* nomine venit.[20] Fabis innasci posterioris sementis, erutu difficillimam esse, Walpolius testatur.[21] Nomen *λέων* et *ὀσπρολέων* in Geoponicis recurrit.[22] Theophrasti vero *ὀροβάγχην* aliam esse plantam, quia *ἐπιβάλλει ὥςπερ πλεκτάνη τὰς βοτάνας*[23], cum Anguillara[24] exploratum habeo. Nec refragarer, si quis hanc pro *Cuscutae* specie venditaret.

Cap. CLXXII. *Tragopogon crocifolius*, cuius radix est esculenta, iisdem fere verbis describitur a Theophrasto.[25]

Cap. CLXXIII. *Ὀρνιθόγαλον*, s. *ὄρνιθος γάλα* Nicandri[26], nomen habet ab albo florum colore: *ὀρνίθων γάλα* dictum fuit albumen ovorum gallinaceorum.[27] Dicebatur de Samo insula, omnium bonorum, praeter vinum, feraci, *ὅτι φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα.*[28] Et de beato felicique viro, *ὅτι ἀμέλξει ὀρνίθων γάλα.*[29]

Ebraice dicta fuit planta חֲרֵי יוֹנִים, *stercus columbinum*[30], ob floris albidum cum herbaceo mixtum colorem, sicut in stercore plerarumque avium herbivorarum ea mixtio observatur. Est enim *Ornithogalum umbellatum*,

17) Coroll. 374.
18) Theophan. epit. c. 20. 103. Symeon Seth de cib. fac. p. 11.
19) Cap. 157.
20) Flor. graec. 1. p. 440.
21) Memoirs, p. 244. 245.
22) Lib. 2. c. 42.
23) Hist. pl. 8, 8. Causs. pl. 3, 15.
24) Sempl. p. 89.
25) Hist. pl. 7, 7.
26) Athen. 9, 12.
27) Schol. Lucian. de mercede cond. p. 231.
28) Strab. lib. 14. p. 523.
29) Lucian. de mercede cond. p. 281.
30) 2 Reg. 6, 25.

quod, per omnem orientem proveniens, bulbos habet edules, licet a pauperibus duntaxat petantur. Haec Linnaei expositio biblici loci multo plus valet, quam septem et quod excedit ἐξηγήσεις, quas Bochartus enumerat.[31]

Κάγχρυ aut *κάχρυς* significare gemmas arborum, patet e Theophrasto.[32]

Cap. CLXXIV. *Ὕδνον*, quod Thraces *ἴτον*[33], Aëtius et Graeci recentiores *ἴτνον* appellant, *Tuber* esse *cibarium* videtur. *Κεραύνιον* dicebatur, quod post tempestates et tonitrua valida copiose provenire observatum esset.[34] In Laconia frequentia sunt tubera, quae ope virgae divinatoriae investigantur.[35]

Cap. CLXXV. *Σμίλαξ κηπαία* est sine haesitatione idem genus ac *φασίολος* (c. 130.), sed alia species. E volubili enim indole et seminibus variegatis, partim rufescentibus, patet, esse nostram *σμίλακα Phaseolum vulgarem*, seminibus variegatis, qui ex India orientali Alexandri forte temporibus allatus, a Theophrasto et *δόλιχος* nominatur.[36] Eum ipsum dolichon suo aevo vel *λοβόν*, vel *φασήολον* dici, Galenus testatur.[37] Sed probabile etiam est, *φασιόλου* nomine notari *Phaseolum nanum*. Alvo facile *δολίχους* secedere, Hippocraticus auctor docet.[38] Diocles autem primus videtur *φασηόλων* nomen introduxisse.[39] Ita *φασήλους* virides in coenis pro bellariis Lacones dedisse, Polemon tradit.[40]

Cap. CLXXVI. De *μηδικῇ*, *Medicagine sativa*, ambigi nequit, cum omnia congruant. Nomen sortita est a patria Media.[41] Fructus, qui hic corniculi modo contortus dicitur, *πολυκαμπὲς καὶ σκαληνόν* a Plutarcho vocatur.[42]

---

31) Hieroz. 2. p. 38 — 44.
32) Hist. pl. 3, 5. 14.
33) Theophr. hist. pl. 1, 6.
34) Theophr. l. c. In Athenaeo 2, 59. perperam scribitur *γεράνειον*. Cf. Plutarch. sympos. 4, 2.
35) Walpole mem. p. 284.
36) Hist. pl. 8, 3.
37) De fac. alim. 1. p. 542.
38) De diaet. 2. p. 677.
39) Galen. de fac. alim. 2. p. 645.
40) Athen. 2, 46.
41) Strabo lib. 11. p. 560.
42) Quod haud possit suaviter vivi sec. Epic. p. 444.

Cap. CLXXVII. *Ἀφάκην* vario modo patres rei herbariae interpretati sunt. Fuchsius et Matthiolus *Viciam sepium*[43], Dodonaeus *Lathyrum Aphacam*[44], Dalechampius *Viciam angustifoliam*[45] pro ea acceperunt. E quibus Dodonaei opinio probabilis quidem est ob altitudinem plantae, sed λεπτόφυλλος dici non potest, cum stipulae foliaceae latiusculae sint. Multo magis congruit Vicia angustifolia, sed fructus minores, angustiores saltem, sunt quam viciae sativae. Equidem ob staturam potissimum ambigo, fluctuans inter *Viciam bithynicam*, (quae tamen seminibus variegato-maculatis gaudet,) V. *luteam* et *hybridam*.

Cap. CLXXVIII. Porrum *καρτόν, sectivum,* dici, non novum est. Sic, praeter *εὐπόριστα*[46], et Galenus *κρόμμυα, τὰ κάρτα καλούμενα* habet.[47] Posset tamen aliquis ad aegyptiacum *κόρθομ* consilium transferre, quod natum esse vel e כרת, radice ebraea, *secare*, vel كرات arab. *porrum*, et ثوم, *allium*, ut *σκοροδόπρασον* exprimat.[48] Sed nimis anxie e peregrinis linguis consarcinatae *παρωνομασίαι* minus arrident.

Cap. CLXXIX. In *Allio Ampeloprasо* constituendo nullum superest obstaculum. Namque et in Graecia frequens est, et sententiae doctorum virorum congruunt.

Cap. CLXXX. *Cepa longa* (*κρόμμυον τὸ μακρόν*) videtur esse Theophrasti *γήτειον, ὥςπερ ἀκέφαλόν τι καὶ αὐχένα μακρὸν ἔχον.*[49] Est Cepa hyemalis. Quid Cepa flava sit, nescio. Notae enim cepae aut candidos aut purpurascentes, rufos etiam bulbos gerunt, aut candidos. Cum vero Plinius[50] et Serapion[52] rufescentes loco flavarum habeant, cum Marcello Vergilio *πυῤῥόν* aut *ἐρυθρόν* loco *ξανθοῦ* ponendum: vel, quod satius duco, *ξανθόν* etiam colorem rufum significare. Sic enim Plato[52]: *λαμπρόν τε ἐρυθρῷ λευκῷ τε μιγνύμενον ξανθὸν γέγονε.*

---

43) Fuchs. hist. stirp. p. 110. 44) Hist. pl. p. 545.
45) Hist. pl. p. 478. 46) Lib. 2. c. 117.
47) Meth. med. 12. p. 815. 48) Rossi etym. aeg. p. 92.
49) Hist. pl. 7, 4. 50) Lib. 19, 32. 51) Cap. 354.
52) Tim. c. 68. p. 119. Ed. Lindau.

Cap. CLXXXI. Nuclei aut fibrae, bulbilli laterales ἄγλιθες hic dicuntur, γέλγεις Theophrasto, γελγίδες Hesychio, *Goellinge* aut *Brutzwiebeln* Germanis vocantur. Ὀφιοσκόροδον[53] est Io. Bauhino *Allium arenarium, Scorodoprasum* vero probabilius Sibthorpio.[55]

Τὸ μυττωτόν, (ὁ μυττωτός Hesychio) est intritum e variis obsoniis paratum: dicebatur autem a foetore, παρὰ τὸ μυσάττεσθαι αὐτοῦ τὴν ὀσμήν.[55] E caseo, allio, ovis, oleo et porro confici alibi docetur.[56]

Cap. CLXXXII. In σκοροδοπράσῳ definiendo valde dissentiunt auctores, neque aliquid e veterum descriptione cognoscimus, quam quod et porri et cepae indolem iungat. Tragus iam et Valer. Cordus nostrum vulgatissimum *Allium Scorodoprasum*, Lobelius et Clusius A. *Ampeloprasum*, Sibthorpius *Allium descendens* accipiunt.

Cap. CLXXXIV. Κάρδαμον est *Lepidium sativum.* Nomen omnino a καρδίᾳ derivandum, quia τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος ἀνασπᾷ, ut Comicus ait[57], cor autem sedem animae iuxta Aristotelem Stoicosque constituat, et anima eo prudentior cogitetur, quo siccior.[58] Aegyptium nomen σέμεθ similem habere significatum, Rossius probavit.[59]

Babylonicum dicit noster optimum esse. E Persia enim originem habet[60], in persicis aromatibus enumeratur[61], et persicum nomen σκάφος citatur[62], quod quem habeat cum arabica appellatione حرف (*chorf*) nexum, ignoro. Antiphanes vero milesium optimum iudicat.[63]

Cap. CLXXXV. Θλάσπι (Hippocratici et Paullus Aegineta scribunt ἡ θλάσπις) nomen habere a fructu ἐντε-

53) Hist. pl. 2. p. 599.

54) Flor. graec. 1. p. 533.

55) Schol. Aristoph. vesp. v. 62.

56) Schol. Aristoph. equit. v. 782.

57) Aristoph. nub. 234. 235.

58) Galen. quod animi mores sequantur corp. temp. p. 786. Καὶ γὰρ Ἡράκλειτος οὕτως εἶπεν· αὐγὴ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη, τὴν ξηρότητα ἀξιῶν εἶναι συνέσεως αἰτίαν. Diogen. Apollon. apud Theophr. de sens. p. 665.

59) Etym. aeg. p. 190.

60) Olivier voy. dans l'emp. Othom. 3. p. 120.

61) Xenoph. cyrop. 1, 2.

62) Schol. Aristoph. nub. v. 234.

63) Athen. 1, 50.

θλασμένῳ, confirmatur et a Galeno, qui ἔνθλασμά τι μικρόν in fructu adesse asserit[64], quod sine dubio ad emarginatam apice siliculam Thlaspeos reducendum. Non desunt tamen, qui peregrinam statuant originem, quam Rossius ex aegyptiaco λάψι eruere conatur[65], licet adsit appellatio alia aegyptiaca σονιτέμψος, de qua nihil habet, quod lucem afferat. Descriptio Dioscoridis optime quadrat in *Thlaspi Bursam.* Sed Galeni thlaspeos duo genera e Cappadocia obscura sunt, sicut et Cratevae persicum sinapi, quod infra (c. 204.) ad Capparin refertur. Thlaspi Cratevae, in hoc capite citatum, ab Anguillara[66] habetur pro *Lepidio campestri* R. Br., Thl. cappadocicum pro *Iberide umbellata* L. Posteriori sententiae libenter adstipulor.

Cap. CLXXXVI. Δράβη fere omnium consensu est *Lepidium Draba* L.

Cap. CLXXXVII. Ἐρύσιμον Anguillarae est *Sisymbrium polyceraton.*[67] Nomen aegyptiacum ἐρεθμοῦ, ἐρτμὸ, λεπτῦνον significare et radicem esse, e qua graeca appellatio exstiterit, Rossius perhibet.[68]

Cap. CLXXXVIII. Piperis genera duo iam a Theophrasto distinguuntur, rotundum longumque. Illi colorem tribuit rubicundum, qualis in maturis baccis omnino apparet, sed dein nigrescit. Piper longum esse nigrum et semina continere, qualia papaveris: fortius etiam esse priori.[69] Noster spicam oblongam, obtusam, quam Piper longum exhibet, cum siliquis comparat, et ad immaturum fructus statum consilium transfert. Virides enim spicae seu semimaturae decerpuntur cum pulpa, intra quam semina nidulantur: ita ad solis aut foci aestum exsiccata indurescunt in corpus cylindricum, pallide cinereum, tuberculatum, granulis exiguis oblique dispositis.[70]

---

64) De antidot. 1. p. 81.

65) Etym. aeg. p. 66. Nempe nullum originetenus graecum nomen in ι desinere dicitur, nisi μέλι, τὶ, σέσελι, σίνηπι· Athen. 2, 73. Eustath. ad, Il. 11. p. 784.

66) Sempl. p. 171.

67) L. c. p. 173.

68) L. c. p. 52.

69) Theophr. hist. pl. 9, 20.

70) Rumph. herb. amb. 5. p. 333.

Piper album medicamentis, nigrum magis condimentis aptum declarat, licet et in hoc quoddam reperiatur, quod *βράσμα* vocat.

Plinius haec et alia, hallucinationum plena, miscet.[71] Et protinus quidem iuniperis similes habet arbores, quae piper gignant. In quo vehementer fallitur: namque frutices sunt scandentes, foliis nervosis, glabris, cordatis in P. longo, late ovatis in P. nigro. Fructus autem quodammodo cum iuniperi fructibus comparari possunt. Recte tamen Plinius fructus P. longi siliquaeformes, priusquam dehiscant, decerptas sole torreri dicit. Sed iam pergit: paullatim maturitate dehiscentes ostendere candidum piper, quod dein solibus tostum colore rugisque mutari et *carbunculari.* Sic fieri semina cassa et inania, quod vocent *brechma,* sic Indorum lingua significante abortum. Fallitur ergo, dum piper nigrum candidum e longo nasci perhibet: fallitur, dum *βράσμα,* vocem mere graecam, in *brechma* mutat, et indicam existimat. Significat enim bullas ex effervescentia natas.[72]

Galenus immaturos ideoque subhumidos habet longi piperis fructus, qui propter humiditatem etiam facile foraminula obtineant, dum reponantur. Piper etiam album semimaturum (*οἷον ὄμφαξ*) habet, nigrum fieri *ὑπερωπτημένον καὶ ὑπερεξηραμμένον.*[73] Is error tandem nuperis evanuit temporibus. Compertum enim habemus, omne piper maturum demum nigrescere, quoniam testa exterior eum colorem adipiscitur. Ea autem testa maceratione in aqua secedente, *βράσμα* illud nasci, piper ipsum vero candidum reddi.[74] Cum hic verus sit nucleus, testa nigra vero ad baccam pertineat, piper nigrum omnino albo virtute inferius iudicamus.

Quod nomen attinet, sine dubio indicum est. *Pipel* piper longum, *Mirtsch* nigrum Indis dicitur.[75] Ex illo Arabes formarunt suum فلفل (*Folfel*) et دار فلفل

---

71) Lib. 12, 14. 72) Salmas. Plin. exerc. p. 724.
73) De fac. simpl. med. 8. p. 97.
74) Marsden hist. Sumatr. p. 105.
75) Fleming in Asiat. research. 11. p. 174.

(*Dâr folfel*): ista voce piper nigrum, hac piper longum significante. Fructum huius Avicenna[76] aptius cum amento salicis (الكلاف) comparat.

Quid radicem piperis veteres vocarint, non liquet. Equidem putarim, radicem Galangae, quam Arabes introduxerunt, hoc titulo intelligi. Avicenna tamen peculiari nomine فلفلموية (*Folfelmujath*) anumerat.[77]

Cap. CLXXXIX. *Ζιγγίβερις*, arabica vox زنجبيل (*Zindschebîl*), arabicam originem signat. Licet hodie haec radix ex India orientali apportetur, crescere eam tamen in Arabia Forskoleus testatur.[78] Troglodytarum regio est ora Africae orientalis, quae Arabiae, qua Zephyrum spectat, adversa est.[79] Ibi etiam zingiber nasci, Rumphius est testis.[80] Hinc sententiam mutavi, Saraceno assentiens, qui inter *Τρωγλοδυτικῇ* et *Ἀραβίᾳ καὶ* esse ponendum auguratur, cum et Plinius *atque* interponat. Radix zingiberis recens condita, qualis Dioscoridis aetate in Italiam asportabatur, multo praestantior est ea, quae ex inveterata extra patriam paratur. Viridis etiam radix in India, in frustula secta, cum aliis herbis, instar acetarii, editur.

Cap. CXC. *Ὑδροπέπερι* nullam prorsus difficultatem habet. In omni Europa vulgare *Polygonum Hydropiper* iam a Fuchsio bene illustratum[81], admodum acri sapore praeditum est. *Μασχάλαι* hic dicuntur *ochreae* seu *stipulae concavae*, caulem, qua folia exeunt, ambeuntes. In Theophrasto haec vox gemmarum significatu occurrit.[82] Ceterum axillarum concavarum informatio ad utrumque significatum applicari potest.

Cap. CXCI. In *πταρμικῇ* Fuchsius iam *Achilleam Ptarmicam* agnovit.[83] Quem plerisque sequentibus, Matthiolus praeterea addidit *πταρμικήν*, quae *Xeranthemum*

---

76) Edit. arab. p. 159. 77) Ib. p. 237.
78) Flor. arab. p. 211.
79) Agatharchides in Phot. 250. p. 454. Strabo 16. p. 424. Plin. 6, 8. 7, 2.
80) Herb. amboin. 5. p. 156. 81) Hist. stirp. p. 842.
82) Hist. pl. 3, 13. Causs. 1, 6. 83) L. c. p. 638.

annuum est, cui et accedit Sibthorpius. Planta quidem est omnino rupestris: folia enim oleae foliis similia sunt: neque tamen capitula florum parva sunt, neque acri odore, neque sternutamenta cient, aut cum anthemidos floribus ullo modo comparari possunt. His demum adiunxit Dalechampius *Arnicam montanam*[84], quae nullo modo quadrat. Itaque in Achillea Ptarmica subsistimus, quanquam loca natalia non satis respondeant: nascitur enim per omnem Europam in pascuis potius et pratis, quam in montibus et petris.

Cap. CXCII. *Στρούθιον* punice dicebatur שׁרשׁ, *radix*, e quo *συρίς* corruptum esse, Bochartus iam monuit.[85] Sic Plinius: Tingentibus et *radicula* lanas praeparat, quam *στρούθιον* a Graecis vocari diximus.[86] Aegyptium nomen proprie *ὀϊνοῦν* esse, quod *radix purgatoria* sit, Rossius probat.[87] Unde graeca appellatio originem habeat, fateor me nescire. Sed quaenam sit planta, neutiquam dubito, cum *Saponariae officinalis* indoles usquequaque congruat. Misit tamen Ferd. Imperatus ad C. Bauhinum *Gypsophilam Struthium*, cuius radix et Neapolitanis saponis vice inserviat, كندس (*khondus*) creditum Arabum.[88] An vero haec in Graecia crescat, haud liquet, cum Saponaria sit frequentissima.

Cap. CXCIII. Cyclaminis nomen aegyptium Rossius *porcinam* herbam interpretatur, quia pabulum subus gratum praebeat.[89] Similem autem apellationem in omnibus propemodum linguis deprehendimus. *Pamporcino* enim Italis, *Pain de pourceau* Gallis, *Pan de puerco* Hispanis, *Sow-bread* Anglis, et ipsis Zeylanensibus *Urulu*, ab *uru*, quod porcum notat[90], dicitur. Apuleius aliud habet cognomen *Palalia*, quod Rossius a *natibus* derivat, quibus applicatur. Unde arabica nomina بخور مريم (*bachur Mariam*), suffitus Mariae, et عرطنيثا (*arthanitsa*) originem

84) L. c. p. 1169. 85) Can. p. 753.
86) Lib. 24, 58. 87) L. c. p. 140.
88) C. Bauhin. pinax, p. 206. 89) L. c. p. 64.
90) Burm. thes. zeyl. p. 84.

ducant, me plane latet. Sed posterior appellatio in medium aevum transiit.

Cyclaminis vires in accelerando partu confirmantur a Io. Gerardo[91], sed ipsa etiam superstitio de transgressu periculoso mulieris praegnantis sequentibus verbis repetitur: „It is not good for women with child, to touch or take this herb, or to come near unto it, or stride over thesame, where it groweth: for the natural attractive virtue therein contained is such, that without controversy, they that attempt it in manner above said, shall be delivered before their time. Which danger and inconvenience to avoid, I have, about the place, where it groweth in my garden, fastened sticks in the ground, and some other sticks I have fastened also cross-way over them, least any women should by lamentable experiment find my words fo be true, by stepping over thesame.“ Eam superstitionem editor Iohnsonius et muliebrem iudicat et e vano haustam frivolamque.

Cap. CXCIV. Mirum est, quantopere hariolati sint, qui cyclaminis alterius explicationem tentarunt. Alii Cucubalum bacciferum[92], vel Solanum Dulcamaram, alii Tamum communem huc traxerunt. Nonnulli ingenue fassi sunt, semet interpretari hanc plantam non posse, e. g. Anguillara et Valer. Cordus: Matthiolus et Dodonaeus penitus omiserunt. Equidem C. Gesneri opinionem, esse *Loniceram Periclymenum*[93], ceteris probabiliorem existimo.

Cap. CXCV. *Δρακοντία μεγάλη* a Brunfelsio iam[94], Fuchsio[95], Trago[96], praesertim Dodonaeo[97] illustratur. Est *Arum Dracunculus* L., planta, quae a Carniolia inde per omnem Europam australem crescit. Caulis est purpureo-maculatus: folia pedata, foliolis lanceolatis: quae forma omnino ad Rumicis acuti aut Hydrolapathi folia accedit: *ἀντεμπλεκόμενα* dicuntur, quia mutuo secum nexa aut im-

---

91) Herb. emacul. p. 845.
92) Luc. Ghini apud Dalech. p. 1429.
93) Ad Valer. Cord. in Diosc. f. 45 a.
94) Herb. 1. p. 64. 95) Hist. stirp. p. 235.
96) Herb. p. 296. 97) Hist. stirp. p. 329.

plicitá sunt. Plinius, frequenter commutari hanc plantam cum aro, sibique triplici effigie demonstratum esse dracontium, tradit.[98] Arabes لوف (*luf*) dicunt.

Cap. CXCVI. *Δρακοντία ἑτέρα* a Dodonaeo[99] exponitur. Est *Arum italicum* Lam. Ari radices, licet recentes acrimoniam noxiam habeant, coctas tamen, aut siccatas, aut aceto maceratas edules esse et bonum praebere nutrimentum, novum non est. Valet id praeprimis de Aro esculento, Colocasia et virginico. In Balearibus vel huius, vel alius speciei, *Ari* forte *criniti* Ait.[100], radices multo melle coctas placentarum loco in conviviis apponere consuerunt.

Cap. CXCVII. Arum Dioscoridis post renatas literas duplicem passum est interpretationem, alteram a Luca Ghinio, alteram a Ludovico Anguillara defensam. Ille Colocasiam, hic Arum vulgare subesse voluit.[1] Utriusque radix esculenta est, dum coquitur aut torretur; sed magis Colocasia: haec etiam caulem purpureum gerit. Sed et de Aro maculato vulgari Anguillara testatur, in Sclavonia panis speciem e radice confici, et in Albania coctam comedi, raparum ad instar. Dein cum in bonis codicibus folia dicantur *μικρότερα* (haud *μακρότερα*) *τοῦ δρακοντίου*, cum *ἀσπιλότερα*, minus maculosa, haud prorsus *ἄσπιλα* esse perhibeantur, porro cum radix comparetur cum radice *δρακοντίου* et alba dicatur, magnopere a Colocasia recedit: quippe quae radicem ingentem extus rufescentem, folia bipedalia, peltata gerat, rarissime etiam floreat, tum ab Anguillara, tum a Columna[2] et ab Aro Dioscoridis et a Faba aegyptia, cum qua etiam commutabatur, diversa probatur. Haec est sine dubio, de qua Plinius[3]: „Est inter genera (bulborum) quod et in Aegypto aron vocant, scillae proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris natura, quae edatur et cruda.“ Bene

98) Lib. 24, 92. 93. 99) L. c.
100) A. muscivorum L. suppl. p. 410. Bot. reg. t. 831.
1) Sempl. p. 127. 2) Ecphr. 2. p. 3.
3) Lib. 19, 30.

etiam Galenus Arum vulgare a cyrenaico distinguit, quod in Italiam advehatur: hoc Colocasia esse videtur.[4] Vulgaris radix coquebatur, priore aqua effusa, in aliam calidam coniicienda. Mandi etiam aquae cum sinapi acetove incoctam, cum oleo et garo, atque cum condimentis iis, quae e sale caseoque parentur.

Quomodo *Arum Dioscoridis* Sibthorpii, quod in Cypro insula vulgare invenit[5], cuiusque radix esculenta sit, ab Aro maculato et italico differat, non liquet.

Cap. CXCVIII. *Ἀρίσαρον* natum esse ex *ἀρὶς ἢ ἴσαρον, aris, quae similis aro*, auguratur Salmasius.[6] Namque Plinius scribit: „Est et *aris*, quae in Aegypto nascitur, minor tamen minoribusque foliis, et utique radice, quae tamen olivae grandis magnitudinem implet.“[7] Sic et *ἄρις* Galeno[8] ac Hesychio plantae genus est.

Duo autem Arisara italica Anguillara proponit[9]: alterum foliis angustis lanceolatis, haud procul a Roma, in Dalmatia et Peloponneso crescens, alterum foliis hederaceis, quod in Etruria proveniat. Illud est *Arum tenuifolium*, a Matthiolo[10] et Clusio[11] delineatum: alterum vel A. *Arisarum* vel *proboscideum*: utrumque enim Cajetanus Savi in Etruria indicat.[12]

Cap. CXCIX. *Ἀσφόδελος* Dioscoridis omnino idem ac Theophrasti esse videtur. Sed Galeni longe differt. Primum enim de radice loquitur simplici, et figura et amarore scillae radicem aemulante. Amaritudinem quidem evanescere, si, ut lupini, paretur; sed se novisse tamen rusticos, qui, grassante fame, vix tandem compluribus elixationibus, lotionibus macerationibusque in aqua dulci eam edulem reddiderint.[13] Haec nullo modo nostra esse potuit, sed Dodonaeo assentiendum, qui *Ornithogalum stachyoides* pro eo pinxit.[14]

---

4) De fac. alim. 2. p. 649. 5) Flor. graec. 2. p. 245.
6) Plin. exercit. p. 919. Ceterum cognomina *ἴσαρον* et *ἴαρον*, quae ad Dracontiam citantur, recta sunt. Ultimum a Lusitanis servatur, Arum enim dicitur *iaro*. (Brotero fl. lusit. 2. p. 381.)
7) Lib. 24, 94. 8) Expos. voc. Hipp. p. 442.
9) Sempl. p. 176. 10) Comm. in Diosc. p. 450.
11) Hist. pl. 2. p. 74. 12) Botan. etrusc. 4. p. 101. 102.
13) De fac. alim. 2. p. 652. 14) Hist. stirp. p. 209.

Asphodelus priscorum Pelasgorum[15] et Odysseae[16], quem sacrum habuerunt Graeci, in tumulis serentes[17], quem comedere gestivit Pythagoras[18], est *Asphodelus ramosus* L., cuius radices teretes, oblongae et fasciculatae sunt. Caulis vocatur *ἀνθέρικος*[19], sed et *ἀνθέριξ*[20], e quo cicadarum decipulae conficiebantur. Quid quod Numidiae incolas, quos Asphodelodes Diodorus Siculus appellat[21], tuguria ex antherico struxisse Hellanicus tradit.[22]

Cap. CC. *Βολβὸς ἐδώδιμος, γνώριμος πᾶσι,* ideo non describitur. Neque Theophrastus aliquid addit, nisi quod cum aliis liliaceis comparet, foliaque dicat angusta.[23] Dodonaeus primus[24], et post eum Dalechampius[25], *Muscari* et *botryoides* et *racemosum,* maxime vero *comosum βολβοῦ ἐδωδίμου* esse species statuerunt, annuente Anguillara, qui in Creta, Corcyra et Zacyntho, ut et Italia ipsa, bulbos eos edules crescere et perperam pro Hyacinthis haberi, statuit.[26] Confirmatur á Sibthorpio, qui *βουρβοῦ* aut *βολβό* nomine *Muscari comosi* bulbos comedi ab incolis insularum testatur.[27]

Cap. CCI. *Βολβὸν ἐμετικόν* Matthiolus habuit *Muscari moschatum,* Dodonaeus *Narcissum Ionquillam,* Lonicerus *Scillam bifoliam,* Sibthorpius *Ornithogalum stachyoides,* Camerarius *Narcissum poëticum.* In confesso autem est, Narcissorum variorum bulbos emetica vi pollere[28], quam et in ipsis floribus Galli investigarunt. Hinc Dodonaeo assentior, qui Narcissi Ionquillae bulbos eo fine adhibitos fuisse statuit.

---

15) Hesiod. op. et dies v. 40. 41.
Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,
οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

16) Od. 11, 539. 24, 13. 14.

17) Porphyr. apud Eustath. in Od. 11, 539. *Ἀσφοδελόν* scribi locum, qui asphodelum contineat, *ἀσφόδελον* vero plantam ipsam.

18) Porphyr. vit. Pythag. p. 195.

19) Theophr. hist. pl. 7, 13. Schol. Nicandr. ther. v. 534.

20) Theocr. id. 1, 52.

21) Lib. 20. c. 57.

22) Athen. 10, 6.

23) Hist. pl. 7, 13.

24) Hist. stirp. p. 217. 218.

25) Hist. pl. p. 1502.

26) Sempl. p. 119.

27) Flor. graec. I. p. 238.

28) Candoll. Essai sur les propriétés méd. des plantes, p. 343. Bullet. de pharm. 1811. n. 3. p. 128.

Arabes بصل القى (*basel allaki*) bulbum vomitorium, et esculentum بصل الزير (*basel alzîr*) vocarunt.

Cap. CCIII. De Pancratio variae sunt sententiae. Principem meretur locum Anguillara, qui nil esse nisi rubram varietatem *Scillae maritimae* contendit, quae, quo candidiorem habeat bulbum, eo melior esui sit. Hinc in inopia duntaxat legitimae scillae confugiendum ad pancratium.[29] Lobelius, quanquam et hoc largitur, tamen primus *Pancratium* constituit *maritimum*[30], quod nullo modo Dioscoridis planta esse potest, quia bulbus extus albus est.

Avicenna, qui altero loco de اسقيل (*iskîl*) tractat[31], quam بصل الفار (*bazol alfâr*), cepam muris, vocat, quia mures occidat, altero loco عنصل (*anzal*) adducit[32], quem etiam بصل الفار appellat, cuiusque folia lilio similia, et oleum (دهن) ad nigredinem proclive sit. Loco دهن in valde corrupto textu forte لون, *color*, legendum. An vero scillam rubram, seu pancratium intellexerit, dubito.

Cap. CCIV. In capparis nominibus maxima est varietas, ut et sinapi persicum et thlaspi, quae iam c. 185. obveniebant, etiam huc trahantur. Nomen punicum mire corruptum est. Capparis enim ebraice אֲבִיּוֹנָה, plur. אֲבִיּוֹנוֹת dicitur.[33] Hinc ἐβιωνώθ legendum. Ceterum descriptio optima.

Marmaridae, quemadmodum loco Margaritarum, Marcello duce, scripsi, habitabant regionem Cyrenaicae ab oriente conterminam, „a Paraetonii ferme regione ad Syrtin usque maiorem porrecti.“[34]

Quaenam sit acerrima illa Capparis ex oris rubri maris et Africa delata, quae pustulas in ore excitet, nescio, nisi Forskolei Capparis Redif s. oblongifolia intelligatur, quae omnino nociva dicitur.[35] Revocata autem est a Candolleo ad Niebuhriae, a me ad Cratevae genus.

29) Anguillar. sempl. p. 120. 30) Advers. p. 57.
31) Ed. arab. p. 126. 32) Ib. p. 230.
33) Eccles. 12, 5. 34) Plin. 5, 5. Strab. 17. p. 699.
35) Forsk. fl. arab. p. XCVIII.

Cap. CCV. *Λεπίδιον* est *Lepidium latifolium*, quod et Plinius hortensiis peregrinis adnumeratum describit[36]: exire in cubitalem altitudinem, foliis laurinis, sed mollibus. Id inter urentia collocat.[37] Dodonaeus eam plantam bene illustravit.[38] Nomina *Pfefferkraut* Germanorum, *Pepper-wort* Anglorum, *Piperella* Italorum, *Herva pimenteira maior* Lusitanorum acrem piperisque aemulam indolem notant. Serapion شيطرج (*scheiteradsch*) vocat, sub quo nomine Avicenna longe aliam plantam adducit.

Λεπίδια et *λέπιδιν*, quae cum *κοττάνοις* tanquam usitata Tyriis edulia occurrunt[39], neutiquam huc pertinent: *κόττανα* (ebr. קָטָן, parvus) e parvis ficubus parata ab Hesychio ipso exponuntur. *Λέπιδιν* Phoenicum (ea enim forma orientalis vera esse videtur) in ebraico idiomate radicem non habet. Arabice autem dicitur لفتية (*leftyah*), e rapis paratus cibus: لفاظ (*lefâts*), species oleris: لفيثة (*lafithah*), puls crassa. Haec ideo apposui, ut Schweighaeuseri hallucinationes emendarem.

Ἰβηρίς est *Lepidium Iberis* L. Cum ipso *λεπιδίῳ* nonnunquam commutatur, praecipue a Paullo: qui *ἰβηρίδος* folia laurina, sed multo maiora habet.[40]

Cap. CCVI. Ranunculi cognomina plurima apud Apuleium leguntur, in quibus punicum *Atzicurur*.[41] Id חֲצִיר קֹרָה cum Bocharto legendum.[42] Herba ranae igitur dicitur, siquidem قر arabica vox ranae, quae alioquin ضفدع (*Dafdaʿ*) vocatur, ad punicam linguam transiisse videtur. Ranunculus herba persico nomine apud Avicennam كبيكج (*khabikhadsch*) insignitur.

Ranunculi prima species est *asiaticus*, in Cilicia, Caria et aliis Asiae minoris regionibus vulgaris; radice grumosa, foliis ternatis biternatisque pubescentibus, floribus

---

36) Lib. 19, 51.
37) Lib. 20, 70. 38) Hist. stirp. p. 716.
39) Athen. 3, 88. 9, 34. 40) Paull. Aegin. p. 123.
41) De virt. herb. c. 10. p. 163. ed. Ackerm.
42) Can. p. 762.

luteis, coccineis (puniceis etiam et albis.) Altera species magis hirsuta, elatior, foliorum incisuris pluribus, quae in Sardinia abundet, est R. *lanuginosus*; quam et Morisius in Sardinia indicat.[43] Tertiam speciem Sibthorpius habet R. *muricatum*, Graeciae familiarem. Quarta denique, solo flore lacteo insignitam, idem auctor credit R. *aquatilem*: sed albo flore plures subesse possunt, e. g. R. *alpestris*, *rutaefolius*, *aconitifolius*.

Cap. CCVII. *Ἀνεμώνην*, vocem profecto graecam, originem habere ex *ἀνέμῳ*, lexicographi veteres consentiunt. Neque avocamur ab ea sententia Rossii etymologia, qui arabicam appellationem anemones شقياق نعمن (*schkiak naman*) huc trahit.[44] נעם Ebraeis et نعم Arabibus utique *iucundum* esse significat. Sed شقياف fuit nomen aviae Noeman, regis Arabum, quod ad bellum florem, Camusio teste, transiit. Stat ergo inconcussa graeca origo. Punicum nomen *χούφφους* sine negotio חָפֵץ radicem in memoriam revocat, quae *gratum habere* ac iucundum significat, unde videntur Tyrii aut Carthaginenses חֵפֶץ, iucunditatem, amoenitatem floris, formasse.

Tres autem species Anemones enumerantur, quarum prima est *ἥμερος*, A. *coronaria* L.; altera *ἀγρία*, A. *stellata* Lam., tertia foliis nigricantibus, quae A. *nemorosa* Sibthorpio videtur. Secundam dein egregie a Papaveris speciebus, *ἀργεμώνῃ* et *ῥοιάδι*, distinguit, ut ad saturiorem Anemones colorem, ad praecociorem florem atque ad defectum laticis colorati consilium transferat.

Cap. CCVIII. *Ἀργεμώνη* est *Papaver Argemone* L., capsulis clavatis hispidis, flore puniceo, foliis bipinnatifidis lineari-lanceolatis.

Adulterinum esse de altera Argemone additamentum, Marcello libenter largior: neque, quaenam sit planta, constare potest, cum omni descriptione careat. Tria argemonis genera facere Romanos, Plinius testatur, quorum primum est illa anemone, quae perperam argemone appellatur; secundum argemone ipsa[45], tertium, quam

43) Moris stirp. sard. elench. 1. p. 3.
44) Etym. aeg. p. 131. 132. 45) Lib. 25, 56.

lappam canariam vocaverit, cuius radix iucundum turis odorem spiret.[46] Hanc ultimam Anguillara habet *Caucalidem gnandifloram.*[47] Equidem ob radicem suaveolentem et semina usquequáque adhaerentia praetulerim *Geum urbanum*, quod tamen Gei nomine in eodem auctore adest.[48]

Cap. CCIX. Anagallidis punicum nomen *ἀσίῤῥισοι* Bochartus exponit ita, ita scribat חֲצִיר רִישָׁה *herba veneni*, i. e. *ἀλεξιφάρμακος*. ראשׁ enim ebraeum abit in syriacum ܪܝܫܐ, quae nostra est forma.[49] Viperae utique morsis mirifice opitulatur anagallis. Fuit et nostro aevo insignis anagallidis fama in curanda hygrophobia a canis rabidi morsu.[50] Contra *ἀμβλυωπίαν* auxilio esse creditur et hodie a Persis, cum equis, quibus cataracta minatur, anagallidis contusae succum gossypio exceptum ad oculos applicent.[51]

Cap. CCX. In cognominibus Hederae notabilis est Dionysi seu Bacchi appellatio, cui sacra fuit ab omni antiquitate. *Νύσιον* nomen a Nysa, urbe inter Indum et Copham, colonia Bacchi, in cuius vicinia montem Meron vitibus ac hedera opertum Alexandri comites invenerunt[52], cum alioqui hedera exul sit Asiae interioris.[53] De Osiride, qui idem saepe cum Baccho habetur, pariter narratur, Nysam condidisse, hederamque ibi plantasse[54], dictumque fuisse *Διόνυσον*, quia *Δεῦ* s. rex Nysáe sit.[55] Hinc et Aegyptiis hedera dicebatur *Χηνόσιρις* aut *Σχενόσιρις*[56]: *χὴν* enim s. *σχὴν* herbam significat.[57]

Tres genericas differentias hederae D. enumerat, quae tot varietates unius speciei sunt: albam, quae et maculis foliorum et fructibus albis: nigram, quae fructibus croceis aut nigricantibus insignis est, et sterilem, quae humi

46) Lib. 24, 11, 116. 47) Sempl. p. 217.
48) Plin. 26, 21. 49) Bochart Can. p. 753.
50) Bruch diss. de anagallide. Argent. 1768.
51) S. G. Gmelin iter, 3. p. 349.
52) Strabo 15. p. 13. Philostr. apud Phot. p. 324. 532.
53) Theophr. hist. pl. 4, 4. 54) Diod. Sic. 1, 19.
55) Etym. magn. p. 251. 56) Plutarch. de Is. et Osir. p. 365.
57) Iablonsky opusc. 1. p. 400.

repit et folia habet angulata, seu triloba et conformia. Loco *ἐρυθρά* enim cum Scaligero, e Theophrasto[58], *εὔρυθμα* scribendum esse satius duco. Ex alba varietate corymbos compactos et subglobosos quandoque nasci, idem Theophrastus testatur, quam *κορυμβίαν* appellent. Est hoc idem cognomen, quod apud nostrum *κορυμβήθρα*. Athenis dicebatur *Ἀχαρνικόν*. Hedera fructibus aureis, *χρυσόκαρπος* nostro, a Tournefortio describitur, qualem in Thracia invenerit.[59]

Folia hederae ad ámbusta et ad ulcera quaevis conducere, creditur et hodie in Suecia.[60] *Ὁ μόσχος τῶν φύλλων* est germen, sive gemma, e qua folia prorumpunt; sed legitur et *μίσχος*[61], *petiolus*.

Cap. CCXI. *Chelidonium maius* nomen ad nostra usque tempora non mutavit. Ad Arabes graecum nomen transiit: vocant enim خاليدونيون (*chaliduniun*), exponunt autem خطافى (*chottâfi*), hirundinariam.

Cap. CCXII. Chelidonium minus est *Ranunculus Ficaria.* Si rem vere examinemus, *ἄκαυλος* non est, sed caulis protinus decumbit, dein assurgit, petiolis amplexicaulibus adeo elongatis, ut tres pollices aequent: hinc *ἀπηρτημένον* vocatur *ἐκ μόσχων* (*μίσχων*). Radices sunt tuberosae, fasciculatae. Tubera sunt exilia, tritici grana interdum ita aemulantia, ut in annonae caritate pro tritico sumtae et, in noxam valetudinis, coctae sint. Post inundationes vastantes saepe incredibilis eius tritici copia per terram sparsa superstitionem pauperum auget.

Cap. CCXIII. Othonnam herbam Rondeletius credidit in *herba venti* Monspeliensium, quae *Phlomis Herba venti* L. est, reperire: nec tamen quicquam congruit, cum flores sint purpurei, verticillati, neque folia ullo modo cum Erucae foliis comparari possint.[62] Caesalpinus igitur assensu dignior est, si *Tagetem erectam* huc

58) Hist. pl. 3, 18. 59) Iter gall. 2, p. 15.
60) Linnaei iter per Gothiam occid. suec. p. 201.
61) Evpor. 2, 78. 62) Lobel. advers. p. 229.

trahit.[63] Foliis enim pinnatis, serrulatis omnino ad Erucam accedit: quae cum pellucido-punctata sint, πολύτρητα, ὥςπερ σητόκοπα, „crebro (cribro?) perforata“ Plinio[64] dici potuerunt. Flos croceus est, latiusculis foliis, quod flosculi radiales ampli esse solent. Sponte crescere in Aegypto et Forskoleus[65] et Delilius[66] asseverant. In Arabiae montibus prope Hadje spontaneam idem Forskoleus invenit.[67] Nihilominus dubia movent folia ψαφαρά dicta, et silentium de gravissimo odore, quem tota herba spargit. Neque quicquam comperimus de acrimonia succi aut de vi eius abstergente.

De lapide aegyptio ὁμωνύμῳ nil innotescit, nisi quod a Galeno et Paullo saepius citetur.

Cap. CCXIV. Myosotidis nomen punicum λὼβ ἀτολλαφάθ scribit Bochartus[68], λώβ e graeco λοβός, quae auris ima est pars, et עֲטַלֵּף, *vespertilio*.

Duae sunt species, prima ad ἑλξίνην (4, 86.) referenda, foliis minoribus, glabris differens, in qua *Parietariam creticam* latere auguror.[69] Altera *Myosotis palustris* L. esse videtur: namque radix subrepens, caulis fistulosus, flores minuti coerulei egregie quadrant. Contraria sunt radicis crassities, quae digitum aequet, et folia ἀνὰ δύο πεφυκότα ἐκ διαστημάτων, quod et Plinius reddit: „per intervalla assidue geminata.“[70] Multo minus quadrat *Lithospermum purpureo-coeruleum*, quod subesse Sibthorpius existimavit.[71] Confundit etiam magis, quod herba scolopendrio (non scolopendris) similis dicatur. Mallem Gentianae quamdam speciem, asclepiadeam vel Pneumonanthen coniicere: sed obstant radices harum graciles, floresque multo maiores. Itaque satius duco, cum Anguillara inscitiam fateri, quam cum doctis viris palari ac falli.

---

65) De plant. 12, 43. Lobel. l. c. p. 318.
64) Lib. 27, 85. 65) Flor. aeg. p. LXXIII.
66) Flor. aeg. p. 26. 67) Flor. arab. p. CXX.
68) Can. p. 753.
69) Fab. Columm. phytobas. p. 120. tab. 36.
70) Lib. 27, 80. 71) Flor. graec. 1. p. 114.

Cap. CCXV. Mirum, desiderari in synonymis isatitidos nomen gallicum *glastum*, in Plinio iam obvium[72]; e quo Galli dein *guasde*, *guède*, Itali *guado*, Germani *Waid* fecerunt. *Vitrum* idem est, vox eodem modo corrupta, quo corpora Gallorum infecta terrorem inimicis iniicere credebantur.[73] Utraque vero isatis et sativa et sylvestris ad eamdem speciem, *Isatidem tinctoriam*, pertinere videtur.

Quam apposuit librarius *ἰσάτις ἀγρία* longe diversa est, congrua cum *Saponaria* (Gypsophila Sm.) *Vaccaria*, quod Lobelius iam divinavit.[74]

Cap. CCXVI. Telephii cognomen punicum credo esse חֲצִיר טִפְּרִין, *herba unguium*, quod folia cum unguibus comparari possunt. Non solum plerique patres rei herbariae, sed et Sibthorpius[75] consentiunt in *Cerinthes* specie, quam *minorem* habemus. Hinc et *ἄνθη μήλινα* restituere mallem.

LIB. III.

Cap. I. *Ἀγαρικὸν τὸ ἄῤῥεν* remotam aliquam habet similitudinem cum silphii radice: hinc ab insciis ipsum pro radice habebatur. Est autem utrumque, et mas et femina, fungus: femina Agarici, mas Boleti generi adscribendum. Cum et Plinius in glandiferis Galliae arboribus agaricum nasci tradat[76], uterque et Plinius et Dioscorides verum agaricum officinarum, seu *Boletum Laricis*, qui in solis laricum truncis nascitur, cum *Agarico dryino* Pers., satis simili, lamellis tamen insignito, aut cum *ostreato* Iacqu. confudisse videntur. Uterque enim quercubus et fagis innascitur.

Salmasius in codice optimo legisse testatur: *τινὲς δὲ, ἐν σητίνοις δένδρεσι κατὰ σῆψιν γενέσθαι.* Hanc scriptionem

72) Lib. 22, 1.
73) Iul. Caes. de bello gall. 5, 14. Marcell. Burdigal. 2, 23.
74) Advers. p. 148.
75) Flor. graec. 1. p. 120.
76) Lib. 16, 13.

ante oculos habuisse Arabas, existimat, quia *in corrosis arboribus ex putredine nasci* interpretentur. Credit igitur Salmasius, Arabas τὰ σήτινα δένδρη σητόβρωτα exposuisse, quanquam tineae vestes quidem, sed nunquam arbores arrodant. Ipse vero addit, σήτινα δένδρη esse e שִׁטָּה Ebraeorum formatum, ac notare τὰ κέδρινα δένδρη.[77] Memorabile profecto exemplum, quam ineptas saepe nugas eruditionis ostentandae cupido proferat.

Cum Agarum sit promontorium, Agarus etiam dicátur fluvius in lacum Maeotidem effusus, populus, qui Ἄγροι Straboni vocatur[78], forte etiam Ἄγαροι legendus, et ipsa regio Ἀγάρια, quemadmodum Goupylus scripsit. Mirum omnino videtur, ex angulo illo petitum fuisse fungum, quem Romani saltem e Rhaetia, Vindelicia et Norico multo facilius obtinuissent. Attamen et nostro aevo ex ultimis uralensibus montium iugis, ut et ex ipsa Syria agaricum mittitur, quod Europaei praestantissimum habent.[79]

Stomachicis utile esse, haud facile credideris, si nauseabundum agaricum gustaveris. Quia etiam nec alvum purgare observatum est sine nausea et vomitionibus, in desuetudinem nostra aetate abiit, ut potius armentis iumentisque exhibeatur, quam hominibus. Aëtius iure suo Dioscoridi adversatur, dum stomacho infestum agaricum declarat.[80]

Cap. II. Radix *Rha* dicta, e locis supra Bosporum (cimmerium) allata, nomen sortita est a Rha fluvio, Tanai vicino[81], in cuius vicinia haec radix crescebat.[82] A Ptolemaeo primo descriptus amnis Sarmatiae orientalis terminos constituit, unde et Agaricum et Rha e Sarmatia venire dicebantur. Radix *pontica* iam a Celso[83] et Scribonio Largo[84] laudatur. Pontica autem radix et Rha

---

77) Homon. hyl. iatr. 165. 166.
78) Lib. 11. pag. 384.
79) Spielmann mat. med. p. 641. Pallas fl. ross. 1. p. 3.
80) Aët. 3, 43.
81) Utrumque flumen ita flectitur, ut ad Zarizyn et Sareptam septem milliaria germanica tantum a se distent.
82) Ammian. Marcell. 22, 8. 83) Lib. 5. c. 23.
84) Cap. 42. n. 167.

ponticum appellabatur, quoniam, qui Pontum euxinum navigarent, afferre consuerant. Est *Rheum Rhaponticum* L., quod nostro aevo in Sibiria circa Krasnojarsk, optimum vero circa Udinsk crescere fertur.[85] Quin etiam deserta limosa inter Volgam, qua in mare caspium evolvitur, et Uralum fluvium, patriam Rhapontici designat Coxius.[86] Unde nomen *Rhacoma* natum sit, quo Plinius radicem appellat[87], plane nescio. Seriores Graeci et Serapion, qui ريوند (*rewand*) vocat, nihil iis addunt, quae Dioscorides habet. Sed ex Mesues inde temporibus, saeculo nimirum decimo, cum laetissime floreret Arabum commercium, alia Rhei species e remotissimis orientalibus plagis, Kukam, provincia Chinae finitima, divulgabatur, cuius radix graveolens purgandi vi insignis erat.[88] Hanc demum speciem posteriores Graeci *ῥέουμ βάρβαρουμ* latine vocarunt[89], Latinobarbari cum Arabibus vero rheum *indicum* aut *chinense*. Quod cum, Matthaei Sylvatici exemplo[90], probe a pontico distinxissent, mirum est, Ruellium et alios tamen utrumque iterum coniungere, dum differentiam Rhei pontici, astringentis, et indici vel chinensis, purgantis inde exponerent, quod illud vel e septentrionalibus regionibus veniat, vel iuniores sistat minusque perfectas radices.[91] Graviter etiam lapsi sunt, qui, Dodonaeo praeeunte[92], *Serratulam Rhaponticam* Cand., plantam in alpestribus Europae australis obviam, pro Rha pontico haberent. Tandem P. Alpinus plantam veram singulari libello egregie illustravit.[93]

Cap. III. Gentiana nomen habuit a rege Illyriorum Gentio, qui, latrocinii maritimi accusatus et populo romano suspectus, (ante aerae nostrae initium 168.) a L.

85) Pallas Reisen in verschied. Prov. des russ. Reichs, 3. p. 9.
86) Account of the russian discov. p. 336.
87) Lib. 27, 105.
88) Notices et extraits des manuscrits, 2. p. 4. 16.
89) Nic. Myreps. 1, 21. 155.
90) Pandect. cap. 589. 590. Marcus Paulus Venetus in montibus tanguticis Rheum chinense invenit. (Ramusio it. 2. f. 45.)
91) Anguillara p. 187. 188. 92) Hist. stirp. p. 389.
93) De Rhapontico libellus. Patav. 1612. 4.

Anicio praetore bello victus, in triumphum deductus et Spoletium in carcerem missus fuit.[94] Quam vero ob caussam nomen regis, scelesti hominis, qui fratrem occidit, quo tutius regnaret, haec planta ferat, ignoro: e vano saltem hausta est mollissima Marcelli Vergilii cantilena, qua regis Gentii virtutem, herbarumque amorem Caesaris gloriae praefert. Invenit forte, dum ad otium captivus coactus esset.

Descriptio plantae aliquid habet ambigui. Cum enim post renatas literas, unanimi doctorum virorum consensu, *Gentiana lutea* pro Dioscoridis planta venditata fuerit; offendimur protinus comparatione foliorum cum foliis iuglandis, cuius loco Plinius folia fraxini ponit.[95] Multo satius fuisset, plantaginis folia sola comparare; namque iis similia sunt folia omnium earum gentianarum, quae officinales dici possunt. Dein nec rubicundum colorem in foliis animadvertimus, sed potius flavescentem. In Gent. *asclepiadeae* caule foliisque utique rubedinem quamdam obviam habemus. Folia vero minute fissa in medio, maxime in summo caule, sine dubio sunt flores, quorum verticilli pedicellati quodvis geniculum ambeunt. Capsula Gentianarum est compressa, bivalvis, adeoque latiusculus fructus cum sphondylio conferri potest: *τὸ ἀχυρῶδες* vero ad semina minuta, fere acerosa reducendum est. Hinc potius sic legendum: *καρπὸν δὲ ἔχων ἐν κάλυξι πλατὺν, κοῦφον, πρὸς τὸν τοῦ σφονδυλίου, τὰ σπέρματα δὲ ἀχυρώδη*. Sed codicum auctoritas deest. Cum Plinius *lactucae* magnitudinem foliis apponat, ipse etiam Serapion lactucae folia comparet, necesse est, in textu antiquissimo *θρίδακος* aut *θριδακίνης μέγεθος* lectum fuerit.

Loca natalia vere indicantur. Gentiana enim lutea, purpurea ac punctata in montium alpinorum iugis et quidem locis eorum udis crescunt.

Radicem odoris expertem falso declarat Plinius, cum omnino odora sit.

---

94) Liv. 40, 42. 44, 30. 45, 43.
95) Lib. 25, 34.

Cap. IV. *Aristolochiae* tres species ad hunc usque diem antiqua nomina servarunt: *rotunda* nimirum, *longa* et *Clematitis.* At vero in A. rotundae descriptione haeremus, cum flores albi, labellum vero solum rubrum dicantur. Suspicor, aliam subesse speciem, quam iam Clusius[96] Aristolochiae rotundae alterius nomine indicavit, Linnaeus varietatem habuit: Fontanesius vero A. *luteam*[97], Kitaibelius *pallidam*[98] dixit. Flores eius sunt albidi, flavescentes, aut luteoli, labello interne atro-rubente. Obvia est per Graeciam, Italiam et Pannoniam.

Simili modo haesitamus in A. *longa.* Linnaeana enim species habet flores herbaceos, haud purpureos[99], unde ad aliam speciem, A. *creticam* Lam., consilium transferendum. Haec enim flore grandi atro-purpureo insignis[100] est. Folia et A. longae et huius cordata, haudquaquam *ἐπιμηκέστερα τῆς στρογγύλης* dicenda. Flores relinquunt in utraque fructum pyriformem, angulato-striatum in A. cretica, cuius flos etiam graveolentior est, quam A. longae.

Mallem cum Anguillara tertiae Aristolochiae, *Clematitidis*, folia asaro similia dicere, sed obstant interpretes omnes. Florum color solus esse videtur, cur rutae similis dicatur: est enim herbaceus, nec ullam formae similitudinem habet.

Nomen aegyptium Aristolochiae *σιφοέφ* a Rossio vertitur: *serpentes abigens.*[1]

Cap. V. Glycyrrhiza est sine dubio *glandulifera* Kit., quae per omnem Asiam mediam provenit. Namque et folia tactu glutinosa et fructus asperi id probant. Eadem iam in Theophrasto[2] nomine *σκυθικῆς ῥίζης περὶ τὴν Μαιῶτιν* occurrit. Iterum florum color solus hyacinthi similitudinem revocat: quoad formam, nulla est.

Cap. VI. In cognominibus Centaurii maioris est *πελεθρόνιον*, loco *πλεκτρονιάς*, legendum. *Πελεθρόνιος* enim

96) Hist. pl. 2. p. 70. 97) Choix de plantes, tab. 8.
98) Plant. rar. hungar. 3. t. 240.
99) Nicand. ther. v. 511. *ἄνθεα δ' ὑσγίνῳ ἐνερεύθεται.*
100) Desfont. choix de plantes, tab. 7.
1) Etym. aeg. p. 207. 2) Hist. pl. 9, 13.

apud Hesychium ὁ Χείρων, ἀπὸ τοῦ πελεθρόνου, ἐν ᾧ ἐτράφη. Et Scholiastes Nicandri[3]: Πελεθρόνιον δὲ τόπος ἐστὶ τοῦ Πηλίου ἀνθώδης· διὸ καὶ οὕτω καλεῖται ἀπὸ τοῦ πέλειν ἐκεῖσε τὰ ἄνθη· θρόνα γὰρ τὰ ἄνθη λέγεται. Ipse autem Nicander de hac nostra planta canens:

— — ἡ δ' ὑπὲρ αἴης
ῥίζα καὶ οὐ βυθόωσα Πελεθρόνιον νάπος ἴσχει.[4]

Planta ipsa est *Centaurea Centaurium* L., quam Matthiolus icone illustravit, in monte Gargano Apuliae inventam. Ex alpibus Penninis meam habeo, et miror, ad hunc usque diem nec in Peloponneso, nec circa Smyrnam repertam fuisse.

Iam vero dubium nascitur, comparato Nicandri loco mox citato, ubi aurei flores dicuntur: unde efficitur, aliam Nicandri ac Dioscoridis plantam fuisse. Sitne Nicandri planta *Centaurea Centauroides* L., flore luteo, quam Sibthorpius in Peloponneso invenit, quaeritur.

Succum radicis rubrum noster, αἱματώδη Theophrastus pronunciat.[5]

Cap. VII. De Centaurio minori, *Erythraea* scilicet *Centaurio* Pers., nulla exstitit unquam dubitatio, cum iam ante Brunfelsium Io. Iac. de Manliis de Bosco saeculo decimo quinto eam plantam bene agnoverit.[6]

Cap. VIII. Chamaeleon albus, planta acaulis, e medio capitulum promens echino marino simile, floribus purpurascentibus, cuius radix viscum quoddam exsudat, quo et pro mastiche mulieres utuntur, aliud esse nequit, quam *Acarna gummifera* Willd. (Atractylis L.), in litoribus maris mediterranei satis vulgaris. Cognomen ἰξία ἰξίνην Theophrasti[7] in memoriam revocat, quae ἀπὸ τῆς ῥίζης σπερματικὸν ἄκανον ἔχει, ὥσπερ μῆλον, εὖ μάλα ἐπικε-

---

3) Ther. v. 440. 4) Ib. v. 505.

5) Hist. plant. 9. 1. secundum Schneideri emendationem.

6) Luminare maius f. 72. b. Venet. 1496. fol.

7) Hist. pl. 6, 4. De albo chamaeleone Nicand. ther. v. 661.
Τὸν δ' ἕτερον δήεις αἰεὶ πετάλοισιν ἀγαυρόν·
μέσσῃ δ' ἐν κεφαλῇ φύεται πεδόεσσα, μολοβρή,
ῥίζα δ' ὑπαργήεσσα, μελίζωρος δὲ πάσασθαι.

κρυμμένον ὑπὸ τῶν φύλλων. Οὗτος δ' ἐπὶ τοῦ ἄκρου φέρει τὸ δάκρυον εὔστομον, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀκανθικὴ μαστίχη. Ad eamdem speciem pertinere *ἰξίνην* Theophrasti, bene perspexit Anguillara, qui primus hanc plantam, quam in patria observarat, adumbravit. Lacrimam esse gustui gratam: condi etiam capitulum melle et saccharo, praesertim circa Urbinum.[8] Postea et Honor. Bellus[9] et Fab. Columna[10] et P. Alpinus[11] uberius eam plantam illustrarunt. Nostra aetate et Tournefortius[12], et Cavanillesius, qui in Valentia[13], et Fontanesius, qui in Numidia eam vidit[14], diserte et de mastiche, seu visco, et de eduli capitulo egerunt. Oliverius etiam usum eius liquoris mastichini testatur.[15]

Cap. IX. Inter cognomina Chamaeleonis nigri militant *κυνόμαχον* et *κυνόξυλον*, quia canes enecare dicitur[16]: *κυνοξύλου* loco Plinius *κυνόζολος* legit, et ita vocatum esse herbam propter odoris gravitatem autumat. Consentit, Rossio docente[17], aegyptium cognomen dipsaci, qui et chamaeleon dicitur, *σενεόρ*, pro quo Apuleius rectius legit *σεμμεώρ*, *herba canina.* Aliud cognomen *οὐλοφόνον* exponitur a scholiaste Nicandri[18], *τὰ οὖλα βλάπτον, ἢ ὅλον φονευτικόν.* Citat et Plinius id cognomen, quod additum esse tradit, quia herba iuvencos anginae modo strangulet. At vero et codices quidam Pliniani *οὐλόφυτον* habent, quod exitiosam plantam denotat. *Ὠκιμοειδές* vocatur et Nicandro: dicit enim: *ὠκιμοειδὲς ὄδωδε*: ergo ab odore ocimi aemulo ita vocatur. Aegyptium cognomen *σοβέλ* a virtute medica adversus lepram petitum esse, Rossius docet.[19]

Graphice describitur herba, ita ut generatim quidem cum Theophrasto congruat, qui totam plantam *ὥςπερ σκιάδιον* dicit. Recognovit eam primus Anguillara, in

8) Sempl. p. 157. 158.
9) Ad Clus. hist. p. 301.
10) Ecphras. 1. p. 12.
11) Exot. p. 125.
12) Iter gallic. 1. p. 13.
13) Icon. 3. p. 14. t. 228.
14) Flor. atlant. 2. p. 252.
15) Iter gallic. 2. p. 169. Cf. et Sieberi iter creticum, 1. p. 398.
16) Theophr. hist. 9, 12. Plin. 22, 21.
17) Etym. aeg. p. 190.
18) Alexiph. v. 280.
19) L. c. p. 202.

Samnio, Apulia et Sclavonia inventam.[20] Icone rudi adiecta meliorem exhibuit Matthiolus, cui ex Apulia miserat plantam Aloys. Maranta.[21] Linnaeus nominavit *Carthamum corymbosum.* Ipse ante triginta annos in horto educavi bellam aspectu plantam, floribus numerosissimis corymbosis coeruleis et purpurascentibus. Maiorem spithama non vidi. Sibthorpius in campis aridis clivosisque et maritimis Graeciae Archipelagique frequentem invenit.[22]

Quod Tragus Carlinam vulgarem[23], Fuchsius Echinopa sphaerocephalum[24], et maiore hic probabilitate dixerit chamaeleonem nigrum, non miremur, cum ista aetate plantae australes minus cognitae essent.

Cap. X. Cum Crocodilium nusquam plenius describatur, cognitione certa omnino caremus. Instauratorum igitur ingens fuit dissensus, Carlinam vulgarem aliis[25], Echinopa sphaerocephalum aliis[26], nonnullis etiam *Eryngium maritimum*[27] hoc nomine insignientibus. Cum Plinius nasci in sabuletis tradat[28], legisse videtur ἐν τόποις ἀμμώδεσι loco δρυμώδεσι: qua lectione, tanquam veriori, ut et odore radicis amplae fretus, probabilem suam sententiam Caesalpinus protulit. Accedit coeruleus capitulorum color, qui tamen in Echinope, quanquam debilis, etiam adest, et ipsum spurium additamentum de semine duplici rotundo, scutiformi. Eryngii maritimi radix etiam a recentioribus celebratur adversus lienis iocinorisque infarctus et ad refocillandas vires, cui usui in Anglia saccharo condita aptior redditur.[29]

Cap. XI. Dipsacus, sitibundus, nomen a contrario accepit, quoniam, collecta roris pluviaeque aqua in cucullis, quos folia circa caulem formant, sitim abigere videtur. Hinc et labrum et lavacrum et concha Veneris

---

20) Sempl. p. 139.
21) Comment. p. 491.
22) Flor. graec. 2. p. 161.
23) Hist. f. 322.
24) Hist. stirp. p. 822.
25) Dalech. p. 1475.
26) Lobel. adv. p. 363. Obs. p. 481.
27) Caesalp. 13, 29.
28) Lib. 27, 41.
29) Parkinson theatr. p. 988. Engl. bot. 718.

appellabatur. Ob spinosam indolem chamaeleon et crocodilium dictum fuit. De aegyptio nomine iam supra c. 9. sermonem habui.

Descriptio egregia est. *Dipsacus* est *fullonum* vel *sylvestris*, quam Gallidragae Xenocratis nomine tractat Plinius.[30] Vermiculi, quos praeter Ruellium et alii in medulla capituli invenerunt, sunt larvae curculionis, quae variarum plantarum caules forare consuescunt.

Cap. XII. Spinam albam Fuchsius[31] et Dodonaeus *Silybum marianum* Gärtn. crediderunt, at folia non sunt angustiora, quam Acarnae gummiferae, nec hirsuta: nec minusculum est capitulum florum, sed amplum. Anguillara[32] *Echinopa* supponit, quem in Creta inventum Lamarckius dixit *lanuginosum;* sed flores sunt, ipso Anguillara fatente, azurei, cum spina alba purpureos gerat. Caesalpinus[33] describit *Cirsium eriophorum* Scop., quod tamen amplissimis capitulis lanatis differt. Tragus, fluctuans inter varias plantas, tandem pedem figit in *Onopordo Acanthio.*[34] Ut alios silentio praeteream, Sibthorpius dubie *Cirsium Acarnam* Cand. subesse coniicit[35], quanquam alio loco simili dubitatione Echinopa lanuginosum designet.[36] Equidem in Cirsio Acarna libentius acquieverim, si modo spinarum flavidarum, quibus folia obsessa sunt, mentio fieret.

Cap. XIII. De spina arabica invenienda plerique desperarunt, cum sola similitudo cum spina alba nos ducere nequeat. *Onopordon arabicum* esse, quis probare auderet? Matthiolus vult, hanc esse plantam, quam Mauritani (Arabes) Suchaha appellent. Sed شوك quivis carduus, شوكة spinosus frutex vocatur.

Cap. XIV. Scolymus in Europa saltem australi vulgaris notitiae est. Theophrasto iam radix lacteo humore scatens ac edulis celebratur[37]: edulis etiam herba a Numenio, qui *αὐχμηρὴν σκόλυμον* appellat.[38] Clusius utramque

30) Lib. 27, 62.
31) Hist. stirp. p. 55. 56.
32) L. c. p. 143.
33) Lib. 13. c. 40.
34) L. c. f. 324.
35) Flor. graec. 2. p. 151.
36) Ib. p. 201.
37) Hist. pl. 6, 4. 9, 12.
38) Athen. 9, 12.

et radicem et herbam iuniorem a Salmanticae incolis comedi testatur[39]: delineat autem et *Scolymum maculatum* et *hispanicum* L. Et in Graecia esse gratum edulium, σκολύμβρου et ἀσκολύμβρου nomine, testantur Belonius[40] et Sibthorpius.[41]

Nomen graecum aegyptiae esse originis, ubi σκόλμες aculeatus dicatur, perhibet Rossius[42], neglecto, quod hic dicitur χνοῦς, aegyptio cognomine.

Cap. XV. Duplici et plane diverso modo patres rei herbariae de Poterio coniectarunt. Matthiolus[43] enim et Clusius[44] *Astragali* speciem produxerunt, quae quivis ob spinarum abundantiam, ob lanuginem spissam, qua ramuli obsidentur, et propter gummosum etiam liquorem e radice manantem facillime pro ποτηρίῳ Dioscoridis habuerit. Est autem *Astragalus Poterium* Pall., quem Linnaeus varietatem Tragacanthae censuit. Alteram opinionem defendere studuerunt Pena et Lobelius[45]: esse scilicet *Poterium*, quod *spinosum* Linnaeus dixit. Haec quidem opinio etiam mihi placuit, cum textum ederem, quia Astragalum illum nondum comparaveram. Iam vero, cum praesertim tomentum illud lanuginosum et radicis gummi etiam atque etiam considero, cum lego, tomentum illud fomitis loco etiam hodie in Graecia inservire[46], non possum quin ad Clusii Matthiolique sententiam accedam. Poterium enim spinosum est στοιβή Theophrasti[47] et Dioscoridis, quae et hodie στεβίδα[48] et ἀστοιβή[49] dicitur. In Asia minore vocatam suo aevo κολυμβάδα, et propter aromaticas vires ad vina condienda adhibitam fuisse, testatur Galenus.[50] Si ad Astragali speciem eam referendum est Poterium, vindicari etiam lectio vulgaris ἄνθη λευκά potest: is enim est color florum. Uterque frutex amat colles arenosos, non aquosos, ut Plinii lectio falsa vult.

---

39) Hist. 2. p. 153. 40) Obs. 1, 18. p. 24.
41) Flor. graec. 2. p. 147. Walpole p. 245.
42) L. c. p. 200. 43) Comm. p. 498.
44) Hist. 1. p. 108. 45) Advers. p. 377. Obs. p. 491.
46) Tournefort iter gall. I. p. 61. 47) Hist. pl. 1, 10.
48) Honor. Belli ad. Clus. p. 308.
49) Sibthorp. fl. graec. 1. p. 238. 50) De antid. 1. p. 18.

Cap. XVI. Acanthium Dioscoridis est vel *Onopordon Acanthium* vel *O. illyricum*, sicut Sibthorpius etiam interpretatur. Lanuginem posse depecti et coadunatam bombycinam fieri, probabilius est, quam Plinii traditio, vestes ea bombycinis similes in oriente texi.[51]

Cap. XVII. *Ἄκανθα* Dioscoridis dicitur a Nicandro *ἄκανθος ἀλθήεις*.[52] Virgiliine mollis acanthus, et „flexi vimen acanthi“[53] idem sit, qui et Theocrito *ὑγρὸς ἄκανθος*[54] et Plinio iuniori acanthus mollis et, paene dixerim, liquidus nuncupatur[55], dubitandum. Protulit quidem Rauwolfius acanthum in Libano inventum[56], quem Dioscoridis et ipse et Gronovius et Linnaeus dixerunt: sed folia integerrima margine spinosa pinxit, cum Dioscorides *ἐσχισμένα ὡς τὰ τοῦ εὐζώμου* dicat, de spinoso autem ambitu taceat. Neque quisquam posterorum Rauwolfii plantam recognovit. *Acanthum* interea *mollem* habeamus, mollem et liquidum dictum, dum cum Acantho spinoso comparatur. Etenim bracteae concavae, foliaceae, dentato-spinosae, e quibus flores albi prodeunt, *κυττάρια ἀκανθώδεα* dicuntur.

Ἀκάνθην ἀγρίαν Sibthorpius contendit esse *Silybum syriacum* Gaertn., quod et a Graecis *ἀγριοάγκαθι* vocetur, et copiose in omnibus Archipelagi insulis occurrat.[57] At, si scolymo simile vocatur et brevior est statura, assensum cohibeo, cum Silybum illud, quod probe cognosco, bicubitalis sit aut orgyalis altitudinis. *Cirsium* potius *stellatum* All. esse videtur, quod omnino cum Scolymo conferendum, multo brevius est.

Superest, ut de *παιδέρωτι*, cognomine Acanthi hortensis, disseramus. Vocabatur autem in antiqua Graecia, quicquid aspectu pueri teneri colorem lacteo-roseum referret, *παιδέρως*, quasi *παῖς ἐράσιμος*. Ita praeter gratissimum acanthum et arbuscula in atrio templi Veneris apud Sicyonios culta *παιδέρως* dicebatur, quam nusquam

51) Lib. 23, 66. 52) Ther. v. 645.
53) Ecl. 3, 45. Georg. 4, 122. 54) Id. 1, 55.
55) Epist. 5, 6. 56) Iter german. 4. n. 285.
57) Fl. graec. 2. p. 154.

alibî in Graecia visam testatur Pausanias.[58] Folia habuisse minora Esculi (φηγοῦ), maiora Ilicis (πρίνου), quorum forma quercina, facies alterutra albida, sicut in Populo alba, esset. *Quercus* sine dubio fuit, et quidem vel *gramuntia* L., vel *Ballota* Desf.: haec praesertim glandibus esu gratis insignis, quam Sicyonii forte ex Hispania aut Mauritania advexerunt. Cerefolium etiam paederota nominatum fuisse, Plinius tradit.[59] Idem opalum gemmam, propter eximiam gratiam laevoremque corpori puerili similem[60], et aliam gemmam, candidarum ducem.[61] Hunc ad sigilla annulis includenda adhibitam fuisse, patet ex Hesychio, qui σφραγῖδος ὄνομα, παιδέρως appellat. Sed idem etiam ἀλείμματος ἢ μύρου εἶδος eodem nomine insignitum fuisse testatur. Hinc meretricum artificia ad pallorem faciei emendandum Alexis apud Athenaeum[62] describit:

Λευκόχρως λίαν τίς ἐστι; παιδέρωτ᾽ ἐντρίβεται.

Et Demetrius Poliorcetes capillos rufos arte reddidisse et faciem παιδέρωτι fucasse fertur.[63] Unde facile Salmasio largior, unguento usos fuisse Graecos, anchusae radice vel fuco marino imbuto, quo faciei pallidae ruborem conciliarent iuvenilem aut puerilem.

Cap. XVIII. Ἀνωνίς, quam et ὀνωνίδα vocabant, antiquitus αἰγιπύρου nomine appellatam fuisse, patet ex iis, quae Anguillara e Crateva citat.[64] Proinde et αἰγίπυρος Theophrasti, cuius spinis utebantur veteres ad caprificandas ficos[65], cuiusque flores ἱκανῶς ἐρυθροί dicuntur[66], eadem est planta. Et Dodonaeus[67] et Lobelius[68] eamdem recognoverunt: est *Ononis antiquorum* L., nostrae spinosae simillima, nisi quod glabrior sit magisque spinosa. Testimonia autem fide digna non desunt, et nostram Ono-

---

58) Lib. 2. c. 10.
59) Lib. 19, 54.
60) Lib. 37, 22.
61) Lib. 37, 46.
62) Lib. 13. c. 23.
63) Aelian. var. hist. 9, 9.
64) Sempl. p. 145.
65) Hist. pl. 2, 8.
66) Schol. Aristoph. ran. v. 310.
67) Hist. p. 743.
68) Il. 2. p. 28.

nidem ad lotium promovendum et calculosos affectus mitigandos profuisse.[69]

Cap. XIX. Ut λευκακάνθην, cuius meminit iam Theophrastus[70], interpretemur, nil adminiculi adest, nisi esse Cardui genus, radice tuberosa. Descripsit primus eam plantam in Etruria observatam Anguillara[71], neque quidquam obest, quin *Cirsium tuberosum* All., in pratis pascuisque Germaniae vulgare, coniectemus.

Cap. XX. Tragacantham sudare e truncis *Astragali cretici* Lam., quem in Ida monte inventum Tournefortius egregie adumbravit[72], hucusque exploratum habuimus. De ea Theophrastus: *Ταύτην δὲ πρότερον ᾤοντο μόνον ἐν Κρήτῃ φύεσθαι, νῦν δὲ φανερὰ καὶ ἐν Ἀχαΐδι τῆς Πελοποννήσου καὶ ἄλλοθι, καὶ τῆς Ἀσίας περὶ τὴν Μηδειαν.*[73] Et alio loco: *Ἐν Ἀχαΐᾳ δὲ ἥτε τραγάκανθα πολλὴ, καὶ οὐδὲν χείρων, ὡς οἴονται, τῆς κρητικῆς, ἀλλὰ καὶ τῇ ὄψει καλλίων.*[74] Manifestum igitur est Theophrasti testimonium, Tragacanthae gummi in Creta colligi. Adversatur vero Belonius, qui nusquam id produci in Ida monte asserit, quanquam duo eius plantae genera ibi crescant.[75] Cum Belonio consentiunt Oliverius et Sieberus, quorum hic ne vestigium quidem in omni Creta huius gummi ibi collecti invenire potuit.[76] His accedit Sibthorpii effatum, qui, quanquam haud inficietur, et Astragalum creticum, qui et in Ionia crescat, gummi illud fundere, veram tragacantham tamen fatetur in Achaia Peloponnesi, in Parnasso, ut et circa Thessalonicem, in Cypro denique generari, ac e Patris quotannis in Italiam transvehi.[77] Est autem peloponnesiaca alia *Astragali* species, quam *sempervirentem* Lamarckius, *aristatum* Heriterius appellavit, a cretico, cui admodum similis, differens foliis viridibus, licet pilosis, non incanis, pedunculis brevissimis et dentibus calycis subulatis, qui ovati in cre-

69) Berg. mat. med. p. 600.
70) Hist. pl. 6, 4.
71) Sempl. p. 147.
72) Iter gall. 1, 22.
73) Hist. pl. 9, 1.
74) Ib. c. 15.
75) Obs. 1. p. 23.
76) Reise nach Creta, 2. p. 72. 323.
77) Flor. graec. 2. p. 90.

tico sunt. Utrumque et affines, A. *Arnacantham* MB., *plumosum* W., *Poterium* Pall., *tumidum* W., *Pseudo-Tragacantham* Pall., *compactum* W., coram habeo, quorum nonnulli et in regionibus caucasicis crescunt, ut vere igitur Theophrastus Mediam patriam indicare potuerit. A. aristatus etiam in Gallia provinciali et in pyrenaeis montibus provenit.

Cap. XXI. Eryngii cognomen apud prophetas *σίσερτος* transpositum esse e *σετέσρο*, *menses ciens, emmenagogum*, Rossius autumat.[78] Punicum nomen esse a חֲרָדָה, stupor, derivandum, Bochartus statuit.[79] Quod ut exponat, ad falso intellectum respicit Aristotelis locum[80]: *Τῶν δ' αἰγῶν ὅταν τις μιᾶς λάβηται τοῦ ἠρύγγου τὸ ἄκρον (ἔστι δὲ οἷον θρὶξ,) αἱ ἄλλαι ἑστᾶσιν ὥςπερ μεμωρωμέναι καὶ βλέπουσιν εἰς ἐκείνην.* Id quidem Plinius[81] recte interpretatur: „Villum de mento caprarum pendentem, quem aruncum (ex *ἠρύγγῳ* formata vox) vocant: hoc si quis apprehensam ex grege unam trahat, ceterae stupentes spectant.“ Quomodo intellexerit Theophrastus, qui, loco *ἠρύγγου*, *ἠρυγγίου* scribit[82], non liquet. Male certe intellexerunt de planta *ἠρυγγίῳ* Plutarchus[83] et scholiastes Nicandri.[84] Hinc igitur autumat Bochartus, stuporem illum caprarum a Carthaginensibus perperam ad herbam ipsam traductum fuisse.

Hispanorum cognomen *κέντουμ κάπιτα* scribendum esse existimo; nam et Danis *Hundred hoved* planta dicitur.

Quaenam vero species *Eryngii* intelligatur, dictu haud proclive est. Etenim folia radicalia, cordata, integra, qualia hic indicantur, communia sunt E. *plano, tricuspidato* et *dichotomo* Desf., in Europa australi pariter obviis. Involucra longissima, rigida, pungentia, quae hic notantur, adsunt in E. dichotomo, quod etiam colore capitulorum coeruleo est insigne. E. plani capitula sunt amethystina. E. tricuspidati primum albida, demum coerule-

78) Etym. aeg. p. 527.
79) Can. p. 753.
80) Hist. anim. 9, 4.
81) Lib. 8, 76.
82) Fragm. 15. p. 836.
83) Sympos. 7, 2.
84) Ther. v. 645.

scunt. Proinde tres eae species comprehensae in unam apparent. Radix earum aromatis aliquid spirat: folia germinantia asparagorum ad instar comeduntur, praesertim Eryngii maritimi.

Cap. XXII. *Ἀλόης* nomen syriacum mihi cum Salmasio[85] videtur. E Syria enim et Phoenicia primum in Graeciam apportata, ܐܠܘܝ (*alwai*) a mercatoribus dicebatur[86]; quae vox an in semitica radice עלה, *ascendere, evehi,* originem habeat, nescio, auguror tamen, cum planta brevi tempore satis procerá fiat. Arabes vocant صبر (*saber*), optimam speciem مقر ab amaritudine, alteram سولع. Quodsi unquam in Andro insula provenerit, advectam fuisse a Phoenicibus autumo, sicut et in Cypro Sibthorpius invenit.[87] Quid quod Sieberus Agaven americanam, quasi spontaneam, certo introductam, in Ida monte frequentem vidit.[88]

In Arabia autem sponte crescunt plures species, quae parem liquoris illius resinosi copiam largiuntur: 1) *Aloë* nimirum *arabica* Lam., foliis albo-maculatis, dentato-spinosis, spinis recurvatis fuscis, floribus flavis. 2) *A. socotrina* Cand., caule dichotomo frutescente, foliis glaucescentibus, margine confertim serrulatis, albo-spinosis. 3) *A. vulgaris* Cand., caule suffruticoso, foliis glaucis emaculatis sinuato-spinosis. Utriusque flores rubri, non albi sunt, ut Dioscorides scribit.

Cap. XXIII. *Ἀψινθίου παρωνομασία* triplex invenitur, vel, Stephano teste, ab oppido Thraciae *Ἀψίνθῳ*, vel a voce obsoleta *ψίνθος*, *τέρψις* Hesychio, vel denique, Phavorino et Suida testibus, *ἀπίνθιον* dictum, *ὃ οὐκ ἄν τις πίῃ διὰ πικρότητα.*

Iam quaeritur, quaenam species Artemisiae intelligenda sit, utrum A. *Absinthium*, an A. *pontica*. Utraque pariter vulgaris per Europam Asiamque mediam, differt tum laciniis foliorum illius oblongis obtusis, huius

85) Homon. hyl. iatr. p. 7.
86) Sic et in Ev. Io. 19, 39. *ἀλόη* syriace redditur.
87) Fl. graec. 1. p. 239.
88) Iter creticum, 1. p. 438. 439.

vero linearibus, tum odore illius ingrato, huius vero subaromatico; simili quoque sapore A. pontica praestat, cum A. Absinthium amarissimo (*βαθυπίκρῳ*) gaudeat. Hinc et Galenus ponticam speciem et aromatica indole et astringente vi antecellere alias species docet.[89] Mihi igitur videtur, utramque speciem hic comprehendi: namque insignis amaritudo Absinthii, vermibus aliisque animalculis inimica, eodem modo praedicatur, ac astringens indoles et aromatica.

Cap. XXIV. Absinthium marinum vocari et *σέριφον*, seu *σερίφιον*, Rossius ex aegyptiaca lingua ita exponit, ut *ἑρίμφιον* proprie scribendum esse doceat, quod absinthium marinum significet: eliso autem *μ*, et mutata aspirata vocali in *σ*, sicut *ὑπέρ* in *super*, *ὗς* in *sus* transeant, natam esse eam appellationem.[90]

Absinthium marinum, quod *Artemisiam maritimam* Linnaeus dixit, in Tauro Cappadociae copiosum esse, non mirum, siquidem ad lacus nostros salsos mediterraneos etiam provenit. Est autem ingens lacus Tatta inter Galatiam, Cappadociam et magnam Phrygiam, et contigua huic regio usque ad Taurum. *Ἡ μὲν οὖν Τάττα*, inquit Strabo[91], *ἁλοπήγιόν ἐστιν αὐτοφυές*: et Plinius salem tattaeum iuxta ac cappadocicum praedicat.[92] Circa eum lacum salsum Artemisia maritima pariter crescere potuit ac circa Taphosirin (*Ταπόσειριν* ab aliis scriptam), quae, Alexandriae vicina, inter stagna et maris oram sita erat.[93] Sed commutari etiam haec species facillime potuit cum similibus A. *orientali* Willd., quae in Armenia, et *inculta* Delil., quae in Aegypto crescit. Pecora autem Artemisiae variis speciebus pasci et pinguescere, nostra etiam experientia confirmatur.

Cap. XXV. *Σαντόνιον* esse veram lectionem, e Plinio patet et Serapione. Santonum enim regio in Aquitania super Garumnam fluvium erat.[94] Sic et Galenus

---

89) Meth. med. 11, 16. p. 789. 90) Etym. aeg. p. 192.
91) Lib. 12. p. 184. 92) Lib. 31, 41.
93) Strabo 17. p. 526. 94) Plin. 4, 33. Strabo lib. 4. p. 40.

σαντόνικον, nunquam *σαρδώνιον*, cum absinthio comparat[95], nomine derivato *ἀπὸ τῆς Σαντονείας χώρας*. Quodsi autem Artemisias in Gallia spontaneas comparamus, nulla alia Absinthio similis est, quam Art. *palmata* Lam., quam in Gallia occidentali, ut et in Hispania, provenire persuasum habemus.[96] Eam, e Santonum agro acceptam, primus, admodum rudi icone, nomine Xantonici vulgaris illustravit Lobelius[97], cum antea nonnulli, Ruellio duce, Artemisiam ponticam pro Santonico haberent.[98] Linnaei Art. *santonicam*, in Tataria crescentem et Persia boreali, veteribus cognitam fuisse, vix credibile est.

Cap. XXVI. *Ἀβροτόνου* nomen scholiastes Nicandri *διὰ τὸ πρὸς ὄψιν ἁβρὸν καὶ ἁπαλὸν φαίνεσθαι* exponit. Duo autem genera hic enumerantur: femina arborescens, albida, foliis minutim incisis, corymbis aureis, et mas sarmentosum, gracilibus ramulis, sicut absinthium. De illo, abrotano femina, controversia fuit patrum rei herbariae. Fuchsius videtur Art. *ponticam* pro ea habere[99]: Dodonaeus Art. *arborescentem* L.[100]; Matthiolus[1] et Clusius[2] *Santolinae* varias species, *Chamaecyparissum* praeprimis et *squarrosam* W., pro ea planta venditarunt. Equidem, quanquam Anguillaram habeam adversarium[3], ultimae accedo sententiae, quia plura stant pro hac planta argumenta, quam pro A. arborescente. Corymbi enim aurei, folia minutim incisa, et fragrantia plantae praedicari in Santolina vel maxime possunt.[4]

Abrotanum mas ab omnibus fere interpretibus pro nostra habetur Art. *Abrotano*, quanquam similitudo cum Absinthio haud conspicua sit, foliorum nimirum glabrorum laciniis filiformi-setaceis. In Asia tamen minore provenire, certum est.[5] Non sine veritatis quadam specie Anguillara plantam, cuius semina ex Arabum aevo con-

---

95) De fac. simpl. 6. p. 804.
96) Cand. flor. gall. 4. 196. Lapeyr. fl. pyren. p. 504.
97) Observ. p. 436. 437. 98) Caesalp. 12, 4.
99) Hist. stirp. p. 7. 100) Hist. stirp. p. 21.
1) Comment. p. 515. 2) Hist. 1. p. 341.
3) Sempl. p. 166. 4) Cf. Caesalp. 12, 7.
5) Caesalp. 12, 6.

tra lumbricos adhibita fuerunt, quamque Linnaeus Art. *iudaicam* nominavit, huc quadrare contendit.[6] Absinthio enim multo similior est: provenire autem scimus in Aegypto, Syria, Numidia, Arabia et Persia australi. Esse לַעֲנָה Ebraeorum suspicamur, testimonio etiam veterum paraphrastarum freti, quamvis LXX. ubique aliter interpretentur.[7] *Schiha* (شيح) Arabum, cuius semina anthelminthica ab Avicenna celebrantur[8], hanc esse plantam, Rauwolfius quoque probavit.[9] Quodsi vero haec planta Abrotanum mas Dioscoridis fuerit, cur anthelminthicae eius virtutis haud plane meminit?

Cap. XXVII. Hyssopi et nomen et notitia ex Aegypto proficiscuntur. Siquidem prima eius fit mentio, cum Ebraei pascha ante exitum ex Aegypto celebrarent. Itaque et ebraeum nomen אֵזוֹב et graecum ὕσσωπος aegyptiacae originis esse videntur, quamvis Iablonskius id explicare nequiverit.[10]

Quaenam sit planta, in contentionem venit, dum in Dioscoride certe nullum indicium in hoc capite saltem invenimus. Sed mox, cum origanum describit, folia hyssopi foliis similia facit, umbellam vero haud rotatam esse dicit, quasi innuere velit, talem esse hyssopi inflorescendi modum. Confirmatur id capite de chrysocoma, ubi noster: ἔχον κόμην κορυμβοειδῆ, ὁμοίαν ὑσσώπῳ. Accedit, et Cratevam[11] et scholiasten Nicandri[12] plantam maioranae (σαμψύχῳ) similem pronunciare. Cum eadem maiorana et زوفا (*sufa*) suum comparat Isaac Ebn Amram, noni, ut videtur, saeculi scriptor, cum iam a Serapione et Mesue seniori citetur. Nasci in montibus domus sanctae (Hierosolymorum): per terram spargi ramis pulverulentis, foliis viridibus, sed postea citrinis, suaveolentibus.[13] Denique ex antiquo codice vindobonensi Dodonaeus iam ico-

6) L. c. p. 167.
7) Cels. hierob. 1. p. 483. 8) Ed. arab. p. 256.
9) Iter germ. 4. n. 456. App. ad Dalech. p. 56.
10) Opusc. 1. p. 367. 11) Apud Anguill. p. 196.
12) Ther. v. 876.
13) Serap. c. 270. Bochart. hieroz. 1. p. 588.

nem mutuatam exhibuit, quae nullo modo cum Hyssopo nostrate, multo magis cum Origani specie congruit.[14]

Nisi nimiae temeritatis suspicionem praebere videar, *Origanum aegyptiacum* in Aegypto, *syriacum* dein, satis simile, in Palaestina ab Ebraeis adhibitum: posterius etiam ab Isaaco Arabe descriptum; *Origanum* denique *smyrnaeum* a Dioscoride intellectum dicerem. Utrumque posterius enim praesertim spicis congestis umbellato-fastigiatis, foliisque ovatis, Maioranae simillimis, conspicuum est. Quam saepe autem nos recentiorum Graecorum appellationibus decipi possimus, patet e nomine ὑσσώπου, quod, Sibthorpio teste[15], et Satureiae graecae et iulianae tribuunt, quae nullo modo cum Hyssopo Dioscoridis congruunt.

Lobelius iam nomine Hyssopi Graecorum legitimi Origani speciem promulgavit, quae nescio an eadem cum O. *Onitide*, sicula planta, sit.[16]

Fab. Columna habet *Teucrium Pseudhyssopum* Schreb.[17]

Hyssopi autem nostratis, in Gallia australi et Italia spontanei, neque in Graecia, Syria, aut Aegypto obvii, vestigium in Mesue iuniori quaerunt, qui *Sufa* suo folia حاشا (*hhascha*) largitur: quae vox cum thymum denotet, medii aevi scriptores italicam gallicamque plantam eo nomine insignierunt. Primam iconem exhibuit Tragus.[18]

Sibthorpii coniectionem, ὕσσωπον ὀρεινήν Dioscoridis esse *Thymbram spicatam* L., applausu haud dignam iudico, quia a sola similitudine eius fruticis lignosi cum Hyssopo nostrate petita esse videtur. *Thymbram verticillatam* L. pari iure sic dixerat Dalechampius.[19 a]

Cap. XXVIII. Stoechadis nomen derivatur ab insulis Stoechadibus, quae e regione Massiliae sitae sunt, iam Hières dictae.[19 b] Γαλατίαν autem in textum recepimus, loco Γαλλίας, quod codd. C. et X. habent, quia et Strabo, civis Dioscoridis et tempore aequalis, Gallos ubique dicit

14) Hist. stirp. p. 288. 15) Flor. graec. I. p. 396. 397.
16) Obs. p. 264. 17) Ecphras. p. 67.
18) Herb. f. 18. 19 a) Hist. pl. 934.
19 b) Strabo 4. p. 24.

Γαλάτας, et portus habet *γαλατικούς*, et nomen Celtarum, qui Narbonitin incolant, *διὰ τὴν ἐπιφάνειαν*, dein ad omnes *Γαλάτας* transiisse[20], unde et terram ipsam *Κελτικὴν* nominat. Galatia asiatica appellationem ab ipsa gente celtica sortita est, quae, cum diu longisque erroribus vagata, ab Attalicis regibus eam terram accepit, quae Gallograecia postmodum et Galatia dicta est.[21] Hinc *Γαλατίαν τῆς Ἀσίας*, et *τῆς Εὐρώπης*, seu ut noster c. 25. loquitur, *κατὰ τὰς Ἄλπεις*, semper distinxerunt Graeci scriptores eius aevi. Deinde vero *Γαλλίας* nomen a Romanis didicerunt.

Planta, de qua sermo est, *Lavandula Stoechas* nobis dicitur, a Fuchsio, ni fallor, primo illustrata.[22]

Cap. XXIX. Origanum heracleoticum Cunilam gallinaceam Plinius[23], gallicam Apuleius[24] vocat. Matthiolus id primus recognitum illustravit[25], quod et Linnaeus antiquo nomine *Origani heracleotici* accepit. Spicae terminales longae, pedunculatae, laxe imbricatae videntur id exponere, quod *σκιάδιον ὥςπερ διῃρημένον* dicitur. Nec dissentit Sibthorpius, qui id in Graeciae montosis siccis haud rarum vidit.[26]

Cap. XXX. Si Onitis Origano similis foliis albidioribus, corymbisque cohaerentibus sibique incumbentibus distinguitur, est vel O. *Onites*, quod foliis subtomentosis ac spicis aggregatis praeditum est, vel O. *creticum*, quod multo magis fasciculatas oblongasque habet spicas, cuius folia, quanquam haud albescant, hirsutiuscula tamen et canescentia sunt. Illud Matthiolus nomine Origani III, Onitis, folio subrotundo pictum exhibuit[27]: illud etiam Sibthorpius vindicat.[28] Hoc vero tuetur Tournefortius[29], neque possum quin huic astipuler. Utramque autem speciem, Oniten e Sicilia, creticum e Creta ipsa acceptum, probe cognosco.[30]

---

20) Ib. p. 37.
21) Strabo lib. 12. p. 175. 176.
22) Hist. stirp. p. 778.
23) Lib. 20, 62.
24) C. 122.
25) Comment. p. 519.
26) Flor. graec. 1. p. 418.
27) L. c.
28) L. c.
29) Instit. p. 199.
30) *Ὀρίγανος λευκή* et *μέλαινα* Theophrasti (hist. 6, 2.) magnopere dubiae sunt. Cum haec dicatur *ἄκαρπος*, in mentem venit

Cap. XXXI. Origanum sylvestre, foliis origani, floribus albis umbellatis, dixerat Nicander *πανάκτειον κονίλην*[31], ubi scholiastes Petrichi testimonio suffultus, ab inventore Conilo nomen obtinuisse plantam affirmat, et e Diocle alia cognomina *ἡράκλειον*, *ὀρείγανον* et *πανακίδα* citat. Alio loco[32] *ἔγχνοα* folia *κονίλῃ* tribuuntur, quae lectio si vera, folia lanata designat; sed scholiastes legit *ἔγχλοα*, et tamen *φύλλα αὔχμηρα*, quasi somniabundus, interpretatur. Neglecta hac expositione, subsistamus in priore lectione, quae congrua Dioscoridi est. Hinc igitur vereor, ut recte iudicarint instauratores rei herbariae, Brunfelsius inprimis et Valer. Cordus, dum *Origanum vulgare* Dioscoridis *ἀγριορίγανον* esse existimant. Multo probabilior sententia Gerardi[33], qui *Origanum sylvestre album* constituit, varietatem vulgaris, quae bracteis calycibusque decoloribus, floribusque albis, foliis etiam incanis differt.[34]

Cap. XXXII. Tragoriganus duplex est, alter latifolius valde, glutinosus, alter gracilibus ramis foliisque angustis. Illum origano aut serpyllo sylvestri similem habet auctor. Fruticulus valde aut satis glutinosus nullus obvius est, nisi *Stachys glutinosa* L.[35] Thymum Mastichinam L. habet Clusius.[36] Alterum Tragoriganum omnino *Thymus Tragoriganum* L. esse videtur.[37]

Nomen *τραγορίγανον* dictum esse, quod hirci illud pascentes lascivi evadant, scholiastes Nicandri tradit.[38]

Origani Maru varietas, quae apud nos sine partibus fructificationis occurrit. Origani albi nomine venire apud Graecos eam plantam, quam Dioscorides hyssopum cilicium vocarit, Anguillara auctor est. (Sempl. p. 91.) Fuit igitur Origanum vel *smyrnaeum* vel *heracleoticum*, cuius acerrimam speciem ex Arcadia habebant. (Athen. 2, 77.) Tenedium origanum tamen etiam alio loco laudatur. (Ib. 1, 50.) Salsamentis gratiam addere dicebatur. (Ib. 2, 77.) Quin ipsae mulierculae sibi et amasiis strata ex origano suaveolente parare consuerant. (Aristoph. eccles. 1022.)

31) Ther. v. 626. 32) Ib. v. 762.

33) Herb. p. 626. 34) Crantz stirp. austr. p. 283.

35) Zanoni istoria p. 119. t. 81. Whelerus in Parnasso invenit (iter p. 350.)

36) Hist. I. p. 355. 37) Alpin. de plant. exot. t. 78.

38) Alexiph. v. 308.

Cap. XXXIII. Pulegium est vulgaris notitiae, *Mentha Pulegium*, per omnem Europam temperatam vulgaris. Herba acris est, oleo aethereo acerrimo praegnans, unde cuti applicita arrodit partes, rubefacit et immunda ulcera purgat. Emmenagogum tutum crediderunt etiam recentiores.[39]

XXXIV. De dictamno Dioscoridis cretico nunquam exstitit controversia, quanquam floribus fructibusque carere perperam statuat. Optime Virgilius:[40]

Dictamnum genitrix Cretaea carpsit ab Ida,
puberibus caulem foliis, et flore comantem
purpureo; non illa feris incognita capris
gramina, cum tergo volucres haesere sagittae.

Est *Origanum Dictamnus* L., cuius iconem fere primam Dodonaeus exhibuit.[41]

Idem etiam recognovit *ψευδοδίκταμνον*, *Marrubium Pseudodictamnum* L., quod non solum in Creta, sed in omni Graecia satis frequens est.

Tertium, foliis *σισυμβρίου* aemulis, et cuius flores *ὀριγάνου ἀγρίου* speciem prae se ferre dicuntur, Pona primus declaravit *Marrubium acetabulosum* L.[42], non Cretae soli proprium, ut Sibthorpius vult, sed et in insulis maris aegei et in Palaestina a Sieberio inventum. Haereo tamen in floribus nigricantibus, origani sylvestris flores referentibus: multo magis haereo in odore suavissimo, quem praecipue ducem eligo, ut *Thymum Mastichinam* L., in Hispania non solum, sed in omni etiam Graecia obvium[43], esse hunc dictamnum tertium coniiciam.

Cap. XXXV. Salviae cognomen aegyptium *ἀνουσί* esse legendum, quod salutiferum interpretatur, perhibet Rossius.[44] Quaenam salviae species intelligatur, potest omnino ambigi. Vero tamen est haud absimile, *Salviam* nostram *officinalem*, quae in asperis omnis Graeciae locis provenit, hac appellatione comprehendi.

---

39) Haller stirp. helv. n. 221.
40) Aen. 12, 412. 41) L. c. p. 281.
42) Mont. bald. p. 10. 43) Flor. graec. 1. p. 423.
44) Etym. aeg. p. 12.

Cap. XXXVI. *Mentha sativa* (*ἡδύοσμον* Graecis, نعناع (*naʿnaʿ*) Arabibus) vulgaris est notitiae. Nec *Mentha sylvestris*, quam Romani menthastrum vocarunt, controversa unquam fuit. Primus eam delineavit Tragus.[45]

Cap. XXXVII. Eo magis in contentione positae sunt Calaminthae, quarum tres species succincte, ut solet, enumerat auctor. Primam montanam, foliis ocimi similibus, sed albidis, Lobelius existimavit invenisse, cum Calaminthae alterius incanae nomine divulgaret.[46] Est mihi *Thymus Barrelieri*, quem Linnaeus Melissam creticam vocarat. Barrelierus enim Calaminthae, pulegii odore, eam delineavit.[47] In Graecia, Sicilia et Gallia australi eam provenire exploratum habemus. Alteram, pulegii odore, et Matthioli et plerique seriores pro *Thymo Nepeta* Scop. habent, nullo, praeter odorem, indicio. Ut tertiam vero divinarent, longum est, hallucinationes instauratorum narrare: nuperrimus scrutator Sibthorpius in *Melissa* a se vocata *altissima* substitit, quod nec affirmare ausim, nec negare, cum omnia nos deficiant indicia.

Cap. XXXVIII. Thymum Dioscoridis legitimum, quem Brunfelsius, Tragus ac Fuchsius pro *Thymo vulgari* habuerant, Matthiolus primus in *Thymo cretico* Brot. (Satureia capitata L.) recognovisse videtur.[48] Est frutex elegans, ramis lignosis albidis rigidulis, foliis fasciculatis lineari-lanceolatis glabris patentibus, capitulis terminalibus arcte imbricatis, bracteis oblongis coloratis ciliatis, floribus purpureis. A Lusitania inde ad Palaestinam in oris maris mediterranei omnibus reperitur. In Hymetto, Atticae monte, abundans, apibus gratissimus, *παράσημα τῶν Ἀθηνῶν* sistebat *θύμον ὑμήττιον* cum *ἰσχάσι.*[49] Et nostris temporibus laudationes mellis aromatici ex Hymetto monte non desierunt.[50] Theophrastus thymi semen cum flore quodammodo permistum cum iis etiam seri, esse etiam

45) Herb. f. 8 a. 46) Obs. p. 275.

47) Icon. t. 1166. 48) Comment. p. 531.

49) Athen. I. p. 50. Hinc et Virgilio thymum cecropium (georg. 4, 270.) et hyblaeum (ecl. 7, 37.) dicitur.

50) Wheler it. p. 47. Sibthorp. apud Walpole, p. 244.

lanuginem, cum qua seratur et e qua germinet.[51] Quippe sunt bracteae ciliatae ante calycem amplectentes, quae persistunt, dum maturescit semen. Bene animadvertit, thymum, nisi afflatum maris sentiat, haud provenire: hinc in vicinia orae, sicut olea, nec in Arcadia, crescere. Hinc *τὸ θύμον*, in interiore Africa, qua non pluere dicitur, obvium, nostra non esse potest planta, quando et *βολβός* et *ἀγριοκρόμμυον* cognomina *θύμου* edulis habentur.[52]

Cap. XXXIX. *Θύμβρα* est *Satureia Thymbra* L., fruticulus omnino Thymi cretici similis, ramis lignescentibus, foliis subfasciculatis spathulato-linearibus acutis hispidis punctatis, verticillis florum densis basi foliatis, floribus pariter purpureis. In Graecia, Asia minore, Africa boreali et Sardinia non raro provenit. Ut veteribus ciborum condimentum gratum erat[53], ita et hodie herba sicca contusa cibis inspergitur ad gratum odorem saporemque conciliandum.[54] Eam plantam in Creta inventam Honor. Bellus primus recognovit[55]; Clusius icone expressit, haud laudabili, quia et folia et verticilli a naturae forma desciscunt.[56] Meliorem exhibuit, Thymi cretici inscriptione, Barrelierus.[57]

Cap. XL. *Ἕρπυλλον* Graecorum *Thymum* nostrum *Serpyllum* esse, omnes consentiunt. Neque tamen facile dixerim, cur Nicander *κεροείδεα* dicat et scholiastes *κερατοειδῆ κατὰ τὰ φύλλα*[58]: namque in foliis saltem nihil cornuum simile animadvertimus. Sed Rossio haec appellatio ansam praebuit, ut aegyptium cognomen, quod *μηρονζόπ* legit, exponeret. Esse enim ad literas factam interpretationem *τῆς ζυγίδος κερατοειδοῦς*.[59] Serpyllum hortense, coronarium et odore maioranam imitans a plerisque cum Dodonaeo[60] pro *Thymo vulgari* habetur. *Ζυγίδα*, quam

51) Hist. pl. 3, 1. 6, 2.
52) Schol. Aristoph. Plut. v. 183. Hesych. *θύμον, τὸ σκόροδον.*
53) Aristoph. nub. 420. *θυμβρεπίδειπνος.*
54) Sibthorp. apud Walpole p. 244.
55) Ad Clus. p. 304.
56) Hist. 1. p. 358.
57) Ic. t. 898.
58) Theriac. v. 909.
59) Etym. aeg. p. 115.
60) Hist. p. 278.

iam Philinus Cous dixit[61], Clusius bene illustravit.[62] Est *Thymus Zygis* L.

Cap. XLI. *Σάμψυχον* vocem esse aegyptiam, testatur Plinius[63], quam diverso modo exponunt copticam linguam callentes. Iablonskius enim herbam unguentariam vertit[64], Rossius herbam crocodili.[65] Quod hic aegyptium nomen *σοφό* vocatur, vere est syriacum ܙܘܦܐ hyssopi (c. 27.), maioranae similis. Avicennae dicitur مرزنجش (*morsandschusch*), quod e *μαιζουράνα* corruptum videtur. Antiqua appellatio tandem transiit in مردقش (*mardakusch*), quo nomine hodie in Aegypto et Arabia maiorana insignitur.[66]

Ἀμάρακον autem Theophrasti eandem esse plantam[67] ac *σάμψουχον* Nicandri[68] et *σάμψυχον* Dioscoridis, testimoniis Dioclis Carystii[69] et Plinii[70] et Dioscoridis ipsius nititur, quanquam Nicander ipse, Galenus et Paullus Aegineta diversis locis et *ἀμάρακον* et *σάμψυχον* tradant.

Proferam sententiam veritati proximam. *Origanum Maiorana* L. originis est indicae et arabicae. Ex Arabia in Aegyptum migrasse, indeque in Graeciam, aegyptio *σαμψύχου* nomine, sed semper in hortis culta fuisse videtur. In Creta autem et Cyzico alia et simillima species spontanea est, *Origanum Maru* L., quam *Maioranoidem* Willdenovius dixit. Differt vero a Maiorana, tum radice perenni, tum foliis ovatis obtusis incano-tomentosis, tum ramis filiformibus. Folia Maioranae contra elliptica sunt et glabriuscula. Cetero florendi modus idem in utraque. Origanum Maru igitur fuisse *ἀμάρακος* videtur, quem mollem Virgilius vocat.[71] Maru cretici nomine P. Alpinus adumbravit.[72] Esse Maioranam hortensem

61) Athen. 15, 28. 62) Hist. 1, 358.
63) Lib. 21, 35. 64) Opusc. 1. p. 260.
65) Etym. aeg. p. 182.
66) Forskol. flor. aeg. arab. p. LXVIII. CXIV.
67) Hist. pl. 6, 7. 68) Ther. v. 617.
69) Athen. 15, 27. 70) Lib. 21, 35.
71) Aen. 1, 698. 72) Plant. exot. p. 288.

perennem tenuiorem Morisonii, Willdenovius statuit, sed nec icon quadrat, nec synonyma congruunt.

Cap. XLI. *Μελίλωτος* sine dubio est *Melilotus officinalis* Lam., per omnem Europam satis vulgaris, cuius odor fortis notissimus εἰς πλείω χρόνον διαμένει[74], ut et herbaria, saeculo elapso, eum oleant.

Quaenam vero sit Melilotus Campaniae foeni graeci aemula infirmoque odore, haud facile dixerim, cum ambigua sit ea similitudo, sive colorem floris, sive fructus formam complectatur. Si floris colorem spectaveris, adest Mel. *vulgaris* Willd., seu *leucantha* Cand., floribus albidis insignis, si habitum et, quodammodo saltem, leguminis formam, Mel. *coerulea* Desv. citari potest ob legumina acuta. Multo minus Fuchsii sententia approbanda videtur, qui *Trigonellam corniculatam* L. Melilotum italicam vocat[75], licet flores odoratissimi sint.

Cap. XLII. Marum Dioscoridis cum Dodonaeo[76] plerique habuerunt plantam, quam Linnaeus *Thymum Mastichinam* dixit. Alii, Matthiolo duce[77], *Teucrium Marum* L. sic nominarunt, quod, etiamsi fragrantissimum, nullam tamen floris habet cum origano similitudinem. Neque extra Hispaniam provenire certum est. Hinc Sibthorpius *Origanum sipyleum* huc reduxit, tum quia in Asia minore sola et Euboeae monte, praesertim inter Bursam et Smyrnam, invenit[78], tum quia flores ad Origanum, nempe heracleoticum et creticum, accedunt. At folia albidiora? O. sipyleum gaudet foliis glaucis, glabris: ergo cohibeo consensum.

Cap. XLIII. Acini herbae difficultates sensisse non videntur, qui, Ruellio, Fuchsio[79], Lobelioque praeeuntibus[80], eam plantam huc traxerunt, quam Linnaeus *Thymum Acinon* dixit, in omni Europa vulgarem, nullo modo odoratam, nec coronariam. Cum Plinius asserat, Ac-

73) Hist. 3. p. 359. 74) Theophr. causs. pl. 6, 14.
75) Hist. p. 526. 76) Hist. p. 271.
77) Comm. p. 537.
78) Flor. graec. 1. p. 417. Magnesia et Tralles 400 stadia (13 milliaria germanica) a Smyrna distant.
79) Hist. p. 895. 80) Advers. p. 215.

gyptios serere acinon et coronarum caussa et ciborum, esseque ocimum, nisi hirsutior esset et admodum odorata [81], ecquis non satius duxerit, cum Anguillara inscitiam fateri, quam ad tam vilem plantam confugere? Planta aegyptia hortensis omnino Fabio Columnae visa est ad Ocimi ipsius speciem pertinere [82], quam dein Linnaeus O. *Monachorum* vocavit. Sed, quanquam hirsutam caule dicat plantam Columna, folia tamen aeque glabra sunt ac Ocimi Basilici. Quae cum ita sint, O. *pilosum* potius Willdenovii, aut *suave* eiusdem (O. urticaefolium Roth.), quorum patriam ignoramus, quae tamen ex omni aetatum memoria in hortis coluntur, huc pertinere persuasum habeo.

Cap. XLIV. Temeritatis accusandus insuetae Anguillara, si omne hoc caput mutilum et laceratum e capite Cratevae de Asaro sumtum esse, atque a librario sciolo quodam ita assutum, ut et in Oribasio et Paullo, quae ibi reperiuntur de Baccharide, adscripserit, perhibet.[83] Plinius omnino et bacchar ab asaro distinguit: e radice odorata unguenta conficiebantur, quorum frequens fit apud veteres mentio.[84] Anguillaram refellere studuit Matthiolus; a Lacuna et Iul. Moderato, pharmacopola Ariminensi, acceptam plantam pro vera Baccharide habet.[85] Haec, licet male delineata, est *Conyza squarrosa* L., quae, licet fortem aromaticum spiret odorem, fragrans tamen aut suaveolens dici nequit. Neque flores purpurei et subalbicantes, sed flavo-rubicundi recte dicendi sunt.

Leon. Rauwolfius longe aliam Baccharidos nomine plantam in medium protulit: *Guaphalium sanguineum* L., quam in Libano invenit.[86] Est omnino planta cubitalis, tota albo-lanata, floribus corymbosis belle purpureo-albi-

---

81) Lib. 21, 101. 82) Phytobas. p. 23. 24.

83) L. c. p. 25 — 28.

84) Hipp. de nat. mul. p. 535. 549. Erot. expos. voc. Hipp. *Βάκχαρις, εἶδος βοτάνης καὶ μύρου.* Athen. 15, 41. Lucian. Lexiph. p. 187. Plin. 21, 77.

85) Comm. p. 538.

86) Iter german. n. 285. App. ad Dalech. p. 33.

cantibus. Eius etiam meminit Breynius.[87] Barrelierus ab alio bene delineatam operi suo inseruit.[88] Russelius circa Halepum Syriae[89], Sieberius in locis Palaestinae petrosis invenit mecumque communicavit. Cuius quanquam adspectus satis congruit cum Dioscoridis descriptione, de odore tamen nihil constat, neque in sicca planta percipi potest.

Cap. XLV. *Ruta montana* et *hortensis* antiqua nomina retinuerunt. Vires, praesertim montanae et sylvestris, a recentioribus fere eodem modo observatae sunt ac a Dioscoride. Planta enim tantae est acrimoniae, ut per triplices chirothecas ad legentis manus penetrare, et capiti nudo imposita erysipelas et pustulas ulcerosas excitare testetur Clusius.[90] Epispastici quoque loco non semel adhibita fuit.[91] Adversus venena pestifera acetum ex ea confectum per plura saecula valuit.

Rutam hortensem esui aptiorem esse, quae iuxta ficus proveniat, haud absonum est, quoniam in laeto solo acrimoniam noxiam perdit. Sed aliena a ratione tradunt Aristoteles[92] et Theophrastus[93], inseri posse ficubus rutam.

Cap. XLVI. Rutam sylvestrem Dioscoridis cum Linnaeo nominamus *Peganum Harmala*. Videtur *ἅρμαλα* arabicae esse originis, حرمل. Ita enim planta in arabicis scriptoribus et ab Aegyptiis appellatur. *Χουρμᾶ* Afrorum eadem vox est, omisso ل finali. Cum vero Galenus dicat: *Βήσασα σπέρμα ἐστὶν ἐν Συρίᾳ γεννώμενον τοῦ ἀγρίου πηγάνου, ὃ δὴ οἱ ἐντόπιοι ἅρμαλα καλοῦσι*[94], cum nec radicem arabicam eius vocis deprehendamus, Rossii coniectura audienda esset, compositam esse vocem ex הַר, *mons*, et מֹל, *moly*[95], nisi contrariam haberemus ebraicae linguae ingenio eiusmodi compositionem. Postponi enim הר debuisset, non anteponi. De syriaca ipsa et aegyptia appellatione exponenda nil inveni.

---

87) Cent. p. 146. 88) Barrel. ic. t. 34.
89) Hist. nat. Alepp. 1. p. 195. 90) Hist. 2. p. 136.
91) Haen rat. med. 11. p. 66. 92) Problem. 20, 18.
93) Causs. pl. 6, 6. Plutarch. sympos. 5, 9.
94) De comp. med. sec. loc. 9. p. 257. 95) Etym. p. 37.

Planta ipsa a Dioscoride bene descripta est, ut nec capsula trilocularis cum seminibus angulatis, haud proprie triangularibus, taceatur. Crescit autem ad oras maris mediterranei, ponti euxini et maris caspii.

Cap. XLVII. *Μῶλυ* nomen Rossius autumat aethiopicae esse originis, ubi radix, etiam arabica ملخ, *evellere, extrahere* signat, ut intelligatur *χαλεπὸν δέ τ᾽ ὀρύσσειν,* ut cum Homero loquar.[96] Ea vero derivatio nimis anxia et quasi ex angulo quaesita mihi videtur, cum finalis litera خ haud ita reiici possit.

In moly definiendo haud parum desudarunt patres rei herbariae. Folia dicuntur graminea, flores lactei coloris, caulis tenuis, quatuor cubitorum: quae proceritas cum incredibilis sit, Clusius iam loco *πήχεων δακτύλων* esse legendum statuit.[97] Ita is cum Matthiolo[98] *Allium subhirsutum* L. subesse arbitratur. Alii ad All. *magicum* L. consilium transtulerunt, Dodonaeo praeeunte.[99] Id omnino habet caulem procerum, ut tres saltem pedes superet, sed florem purpurascentem, qui tamen in frigidioribus locis omnino albidus est[100], sicut et in Germaniae hortis semper occurrit. Quam Sibthorpius in Caria, Mysia et Cypro inventam plantam *Allium Dioscorides* dicit, caule interdum tri-vel quadricubitali, propius nec descripsit, nec eius specimen reportavit, unde de eo nihil plane praedicari potest[1], nisi forte varietatem esse A. magici proceram. Ceterum instauratores rei herbariae Moly nomen genericum stabilierunt, et inter alias species etiam luteum habuere[2], quod Linnaeus tandem, arbitrio magis quam iure, *Allium Moly* vocavit.

Fabulosa esse, quae Plinius narrat de allata sibi e Campaniae saxis radice XXX pedes longa, et ne sic quidem solida, sed abrupta, quam ad Moly pertinere opinatur, exploratum habemus.[3]

---

96) Rossi p. 126. Od. 10, 305.
97) Plant. hispan. p. 256. 257. 98) Comm. p. 544.
99) Hist. p. 985. 100) Broter. fl. lus. 1. p. 546.
1) Flor. graec. 1, p. 222. 2) C. Bauhin. pin. p. 75.
3) Lib. 25, 8.

Cap. XLVIII. *Πάνακες Ἡράκλειον* uno fere ore patres rei herbariae declarant *Heraclei* speciem, quam Linnaeus *Panaces* vocavit. Repugnant vero tum lutei flores, quos πάνακες Dioscoridis gerit, tum liquorem resinosum, ὀποπάναξ dictum, ex ea planta colligi. Est igitur potius *Ferula Opopanax* mihi, quam Linnaeus binis locis Pastinacae et Laserpitii generibus adscripsit. Panacis peregrini nomine e seminibus inter grumos opopanacis inventis educatam plantam Dodonaeus primus illustravit.[4] Tum Lobelius[5] se prope Monspelium inventum Panax heracleum exhibuit. Egregie hanc plantam nostra aetate adumbravit Kitaibelius.[6] Ingenue tamen fateor, dubia nonnulla superesse: protinus enim ambitus foliorum quinquepartitus potius ad Heraclei speciem quadrat: dein etiam lanugo alba non adest in caule, sed setis albidis hispidus est. Videntur autem minoris esse momenti, quando etiam patria congruit. Ferula Opopanax enim praesertim in Peloponneso et Boeotia a Sibthorpio indicatur.

Cap. XLIX. *Πάνακες Ἀσκληπιόν* a Matthiolo obscura icone, nulla addita descriptione, traditur. Aliam iconem Dodonaeus exhibet, quae *Cachryn*, ut videtur, *Libanotida* L. repraesentat.[7] Fabius Columna *Thapsiam Asclepium* L. sic vocat.[8] Equidem ob odorem totius plantae suavissimum mallem *Echinophoram tenuifoliam*, in Graecia vulgarem, et a me iam diu cultam, huc referre.

Cap. L. *Πάνακες Χειρώνιον* a Theophrasto[9] aliter describitur. Folia habere lapatho similia, sed maiora et hirsutiora, florem aureum, radicem demum exilem[10]; amare pinguia loca. Noster vero suum Pelio monti tribuit, folia origani habere, florem pariter aureum. Similia canit Nicander:[11]

---

4) L. c. p. 309. 5) Adv. p. 312.
6) Plant. hungar. 3. t. 211. 7) L. c. p. 308.
8) Ecphras. 1. p. 86. 87. 9) Hist. pl. 9, 11.
10) Loco ῥίζαν μικράν schol. Nicandri v. 504. legit μακράν.
11) Ther. v. 500 — 505.

Πρώτην μὲν Χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἑλέσθαι,
Κενταύρου Κρονίδαο φερώνυμον, ἥν ποτε Χείρων
Πηλίου ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσσατο δειρῇ·
τῆς μὲν ἀμαρακόεσσα χυτὴ περιδέδρομε χαίτη,
ἄνθεα δὲ χρύσεια φαείνεται, ἡ δ' ὑπὲρ αἴης
ῥίζα, καὶ οὐ βυθόωσα Πελεθρόνιον νάπος ἴσχει.

Quaenam sit planta, haud ausim certo pronunciare. *Helianthemum vulgare* Pers., quod Matthiolus huc refert[12], nullas habet, quod sciam, medicas vires. Theophrasti plantam Anguillara habet *Inulam Helenium.*[13] Sed Nicandri Dioscoridisque planta ob tonicas et balsamicas vires et ob locum in montibus Graeciae natalem, videtur potius esse *Hypericum origanifolium* Willd., quod in Graeciae Asiaeque minoris montibus provenire comperimus. Ultra autem, quo progrediar, quam ut veri videam similia, non habeo.

Cap. LI. Ligustici exemplum docet, quam parum exacta sit plantarum descriptio apud veteres. Duae potissimum sunt plantae, quae sibi tum ob patriam, tum propter usum domesticum apud incolas Liguriae, nomen λιγυστικοῦ Dioscoridis poscant. Prima est *Ligusticum Levisticum,* sed quis folia lata, subcoriacea, lucida cum foliis Meliloti comparaverit, nedum ut dicat teneriora? Quis cauliculum tenuem pronunciaverit, qui vulgo digiti aut pollicis etiam crassitiem habet? Quis denique suaveolentem habuerit plantam, odore forti quidem, sed nequaquam grato, insignem?

Altera planta est *Laserpitium Siler*, cuius caulis omnino gracilior est, cuius folia quodammodo cum Meliloti foliis conferri possunt, sed solidum semen neutiquam adest, cum alatum sit.

Sed adest tertia planta, quae etiam magis a descriptione recedit, *Imperatoria Ostruthium,* quam Anguillara huc refert[14], cum Matthiolus secundam, primam autem Brunfelsius et Tragus tueantur. Totam descriptionem man-

---

12) Comm. p. 546.
13) L. c. p. 89.
14) L. c. p. 211.

cam puto esse et erroneam: sed si optio est, satius duxerim, ad Matthioli sententiam accedere, ut Laserpitium Siler, et varietatem quidem angustifoliam, quam Sileris montani nomine Dodonaeus exhibuit[15], pro λιγυστικῷ Dioscoridis habere.

Cap. LII. *Σταφυλίνου* nomen aegyptium Rossius legit[16] *πὰ βεβίῤε*, quod signet *bryoniae similis.* Nomen punicum Bochartus e syriaco idiomate ܐܘܟܡ, *nigrescere,* derivat.[17]

Quod ad *σταφυλίνου* significatum attinet, nequit alia esse planta, quam *Dauci Carotae* vel varietas sylvestris, vel etiam *Daucus guttatus* Sibth. Abortientes enim centri umbellae flosculi, qui in carnosum, purpureum corpus mutantur, iis speciebus peculiares sunt. Quare etiam patet, Pastinacam nostram neutiquam huc trahi posse, etiamsi Columella dicat, pastinacam edomitam *σταφυλῖνον* esse.[18] Nec Theophrasti *σταφυλῖνος ἄγριος* certo huc pertinet, cum medicorum nonnulli *κέρας* eum nominare dicantur[19], quod potius cum Ammi Visnaga Lam. congruit.

Cap. LIII. Seseli massiliense primus Fuchsius illustravit.[20] Iconem autem exhibuit *Dauci Gingidii.* Eum sequitur Dodonaeus. Valer. Cordus illo nomine insignit *Laserpitium Siler.* Quam Matthiolus exhibet, obscura iterum est, forte *Ligusticum pyrenaicum* Gouan. Aliam exhibuit Lobelius[21], male pictam, quam etiam Anguillara agnoscit, *Seseli tortuosum.* Optime id exprimitur in serioribus Matthioli editionibus. Cum in eo et Clusius quiescat, viresque plantae admodum medicatae videantur, in eo etiam subsistamus.

Cap. LIV. Seseli aethiopicum optime ab Anguillara describitur[22], quale in Gallia Narbonensi proveniat. Est *Bupleurum fruticosum* L.

Cap. LV. Seseli peloponnesiacum habetur a Matthiolo ac plerisque eum excipientibus pro *Ligustico pelopon-*

---

15) L. c. p. 310.
16) L. c. p. 30.
17) Can. p. 754.
18) Lib. 9, 4. 5. et 11, 3. 35.
19) Hist. pl. 9, 15.
20) L. c. p. 786. 787.
21) Adv. p. 352.
22) L. c. p. 212.

nesiaco, cui quanquam Lobelius et Dodonaeus *Thapsiam villosam* opponant, repugnat tamen omnis descriptio. Quam Anguillara habet, *Myrrhis odorata* Scop., maxime placet ob odorem gratum. Angelica sylvestris L., quam Sibthorpius, licet interrogans, huc trahit, longe aliena est.

Cap. LVI. Tordylium, quod et seseli creticum dicitur, nomen suum servavit. Est *Tordylium officinale* L., cuius semen subrotundum scutiforme bene hic exprimitur. Additamentum spurium male intellectam seminum formam complectitur.

Cap. LVII. De Sisone definiendo desperarunt paene omnes rei herbariae instauratores, quamvis Dalechampius[23] aliique eius loco plantam eam ponant, quae amomum officinarum medii aevi largiebatur, a Linnaeo *Sison Amomum* vocatam. Consentit seminis forma cum colore ac sapore, neque video, cur in Syria crescere nequeat, cum in Asia minore a Sibthorpio inventa sit planta.

Cap. LVIII. Anisum in nullam venit contentionem. Planta, in Aegypto et Graeciae arvis spontanea, in hortis Germaniae frequenter culta, a Linnaeo ad Pimpinellae, a me ad Sisonis genus relata est.

Cap. LIX. Nec Carum ambiguum est, servato ipso nomine. Radices teneriores omnino inter acetaria recipiuntur.

Cap. LX. Nec quisquam in Anetho haerebit, vulgari hortorum incola, spontanea per Europam australiorem, Asiam minorem, ipsamque Africam australem. Pastinacae generi eam accenseo. Cognomen aegyptium Rossius probabili coniectura ex arabico أرج, *odoratus*, proficisci consequitur.[24]

Cap. LXI. Cyminum sativum est *Cuminum Cyminum* L., in Aegypto Asiaque minore spontaneum. Dicitur Hippocraticis *κύμινον αἰθιοπικόν*[25]; *βασιλικόν* vero in

---

23) L. c. p. 708. 709. 24) L. c. p. 8.

25) De morb. 5. p. 521. De intern. aff. p. 492. De nat. muliebr. p. 558. de morb. mul. 1. p. 655.

nostris saltem editionibus non legitur. E semiticis dialectis origo vocis *κύμινον* petenda esse videtur, cum כַּמּוֹן Ebraeis multo antiquius sit.[26]

Cap. LXII. Cymini sylvestris duae species enumerantur, quorum primum bene descriptum a Matthiolo et aliis pro *Lagoecia cuminoide* L., in Graecia frequente, declaratur. Alterum est controversum. Valer. Cordus enim *Nigellam arvensem* habet, cuius folia Cymini sativi similia, semina in corniculis erectis Nigellae sativae seminibus similia sunt. Conr. Gesnerus *Delphinium Consolidam* ita vocatum esse arbitratur.[27] Lobelius *Hypecoum procumbens* et *pendulum* adducit, iconibus expressa.[28] Quodsi autem concedimus, folia Hyp. penduli quodammodo accedere ad foliorum Cumini sativi formam, siliquae corniculatae neutiquam erectae, sed semper pendulae sunt. Quibus bene reputatis, Valerii Cordi sententiam dignam esse censeo, quam amplectemur.

Cap. LXIII. Ammi aethiopicum aut alexandrinum a Dodonaeo, ni fallor, primo recognitum[29], et a Forskoleo ad Linnaeum missum, ab hoc *Ammi copticum* appellatum, ex India potius orientali originem habet. Ibi enim semina, *Adiowaen* nomine, tanquam aroma acre, praeprimis usitata[30], ad nos etiam ex India orientali advehuntur.

Cap. LIV. De Coriandro nulla exsistere potest difficultas. Nomen punicum est manifesto ebraeum גַּד, كزبر Arabum.

Cap. LXV. Hieracium maius a Conr. Gesnero[31] primo recognitum, cum *Arnopogone picroide* Willd. satis congruit, unde et, licet cum dubitationis signo, a Sibthorpio[32] ad eam speciem reducitur. Longum est, quas reliqui instauratores rei herbariae captarunt, plantas enumerare. Sic a Matthiolo *Crepis biennis*, a Tabernaemon-

26) Ies. 28, 25. *Καρναβάδιον* est nomen Cymini apud seriores Graecos. (Geopon. 2, 28.)

27) De hort. German. f. 265 b.

28) Adv. p. 330. 331.

29) L. c. p. 301.

30) Fleming in Asiat. research. 11. p. 170.

31) De hort. Germ. f. 261 b.

32) Flor. graec. 2. p. 121.

tano Cr. *Dioscoridis* nomine Hieracii maioris insigniuntur. Punicum nomen Bochartus ex arabico سنل (*salal*), *aquila*, derivat.[33] Sic et ἱεράκιον μικρὸν σιθιλεσαδέ appellatur: ebraice סְתִיל הַשָּׂדֶה. Etymologiam vocis ἱεράκιον fabulosam Plinius tradit[34]: accipitres scalpendo herbam succoque oculos tingendo obscuritatem discutere.

Cap. LXVI. Hieracium minus Dioscoridis pari fere iure rati sunt C. Bauhinus *Hypochoerin* esse *glabram*, Sibthorpius *Scorzoneram elongatam* Willd.

Cap. LXVII. Apium hortense, in omni antiquitate celebratissimum, spontaneum est in locis asperis Graeciae[35] et ad sepes Sardiniae.[36] Plantatum in περικήποις, atriis hortorum, fuisse legimus[37]: unde proverbium de eo, qui rem nondum orditus est: οὐδ᾿ ἐν σελίνοις εἰσί. Herbam petroselini mammis impositam tubercula discutere, et nostra experientia probatur. In puncturis etiam insectorum ex adminiculis praestantibus est.[38]

Cap. LXVIII. Apium palustre vocatur a Linnaeo *graveolens*, vulgaris notitiae.

Cap. LXIX. Ὀρεοσέλινον olim pro *Selino Oreoselino* Scop. habui, sed hoc nec in Graecia provenire videtur, nec spithamam duntaxat altus est caulis. Dodonaeus tamen ita iudicat.[39] Anguillara esse Chaerophyllum nostrum sativum perhibet.[40] Conr. Gesnerus *Athamantam Libanotida* pro eo venditat.[41] Ex his sententiis ultima magis arridet. — Nomen aegyptium ἀνωνίμ Rossius vult *ad petras nascens* significare.[42]

Cap. LXX. Πετροσέλινον μακεδονικόν est *Athamanta macedonica* mihi (Bubon L.). Galenus eam plantam ἐστρεατικὸν πετροσέλινον vocat a regione, ubi gignatur. Paucum omnino in Macedonum terra provenire, quamvis a Macedonibus in omnes nationes divendatur. Sed nasci

33) Can. p. 754.
34) Lib. 20, 26. Cf. Aelian. hist. anim. 2, 43.
35) Flor. graec. 1. p. 205. 36) Moris elench. 1. p. 21.
37) Schol. Aristoph. vesp. v. 478.
38) Tissot avis au peuple, p. 559.
39) L. c. p. 696. 40) L. c. p. 123.
41) De hortis Germ. f. 247 b. 42) Etym. aeg. p. 15.

etiam in Epiro, unde prius in Thessalonicen, et ex eo portu in omnes regiones apportari.[43] Tanta autem eius erat seriore aetate consumtio, ut *κατ' ἐξοχὴν κοδιμέντον* (condimentum) appellaretur.[44] *Μακεδονίσιον σπέρμα* tamen vocat Nic. Myrepsicus.[45]

Cap. LXXI. *Ἱπποσέλινον*, quod etiam nunc *Smyrnium Olusatrum* vocatur, distinguitur a *σμυρνίῳ* capitis sequentis, sicut et Galenus probe ea discriminat.[46] Crudum hipposelinon haud mandi, idem perhibet, noster utique, sed muria conditum. Plantam, in Europa australi vulgarem, iam Fuchsius bene illustravit.[47]

Cap. LXXII. Smyrnium Amani montis, quod et in Italia, Galloprovincia ipsaque Pannonia provenit, est peculiaris species, quam *Sm. Dioscoridis* dixi, quod auctor noster eam satis apte descripsit. Matthiolus primus nomine Smyrnii cretici exhibuit[48]: nostris vero temporibus Kitaibelius eximie illustravit.[49] Radix est napiformis, pollicaris, extus fusca, intus albida, sapida. Folia radicalia triternata sunt, caulina superiora cordato-hastata, amplexicaulia, flavescentia. Caulis est superne quadrialatus. Aliam speciem, *Sm. perfoliatum* L., primus Dodonaeus[50] huc traxit, quod caule tereti differt.

Cap. LXXIII. *Ἐλαφόβοσκον* sine dubio est *Pastinaca sativa*: sicut et *σίσαρον* (2, 139.) forte huc pertinere diximus. Nomen punicum Bochartus egregie exposuit ex ebraica lingua: חֵשֶׁק אַקּוֹ, *desiderium rupicaprae.*[51] Cervis enim, quorum pabulum gratum noster dicit, quique in Africa desunt, Afros rupicapras substituisse.

Cap. LXXIV. Ad foeniculum nihil habeo, quod addam.

Cap. LXXV. *Ἱππομάραθρον* dictam fuisse plantam foeniculo similem, *διὰ τὸ μέγεθος*, ergo multo altiorem, asserit Galenus[52], et Strabo peregrinantium mendaciis

---

43) De antidot. 1. p. 76. 77.
44) Geopon. 12, 1. 45) Sect. 1, 1.
46) De fac. alim. 2. p. 637. 47) L. c. p. 527.
48) L. c. p. 366. 49) Plant. hungar. 1. t. 23.
50) L. c. p. 693. 51) Can. p. 755.
52) De fac. simpl. 7. p. 68.

oneratus, retulit, in Mauritania hippomarathrum, staphylinum etiam et scolymum ad duodenûm cubitorum proceritatem ascendere, crassitudinem autem palmorum quaternûm.[53] Honor. Bellus[54] et Anguillara[55] plantam credunt recognovisse: est *Cachrys Morisonii* Vahl.

Alia hippomarathri species *Seseli* esse videtur, vel quod Rivinus primus et post eum Linnaeus *Hippomarathrum* vocavit, vel aliud. Tabernaemontanus sic appellavit *Cnidium Silaum* mihi. Equidem nihil decernere ausim. — Nomen aegyptium, σαμψοΐς scribendum, comminutionem calculi indigitare, Rossius perhibet.[56]

Cap. LXXVI. In Dauci tribus speciebus prima sine dubio est *Athamanta cretensis*, quam et Lobelius et Matthiolus huc trahunt. Daucum secundum iam Tragus et Lobelius pro ea planta declarant, quam Lapeyrousius *Peucedanum Cervariam*, Linnaeus Athamantam Cervariam vocarunt. Daucum tertium Honor. Bellus male habuit *Peucedanum nodosum* L., rarissimam Cretae plantam[57], quae tamen statim floribus luteis recedit. Equidem *Seseli ammoides* congruere video, quod et in arvis Graeciae Sibthorpius invenit.

Cap. LXXVII. *Δελφινίου* duas species ad genus Delphinii pertinere, exploratum est. Delph. *Aiacis*, quod saepe rubro flore obvium est, primam, et secundam speciem, ni fallor, D. *tenuissimum* Sibth. exprimit. In Attica saltem posterius provenit.

Cap. LXXVIII. *Πύρεθρον* Dioscoridis Tragus primus declarat esse *Anthemida Pyrethrum* L.[58], sequentibus Fuchsio[59] et Dodonaeo.[60] Huic sententiae refragatur *σκιάδιον*, quod in flore agnosci nequit, nisi ad vagam saepe Dioscoridis dictionem refugiamus. Ut *σκιάδιον*, umbella, servetur, Matthiolus sine patria et descriptione plantae iconem, ut videtur, plantae exhibuit Pyrethri veri no-

53) Lib. 17. p. 645.
54) Ad Clus. p. 300.
55) L. c. p. 124.
56) L. c. p. 183.
57) L. c. p. 301.
58) L. c. p. 175.
59) L. c. p. 641.
60) L. c. p. 347.

mine[61], quam repetiit Dalechampius.[62] Haereo autem, sitne *Ligusticum simplex* Vill., an *Phellandrium Mutellina* L., quam recte Gaertnerus *Mei* generi adscripsit. Tertiam plantam adiecit Conr. Gesnerus[93], quam et cum Dalechampio communicavit.[64] Ea *Meum athamanticum* Iacqu. esse videtur. In tam perplexis appellationibus satius duco, ad pristinam Tragi redire.

Cap. LXXIX. *Λιβανωτίς* triplex est. Prima foliis foeniculi, sed crassioribus latioribusque, seminibus teretibus ac angulosis seu sulcatis, sine omni dubio est *Cachrys Libanotis* L., quae in Sicilia et Africa boreali indicatur. Primus eam Matthiolus agnovit.[65]

Altera, semine lato odoratoque, sphondylii formá, ad *Ferulae* genus pertinere videtur: forte F. *nodiflora* L., quam in Sicilia, Mauritania, Cypro, Asia minare et ipso Caucaso spontaneam esse comperimus.

Tertia ἄκαρπος, et in Theophrasto obvia[66], certo explanari nequit. Tabernaemontani saltem coniectura[67], *Prenanthem* esse *purpuream*, defendenda non est.

Κάχρυ est fructus primae libanotidis, qui Theophrasto κάχρυς[68], ipsaque planta καχρυφόρος[69], ut Nicandro καγχρυόεσσα et καγχρυφόρος vocatur.[70]

De libanotide, quae ros marinus Romanorum, pauca addenda sunt. Prima eius, ni fallor, mentio fit a Virgilio, dum canit (georg. 2, 213.):

„Vix humilis apibus casias roremque ministrat.“

et iterum (aen. 6, 230.)

„Spargens rore levi et ramo felicis olivae.“

In serioribus nomen δενδρολιβάνου acquisivit, quo Geoponici (11, 16.) appellant, et quod etiamnum valet.

Cap. LXXX. *Σφονδυλίου* nomen servatum est in *Heracleo Sphondylio* L. Nomen aegyptium plantae e co-

---

61) L. c. p. 574. 62) L. c. p. 1170.
63) De hort. Germ. f. 274 b. 64) L. c.
65) L. c. p. 375. 66) Hist. pl. 9, 11.
67) Herb. p. 313. 68) Hist. pl. l. c.
69) Ib. 3, 5. 70) Ther. v. 40. 850.

ptica lingua exposuit Rossius.[71] Esse nimirum *ἀπεσὴρ, τῇ κεφαλῇ ἐμβρεχόμενος.*

Cap. LXXXI. *Νάρθηξ* est *Ferula communis* L. Additamentum de hac planta sagapenum largiente iure suo spurium habet Marcellus: deest etiam in cod. C., unde uncinis includenda erant verba: *ὁ γοῦν νάρθηξ* ad finem usque.

Cap. LXXXII. *Πευκέδανος* aut *πευκεδανόν* nomen habet a *πεύκη*, cuius foliis folia Peucedani comparantur. Est autem *Peucedanum officinale* L., cuius radix succo scatet protinus albido, cum siccescit vero, luteo, unde et Anglis *sulphur-wort* planta dicitur. Theophrastus fallitur, dum eum laticem supervacuum habet.[72] Efficacia eius et a Io. Bauhino confirmatur.[73]

Cap. LXXXIII. *Μελάνθιον* est *Nigella sativa*, vulgaris notitiae.

Cap. LXXXIV. De Silphio plura scribere possem, quam quae hic locus caperet. Haec enim studia, dum adolescerem, auspicatus[74], aetate constanti continuavi, et, cum iam consenui, de iis non desistam. Et primum quidem de nominibus.[75]

Σίλφιον dicitur hic tota planta, quemadmodum et apud Herodotum[76], quanquam Galenus innuat, radicis appellationem sensim ad omnem transiisse plantam.[77] Radicem solam *σίλφιον* nominant Antiphanes[78], Iul. Pollux[79] et scholiastes Nicandri.[80] Theophrastrus caulem plantae *μαγύδαριν*, folium *μάσπετον*, semen *φύλλον* vocat[81], cum noster radicem *μαγύδαριν*, caulem *μάσπετον*, quam alii *καυλόν*, vocet. Hesychius: *μαγύδαρις, ὀπὸς σιλφίου. Μάσπετα, τὰ πρῶτα τοῦ σιλφίου πέταλα.* Quae quidem ap-

71) L. c. p. 13. 72) Hist. pl. 9, 20.
73) Hist. pl. tom. 3. p. 376.
74) Apol. des Hippocr. 2. p. 339. Beitr. zur Gesch. der Med. 1. p. 210.
75) Gesch. der Bot. 1. p. 66. Comment. in Theophr. p. 224.
76) Lib. 4. c. 169.
77) Comm. in Hipp. de victu acut. 4. p. 877.
78) Athen. 1, 50. 79) Lib. 6. c. 67.
80) Alexiph. v. 508. 81) Hist. pl. 6, 3.

pellationes probant, quanti aestimata sit planta, nobilissimum liquorem, ὀπός vulgo aut ὀπὸς *κυρηναϊκός* Graecis, laser Romanis dictum, largiens. Cum autem mediae aetatis Graeci *βαρβαροφωνεῖν* coepissent, pluraque etiam ex Agarenorum (Arabum) lingua mutuare; pretiosus is liquor *ἡνιτζὶν* nomine insigniebatur[82], quod corruptum esse ex arabico انجدان (*andschedân*), aut potius persico چینکسه (*kindschisah*), plantae nomine[83], videtur. Cetero et حلتيت (*hhaltit*) nomen plantae apud Arabas satis vulgare est. Haec de appellationibus, iam ad patriam.

Antiquissima plantae memoria, ab Herodoto servata, patriam exacte designat Cyrenaicam regionem, a Platea insula ad Syrtis usque os.[84] Theophrastus locum Africae amplum occupare silphium tradit, maiorem scilicet quatuor stadiorum millibus (centum mill. german.) ab Evesperidibus usque. Maiorem autem partem circa Syrtes colligi. Peculiare huic plantae memorat, quod loca culta fugiat.[85] Hippocraticus auctor, saepius tentatam fuisse *σιλφίου* culturam vel in Ionia, vel in Peloponneso, sed frustra: extra Cyrenaicam regionem haud provenire.[86] Strabo addit, furtim e Cyrene Carthaginem devehi, hinc autem exportari in omnes regiones.[87] Hinc et τὸ *ἐκ Καρχηδόνος σίλφιον* ab Antiphane celebratur.[88]

Cyrenenses annis septem prius, quam ipsi urbem habitassent, apparuisse (*φανῆναι*) affirmabant.[89] Cum vero fugeret loca culta, cum culturam eluderet, saeculorum decursu raritas gliscebat, ut Strabonis aetate deficere coeperit, quando barbarae nomades, incursionibus palantes, omnes paene radices pretiosae plantae evulsissent.[90] Et Scribonius Largus, par aetate[91]: Laser cyrenaicum, si poterit inveniri: sin minus, syriacum.

---

82) Constantin. Porphyrog. de cerimon. app. ad libr. 1. p. 270. ed. Reiske.
83) Kämpfer amoen. exot. p. 539.
84) Herodot. 4, 169. Cf. Scylax p. 45. ed. Hudson.
85) Hist. pl. 6, 3.
86) Hipp. de morb. 4. p. 327.
87) Lib. 17. p. 688.
88) Athen. 1, 50.
89) Theophr. l. c.
90) Strabo 17. p. 696.
91) Lib. 16. c. 67.

Interea enim e Media Persiaque per Syriam ac Armeniam alia species laseris, fere succedanea, multo tamen minoris efficaciae, ac gravioris odoris invecta erat. Hinc Plinius: „Diu iam non aliud ad nos invehitur laser, quam quod in Perside aut Media et Armenia nascitur large, sed multo infra cyrenaicum.“ [92] Namque et publicani, qui pascua conduxerant, maius ita lucrum sentientes, depopulabantur plantam pecorum pabulo, ut Plinii memoria unicus duntaxat caulis repertus Neroni missus sit.

Silphium cyrenaicum ob gratissimum saporem fragrantemque odorem et propter virtutem calefacientem ac diaphoreticam, alexipharmacam quoque, apud Alexandriae inprimis et omnis Graeciae incolas, in deliciis erat. [93] Quin propagines et cauliculi salibus conditi acceptissima erant obsonia. [94]

Reditus autem Cyrenensium e vendito silphio tam ampli erant, ut et in numis effigiem plantae, una cum Iovis Ammonis, vel Batti qui coloniam condiderat, icone ponerent. [95] Unde et proverbium *Βάττου σίλφιον*. [96] Ex illa effigie in monetis cognoscimus plantam umbelliferam, vaginis foliorum amplissimis, caulem amplectentibus, foliis non satis evolutis, in quibus Anguillara formam Ferulae foliorum dispicere sibi visus est. [97] Theophrastus folia *σελίνῳ* similia tradit: id vero lucis parum nobis fenerat, cum Apii Petroselini folia infima longe recedant a summis. Posset aliquis in cyrenaico silphio *Ferulam tingitanam* coniicere, qualem Hermannus [98] et Rivinus [99] icone expresserunt. Amplissimae saltem vaginae et umbella compacta, quae et in numis Cyrenensium conspiciuntur, congruunt: abundat ferula quoque latice resinoso. Se-

92) Lib. 19, 15.
93) Aristoph. Av. 534. 1578. 1581. Athen. 4, 69. 7, 120.
94) Athen. 7, 86.
95) Io. Rhod. ad Scribon. Larg. p. 127. Bodaeus ad Theophr. p. 598. Vivian. flor. lib. in titulo.
96) Hesych. h. v. Aristoph. Plut. 926. *Οὐδ' ἂν, εἰ δοίης γέ μοι τὸν Πλοῦτον αὐτὸν καὶ Βάττου σίλφιον.*
97) L. c. p. 132.
98) Paradis. bat. p. 165.
99) Flor. pentapet.

men autem Theophrasto dicitur φυλλῶδες, et qui nuper Cyrenaicam regionem peragravit, P. della Cella, aurea id ala esse cinctum docet.[100] Maximum id vidit, pollicis fere longitudine, latitudine dimidia: vidit quoque vaginas foliorum amplissimas; folia pinnata, foliola multipartita, laciniis simplicibus trifidisque, omnibus linearibus, elongatis, hirsutis., margine revolutis. Flores quanquam non observavit, exploratum tamen habet Vivianius, plantarum a Cella collectarum interpres, esse *Thapsiae* speciem novam, et quidem *Silphium* dicendam.[1] Quae quomodo differat a *Thapsia gummifera* mihi, statim patet e foliis huius ternato-decompositis, foliolis ovatis pinnatifidis subcuneatis, glabris, opacis. Haec *Laserpitii gummiferi* nomine a Desfontainio ad Algiriam Numidiae inventa et delineata fuit.[2] Broterus *Laserpitium thapsiaeforme* dixit.[3]

P. Alpinus σίλφιον seu laserpitium e seminibus e Thracia delatis educasse in horto patavino sibi visus est: plantam delineatam habeo *Angelicae* speciem dubiam.[4] Eamdem credidit Bodaeus in horto coluisse; sed et descriptio et icon in *Angelicam* potius *lucidam* L., americanam plantam, quadrant.[5]

Accedo ad medicum laser seu persicum, quod loco cyrenaici Dioscoridis aetate percrebuerat. Esse id *Ferulae* genus, quod *Asam foetidam* Linnaeus vocavit, persuadet nobis Kaempferi egregia icon optimaque descriptio.[6] In Persia sola plantam nasci, et quidem tum circa Herat, emporium provinciae Khorasan, tum in provincia Lâr, persico sinui vicinam, testatur. Proinde medicum aut armenium dicebatur laser, quod mercatores Mediae Armeniaeque id advehere consuerant.

Μαγύδαρις alia libyca incerta est, ni forte Ferula

---

100) Viaggio da Tripoli alle frontiere occid. dell' Egitto. Genov. 1819.

1) Vivian. flor. libyc. p. 17.
2) Flor. atlant. I. t. 72.
3) Flor. lusitan. I. p. 427. Phytogr. lusitan. t. 54.
4) De plantis exot. p. 210. 211.
5) Comment. in Theophrast. p. 598.
6) Amoen. exot. p. 536.

tingitana fuerit, de qua supra disserui. Syriacam eius nominis plantam habet Theophrastus, quae et in Parnaso monte proveniat, pariter ignotam, quam haesitans olim ad Peucedanum alsaticum traxi, in montibus Graeciae et ipso Caucaso proveniens. Caucasici silphii meminit Arrianus.[7]

Cap. LXXXV. *Σαγαπηνόν* est succus ferulaceae plantae medicae secundum Dioscoridem, cui Galenus addit, plantam eam *πάνακι* esse similem[8]: sed quodnam intellexerit *πάνακες*, dubium est. Alio loco plantae nomen esse *σαγαπηνόν*, ideoque succum potius *ὀπὸν σαγαπηνοῦ* nominandum esse, perhibet.[9] In Arabibus, qui سكبينج (*sekhbinedsch*) id vocant, Mesue iunior confundit etiam magis historiam naturalem, dum arborem esse, oleandrum montanam, quae eum largiatur succum, contendit.[10] Nos penitus deficit ulterior cognitio: sed coniectura consequimur, plantam esse *Ferulam persicam*, quam Hopeus Assam foetidam dixit.[11]

Cap. LXXXVI. De nominis Euphorbii ratione audiamus Plinium[12]: „Invenit patrum nostrorum aetate rex Iuba, quam appellavit Euphorbiam, medici sui nomine. Frater is fuit Musae, a quo divum Augustum conservatum indicavimus. Sed Iubae volumen quoque exstat de ea herba, et clarum praeconium. Invenit eam in monte Atlante, specie thyrsi, foliis acanthinis.“ Haec fruticis descriptio discrepat a Dioscoride, qui *δένδρον ναρθηκοειδές* dicit. Galenus autem diserte: *Ὀπός ἐστι φυτοῦ τινος ἀκανθώδους, ἐν τῇ τῶν Μαυρουσίων γῇ φυομένου.*[13] Magis differt Mesuae indicium: esse arborem desertorum hispidam, foliis prioribus hirsutis, quibus delapsis succedant alii Polium marinum referentia.[14] Porro Leo Africanus herbam cum carduo sylvestri comparat, inter cuius

7) Anab. 3, 28.
8) De antidot. 1. p. 55.
9) De fac. simpl. 8. p. 117.
10) Mesue f. 79 b. ed. Venet. 1562.
11) Philos. transact. 75. p. 36.
12) Lib. 25, 38.
13) De compos. med. sec. loc. 9. p. 271.
14) Mesue f. 80 b.

ramos fructus quidam prodeant, crassitudine viridis cucumeris, ad cuius etiam similitudinem grana quaedam perparva emittant. Eos fructus, ulnam excedentes, stipitum specie ex humo prodire.[15]

His rite reputatis efficitur, etiamsi lectio *δένδρον ναρθηκοειδές* legitima sit, falsas tamen relationes nostrum sequutum esse: multo minus Mesuae descriptionem defendi posse, nisi ad longe aliam, et forte *Euphorbiam mauritanicam*, consilium transferamus, quae foliis lanceolatis glaucis quodammodo ad Polium accedat. Sed frutex, qui et hodie euphorbium largitur, est *Euphorbia officinarum*, Africae occidentali et Mauritaniae speciatim peculiaris, quae multangularis caespitosa, aculeis geminis, a Commelino bene repraesentata est.[16] Nec reiiciendae sunt duae aliae species: Euph. *antiquorum*, triangularis ramosa, marginibus angulorum sinuato-aculeatis, quam Commelinus pariter e Mauritania accepit.[17]

Modum collectionis, quem noster narrat, nuperi peregrinatores nec refutarunt, nec confirmarunt. Id tamen verum est: in saccis coriaceis transferri.

Cap. LXXXVII. Valde obscura est galbani antiquorum origo aut historia naturalis. Dioscorides ferulaceae plantae syriacae esse succum perhibet. Huic addendum Theophrasti testimonium de graveolente indole et medicato odore plantae: e panace Syriae effluere.[18] Plinius consentit, e Syria venire et ferulam illud largiri: sed addit, in Amano monte crescere plantam, qui Ciliciam a Syria disterminat.[19]

Post renatas literas Lobelius primus galbaniferam e seminibus coluit, inter gummiresinam eam inventis.[20] Est autem *Ferula Ferulago* L., quae in Africa boreali, Creta et Asia minore occurrit. Evulgarunt quidem P. Her-

---

15) Descr. Afric. 9. p. 300. Scaliger in Cardan. exerc. 181. p. 586.

16) Hort. amsteld. 2. t. 11.

17) Ib. t. 12. Casp. Commelin. praelud. bot. p. 9. 17.

18) Hist. pl. 9, 7. *ἐπεὶ καὶ αὔτη γίνεται περὶ Συρίαν ἐκ τοῦ πανάκους* (cod. Urb. loco *πάκους* vulg.) *καλουμένου.*

19) Lib. 12, 56. 20) Obs. 451.

mannus[21] et Commelinus[22] plantas diversas, nomine eodem Ferulae galbaniferae: sed neutra huc trahi potest, cum in promontorio bonae spei crescant. Sunt autem: illud *Selinum Galbanum* mihi, hoc *Selinum gummiferum:* utrumque Linnaeus Bubonis generi citra rationem adscripserat. Itaque acquiescendum in ea planta, quam Lobelius divulgavit, quanquam in Europae variis regionibus, ubi obvia est, liquorem eum neutiquam largiatur.

Memorabile vero est, a Mose ad suffitus praeter alia et חֶלְבְּנָה requiri[23], quod a חֵלֶב, pinguedine, derivatum, a vetustis interpretibus galbanum redditur. Additum id suffimentis putant ob vim incensi galbani reptilia omnia abigendi[24] et culices fugandi.[25]

Cap. LXXXVIII. Ammoniacum diserte dicitur ferulae succus, quae circa Ammonis fanum in Africa proveniat. Neque uberiorem notitiam post tot saecula adepti sumus. Namque et Shavius[26] et Iacksonius[27] plantam, quam ipsi observarunt, cum ferula comparant, citra ulteriorem descriptionem.

Cap. LXXXIX. Sarcocollae, quam عنزروت seu انزروت Arabes appellant, ulterior nusquam notitia, nisi in Mesue, qui arbusculam spinosam esse, ramis nodosis, tradit.[28] In ea editione, qua utor, effigiem arboris, a mercatore Persa acceptam, Andr. Marinus apposuit, quae, sive ficta, sive ad naturam facta, folia arboris exhibet ovato-oblonga, serrata aut dentata. Fueritne sarcocolla in Perside generata, an per emporia persica solummodo ex India advecta, aut ex Aethiopia, expediri nequit. Hodiernam ex arbusculis aethiopicis, quae ad *Penaeae* genus pertinent, manare, constans fama est, a nemine etiamnum confirmata, quam vero falsissimam esse reor. Equidem nostrarum officinarum sarcocollam turi tenui similem, subfulvam, odoratam, gustuque amariusculam inve-

---

21) Paradis. p. 163. 22) Hort. amsteld. 2. t. 58.
23) Exod. 30, 34.
24) Nicandri ther. v. 555. Virgil. georg. 3, 415.
25) Plin. 19, 58. 26) Travels, sp. pl. n. 237.
27) Account on Marocco, p. 75. 28) Mesue f. 79 b.

nio. Obvia fuerunt in ea semina *Smyrnii*, quae ad quām speciem pertineant, ambigo. Itaque nostra sarcocolla satis affinis et galbano et sagapeno aliisque eiusmodi substantiis esse videtur.

Cap. XC. De Glaucio paullo aliter Plinius: In Syria et Parthia nasci, humilem herbam, densis foliis, fere papaveris, minoribus tamen sordidioribusque; odoris tetri, gustus amari cum adstrictione. Granum habere crocei coloris.[29] Avicenna succum ماميثا (*mamitsa*) herbamque, si recte scripta est vox, بمنخ (*bomnîh*) vocat.[30] In Serapione legimus[31] *memithe* nomen etiam Chelidonio minori adscriptum, quae gravis est hallucinatio, cum Glaucii affinitas cum Chelidonico maiori negari quidem nequeat, sed longe alienum sit Ch. minus seu Ranunculus Ficaria.— Hic intelligitur *Glaucium corniculatum* Curt., seu *phoeniceum* Crantz., quod per Europam australiorem et in Syria circa Halepum (Russelio teste) provenit. Succum herbae expressum croceum (ut in Chelidonio) in oculorum morbis adhibitum fuisse, nemo mirabitur, qui Chelidonii usum in eiusmodi affectibus consideraverit.[32]

Cap. XCI. E coriis bubulis praestantissimum glutinum in Rhodo insula conficiebatur. Sed Galenus aliam etiam collae speciem ad librorum volumina compingenda memorat, e similagine et polline farinaceo (γύρεως l. γάρου legendum) conficiendam.[33]

Cap. XCII. Piscis cetacei dicitur venter ichthyocolla, quae vesica natatoria est *Acipenseris Husonis*, gigantei utique piscis, cuius longitudo ab octo ad viginti pedes variat. Incola Volgae et caspii maris, provenit tamen et in Danubio et ponto euxino. Optimam nonnulli habent, quae ex interna vesicae natatoriae membrana petitur: haec aqua elota et siccata serpentino modo torquetur: vilior est libri modo plicata: ultima pretio sine cura siccata venit. Coquunt etiam ad Volgam et in vicinia

29) Lib. 27, 59. 30) Ed. arab. p. 210.
31) Cap. 306. fol. 170 c. 32) Fabric. Hildan. opp. p. 1005.
33) De fac. simpl. 7. p. 33.

maris caspii vesicas Sturionum Silurorumque, donec gelatina spissescat, quae, in laminas scissa, pellucida est et flavida.[34]

Cap. XCIII. Ἰξός Dioscoridis est ἰξία Theophrasti[35], quae in quercubus et terebinthis provenit. Est *Loranthus europaeus,* qui, Belonio[36] et Sibthorpio[37] testibus, recentioribus Graecis ὀξός dicitur. Ὑφέαρ aut ὕφεαρ, ut Hesychius scribit, cum in pinuum arboribus proveniat[38], est *Viscum album.* Στελίς Theophrasti eadem planta cum ἰξίᾳ videtur, cum Euboeae incolae posteriore nomine στελίδα insignierint.[39]

Iam vero exploratum habemus, viscum commerciorum et artificum haud e fructibus *Visci albi*, sed e fructibus Loranthi europaei in Italia et Graecia parari, lignum etiam illius in officinis italicis, *Visco quercino* dictum, vendi.[40]

Cap. XCIV. Ἀπαρίνη ita describitur, ut *Galium Aparinen* L. facillime coniectemus. Eadem intelligitur, si eius cauliculi longi molles et tenues a Theophrasto memorantur[41], si inter lenticulam crescere dicitur.[42] Φιλάνθρωπος vocabatur, quia vestibus hominum tenaciter adhaeret: id nomen, ut ἀπαρίνης et κολλητζίδας recentiorum Graecorum, ad alias plantas facile adhaerentes transiit. Ξάνθιον enim quoque ἀπαρίνην vocatum fuisse e libr. 4. c. 136. patet; de eo etiam valet, quod Theophrastus de flore aparines tradit in aspero capite nascente, nec prodeunte nec manifesto, sed intra se ipsum maturescente semenque pariente, sicut id in Raiis (ἐπὶ τῶν γαλεῶν καὶ ῥινῶν cod. Urb. loco κυνῶν) contingat.[43]

Cap. XCV. Ἄλυσσον dictum fuit ἀπὸ τοῦ τὴν λύσ-

34) Pallas Reise in versch. Prov. des russ. Reichs, 2. p. 264. 265.
35) Hist. pl. 3, 16. 36) Obs. 1. p. 59.
37) Apud Walpole, p. 283.
38) Theophr. causs. pl. 2, 17. Walpole l. c.
39) Hesych. v. στελίς. 40) Pollini flor. veron. 3. p. 176.
41) Hist. pl. 7, 8. 42) Ib. 8, 8.
43) Ib. 7, 14. Cf. (Paulet de Fontainebleau): Examen d'un ouvrage, qui a pour titre: Stackhouse illustrat. Theophr. p. 26. Melun. 1816. 8.

σαν κυνὸς ἰᾶσθαι. Perplexitas nascitur e comparata descriptione plantae, quam Dioscorides hic exhibet, cum ea, quam Galenus ex Antonino quodam Coo mutuam accepit.[44] *Ἄλυσσος*, inquit, *ἐστὶ βοτάνη τῷ πρασίῳ παρεμφέρουσα, τραχυτέρα δὲ καὶ μᾶλλον ἀκανθώδης περὶ τὰ σφαιρία, ἄνθος δὲ φέρει κυανίζον.* Inde colligitur insignis utriusque *ἀλύσσου* diversitas. Accedit Plinii alysson, quod cum neutro congruit, comparat enim cum erythrodano aut rubia[45], unde nonnulli id ad *Asperulam arvensem* reduxerunt, de quo tamen Dodonaeus dubitat.[46] Priores autem duas Alyssos egregie distinxit idem Dodonaeus, Dioscoridis plantam referens ad *Farsetiam clypeatam* R. Br., egregie delineatam[47], Galeni vero ad *Marrubium Alysson* L.[48], quod Car. Clusius iam eodem nomine divulgarat.[49]

Neque tamen praetereunda Fab. Columnae coniectura, qui in *ἀλύσσῳ* Dioscoridis *Veronicam arvensem* L. dispicit:[50] in *ἀλύσσῳ* Galeni vero *Stachyn annuam*[51], nullo modo congruam. Et Veronica quidem arvensis melius respondet descriptioni, cum *ἀσπιδίσκια διάδιπλα* optimo iure de valvis fructus intelligenda sint. Sed *σπέρμα ὑπόπλατυ* deest in Veronica, adest in Farsetia, cuius semina compressa sunt, orbiculata, alata. Postea *Veronicam montanam* L. aptiorem introduxit hoc nomine Columna.[52] Crescit autem Farsetia in Sicilia et Asia minore, praesertim in Sipylo, Olympo Bithynico, et Libano montibus. In definiendo Galeni *ἀλύσσῳ* nititur Columna maxime Aëtii[53] Paullique[54] testimoniis, qui sideritidem Heracleam dici et alysson perhibent. Neque aliud quid inde effici, meo arbitrio, potest, quam *ἀλύσσου* cognomen ad alias et valde differentes plantas transiisse.

Cap. XCVI. *Ἀσκληπιάδα* Dioscoridis Fuchsius pri-

44) De antidot. 2. p. 168. 45) Plin. 24, 57.
46) L. c. p. 356. 47) L. c. p. 89.
48) L. c. p. 88. 49) Hist. 2. p. 35.
50) Phytobas. p. 21. t. 8. 51) Ib. p. 25. t. 9.
52) Ecphras. 1. p. 288. 53) Lib. 1. p. 8. Lib. 6. c. 40.
54) Lib. 5. p. 162. *ἢ σιδηρίτιδος Ἡρακλείας, ἣν καὶ ἄλυσσον* (loco *διάλυσον*) *καλοῦσι.*

mus[55] pro *Cynancho Vincetoxico* R. Br. habuit, refutatus a Matthiolo[56], quod odoratae non sint Vincetoxici radices, neque fructus cum securibus aut securidacae fructibus comparari possint. Sed bene defenditur a Dodonaeo, qui radices utique odoratas esse statuit.[57] Acerbius etiam invehitur in Matthiolum Lobelius.[58] Cum Dalechampio[59] denique et C. Bauhinus[69] et Sibthorpius[61] a Fuchsii partibus stant.

Cap. XCVII. *Ἀτρακτυλίς* nomen sortita est, quia *ἄτρακτοι* s. colus ea antiquitus conficiebantur. Theophrastus plantam albidiorem habet cnico et acarna, graveolentem insuper ac velut cruorem recentem spirantem, cuius folium decerptum et carnosa sui parte admotum sanguineum laticem stillet, unde et *φόνος* a quibusdam vocetur.[62] Quodsi haec indicia cum iis componuntur, quae Dioscorides addit, mirum est, quantopere a vero aberraverint rei herbariae patres. Fuchsius enim atractylida mitiorem *Carlinam vulgarem*, hirsutiorem *Centauream benedictam* declarat[63], adstipulantibus C. Gesnero[64] et Dalechampio.[65] Matthiolus vero primus *Centauream lanatam* Cand. seu Carthamum lanatam L. in scenam produxit[66], quem plerique sequuti sunt, uberrime plantam illustrante Fab. Columna.[67] Eodem tamen iure, et quia planta glaberrima inferne magis nuda est, et hodie Graecis *ἀτράκτυλι* audit, a Sibthorpio[68] *Onobroma leucocaulon* mihi (Carthamus ipsi) huc trahitur. Huius flores pallidi sunt: quae vero florem *πορφυροῦν* habet, (si modo genuina est lectio,) ab Anguillara Atractylidis cypriae nomine ita describitur[69], ut ad *Onobroma glaucum* mihi (Carthamum glaucum M. B.) reduci posset, si modo sciremus, Tauriae plantas Dioscoridi innotuisse. Sed et

55) L. c. p. 129. 130. 56) L. c. p. 592.
57) L. c. p. 407. 58) Advers. p. 278.
59) L. c. p. 1144. 60) Pin. p. 303.
61) Flor. graec. 1. p. 166. 62) Hist. pl. 6, 4. 9, 1.
63) L. c. p. 121. 122. 64) De hort. Germ. f. 249[h].
65) L. c. p. 1450. 66) L. c. p. 593.
67) Ecphr. 1. p. 19. 68) Flor. graec. 2. p. 160.
69) L. c. p. 149.

Carlina lanata L., in Italia, Gallia Narbonensi et Africa boreali inventa, floribus roseis, non aliena est. Haec saltem videtur Anguillarae planta esse, quam variis Italiae locis reperisse testatur.

Cap. XCVIII. *Πολύκνημον* iam Nicandro dictum[70], habetur a Lobelio pro *Mentha arvensi.*[71] Nemo id iterum ad nostra usque tempora tetigit, plerisque nihil se de ea planta asserere posse fatentibus. Lobelii coniectioni itaque assentiendum, ni forte approbanda Caesalpini sententia, qui *Prunellam vulgarem* intelligi perhibet.[72]

Cap. XCIX. Clinopodium Plinius pariter tractat, sed, cum noster *τὰ ἄνθη κλίνης ποσὶν ὅμοια* dicit, ille orbiculato foliorum ambitu speciem lecti pedum praebere scribit.[73] Eam plantam Valerius Cordus, C. Gesnerus, Matthiolus aliique pro *Clinopodio vulgari* habuerunt, cum verticilli densi, bracteis setaceis circumvallati, similitudinem quamdam cum pedibus lectorum habere videantur. Lobelius vero *Thymum Acinon* clinopodium veterum esse existimavit.[74] Clusius haesitans utramque plantam proposuit, addito tertio clinopodio, *Thymo* nimirum *alpino.*[75] Caesalpinus *Satureiam Julianam* in medium protulit, cuius verticilli pedunculati cum pedibus lectulorum aptius comparantur.[76] Denique P. Alpinus in *Satureiae graecae* foliis et pedunculis paucifloris, ut plurimum trifidis, Dioscoridis *κλινοπόδιον* agnoscere sibi visus est.[77]

Cap. C. De Leontopetalo nulla exstitit controversia, postquam Matthiolus plantam in Italia, Graecia et Asia minore non raram descriptione et icone adumbravit.[78] Aliam Dodonaeus exhibuit, in qua taxanda fructuum forma, quae siliquas aequant, cum tamen capsulae sint subrotundae, inflatae.[79] Verumtamen plura sunt, quae

---

70) Alex. v. 57. theriac. v. 559.
71) Adv. p. 217. Obs. p. 270. Dalechamp. p. 952.
72) Lib. 11. c. 37. 73) Lib. 24, 87.
74) Adv. p. 217. Obs. p. 270. Anguillar. p. 218.
75) Hist. 1. p. 353. 354. 76) Lib. 11. c. 39.
77) De plant. exot. p. 260. 78) L. c. p. 596.
79) L. c. p. 69. Multo meliorem effigiem exhibet C. Gesnerus in opp. ed. Schmid. tab. aeri incis. 9. f. 75.

certitudinem, *Leonticen Leontopatalum* esse Dioscoridis plantam, adimunt. Et primum quidem λοβοί, seu siliquae, cicerum similes, dein puniceus floris color, qui flavidus est in Leontopetalo Matthioli, post etiam folia haudquaquam papaveris modo incisa, sed biternata, foliolis obovatis obtusis, denique semina minuta dici nequeunt, cum pisorum moles sit. Attulit igitur *Corydalin bulbosam* Pers. Caesalpinus[80], quae utique floribus purpureis gaudet et siliquas gerit. Neque tamen unquam in arvis et inter segetes nascitur, sed in sylvis umbrosis.

Cap. CI. Comparato Plinii loco de Teucrio, mira apparet confusio.[81] Teucrium enim duplex habet, alterum, hemionion aut splenion quibusdam dictum, quod lienibus medeatur, nunquam florere neque semen gignere. Est id ἄσπληνον nostri (c. 141.). Teucrium autem id vocatum fuisse, patet ex Apuleio (c. 57.), qui tamen et lonchitidem (c. 151.) cum Aspleno et Hemionitide perperam coniungit. Alterum Plinii teucrium ramis hyssopi surculosam vocat plantam, folioque fabae, quam e Cilicia Pisidiaque maxime laudari. Haec nostra quidem videtur, sed notis alienatis.

In Teucrio interpretando patres rei herbariae magnopere dissident. Siquidem Tragus *Veronicam officinalem*[82], Fuchsius *Teucrium*, ut videtur, *flavum*[83], Matthiolus et hoc et *Veronicam Teucrium*[84], posterius solum Lobelius[85], Clusius praeter *Teucrium flavum* ac *fruticans* L. etiam tres *Veronicae* species in scenam produxit[86]. Dodonaeus cum Chamaedry coniungens, *Teucrium* etiam *flavum* profert[87], nec dissentit Anguillara.[88]

Cap. CII. Chamaedrys, ob foliorum formam ad quercinorum formam accedentem dicta, vocatur et teucrium, Romanis tripsago aut trixago; fruticulus floribus purpurascentibus, aspera loca amans et rupestria. Hinc

80) Lib. 6. c. 75. 81) Lib. 25, 20.
82) L. c. f. 79 b. 83) L. c. p. 829.
84) L. c. p. 696. 597. 85) Obs. p. 259.
86) Hist. 1. p. 348. 349. 87) L. c. p. 43.
88) L. c. p. 219.

facilis erat argumentatio instauratorum, si a Trago inde *Teucrium Chamaedryn* ita vocarent[89], adiungerent autem *Veronicam Chamaedryn*, praeeunte Brunfelsio[90]; quam tamen C. Gesnerus[91] falsam et Bauhinus[92] spuriam dixerunt chamaedryn. Itaque, accedente et Sibthorpio[93], subsistamus in Teucrio Chamaedry, in Graecia, ut per totam fere Europam, satis vulgari.

Cap. CIII. In hoc capite duae species Leucadis tractatae fuerunt, sed solum de montana fragmentum superest. Neque restitui in integrum potest, cum nec ipse Plinius incolume hoc caput legerit. Ita enim is, de leuce herba loquens: „Fortassis eadem sit, quae leucas appellatur, contra omnia marina venena efficax. Speciem eius auctores non tradunt, nec aliud, quam sylvestrem latioribus foliis esse efficaciorem, hanc semine acriorem." [94] Hinc efficitur, e vano fere hausta esse, quae patres rei herbariae, ut et hanc plantam definirent, coniecturis consequi studuerunt. Lobelius[95] *Potentillam subacaulem*, Caesalpinus[96] *Galeobdolon luteum* Smith. huc trahunt, sine ulla probabili ratione. Paullo maiore digna sunt attentione Dodonaei ratiocinia.[97] Cum leucas et polium ex eadem canitie partium nomen obtinuisse videantur, cum Caelius Aurelianus testetur, leucen etiam polium nominari[98], colligi potest, Polii affines plantas, *Teucrium* scilicet *aureum* vel *capitatum*, vel etiam supinum, ita appellata fuisse. Sed quis sibi claram in tam obscura re interpretationem arrogaverit?

Addam, quod vero mihi proximum videtur. Si leucas eadem est, quae leuce; haec omnino divinari potest. Mercuriali enim similis, nomen ex caussa accepit, per medium folium candida transcurrente linea, quare mesoleucon quosdam vocare, Plinius testatur. Iam cum idem de lamio tradat, „album habere in medio folio"[99], nil

---

89) L. c. fol. 78 a. Fuchs. p. 869. Lobel. adv. p. 209. Dodon. p. 43. Matthiol. p. 596.

90) Herb. 1. p. 125.

91) De hort. Germ. f. 253 a.

92) Pin. p. 249.

93) Flor. graec. 1. p. 393.

94) Plin. 27, 77.

95) Adv. p. 209.

96) Lib. 11. c. 31.

97) L. c. p. 284.

98) Morb. chron. 2, 4.

99) Lib. 22, 16.

obstat, quin *Lamium maculatum* hic subesse arbitremur, quod Fab. Columna iam bene illustravit.[100]

Cap. CIV. Lychnidis coronariae ac sylvestris nomina aegyptiaca *σεμεόν* et *σεμοῦρα* Rossius e coptica lingua exponit, illud significare *herbam luminis*, hoc *herbam solis.*[1] *Lychnis* vero *coronaria* nomen suum ad hunc usque diem servavit, licet ad Agrostemmatis genus Linnaeus vocaverit.

Cap. CV. Lychnis sylvestris iam vocatur *L. Githago* Scop., seu Agrostemma Githago L., inter segetes per omnem Europam vulgatissima. Non defuerunt tamen, qui vel hanc vel priorem ad *Lychnidem Florem Iovis* Desrouss. traducerent[2], vel *Lychnidem dioecam* L. in *λυχνίδι ἀγρίᾳ* invenirent.[3]

Cap. CVI. Lilii nomen aegyptium *συμσναιφού* scribendum et *αἷμα τοῦ Ἄρεως* esse interpretandum, Iablonskius docet.[4] Syrorum nomen corruptum e ܫܘܫܢ: punicum esse ebraicum אָבִיב לָבָן (*spica alba*) iam Bochartus monet.[5] Species ipsa plantae manifesto est *Lilium candidum* L. Lilium purpureo flore, quod hic indicatur, fueritne L. *Martagon* vel *chalcedonicum*, merito ambigimus.

Cap. CVII. *Βαλλωτή* Dioscoridis, a Fuchsio primo recognita, eadem dicitur cum *Ballota nigra* L.[6] Neque quisquam huic sententiae contradicere ausus est, cum pleraque indicia congruant: nisi aliquis Sibthorpii *Lamium striatum* praeferre voluerit.[7]

Cap. CVIII. De melissa iam Nicander:

τὴν ἤτοι μελίφυλλον ἐπικλείουσι βοτῆρες,
οἱ δὲ μελίτταιναν· τῆς γὰρ περὶ φύλλα μέλισσαι
ὀδμῇ θελγόμεναι μέλιτος ῥοιζηδὸν ἴενται.[8]

Et alio loco vocatur *μελισσόβοτος δασεῖα.*[9] Est Theocriti *εὐώδης μελίτεια* (Id. 4, 25.) ubi schol. *τὸ κοινῶς λεγόμενον*

100) Ecphras. I. p. 192. 1) Etym. aeg. p. 189.
2) C. Gesn. de hort. Germ. f. 266 a. 3) Dodon. p. 171.
4) Opusc. 1. p. 332. 5) Can. p. 755.
6) Fuchs. p. 154. 7) Flor. graec. 1. p. 405.
8) Ther. v. 554. 9) Ib. v. 677.

μελισσοβότανον. A Virgilio dicitur melisphyllum[10], á Varrone[11] ceterisque Romanis[12] apiastrum. In eo, ut solet, Plinius vehementer hallucinatur, dum in confessa damnatione esse venenatum Sardiniae perhibet, herba sardoa cum hac innocentissima planta confusa. Arabibus dicitur بادرنجويه aut بادرنجبويه, *citrum redolens.*

Cap. CIX. Marrubii nomen punicum Bochartus intactum liquit: equidem auguror, esse ebraicum חָצִיר בְּרָכָה, *herbam benedictam,* quia saluberrima est, maxime sterilitati adversa.[13]

Herbam ipsam duplicem iam profert Theophrastus[14]: alteram foliis herbaceis, magis viridibus, profundius incisis, qua et pharmacopolae utantur, alteram foliis rotundioribus et squalidioribus, minusque incisis. Illa videtur *Marrubium catarifolium* Desrouss., per Asiam minorem frequens, hoc vero M. *vulgare* L. Illud a Nicandro πρασίοιο χλοανθέος nomine insignitur[15], ubi perperam scholiastes cum μελισσοφύλλῳ commutat.

Cap. CX. Stachys Dioscoridis ob folia parva, albida, rigida et odorata a Sibthorpio habetur pro *Stachy palaestina,* quae in montosis asperisque totius Graeciae proveniat.[16] Dubium tamen movent folia lanceolata, quae ὑποστρόγγυλα indicat Dioscorides. Patres rei herbariae plerique St. *germanicam* huc traxerunt. Magis aberrat Anguillara, si plantam agnoscit, ab Italis *spico gentile* dictam, quae *Lavandula Spica* Willd. est. Plinius inconsiderata properatione scripsit[17]: „Ea quoque, quae stachys vocatur, porri similitudinem habet" (legit enim aut audiit legentem amanuensem πράσῳ loco πρασίῳ) „longioribus foliis" (loco longior aliquanto, scilicet ramis) „pluribusque et odoris iucundi, colorisque in luteum inclinati." Operam igitur perdiderunt, qui stachyn Plinii tanquam sui generis exponere conarentur.

---

10) Georg. 4, 64. 11) De re rust. 3, 16. 10.
12) Plin. 20, 45. 13) Hippocr. de steril. p. 19.
14) Hist. pl. 6, 2. 15) Ther. v. 550.
16) Flor. graec. 1. p. 409. 17) Lib. 24, 86.

Cap. CXI. *Φυλλῖτις* sine omni dubio est *Scolopendrium officinarum* Sm., filix, cuius frons cordato-lanceolata ab aversa parte soros capsularum lineares geminatos gerit, qui hic vermiculi tenues distantes dicuntur. *Σκολοπενδρίου* nomine occurrit apud Theophrastum[18] et Nicandrum[19]: forte etiam *πεταλῖτις* eadem est.[20] Matthiolus primus[21] hoc nomine plantae effigiem exhibuit, posteriorum consensu.

Cap. CXII. *Φαλάγγιον, φαλαγγίτης* Galeno dictum[22], quod morsis a phalangiis auxiliatur. Plinius sic[23]: „Phalangites a quibusdam phalangion vocatur, ab aliis leucanthemon, vel (ut in quibusdam exemplaribus invenio) leucacantha. Ramuli ei sunt nunquam pauciores duobus, in diversa tendentes: flos candidus, lilio *rubro* (unde hoc expiscatus est?) similis: semine nigro, lato, ad lenticulae dimidiae figuram, multo tenuiore: radice tenui, herbacei coloris."

Eam plantam Matthiolus[24] habet *Czackiam Liliastrum* Andrz. (Hemerocallis L.), quae tamen non ramosa est, nec radiculas parvas, tenues habet, sed fasciculatas: crescit etiam in Alpibus helveticis et noricis: neque *ἐν γεωλόφοις*. Valer. Cordus *Anthericum Liliaginem* huc traxit, quanquam et hoc non ramosum sit, nec fibrosas habeat rudices, sed fasciculatas. Dodonaeus legitimum *φαλάγγιον* in *Antherico ramoso* L. dispexit.[25] Praepostere vero iudicavit Sibthorpius, dum hanc plantam ad *Anthericum graecum* L. reduceret[26], quod bulbum habet loco radicis, scapumque simplicem, nunquam ramosum.

Cap. CXIII. *Τρίφυλλον* hic tam eximie describitur, ut nemo non statim *Psoraleam bituminosam* L. intelligat, quae per Galliam australem, Italiam Graeciamque haud raro invenitur. Eadem iam a Nicandro describitur.[27] Agnorunt eam plerique rei herbariae instau-

---

17) Hist. pl. 9, 18. 19) Ther. v. 684.
20) Ib. v. 864. 21) L. c. p. 606.
22) De fac. simpl. 8. p. 150. 23) Lib. 27, 98.
24) L. c. p. 607. 25) L. c. p. 106.
26) Flor. graec. 1. p. 234. 27) Ther. v. 520.

ratores: e. g. Matthiolus, qui trifolii asphaltitis[28] et Dodonaeus, qui trifolii bituminosi nomine[29] adumbrarunt.

Cap. CXIV. *Teucrium Polium* *πολίου* nomine intelligi, in confesso est, Matthiolo, ni fallor, id primo probante.[30] Altera vero species, magis fruticulosa minusque graveolens, controversa est. Plinius[31], postquam quae Dioscorides (4, 133.) de *τριπολίου* colore quotidie ter mutato retulerat, ad polium nostrum traducit, duo eius genera tradit: campestre maius, sylvestre minus. Et Galenus[32] *πόλιον μικρὸν δριμύτερον καὶ πικρότερον* ab alio distinguit. Itaque et patres rei herbariae alterum divinare gloriati sunt: Matthiolus autem longissime aberravit, dum *Teucrium montanum*, nec magis fruticulosum, nec debiliore, sed gravissimo odore insigne, huc traheret. Neque tamen recedit C. Gesnerus ab hac erronea opinione.[33] Equidem, si quid veri videatur simile, enunciaturus, *Teucrium* potius *creticum* L., s. *rosmarinifolium* Lam., esse intelligendum, existimo.

Cap. CXV. De *Teucrio Scordio* nulla unquam fuit controversia.

Cap. CXVI. *Βήχιον* nomen a *βηχί*, adversus quam praesidium est, sicut Avicenna dicit سعالى a سعل, tussi: ex ultima voce et Rossius aegyptium nomen *σααρθά* derivare conatur.[34] *Tussilaginem* autem *Farfaram* intelligendam esse, quis non videt? Chamaeleucen tradit Plinius apud Romanos farfarum vocari, sive farfugium[35]: illud forte a Farfaro amne in Sabinorum regione.[36]

Bessi, quorum cognomen *ἀσᾶ* hic citatur, Thraciae partem incolebant, ubi Philippopolis sita.[37]

Cap. CXVII. Artemisiae nomen Plinius ab Artemisia, uxore Mausoli, repetendum esse tradit, cum antea Parthenis vocata fuerit. Esse tamen, qui ab Artemide Ilithyia cognominatam putent, quoniam privatim medeatur

---

28) L. c. p. 608. 29) L. c. p. 566.
30) L. c. p. 612. 31) Lib. 21, 21.
32) De fac. simpl. 8. p. 106. 107.
33) De hort. German. f. 273 b. 34) Etym. aeg. p. 180.
35) Lib. 24, 85. 36) Ovid. metam. 14, 330.
37) Plin. 4, 18.

feminarum malis.[38] Illam etymologiam reiicit Harduinus, quod herba in Hippocraticis libris commendetur, Hippocrates autem multo Artemisia posterior sit. Mausolus autem obiit, Plinio teste[39], olympiade centesima sexta, itaque viginti fere annos post Hippocratem, Heraclidis filium. Iam vero, cum libri Hippocratici de natura muliebri[40] et de morbis mulierum[41] diu post Hippocratis obitum, et probabiliter Ptolemaeorum temporibus consarcinati sint, salva esse potest ea etymologia.

Quodsi vero Dioscoridis Artemisiae ad nostras reducendae sunt species; prima ramosa fruticosa, quae maritima loca amat, et foliis gaudet maioribus, quam absinthium, nitidioribusque, haud haereo in nominanda cum Sibthorpio *Artemisia arborescente*, quae in Archipelagi maritimis atque in insula Zacyntho indicatur.[42] Miror tamen, neminem e patribus rei herbariae in hanc plantam incidisse. Artemisiam tenuiorem omnes fere maiores nostri cum Sibthorpio habent *Artemisiam campestrem*, in omni Graecia admodum vulgarem. Artemisia denique μονόκλωνος sine dubio esse *Art. spicata* Iacqu. videtur, obvia et, Sibthorpio teste, in Graeciae montibus.

Cap. CXVIII. Spurium esse hoc caput, in confesso est: neque alia planta describitur, quam, quae iam supra aderat, Art. campestris.

Cap. CXIX. *Ambrosiam* esse *maritimam* L., quae hic profertur, Lobelius[43] et Dodonaeus[44] iam persuasum habuerunt. Turpiter autem lapsus est Matthiolus, dum alienissimas plantas vulgatissimasque, alteram *Coronopum Ruellii* Dod., alteram *Artemisiam campestrem*, titulo Ambrosiae primae ac secundae produceret.[45] Neque Retzio assentiendum, qui Artemisiae speciem odoratam intelligi vult.[46]

Cap. CXX. A Tragi inde aetate, qui primus βότρυν Dioscoridis recognovit[47], *Chenopodium Botrys*, in Europa

38) Plin. 25, 36. 39) Lib. 36. s. 4, 9.
40) Hipp. opp. 2. p. 556. 595. ed. Lips.
41) Ib. p. 672. 42) Flor. graec. 2. p. 168.
43) Obs. p. 442. 44) L. c. p. 35.
45) L. c. p. 619. 46) Flor. Virgil. p. 15. 16.
47) L. c. f. 335 a.

australi spontanea, vulgaris est notitiae. Herba tota flava Dioscoridi dicitur, quod flosculi paniculati flavidi totam fere plantam obtegunt.

Cap. CXXI. Geranium, a gruini capitis imagine dictum, Afris dicebatur עֲנְקָא, *collo longus*, radice arabica عنق: hinc lectio *ἰέγκ* probabilior quam *ἰέσκ*.

Geranium autem primum folio anemones et radice tuberosa, iam a Matthiolo [48], Anguillara [49], Dodonaeo,[50] Lobelio [51] ceterisque instauratoribus recognitum, per Italiam Dalmatiamque, in Peloponneso ac Cypro provenit. Est *Geranium tuberosum* L.

Quod Geranium alterum attinet, Fuchsius id in *Geranio rotundifolio* L. dispicere sibi visus est.[52] Bona id effigie etiam Dodonaeus illustravit.[53] Nec alieni ab ea sententia sunt, qui postea plantas veterum investigarunt. Sibthorpius [54] vero aptius putavit *Erodium malachoides* Willd., quod Geranii nomine sibi a Calceolario Veronensi missum Matthiolus primus delineatum exhibuit, huc referre [55], quia gruum capita cum rostris melius repraesentat, folia etiam quodammodo ad malvae folia accedunt.

Cap. CXXII. *Γναφαλίου* etymon ipse D. indicat, quod folia alba molliaque tomenti loco inserviant. Plinius, qui gnaphalion ab aliis chamaezelon vocari tradit,[56] centunculum, synonymon gnaphalii apud nostrum, alio loco tanquam proprii generis et longe alieni profert.[57] Hunc centunculum cum Anguillara [58] credimus esse *Polygonum Convolvulum.*

Nostrum vero Gnaphalium iam a Matthiolo [59], Dodonaeo [60], Lobelio [61] et Clusio [62] ita adumbratum invenimus, ut *Otanthum maritimum* Link. (Santolinam maritimam Huds., Diotin candidissimam Desf., Athanasiam maritimam L.) promtissime cognoscamus. Candida lana ac

---

48) L. c. p. 621. 49) L. c. p. 227. 50) L. c. p. 61.
51) Obs. p. 377. 52) L. c. p. 205.
53) L. c. p. 61. 54) Flor. graec. 2. p. 37.
55) L. c. p. 624. 56) Lib. 27, 61.
57) Lib. 24, 88. 58) L. c. p. 173.
59) L. c. p. 625. 60) L. c. p. 65.
61) Adv. p. 201. 62) Hist. p. 529.

densissima, quae et folia et caules obducit, princeps est indicium, cui accedit aromaticus odor, e quo medicatas vires auguramur. Crescit autem planta ad litora maris mediterranei, ut et in Suffolcia Angliae.

Cap. CXXIII. De τύφη, quae nomen retinuit, a Theophrasto iam commemorata[63], ambigi nequit. Tragus fere primus *Typham*, ut videtur, *latifoliam* nostratum in medium duxit[64], plerisque sequentibus, praeter Anguillaram[65], cui gramen placet circa muros Arimini inventum, quod *Saccharum* forte *Ravennae* Murr. est, C. Bauhinus vero pro *Eriophoro polystachyo* habet, gravi errore a Trago Gnaphalium Dioscoridis dicto.[66]

Cap. CXXIV. De κιρκαίᾳ difficillimam quaestionem promte expedire haud ausim. Arridet quidem Anguillarae sententia, *Cynanchum nigrum* RBr., ut mihi videtur, in Samnio inventum, proponentis.[67] Congruunt fere omnia; sed miraberis, comam seminum taceri. Lobelius, qui initio crediderat, *Solanum Dulcamaram* huc pertinere,[68] dein confugit ad herbam, quam et nos *Circaeam lutetianam* cum Linnaeo vocamus[69], in quo quidem sequaces habuit plurimos, praesertim Fab. Columnam, qui et alteram speciem, *alpinam*, addidit.[70] Ea quidem planta, licet raro per Graeciam Asiamque minorem proveniat, flores habet tamen minime nigros, neque fructus cum corniculis comparari possunt: neque in locis apricis, sed umbrosis et humidis crescit. Caesalpinus, etiamsi alio loco Lobelii Circaeam veram existimet[71], alio tamen loco *Capsicum annuum*, Indiae orientalis et Americae tropicae incolam, huc trahit.[72] Irridenda denique opinio Tragi, qui *Celosiam margaritaceam* congruam putat.[73]

Cap. CXXV. Plerique maiores nostri a Matthiolo inde *Oenanthes*, umbelliferarum genus, intelligunt sub οἰνάνθη Dioscoridis, sive sit *pimpinellifolia*, sive *peuce-*

63) Hist. pl. 1, 5.
64) L. c. f. 260 a.
65) L. c. p. 229.
66) Trag. f. 261 a.
67) L. c. p. 229.
68) Adv. p. 102.
69) Obs. p. 137.
70) Ecphras. 2. p. 80.
71) Lib. 8. c. 33.
72) Lib. 5. c. 22.
73) L. c. f. 219 b.

danifolia sive *prolifera.* Haerebit tamen, qui loca natalia Oenantharum reputaverit: crescunt enim omnes in pratis humidis: Dioscoridis *οἰνάνθη* petras habitat. Neque altitudo congruit: pleraeque enim Oenanthae nostrates cubitales sunt: Dioscoridis est dodrantalis. Neque fructus cum Atriplicis fructu plano bivalvi conferendus est. Multo minus placet Fuchsii Oenanthe[74], quae *Spiraea* est *Filipendula*; praeter altitudinem enim maiorem fructus nullo modo cum atriplicis fructibus comparari possunt. Superest *Pedicularis tuberosa* L., ad quam primus confugit Lobelius[75], quam et Oenanthes alius Myconi Dalechampius[76], et Oenanthes alpinae nomine Pona[77] citant. Haec omnino in petris et inter saxa alpina provenit, radicibus tuberosis teretibus, foliisque bipinnatifidis dentatis hirsutiusculis, Dauci folia omnino quadantenus referentibus, caule etiam dodrantali, simplici, crassiusculo, floribus ochroleucis, maxime vero fructu compresso, biloculari, bivalvi, atriplicis fructui non dissimili, proxime ad Dioscoridis plantam accedere videtur. Medicas virtutes affinium specierum, praesertim ad urinam pellendam et Floyerus[78] et Hallerus[79] confirmant.

Ceterum *οἰνάνθη* Theophrasti *ἀνθώδης*, quae una cum Viola odorata floreat, flore gaudeat albo ac racemoso,[80] alia ac nostra esse videtur. Odore carebat. Tertiam autem citat[81] montanam plantam fragrantem, in Cypro nascentem, e cuius foliis unguentum paretur. Quarta *οἰνάνθη* est ipse vitis flos.[82]

Cap. CXXVI. *Κόνυζα,* sic forte dicta, quia *κώνωπας* abigat, quod noster tradit, triplex hic est, duplex apud Theophrastum et Nicandrum. Quam enim Dioscorides maiorem nominat, eam *ἄῤῥενα* Theophrastus appellat, ramosiorem dicens et pinguiorem, florem etiam *λαμπρότερον.*[83] Hippocraticus scriptor, qui folium cum *σελίνῳ*

74) L. c. p. 562. 563. 75) Adv. p. 326. ic. 730.
76) L. c. p. 786. 77) Mons bald. p. 80. 99.
78) Pharmacobas. p. 163. 79) Stirp. helv. 1. p. 140.
80) Hist. 6, 6. 8.
81) De odor. p. 741. Hesych. h. v. Athen. 15, 59.
82) Theophr. causs. pl. 3, 13. Geopon. 5, 51.
83) Hist. pl. 6, 2.

οὔλῳ comparat, non coram habuisse plantam videtur, sicut ego eam iam ante oculos habeo. Namque folia sunt amplexicaulia lanceolata, serrata, villosa, viscosa, unde et male cum oleae foliis conferuntur. Odorem vocat idem Hippocraticus auctor δύςοιστον, toleratu difficilem, quum omnino gravem ingratumque percipio. Est enim planta in Europa australi non rara, *Inula viscosa* Ait., quam Conyzae maioris nomine Clusius, ni fallor, primus illustravit.[84] Minus placet Rauwolfii sententia[85], qui Conyzam circa Tripolim Syriae inventam pro maiore Dioscoridis habet, licet odor non gravis, nec viscosa sit indoles. Hanc Linnaeus *Baccharidem Dioscoridis* nominavit. Est autem conyza maior Dioscoridis vi refrigerante celebris, qua cupidinem veneream restinguere credebatur, substrata ideo in Thesmophoriis.[86] De eadem refert Sibthorpius, latice viscoso irretiri ac captari muscas aliaque animalcula insecta.[87] Ceterum non defuerunt, qui, Trago et Matthiolo praeeuntibus, et *Conyzam* nostram *squarrosam* huc traherent, quamvis nec pinguis superficies, nec gravis odor in hac adsint.

Conyza minor, foliis angustioribus, caulibus pedalibus, a Theophrasto dicitur acriore odore praedita esse. De hac Nicander:

ἢ καὶ λεπτοθρίοιο πολύθρονα φύλλα κονύζης.[88]

Primus eam speciem Lobelius[89] ita adumbravit, ut *Erigerontem graveolentem* agnoscas. Hanc plerique dein receperunt, etiamsi non negandum sit, *Inulam saxatilem* Lam., quam a Mycono acceptam Dalechampius Conyzae montanae nomine effigie expressit[90], ob glutinosam indolem, hircinum odorem, caules duntaxat dodrantales et folia angusta pari iure Conyzam minorem nuncupari posse.

Tertium Conyzae genus, in locis aquosis nascens, foliis mediae magnitudinis, haud pingue, sed odore gra-

84) Rar. stirp. hispan. hist. p. 377.
85) Iter, n. 54. Dalechamp. app. p. 20.
86) Schol. Nicandr. ther. v. 70. Schol. Theocr. id. 7. v. 68.
87) Walpole l. c. p. 245. 88) Ther. v. 875.
89) Advers. p. 146. 90) L. c. p. 1201.

viore, fere omnes habent *Inulam britannicam,* dissentiente tamen Clusio, qui, cum in nostro textu Aldinae lectionem ἀνύδροις loco ἐφύδροις praeferret, *Inulam Oculum Christi* hic intelligi existimavit.[91]

Cap. CXXVII. *Ἡμεροκαλλίς* alia videtur esse planta ac Theophrasti ἡμεροκαλλές: hoc enim lignosam habet radicem[92], cum Dioscorides suae plantae bulbum praegrandem tribuat. *Ἡμεροκαλλές* Theophrasti simul cum oriente sole efflorescit, noctu vero marcet.[93] In coronamentis autem qnaerebatur.[94] Fueritne *Hemerocallis fulva* L., cuius radix omnino lignosa est, ambigitur, cum in Graecia haud indicetur. Nihilominus in Pannonia[95] et Transsylvania[96] occurrit, unde credibile est, etiam in Graecia provenire.

Redeo ad Dioscoridis ἡμεροκαλλίδα. Hanc Matthiolus primus declaravit esse *Lilium bulbiferum*[97], Dodonaeus L. *Martagon*[98], quamvis hoc plerumque rubro gaudeat flore.

Cap. CXXVIII. Sub λευκοΐῳ militant *Matthiolae incanae* R. Br. varietates multicolores, et *Cheiranthus Cheiri* L., quem lutei flores et praecipuus in medicina usus produnt. De hoc cecinerat Nicander[99]:

— — Γένη γε μὲν ἴασι δισσά,
ὠχρόν τε, χρυσῷ τε φυὴν εἰς ὦπα προςειδές·
ἅσσα τ' Ἰωνιάδες νύμφαι στέφος ἁγνὸν Ἴωνι
πισαίοις ποθέσασαι ἐνὶ κλήροισιν ὄρεξαν.

Id etiam Theophrastus intellexisse videtur, dum post *τὸ λευκὸν ἴον, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ φλόγινον* (cod. Urb. *φλόγιον* vulg.) ponit.[100] Color enim flammeus s. potius fulvus, helvolus et croceus frequens est in Cheirantho Cheiri. De utroque autem genere, et Matthiola et Cheirantho, intel-

91) Hist. 2. p. 20. 21. 92) Hist. pl. 6, 6.
93) Athen. 15, 28. Hesych. h. v.
94) Athen. 15, 32. 95) Clus. pannon. p. 143.
96) Baumgarten flor. transsylv. 1. p. 303.
97) L. c. p. 631. 98) L. c. p. 201.
99) Athen. 15, 31.
100) Hist. pl. 6, 8. Nomen *Cheiri,* خيري, persicae esse originis, lexicographi statuunt.

ligendum, si Hicesius *πολὺ δ' ἀρίστην εὐωδίαν καὶ δυναμένην τέρπειν, ἀλλὰ πρὸς ὀλίγιστον* praedicaverat[1]: et si Philonides coronas e *λευκοΐῳ* et *ἀμαράκῳ* caput gravare et soporem inducere observaverat.[2] Ex utroque etiam unguenta confecta fuisse videntur.[3]

Longe aliud est *λευκόϊον*, quod *βολβῶδες καὶ στρογγύλον τῇ ῥίζᾳ* Theophrastus vocat.[4] Id Dodonaeus tum in *Galantho nivali*, tum in *Leucoio verno* recognovit.[5]

Cap. CXXIX. *Κραταιόγονον* dictum, quod *κρατεῖ τοῦ γόνου*, geniturae dominatur et cogit ad coïtum fecundum. In Theophrasto iam legitur *τῆς κραταίγου καρπὸς ὠφέλιμος πρὸς τὸ γόνιμον*: loco *κραταίγου* autem *κραταιγαίου* habet cod. Urb. *Φύεσθαι δὲ τοῦτο ὥςπερ λίνον πύρινον, ὁ δὲ καρπὸς, οἷον κέγχρος*.[6] Si *λίνου πυρίνου* vice *μελάμπυρον* ponimus, nostra etiam planta eadem esse videtur. Plinius: „Crataeogonon, spicae tritici simile, multis calamis ex una radice emicantibus, multorumque geniculorum. Nascitur in opacis, semine milii, aspero vehementer gustu.“[7] Galenus idem esse *κραταιόγονον*, quod Hippocratici dixerint *πολύκαρπον*, adversus uteri ulcera commendatum.[8]

Cum Ruellio et Lacuna sentio, *Polygonum Persicariam* L. esse intelligendum, tum propter acrimoniam, tum ob seminis cum milio affinitatem, tum etiam, quod folia cum Melampyri foliis conferri possunt. Alii alia statuerunt: Lobelius *Melampyrum pratense*[9], Dalechampio[10] et Gerardo[11] adstipulantibus. Quin Dodonaeus *Stellariam gramineam* arripit[12], et Gerardus addit *Bartsiam Odontiten* Huds. nomine Crataeogoni Euphrosynes.

Proxime accedit ad nostram sententiam Anguillara,[13]

---

1) Athen. 15, 28.
2) Ib. c. 17. Theocrit. id. 7. v. 64.
3) Theophr. de odor. p. 741. 4) Hist. pl. 7, 13.
5) L. c. p. 230.
6) Hist. pl. 9, 18. Galen. de fac. simpl. 6. p. 44.
7) Plin. 27, 40.
8) Hipp. de morb. mul. 1. p. 692. Galen. expos. voc. Hipp. p. 548.
9) Adv. p. 11. 10) L. c. p. 420.
11) Gerard. emac. p. 91. 12) L. c. p. 563. 13) L. c.

dum *Polygonum Hydropiper* subesse arbitratur, *μελάμπυρον* autem cognomen habet *μυάγρου*. (lib. 4. c. 115.)

Cap. CXXX. De *φύλλῳ* tum *ἀῤῥενογόνῳ* tum *θηλυγόνῳ* Theophrastus[14]: *Ὅμοια δ' ἄμφω, καὶ μορφὴν ἔχοντα ὠκίμου· ὁ δὲ καρπὸς τοῦ μὲν θηλυγόνου καθάπερ ἐλαίας βρύον, ὠχρότερος δέ· τοῦ ἀῤῥενογόνου δὲ, οἷονπερ ἐλαία, ὅταν ἄρτι φύηται ἐκ τοῦ βρύου· δίκρουν δὲ, ὥςπερ ὄρχεις ἀνθρώπων.*

Comparata hac descriptione cum iis, quae Dioscorides (lib. 4. c. 188.) de *λινοζώστει* s. Mercuriali tradit, eamdem plantam, nempe *Mercurialem annuam*, duobus diversis locis tractare videtur, id quod Valer. Cordus primus perspexit.[15] *Ἀῤῥενογόνον* Theophrasti et Dioscoridis omnino cum feminea planta Mercurialis annuae congruunt: *θηλυγόνον* illius est mascula planta: sed de *θηλυγόνῳ* Dioscoridis dubitari posset, cum florem album habeat, et fructum maiorem, velut papaveris (semen.) In Mercuriali annua vero spicae masculae nihil gerunt, quod huic comparationi ansam praebere potuisset. Quodsi autem *Mercurialem ellipticam* Lam., quam etiam e Sardinia habeo, aut Merc. *tomentosam*, Europae australi familiarem, contemplatus fueris, capitula potius pedunculata obversantur, quae flores masculos gerunt: haec utique pro fructibus haberi potuerunt. Utra vero sit, dubium esse nequit, cum *χλωρότερον ἐλαίας τὸ φύλλον* dicatur. Proinde fallitur Matthiolus[16], qui Merc. tomentosam, totam candidam et sericeo-tomentosam, huc trahit, annuentibus plerisque patribus rei herbariae. Dalechampius sueta levitate et Mercuriales duas, tomentosam annuamque, et Saxifragam Cotyledonem[17] et Drabam aizoidem[18] huc traxit.

Quod reliquum est, Caesalpini coniectura[19], *ὅμοιόν τι τῷ ἄρτι ἐξηνθηκυίας ἐλαίας βρυώδει* loco *βοτρυῶδες* le-

---

14) Hist. pl. 9, 18.

15) Comm. in Diosc. f. 59ᵃ. 76ᵇ. 16) L. c. p. 634.

17) L. c. p. 1195. 18) L. c. p. 1196.

19) Lib. 8. c. 30.

gendum esse, iam magnopere placet. Congruit enim tum cum Theophrasto, tum cum natura ipsa.

Cap. CXXXI. Orchis est, quae in locis saxosis et sabuletis per Graeciam et Europam australem invenitur, tuberibus indivisis, utplurimum geminis, horno altero, altero annotino, quae vel supra se invicem, vel iuxta se collocata sunt, foliis radicalibus humi procumbentibus, oblongis, glabris, scapo spithamaeo, floribus purpureis. His indiciis rite perpensis, *Orchis papilionacea* L. in mentem venit, in quam omnia quadrant, quaeque *σαλέπι* nomine ab hodiernis Graecis distinguitur.[20]

Patres rei herbariae, licet in Orcheos genere consentientes, patriis tamen plantis, ut Germani erant, inhaerentes, satis egerunt, ut modo hanc, modo illam earum intelligi probarent. Fuchsius primus complexus est quaternas species, *Orchin militarem, pyramidalem, masculam* et *Morionem*, *κυνοσόρχεως* nomine.[21] In Orchi tamen mascula et Morione plerique substiterunt, quanquam duae hae species in pratis magis siccis quam in sabulosis locis et saxosis proveniant.

Cap. CXXXII. Orchis altera, quam *σεραπιάδα* appellaverat Andreas, *τρίορχις* Paullo Aeginetae dicta[22], difficulter extricanda est. Fuchsius primus et *Orchin Morionem* iuxta ac *Ophryn apiferam* Huds.[23] in scenam produxit. Dodonaeus et *Platantheram bifoliam* Rich.[24] et *Ophryn apiferam, araniferam* Huds. et *myoden:* Lobelius *Orchin latifoliam, maculatam, Gymnadeniam conopseam* et *viridem* Rich. nomine Serapiados illustravit.[25] Hos sequuti sunt alii, augentes quidem Orchidearum species, sed neutiquam revocantes ad Dioscoridis appellationes: unde patet, desperasse eos de hac saltem, inextricabili, profecto specie.

Cap. CXXXIII. *Σατύριον* verterunt Arabes خصى الثعلب, *testiculum vulpis*, sicut *κυνοσόρχιν* خصى الكلب, *testicu-*

---

20) Flor. graec. 2. p. 213. 214.
21) L. c. p. 554—557.
22) Lib. 7. p. 249.
23) L. c. p. 559. 560.
24) L. c. p. 237.
25) Obs. p. 90 — 92.

lum canis: illa appellatio transiit ad instaurâtores usque rei herbariae. Brunfelsius primus hoc nomine dispares congessit plantas, *Orchin masculam*, *Spiranthen autumnalem* Rich. et *Gymnadeniam conopseam.*[26] Tragus et *Orchin variegatam*[27] et *Spiranthen autumnalem* et *Neottiam Nidum avis*[28] huc trahit: Fuchsius *Platantheram bifoliam* Rich.[29] Alii vel aperte fassi sunt, plantam hanc ignotam esse, ut Anguillara, vel plane neglexerunt, Matthioli, Dodonaei, Lobelii Clusiique exemplis. Priores autem, qui vi quadam Orchideis adnumerandam esse iusserant, non legisse videntur Dioscoridis verba: ἄνθος κρινοειδές, quod neutiquam de Orchideae ullius flore dici potest. Caesalpinus quidem aliam incessit semitam[30], *Iride tuberosa* hoc nomine descripta; quae tamen longissime abest foliis quadrangulis, nullo modo cum rumicis liliive foliis comparandis.

Equidem persuasum habeo, *Tulipae* speciem subesse, forte *Clusianam* Redout., quam immortalis Atrebas brevi ante obitum descripsit.[31] Neque me opposuerim, si quis maluerit T. *Gesnerianam* nostram, Thraciae Asiaeque minoris incolam, intelligi, quippe quae caule aphyllo, flore quoque, dum sponte provenit, saepissime candido, dignior etiam hoc loco videri possit.

Cap. CXXXIV. Satyrium erythronium a Lobelio, ni fallor, primo propositum[32], est *Erythronium Dens canis*, in Europa australi obvium. Neque tamen haec coniectura quidquam habet certitudinis, neque facile Sibthorpio assentiendum, qui *Serapiada cordigeram* huc trahit.[33] Erythronium vero nostrum esse *Mithridatiam*, quam Cratevam Mithridati regi vovisse Plinius tradit,[34] Anguillara[35] pariter ac Caesalpinus[36] probare studuerunt. Huic esse, scribit Plinius, folia duo a radice acantho

---

26) L. c. 1. p. 104 — 106.
27) L. c. f. 296 b. 28) L. c. f. 298 a.
29) L. c. f. 710. 30) Lib. 10. c. 45.
31) Clus. cur. post. p. 18.
32) Obs. p. 97. C. Gesner. tab. aeri inc. 2. f. 17.
33) Flor. graec. 2. p. 218. 34) Lib. 25, 26.
35) L. c. p. 174. 36) Lib. 10. c. 18.

similia, roseum florem inter utrumque folium caule sustineri.

Cap. CXXXV. *Ὅρμινον, ἀπὸ τοῦ ὁρμᾷν ἢ παρορμᾷν εἰς συνουσίαν* dictum, Theophrasto *ὅρμηνον*, Galeno etiam *φόρβιον*[37], Paullo Aeginetae *φόρμιον* vocatum[38], mutavit medio aevo appellationes in *ζεντογάλην*[39], nostra denique aetate in *σαρκοθρόφι.*[40] Serebatur autem antiquitus cum sesamo[41], tanquam alexipharmacon[42] iuxta ac adminiculum in perficiendis *τελεταῖς* seu initiationibus mysteriorum.[43]

Est *Salvia Horminum* L., cuius affinis S. *viridis* L. sylvestre forte *ὅρμινον* est, quod fuscis rotundisque seminibus differt, ceterum priori proximum. Agnorunt id cum Matthiolo[44] plerique patres rei herbariae, praesertim Dodonaeus[45] et P. Alpinus.[46]

Cap. CXXXVI. *Ἡδύσαρον, τὸ ὑπὸ τῶν μυρεψῶν καλούμενον πελεκῖνος, φυόμενον ἐν κριθαῖς καὶ πυροῖς* vocatur Theophrasto *ὁ πελεκῖνος, ὅμοιος τῇ ὄψει τῷ πελέκει.*[47] Eum inter *ἀφάκας* crescere, pro quo cod. Urb. *ἐν τοῖς φακοῖς* habet, sicut Plinius: Lentem herba securidaca enecat, quam Graeci a similitudine pelecinon vocant.[48] Matthiolus duas genereque diversas plantas hic collocavit: *Coronillam Securidacam* L. et *Astragalum hamosum*, illam maiorem, minorem hanc securidacam appellans.[49] In eo sequaces habuit plerosque, additis tamen a Clusio *Coronilla varia* et *Biserrula Pelecino* L.[50], quanquam neutram legitimam habeat. Securidaca autem per Europam australem, et privatim per Graeciam, inter segetes vulgaris est.[51]

Cap. CXXXVII. In onosmate definiendo eo magis fluctuarunt patres rei herbariae, cum falsam lectionem,

---

37) De fac. simpl. 8. p. 152. 38) Lib. 7. p. 249.
39) Nic. Myreps. sect. 3. c. 62.
40) Flor. graec. 1. p. 14. 41) Theophr. hist. pl. 8, 7.
42) Orph. argon. 1. v. 917. Nicand. ther. v. 893.
43) Athen. 11, 76. 44) L. c. p. 640.
45) L. c. p. 294. 46) De plant. exot. p. 112. 113.
47) Hist. pl. 8, 8. 48) Plin. 18, 44. Geopon. 2, 43.
49) L. c. p. 641. 50) Hist. 2. p. 347. 348.
51) Flor. graec. 2. p. 78.

nec caule, nec flore, nec fructu gaudere, sequerentur. Iconem quidem exhibuit Matthiolus foliorum plantae circa Goritium inventae, sed nemo ausus est eam plantam exponere. Neque nos tam arduam expedire quaestionem nobis arrogamus, nisi respiciamus ad similitudinem cum *ἀγχούσῃ*; quae si *Lithospermum* est *tinctorium* Cand., suspicio nascitur, nostram plantam esse vel *Anchusam undulatam* vel *Lithospermum purpureo-coeruleum*. De Onosmate Linnaeano sermo nequaquam esse potest, cum pleraeque species, graecae saltem, et hirsutioribus, non mollibus, foliis, et floris forma longe a Lithospermi recedente, colore etiam vel flavido vel albido alienae sint.

Cap. CXXXVIII. *Νυμφαία* Dioscoridis est *σίδη* Theophrasti[52], non quod punicae malo similis sit, sicut Athenaeus nugatur[53], sed quia fructus grana numerosa, initio rubra continet, quae cum punicae granis conferebantur. In lacu Orchomenio copiosam indicat Theophrastus: Nicander commendat[54]:

— σίδας Ψαμαθηΐδας, ἅς τε Τρόφεια
Κῶπαί τε λιμναῖον ὑπεθρέψαντο παρ᾽ ὕδωρ,
ἧπερ Σχοινῆός τε ῥόος Κνώποιό τε βάλλει.

Scholiastes et Psamathon et Trophiam et Copas Boeotiae oppida, Cnopum et Schoeneum rivulos aut torrentes eiusdem habet regionis, lacui Copaidi vel Orchomenio atque Hylico vicinae. Radicem asperam clavatam et clavam Herculis, gallice autem Baditin fuisse nuncupatam, Marcellus Burdigalensis testatur.[55]

Cap. CXXXIX. Altera nymphaea *νοῦφαρ* dicitur: vox, ut videtur, aegyptia, composita a *νοῦ*, appellatione Nili[56], et *φάρ*, *φάρμακον*[57], ut sit Nili pharmacum. Inde Arabes dicunt plantam نيلوفر, نينوفر et نوفر. Transiit haec vox in genericam appellationem, ut *Nuphar luteum* cum Smithio dicamus, quae Linnaeo Nymphaea audie-

52) Hist. pl. 4, 10. 53) Lib. 14. c. 64.
54) Ther. v. 887 — 889. 55) Ed. Steph. col. 396.
56) Horapoll. hieroglyph. 1, 21. Iablonsky op. 1. p. 178. Rossi p. 136.
57) Rossi p. 233.

bat. Hanc, pariter *νυμφαίαν* dictam, Theophrastus in Orchomenia regione, circa Marathonem [58] et in Creta indicat: Boeotos *μαδωνίαν* dicere, fructumque comedere. Esse vero plantam astringentem, et contra intestinorum difficultatem, folia vero ad coërcendum sanguinem inservire. [59] Quae quidem nuperis observationibus confirmantur: plebs enim Russiae et Finniae comedit et radicem et caules seu petiolos.[60] Lac quoque reprimere folia mammis imposita, exploratum habemus. [61] *Μαδωνίαν* Plinius madon vocat [62], et *εὐποριστῶν* auctor *μάδον* coriarium commendat [63], sicut et radices nostris temporibus ad densanda coria suadentur. [64]

Cap. CXL. *Ἀνδρόσακες*, quale primus á Luca Ghinio acceptum exhibuit Matthiolus [65], post eum ad litora Galloprovinciae inventum Lobelius [66], est zoophyton elegantissimum, conchis ut plurimum innascens. Stipite gaudet simplicissimo, filiformi, subdigitali, albo, basi parum dilatato, et in apice eius umbraculum seu peltam orbicularem, viridem, planissimam, plicato-radiatam, medio umbilicatam, cuius diametrus tres ad sex lineas habet. Id zoophyton agnovit quoque Caesalpinus [67], haerens tamen in defectu seminum, quae distinguere nequivit. At verò adsunt semina in umbone operculato, quod Vitalianus Donati bene [68] et melius etiam Phil. Cavolini [69] observarunt. Sunt ovalia, viridia similiterque glutinosa, ac polyporum ovula. Quae Donati stamina putavit [70], parasiticas potius esse confervas, Cavolinius et Bertolomius suadent. [71]

Quanam parte collocanda sit haec stirps, in contentionem venit. Linnaeus initio [72] Sertulariam, post Ma-

---

58) Pausan. 1, 32. Erat ibi lacus paludosus in mare effluens.
59) Hist. pl. 9, 13. 60) Linder de venen. p. 651.
61) Wredow flor. megapol. 2. p. 528.
62) Lib. 25, 37. 63) Lib. 1. c. 179.
64) Gleditsch verm. Abh. 1. p. 100.
65) L. c. p. 645. 66) Adv. p. 165.
67) Lib. 16. c. 48.
68) Storia natur. marina dell' Adriatico, p. 32. t. 2. f. H.
69) Pflanzenthiere des Mittelmeers, a me edit. p. 118. tab. 9. f. 14. 70) L. c. tab. 2. f. E.
71) Amoenit. ital. p. 279. 72) Hort. Cliffort. p. 480.

dreporam[73], denique Tubulariam[74] dixit. Pallasius Corallinis maiori iure annumeravit.[75] Acetabulariam dixit Lamourouxius[76], Oliviam Bertolonius.[77] In hac ultima denominatione subsistamus, cum vegetabilem naturam stirpis negare non audeam.

Cap. CXLI. Quae hic clare de *ἀσπλήνῳ*, corrupte et perverse Plinius tradit: „Asplenum sunt qui hemionion vocant, foliis trientalibus multis, radice limosa, cavernosa (!), sicut filicis, candida, hirsuta: nec caulem, nec florem, nec semen habet. Nascitur in petris parietibusque opacis, humidis: laudatissima in Creta.“ Filix autem, quae hic intelligitur, est *Gymnogramma Ceterach* mihi (Asplenium Ceterach L.), quod iam Tragus[78] bene perspexit. Originem vocis Ceterach, quae iam in Matthaeo Sylvatico occurrit, enucleare nequeo.

Cap. CXLII. *Ἡμιονῖτις* est *Scolopendrium Hemionitis* Sw., quod Dodonaeus iam[79] et Clusius[80] iconibus illustrarunt. Matthiolus[81] varietatem Scolopendrii officinarum ita vocat.

Cap. CXLIII. Quantopere hallucinati sint in exponenda Anthyllide priore instauratores rei herbariae, mirum esse nequit, si mancam descriptionem et incognitam fere earum regionum, quae Dioscoridi notissimae erant, consideramus. Tragum, dum Tanacetum vulgare et Achilleam Ptarmicam adducit[82], pariter taxamus ac Caesalpinum, qui ad Inulam crithmifoliam[83], et Dodonaeum,[84] qui ad Anthyllida Vulnerariam consilium transferunt. Paullo propius ad veritatem accesserunt Lobelius[85] et Clusius[86], qui Frankeniam pulverulentam subesse rati sunt. Rem vero acu tetigit P. Alpinus, dum *Cressam creticam* aperiret, quae egregie huc quadrat.[87]

---

73) Syst. 10. spec. 17. 74) Syst. 12. p. 1303.
75) Elench. zooph. p. 430. Cav. ic. 2. t. 191.
76) Hist. des polypes, p. 244. 77) Amoen. ital. p. 277.
78) L. c. f. 209 a. 79) L. c. p. 467.
80) Hist. 2. p. 214. 81) L. c. p. 646.
82) L. c. f. 61 a. 83) Lib. 12. c. 38.
84) L. c. p. 552. 85) Advers. p. 196.
86) Hist. 2. p. 186. 87) De plant. exot. p. 156. 157.

Altera Anthyllis, quae Chamaepityn refert, a Clusio primo ad *Aiugam Ivam* Schreb. est revocata, cum qua ad amussim congruit.[88]

Cap. CXLIV. Anthemidos tres species comprehenduntur, prima radio albo, altera luteo, tertia purpureo. Has quidem Sibthorpius ita designat, ut primam habeat *Anthemida chiam*, alteram *tinctoriam* L., tertiam *roseam* Sibth., in Cypro insula vulgarem.[89] At vero plures intelligi species, quis negabit? Sic iam Lobelius *Matricariam Chamomillam* et *Anthemida nobilem* ii Anthemidi adscripsit, quae albo radio; *Anacyclum* vero *aureum* ii, quae flore luteo unicolore gaudeat.[90] Et ipsae appellationes ἄνθεμις s. ἀνθεμὶς, χαμαίμηλον et λευκάνθεμον repetitae sub παρθενίῳ, probant levitatem, qua plantarum nomina mutata fuerunt.

Theophrastus ἄνθεμον vocat, quae Dioscoridi ἀνθέμιδος nomine venit, cuius plures sint species. Duas ille potissimum distinguit, φυλλῶδες, quod radio albo gaudeat, et ἀφύλλανθες, quod radio destitutum esse videtur.[91] Hoc igitur fuerit *Anacyclus aureus*, illud forte *Matricaria Chamomilla*, quam Hippocratici εὐανθέμου χλωροῦ nomine in suppresso menstrui sanguinis et lochiorum cursu praedicant.[92]

Chamaemelum purpureum semel duntaxat in seriore aetate redit.[93]

Punicum nomen corruptum esse ex ebraeo חֲצִיר תַּפּוּחַ, *herba pomi*, propter mali odorem Bochartus docet.[94] Hinc et *ovalidiam*, Gallicum chamaemeli cognomen,[95] exponendum esse a gallico *oval*, quod cum germanico *Apfel* et Anglico *apple* consentit, ipsi Bocharto videtur.

Et Arabibus dicitur تفوح الارض χαμαίμηλον, idem ac بابونج.

Cap. CXLV. *Παρθένιον* dictum fuisse traditur παρ-

88) L. c. 89) Flor. graec. 2. p. 189. 191. 192.
90) Obs. p. 455. 456. 91) Hist. pl. 7, 8. 14.
92) Hipp. de nat. muliebr. p. 552. de morb. mul. 1. p. 726.
93) Nic. Myreps. sect. 1. c. 44. p. 42. ed. Fuchs.
94) Can. p. 755. 95) Apulei. c. 24.

θένου, Minervae Hygeae, quae, cum verna Pericli carus, templum in arce Atheniensi aedificaturus, de fastigio cecidisset, herbam hanc somnio Pericli monstraret.[96] In sempiternam rei memoriam curatum est, ut iuxta arcem herba ea cresceret.[97] At longe aliter herbam Plinius describit, ac noster. Habere enim folia ocimo similia, sed nigriora, noster folia coriandri tenuia. Qui rem herbariam instaurarunt, in Pliniana descriptione subsistentes, a Brunfelsio inde[98] *Pyrethrum* nostrum *Parthenium* stabiliverunt, excepto Fuchsio, qui pessimo consilio *Anthemida Cotulam* huc traxit[99], quia forte cum Dioscoridis descriptione conformem reddere appellationem studebat. Equidem non possum quin *Matricariam Chamomillam* a Dioscoride intelligi statuam, maxime dum odorem graviorem viresque celebratas contemplor.

Punicum nomen e chaldaeo תַּמְכְּתָא, quod amaram herbam significat, Bochartus exponit[100]: legitur etiam *thamnacum* in variis Plinii codicibus[1], tanquam cognomen parthenii. Arabes vocant أقحوان (*okchuwân*) et بابونج (*babunadsch.*)

Cap. CXLVI. *Βουφθάλμου* nomina memoratu digna sunt. *Βαλσαμένην* esse aramaeum בַּעַל שְׁמַיִן, *dominus coeli*, s. sol, Bochartus innuit.[2] Punicum nomen originem habet in verbo arabico نار, *lucere*, unde نورة (*nawrath*), *flos lucidus*. Galenus de *βουφθάλμῳ*[3]: ὠνόμασται μὲν οὕτως ἀπὸ τῶν ἀνθῶν ἐοικέναι δοκούντων κατὰ τὸ σχῆμα βοὸς ὀφθαλμῷ, ἐπί τε τήν γε χρόαν τοῖς τῆς ἀνθεμίδος ἐστὶν ὁμοιότατα.

Errarunt, qui cum Trago[4] Anthemida tinctoriam subesse crediderunt: obstant enim folia, quae foeniculi similia esse debent. Proximus autem est a veritate Clusius, qui *Anthemida valentinam*, Buphthalmi narbonensis

---

96) Plutarch. vit. Pericl. c. 13. Plin. 22, 20.
97) Plutarch. vit. Syll. c. 13. Dodwell's tour through Graece, 1. p. 359.
98) Herb. 3. p. 63. 64. 99) L. c. p. 583.
100) Can. p. 755. 1) Lib. 21, 104. 2) L. c. p. 756.
3) De fac. simpl. 6. p. 852. 4) L. c. f. 58 a.

nomine huc trahit.[5] Folia eius triplicato-pinnata, foliolis lineari-subulatis, comparari melius possunt cum foeniculi foliis, licet multo sint breviora. Flos aureus est, radio subtus purpurascente. Ex hac ultima indole audeo Avicennam exponere, qui de nostra planta, بهار (*bihâr*) dicta, sic agit[6]: هو الدى يسمى كاوجشم اى عين البقر ورده اصفر الورق (القرى legendum) احمر الوسط اسمن من (الورق dele) البابونج.

Iam eum corruptum locum ita verto: „Haec est illa, quae vocatur (persice) *khaudschaschm*, i. e. oculus bovis: flos eius est luteus, dorso (s. subtus) ruber, et centrum (discus) obesior, quam parthenii.“ Tali audacia saepissime opus est, si Avicennam interpretaturi sumus.

Cap. CXLVII. Paeonia, ut Plinii verbis utar, vetustissima inventu, praestigiis magorum antiquitus inservit.[7] Dactylorum Idaeorum nomen, qui famuli magnae matris, quini numero, radicum Idae montis primi dicuntur cultores et φαρμακεῖς, quorumque posteri habentur Curetes et Corybantes[8], ἀγαθοδαίμονες ipsi nuncupati[9], hac potissimum herba et medelas perfecerunt et lustrationes, ad ipsam plantam transiit, quae alioquin a *Παιήονι* aut *Παιῶνι*, deorum medico, qui et *Παιάν* dictus mutatusque ab Orphicis in Apollinem ipsum[10], *παιωνία* dicebatur. Sic iam iisdem Orphicis hoc nomine grata fuit, et culta in Hecates horto fabuloso.[11] *Πεντορόβιον* melius et Galeno et Plinio dicitur, quam *πεντοβόριον*, quod semina globosa quina in singulis folliculis haerent. *Γλυκυσίδην* a nonnullis appellari, Theophrastus testatur.[12]

Duas Dioscorides enumerat species, marem iuglandis, et feminam smyrnii foliis. Illam habeo *Paeoniam* nostram *officinalem*, vel *arietinam* Anders. et *peregrinam*

5) Hist. 1. p. 532. 6) Ed. arab. p. 145.
7) Plin. 25, 10. 8) Strabo 10. p. 212. s.
9) Plutarch. de facie in orbe lunae, p. 824.
10) Orph. hymn. in Apoll. p. 295. ed. Hermann.
11) Orph. argon. 1, 916. 917. 12) Hist. pl. 9, 8.

Mill., foliis subtus pubescentibus a priore distinctam: feminam vero P. *corallinam* Retz. Qui contrarium proferunt, haud sedulo comparasse foliorum formas videntur. Folia enim Smyrnii multo magis ad P. corallinae formam accedunt. Plures autem species et in Creta et in reliqua Graecia proveniunt.

Grana nigra suffocationes ab incubis tollere in tota antiquitate creditum est, sive id e fuga daemonis, sive e refrigerante vi et attenuante paeoniae exponerent. Namque ἐφιάλτην, quem Themiso πνιγαλίωνα cognominarat, maxime a crapula malaque digestione nasci, eaque propter et sanguinis missiones et evacuationes prodesse et refrigerantia, quibus paeoniae semina accensebantur, idem praeceperat.[13]

Cap. CXLVIII. Memorabilis est Plinii de lithospermo locus, quem transscribam[14]: „Inter omnes herbas lithospermo nihil est mirabilius. Aliqui aegonychon vocant, alii diospyron, alii heracleos. Herba, quincuncialis fere, foliis duplo maioribus, quam rutae, ramulis surculosis, crassitudine iunci, gerit iuxta folia singulas veluti barbulas, et earum in cacuminibus lapillos, candore et rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia vero lapidea. Ipsi, qua pediculis adhaereant, cavernulas habent, et intus semen. Nascitur et in Italia, sed laudatissimum in Creta. Nec quidquam inter herbas maiore quidem miraculo adspexi. Tantus est decor, velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis: tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis. Iacere atque humi serpere auctores tradunt. Ego vulsam, non haerentem vidi." Acclamaverim Plinio cum Aristotele: Ἄρχομεν μὲν ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν πάντες· ἀλλ᾽ ὁ ὑπερβαλὼν θαυμασμὸς ὁμορεῖ τῇ ἀπαιδευσίᾳ. Etiamsi ipsum observasse plantam pateat, in ducentis saltem et sua aetate cognitis plantis Plinius plura habebat miratu digniora, quam in lithospermo. Quanquam in Plinii descriptione plura sint a Dioscoridis adumbratione aliena, ut barbulae iuxta sin-

---

13) Paull. lib. 3. p. 66. 14) Plin. 27, 74.

gula folia, quas in Lithospermo apulo facilius conspicimus, haud tamen arbitror aliam intelligi speciem, quam *Lithospermum officinale.* Hoc enim gerit lucidissimos, glaberrimos fructus, qui tamen basi neutiquam forati sunt, more aliorum, Anchusae, Myosotidis et Lycopsis fructuum. Itaque minime cavernulas dispicio in ipsis fructibus, qua pedunculis adhaerent. Neque bifurcam caulis divisionem, qualem Dioscorides indicat, tam manifestam habet L. officinale, quam L. apulum, quod tamen foliis multo angustioribus recedit.

Cap. CXLIX. Si Plinii locum de Phalaride conferimus, paullo plura inveniuntur, quam in nostro, indicia. Quippe: thyrsum, inquit, habet longum, tenuem, ceu calamum, in summo florem inclinatum, semen simile sesamae.[15] Alia esse species nequit, quam *Phalaris canariensis*, utique in Graeciae arvis frequens.[16] Namque aliae species gaudent radicibus tuberosis aut bulbosis, sed huius Dioscorides λεπτάς tradit.

Cap. CL. De *Rubia tinctorum* nullum exstitit unquam dubium. Nomen aegyptium, affine arabico فوة, quod pariter *rubiam* significat, praefixo σό, quod herbam notat[17], et Philo Alexandrinus, qui aegyptiacum idioma callebat, φουὰ ἐρυθρόν vertit.[18]

Τὸ ἐρευθόδανον Theophrasti[19] alia videtur ac nostra planta. Folia habebat hederacea, sed rotundiora; humi repebat, ut ἄγρωστις; umbrosa loca amans. Fueritne Rubia lucida, Galium cruciatum Sm., an Asperula odorata, ambigo. Hippocratici ἐρευθόδανον contra sterilitatem,[20] ad uteri gravidi dolores pertinaces[21] et intestinorum difficultatem[22] hortantur. In utero usum rubiae confirmat Fr. Hoffmannus[23], in menstruo fluxu restituendo Fr. Homius,[24]

15) Plin. 27, 102. 16) Flor. graec. 1. p. 57.
17) Rossi p. 214.
18) Quis sit rerum divin. heres, p. 491. ed. Mangey.
19) Hist. pl. 9, 13. 20) Hipp. de steril. p. 20.
21) De morb. mul. 1. p. 752. 22) De victu acut. p. 99.
23) Med. syst. 3. p. 542.
24) Clinical facts and experim. p. 421.

in lochiis promovendis Herzius[25], in urina pellenda Marxius.[26]

Cap. CLI. Lonchitidem primam vel intactam miserunt rei herbariae instauratores, vel mirum in modum hallucinati sunt, quanquam Itali cognoscendae verae plantae nanciscerentur occasionem. Sic alii Iridem tuberosam[27], alii Cypripedium Calceolum[28], nonnulli etiam Tulipam sylvestrem[29] perperam pro lonchitide habuerunt. Est vero *Serapias Lingua*, planta per Italiae Graeciaeque aspera montosa non adeo rara. Eius rudem iconem, Testiculi quinti nomine, primus exhibuit Matthiolus[30], multo meliorem Fab. Columna, Orcheos macrophyllae titulo.[31] Folia sunt porracea: flores luteovirides, striis purpureis: sepala connivent: propendet vero labellum ochroleucum, inferiora spectans. Fructus triquetri, bractea elongata, lanceolata, acuminata tecti. Radix tuberosa, sed super tubere prodeunt radiculae fibrosae, cum quibus, intacto tubere, saepe evellitur planta.

Cap. CLII. Lonchitis altera, aspera dicta, est manifesto filix, nec dubitari potest de specie. Matthiolus iam *Aspidium Lonchitidem* Sw., et iure quidem, hoc nomine adumbravit[32], neque quemquam invenit sententiae adversarium.

Cap. CLIII. Si, quod plerique faciunt, *Althaea officinalis* eadem putatur ac ἀλθαία Dioscoridis, nihil obstat, praeter foliorum formam, quae haud orbiculata, ut Cyclaminis, dici possunt. Malvam autem sylvestrem facit et Theophrastus cognomen ἀλθαίας[33], quanquam flores luteos ii tribuat.[34] Hoc vero indicio fretis optio datur, utri annumeranda sit Theophrasti planta, *Lavaterae flavae* Desf., an *Althaeae pallidae* Kit. Equidem illam praeferrem, Siciliae et probabiliter quoque Pe-

25) Briefe an Aerzte, 2. p. 156.
26) Verm. Beobacht. 3. p. 66.
27) Dalech. p. 1220. 28) Ib. p. 1186.
29) Caesalp. 10, 21. 30) L. c. p. 636.
31) Ecphras. 1. p. 322. 32) L. c. p. 666.
33) Hist. pl. 9, 15. 34) Ib. c. 18.

loponnesi incolae. *Sidam Abutilon* huc traxerunt nonnulli.[35]

Cap. CLIV. Ἀλκέαν Dioscoridis Brunfelsius iam herbae Simeonis nomine illustravit.[36] Est *Malva Alcea* L. Hanc etiam, tanquam legitimam, plerique agnoverunt, exceptis fere Anguillara[37], qui Althaeam cannabinam, et Sibthorpio[38], qui Hibiscum Trionum subesse existimant. Sed radices cubitales postremae sententiae repugnant.

Cap. CLV. Cannabis sativa vulgaris est notitiae. Patriam docet Herodotus esse Scythiam[39], quemadmodum et in Tauria et in caucasica regione frequentem invenit Marschallius de Bieberstein.[40] Cannabinas insuper vestes Thracum, lineis quam simillimas, memorat Herodotus et suffimenta e cannabis seminibus apud Scythas loco lavacri usitatas, quibus et nostrae aetatis plures Asiae populi semet inebriare consuescunt.

Plantam σχοινόστροφον dici et perutilem esse ad texendos funes validissimos. Eos videtur primus Syracusarum rex Hiero adhibuisse. Cum enim singulari studio in navium fabricationem incumberet, ad funes spartum ex Hispania, cannabim vero et picem a fluvio Rhodano comportari iussit.[41] Massilienses autem, quorum in potestate Rhodani ostia erant, florentissimo commercio per orbem terrarum celeberrimi, videntur etiam e Tauria utilissimam hanc plantam advexisse.

Cap. CLVI. Κάνναβις ἀγρία est procul dubio *Althaea cannabina*, quod iam C. Bauhinus agnovit.[42] Qui eum praecesserant, vel penitus omiserunt eam (Fuchsii Matthiolique exemplis), vel eamdem rati sunt cum ἀλκέᾳ.[43]

Cap. CLVII. Ἀνάγυρις est *Anagyris foetida*, frutex per Europam australem, maxime Graeciam obvius, cuius flores colore aureo quidem, sed minime forma, brassicae flores aemulantur, cuius legumina semina continent re-

---

35) Dalech. p. 592. 36) Herb. 1. f. 197 b. 2. f. 72 b.
37) L. c. p. 223. 38) Flor. graec. 2. p. 48.
39) Lib. 4. c. 74. 40) Flor. taur. caucas. 2. p. 419.
41) Athen. 5, 40. 42) Pin. p. 316.
43) Dodon. l. c. p. 656.

niformia, protinus alba, ut maturescunt, purpurea, demum atro-coerulea, satis dura. Foetor totius plantae adeo notus erat, ut proverbium inde natum sit: *ἀνάγυρον κινεῖν*[44], de renovata fastidiosa re aut quaestione.

Ἐμπρίοντα vocat Nicander[45] *ὀνόγυρον*; ubi inepte scholiastes: *τὸν ἀκανθώδη καὶ τραχύν· πριονώδη γὰρ ἔχει φύλλα.* Neque spinosi neque asperi aliquid in toto est frutice: neque serrata sunt folia. Sed alio loco iterum[46] *ἐμπρίοντα σίνηπυν*, ubi aptius scholia: *τὸ τραχὺ ὂν τῇ γεύσει.* *Ἐμπρίειν* est poëtice *incidere* acrimonia quadam, qua et semina huius fruticis vomitum cient.

Cap. CLVIII. In *κηπαίᾳ* Dioscoridis exponenda omnes maiores nostri consentiunt, si recesseris a Clusio admodum circumspecto, qui dubitanter plantam proponit.[47] Habetur vero pro *Sedo Cepaea.*[48] De asparago *μυακάνθῳ* iam supra lib. 2. c. 151. sermo fuit.

Cap. CLIX. Primus *ἄλισμα* Dioscoridis quadam certitudine statuere sibi visus est Valer. Cordus[49], qui *Alisma Plantaginem* habuit. Alii longius abfuerunt: Matthiolo Arnicam montanam[50], Caesalpino Digitalem luteam[51], Fabio Columna etiam Primulam Palinuri Petagnae eo nomine insignientibus.[52] Equidem Valerio Cordo assentior, tametsi florum colorem haud plane congruere sentiam, namque rubelli sunt. Verum tamen facile ita pallescunt, ut fundus corollae flavus maneat: itaque dicere potuit D. *ἄνθη λευκὰ, ὕπωχρα.*

Cap. CLX. *Ὀνοβρυχίς* est *Onobrychis sativa* Lam. In eo plerique consentiunt, excepto Dalechampio, qui et Campanulam, ni fallor, patulam, et Polygalae varias species, ipsam monspeliacam Onobrychidum appellatione dignatur.[53]

Cap. CLXI. Nullam invenio Hyperici speciem, quae

44) Zenob. proverb. cent. 2. n. 22.
45) Ther. v. 71. 46) Alexiph. v. 533.
47) Hist. pl. 2. p. 68. 48) Matthiol. p. 666.
49) In Diosc. f. 60 b. Sed alio loco (hist. 2. f. 150 b.) nomine Alismatis quorumdam Epipactin latifoliam Sw. introduxit.
50) L. c. 51) Lib. 8. c. 47.
52) Phytobas. p. 14. t. 5. 53) L. c. p. 490. 491.

ad amussim respondeat ὑπερικῷ Dioscoridis, nisi *Hypericum barbatum* Iacqu., quod mihi, probe id cognoscenti, propter resinam graveolentem, e capsulis exsudantem, memorabile est. Crescere id in monte saltem Atho, Sibthorpius testatur.[54] Quod idem huc refert, H. crispum, minus huc pertinere videtur.

Cap. CLXII. Ἄσκυρον sive sit *Hypericum perforatum*, quod iam Val. Cordus cum Dodonaeo, nuper etiam Sibthorpius[55] perhibet, sive *Hypericum montanum*, quod eo nomine Fuchsius et Matthiolus designant, facile expediri potest. Namque folia tenuia, saepe subrubentia, duntaxat de H. perforato praedicari posse patet.

Cap. CLXIII. Ἀνδρόσαιμον Sibthorpius ad *Hypericum ciliatum* Lam. reducit.[56] Quod cum coram habeam, video quidem reliqua omnia congruere, ramos esse teretes, rubescentes, folia amplexicaulia, cordato-oblonga, flores paniculato-corymbosos, sed haud exiguos dixerim: reliquorum enim Hypericorum flores magnitudine aequant. Capsulae seu fructus sunt *κατάγραφοι*, i. e. stigmatibus et striis obliquis insignes. Vox enim *κατάγραφος* apud Lucianum[57] non puncta sola, sed vibices etiam et strias a flagris ortas notat.

Alii aliter iudicarunt. Dodonaeus, cum Hypericum Androsaemum introduceret, *τὴν κατάγραφον ἐπιφανείαν* fructus non huc pertinere, sed ad aliam speciem, temere magis quam vere contendit.[58] Fab. Columna, cautissimus alioquin veterum plantarum indagator, Hypericum montanum huc traxit, *τὸν κατάγραφον καρπόν* exposuit e glandulis nigris calycis margines obsidentibus.[59] Exhibuit tamen etiam Androsaemum alterum apulum[60], quod, si omnia rite reputo, cum H. ciliato Lam. bene convenire videtur. *Μασχάλας* etiam *τεταρσωμένας* scienter exponit, ut ramulos paniculae corymbosae pinnatos: neque

54) Flor. graec. 2. p. 117. 55) L. c. p. 116.
56) L. c. 57) Lucian. tyrann. p. 211.
58) L. c. p. 78. 59) Ecphras. 1. p. 75.
60) Ib. p. 78.

ullum superest dubium, eximium virum hic tandem rem acu tetigisse.

Cap. CLXIV. *Κόριν* esse *Hypericum Corin*, fugere neminem potuit, qui hanc in Europa australi non raram plantam observasset. Itaque praeter Matthiolum, qui rudem effigiem proposuerat [61], praecipue Io. Pona plantam ab Honor. Bello acceptam egregia icone adumbravit. [62]

CLXV. CLXVI. De synonymis *χαμαιπίτυος* Apollodorus apud Athenaeum [63]: *οἱ δὲ ὁλόκυρον, οἱ δ' Ἀθήνησιν ἰωνίαν, οἱ δὲ κατ' Εὔβοιαν σιδηρῖτιν*: et scholiastes Nicandri [64]: *χαμαιπίτυς, ἡ καὶ ὀνόγυρος καὶ σιδηρῖτις λέγεται καὶ ἰωνιὰ ἄγρια.* Nicander etiam *χαμηλὴν* appellat *πίτυν.* [65]

Non sine controversia apud patres rei herbariae sunt plantae, quae *χαμαιπίτυος* nomine veniunt. Brunfelsius hoc nomine videtur Veronicam spicatam [66] proferre: Tragus primus *Aiugam Chamaepityn* [67], quem alii sequuti sunt. Fuchsius vero Cressam creticam [68], aliorsum pertinentem.

Cum tres *χαμαιπίτυος* species in eo congruant, ut resinam vel pinum redoleant, albos dein aut flavidos flores axillares gerant, affines sibi esse debent. Prima humi serpit, de altera et tertia id non constat: rami prioris et alterius incurvi sunt: folia hirsuta primae et tertiae. Primae vero folia debent esse subteretia aut filiformia, assimilantur enim foliis *ἀειζώου μικροῦ*, quod Sedum altissimum Poir. esse videtur. Proinde primam habeo *Aiugam Chamaepityn*, alteram *Teucrium* vel *supinum* vel *montanum*, tertiam *Aiugam Ivam* Schreb. Passerina hirsuta, quam dubitanter Sibthorpius huc trahit [69], quanquam foliis crassiusculis aliquantum ad Sedi folia accedat, aliena tamen est foliis planis ovatis, supra glabris, nec pinum redolet aut resinam.

---

61) L. c. p. 669.
62) Mons bald. p. 40.
63) Lib. 15. c. 28.
64) Alexiph. v. 56.
65) Ther. v. 841.
66) Herb. 3. p. 36.
67) L. c. f. 30 a.
68) L. c. p. 885.
69) Flor. graec. 1. p. 262.

LIB. IV.

Cap. I. Brunfelsius iam duas satis distinctas hoc nomine introduxit species: *Betonicam* nimirum *strictam* Ait.[1], et alteram, ab Hieron. Trago acceptam, quam B. albam dicit, quaeque, si res ad verum exigitur, B. *officinalis* est varietas flore albo.[2] Eamdem repetit et Tragus, qualem inter Argentoratum Spiramque invenerit.[3] Commemorat eam quoque Valer. Cordus[4] et Clusius, qui discrimen B. officinalis strictaeque probe cognoscit, illius varietatem flore albo bene delineat[5], quam effigiem et alii mutuarunt, et Hier. Bauhinus suo Matthiolo, iuxta B. strictam collocatam, inseruit.[6]

Tum vero Dalechampius novam protulit speciem, *Alopecurum* dictam[7], quae non solum floribus albis seu ochroleucis, sed labio etiam superiore bifido, verticillis spicatis magis approximatis, quam in B. officinali, calycibus bracteisque admodum villosis, foliis vero cordato-ovatis, longe petiolatis, profunde crenatis et praesertim odore florum sambucino distinguitur. Haec, B. *Alopecuri* nomine a Iacquino tandem[8] et Scopolio (licet Sideritidis nomine)[9] uberius illustrata, optime cum Dioscoridis Betonica congruit.

Superest autem ad finem capitis secundi altera, et longe diversa quidem Betonica, quam serior quidam librarius inseruit. Quisquis is fuerit, Antonii Musae sibi etiam nomen arrogans, Marco Agrippae, Augusti genero, commentariolum peculiare de vettonica inscripsit; sed nugae fabulosae caliginem superstitiosam serioris aetatis sa-

1) Herb. 1. f. 89. 2) Herb. 3. f. 180.
3) L. c. f. 75 b. 4) Hist. f. 165 b.
5) Hist. 2. p. 38. 39.
6) L. c. p. 672. Cf. Dodon. p. 40. Lobel. ic. 532.
7) L. c. p. 1358. Cf. Io. Bauhin. hist. 3. p. 303.
8) Enumer. stirp. vindob. p. 251. Fl. austr. 1. t. 78.
9) Flor. carniol. n. 711. t. 28.

piunt.[10] Quod plantam ipsam attinet, describitur sic, ut ad summam cum Pulegio similitudinem conclusio valeat. Accedit, et Paullum bene distinguere hanc betonicam, *λεπτόκλωνον*, quae ramusculos pulegio similes habeat, sed tenuiores, nulloque peculiari sapore insignis sit. Nasci eam in rupestribus locis.[11] Eadem forte est, quam *κέστρον τὸ παρὰ τοῖς Κελτοῖς γεννώμενον*, quam *σαξίφραγον* dicant, Galenus vocat.[12] Pro Mentha cervina L. eam plantam libenter habuerim, ni plura repugnarent: et primum quidem, quod haec planta in agro potissimum monspeliensi, locis uliginosis, non petrosis, proveniat, dein quod et sapore et odore multo fortioribus gaudeat, quam Mentha Pulegium[13], cum tamen *ἀποίαν τῷ γευσαμένῳ* dicat Paullus. Multo minus placent, quae maiores de hac planta coniecerunt: Fuchsius enim Dianthum carthusianorum et superbum[14], Dodonaeus Veronicam officinalem[15], Turnerus Veron. serpyllifoliam[16], Evang. Quatrami etiam Scutellariam Columnae huc traxit.[17] Itaque mittamus hanc plantam, donec forte in *σαξιφράγῳ* nostri aliquid luminis affulserit.

Cap. II. Cum et hanc satis diversam plantam *βρεταννικὴν* et *βεττονικὴν* appellari tradat Dioscorides, mirum est, quanta inde apud Plinium et posteros, nimiam ipsi fidem tribuentes, orta sit confusio. Dum enim de vettonica loquitur, nomen hoc Gallos plantae imposuisse perhibet a Vettonibus, Hispaniae populo, quem Durius amnis ab Asturia disterminet.[18] Eos illam invenisse, ante cunctas laudatissimam: in Italia autem dici serratulam. Exire anguloso caule, cubitorum duum, a radice spargere folia fere lapathi, serrata, semine purpureo.[19] Haec manifesto ex utroque Dioscoridis capite conflata sunt. De

10) Casp. Barth. animadvers. 38, 1. Ackermann progr. de Ant. Musa. Altorf. 1786.

11) Paull. Aegin. 7. p. 233. 12) De sanit. tuend. 5. p. 339.

13) Cf. Lobel. adv. 214. Delechamp. p. 892. C. Gesner. tab. aeri incis. 10. f. 89.

14) L. c. p. 352. 353. 15) L. c. p. 40.

16) Apud C. Gesner. hort. Germ. f. 250[a].

17) Degli ingredienti della teriaca. Ferrara. 1597. 4.

18) Plin. 4, 34. 19) Plin. 25, 46.

britannica vero herba locuturus, narrat, Romanum militem, postquam Germanicus Caesar trans Rhenum castra promovisset, morbo afflictum fuisse, quem medici stomacacen vocaverint et scelotyrben. Repertam auxilio esse herbam, non nervis modo et oris malis salutarem, sed contra anginas quoque et contra serpentes. Folia habere oblonga nigraque ac radicem nigram. Florem *vibones* vocari, qui collectus prius quam tonitrua audiantur et devoratus securos in totum reddat. Frisios, qua castra fuerint, Romanis illam herbam demonstrasse. Mirari se etiam nominis caussam, nisi forte confines oceano Britanniae, velut propinquae, dicaverint. Non enim inde appellatam eam, quoniam ibi plurima nasceretur, persuasum habet, etiam tum Britannia libera.[20]

Plinius, qui ipse in Germania sub Corbulone stipendia meruerat, de regione loquitur ipsi probe cognita, quae vastas paludes, Amisiae vicinas, limosam et gravi coeno tenacem planitiem, aut rivis incertam; uligines denique contremiscentes complectitur, a Frisiis et Chaucis habitatas. Ibi igitur, ut Iust. Lipsius vult, in ditione Osnabrucensi, inter Lingam et Coevordam sunt Bretanniae uligines[21], quas Rumices varii incolunt, in quibus vel *Hydrolapathum,* vel *aquaticus* L. huc pertinent. Cum et Plinius et Galenus de nigrioribus[22] foliis loquantur, omnino et *μελάντερα* Aldinae loco *μείζονα* ponendum est.

De hac herba Abr. Munting, prof. Groninganus, librum singularem conscripsit, doctum quidem, sed haud magnae utilitatis.[23] Ad eum notas observationesque addidit Henr. Cannegieter, rector scholae Arnhemensis, quas tamen nunquam legi.[24] Id saltem compertum habeo, nullam plantam tam controversam esse apud patres rei herbariae, quam britannicam. Etenim Matthiolus tum Polygonum Bistortam et viviparum, tum Potentillam ne-

20) Plin. 25, 6. 21) Lips. ad Tacit. ann. 1, 63.
22) De fac. simpl. med. 6. p. 854.
23) Diss. de vera herba britannica. Amst. 1698. 4.
24) Diss. de Brittenburgo, matribus Brittis, Britannica herba etc. Hag. Com. 1734. 4.

moralem Nestl., non suo, sed aliorum, quos non nominat, iudicio, sub hoc titulo exhibet[25]: Dodonaeus Cochleariam anglicam[26], quae, etiamsi contra scorbutum egregium est praesidium, nec cum rumicibus comparari potest, nec ad Amisiam crescit. Dalechampio placuit magis Inula britannica[27], quam et cum aliis Lobelius exhibet[28]: Anguillarae Armeria vulgaris vel plantaginea Willd.[29] Haud opus est addere, quam Linnaeus dixerit Rumicem Britannicam, esse plantam Americae borealis.

Cap. III. Lysimachion nomen sortitum est a Lysimacho, Agathoclis filio, Macedone, Alexandri M. satellite ac comite, post obitum magni viri rege Thraciae, dein Macedoniae totiusque Asiae minoris, victo denique a Seleuco, Syriae rege.[30] In honorem huius tyranni plantam dixisse traditur Erasistratus.[31] Est autem non levis inter Dioscoridis herbam et ὁμωνύμην Plinii differentia. Illa enim fulvo florum seu aureo colore, nullo peculiari odore insignis, ab omnibus post Tragum[32] habetur pro *Lysimachia vulgari.* Plinii vero Lysimachia, flore purpureo et odore acri, a Matthiolo[33], Clusio[34] aliisque declaratur *Lythrum Salicaria,* quo nihil potest esse certius.

Cap. IV. Polygoni masculi nomen aegyptium θεφίν Rossius *unguem muris* interpretatur.[35] Punici nominis expositio, quam Bochartus periclitatus est, nihil valet, cum חוליות, ut ille vult, articulorum significatum haud habeat.[36] Posset aliquis pro χουλοὺμ — χαιλῖμ, חֲיָלִים, legere, quod *vires, virtutes* medicas significat. Sed eiusmodi coniecturas nolo digniores iusto putari.

Polygonum Sanguinariam Romanis dici, Plinius docet[37]: posterius nomen etiam in Columella occurrit.[38] Nec sibi satis constat Plinius in appellationibus. Modo

25) L. c. p. 674.
26) L. c. p. 594.
27) L. c. p. 1082.
28) Adv. p. 121.
29) L. c. p. 247.
30) Paus. 1, 10.
31) Plin. 25, 35.
32) L. c. f. 69 b.
33) L. c. p. 675.
34) Hist. 2. p. 51.
35) L. c. p. 64.
36) Can. p. 756.
37) Lib. 27, 91.
38) Lib. 6, c. 12. lib. 7. c. 5.

enim hoc ipsum polygonon mas appellari vult, atque a multitudine seminis fruticisque densitate dici calligonon. Modo inveniri ait, qui hoc feminam vocent, masque maius minusque nigrum et geniculis densius semine sub (*super* potius) omnibus foliis turgescente. Esse autem hanc plantam *Polygonum aviculare*, in confesso est.

Cap. V. Polygonum femina posset P. *maritimum* L. esse. Suffrutex enim est parum ramosus ascendens, ochreis amplis tubaeformibus, ita fissis, ut ἐξοχαὶ πίτυος φυλλαρίοις ἐοικυῖαι facile conspici possint. Satis vulgaris est in Europa australi. Matthiolus[39] et Dodonaeus[40] faciunt *Hippurin vulgarem*, cui coniecturae patrocinatur fruticulus arundini similis, sed genicula nihil habent tubaeformis. Neque compertum habeo, an in Graecia Asiaque minore proveniat. A calidioribus enim regionibus aliena est.

Cum infirmiorem Dioscorides declaret feminam, Paullus id ita exprimit: Ἐστὶ δὲ τὸ ἄρσεν τοῦ θήλεως ἰσχυρότερον.[41] Contrarium Marcellus legit: τὸ δὲ θῆλυ τοῦ ἄρρενος ἰσχυρότερον. Vitium librarii.

Cap. VI. Πολυγόνατον cum Matthiolo[42] plerique habent *Convallariam multifloram*, quae etiamnum in Laconia antiquo eo nomine appellatur.[43] Non defuerunt tamen, qui, Clusio praeeunte[44], et Conv. *Polygonatum* L. huc traherent, tametsi florum numerus minor dubia excitet.

Cap. VII. Κληματίς, a κλήμασι dicta, aegyptia a Plinio cognominatur.[45] Quam cum longam tenuemque dicat, legisse etiam κλήματα μακρά (l. μικρά) videtur, ut diserte Paullus[46]. Est autem, in quo omnes consentiunt, *Vinca minor* vel *maior*.

Clematis altera a Paullo eodem modo describitur, sed κληματῖτις appellatur, sicut et prior. Eodem nomine repetitur c. 179., unde exploratum habemus, a libra-

39) L. c. p. 676. 40) L. c. p. 113.
41) Lib. 7. p. 251. 42) L. c. p. 678.
43) Flor. graec. 1. p. 237. 44) Pannon. p. 264.
45) Lib. 24, 90. 46) Lib. 7. p. 241.

rio huc perperam transposita esse. Aptius ergo ibi exponetur.

Cap. VIII. Polemoniam Plinius, aliis philetaeriam dictam, a certamine regum inventionis appellari tradit.[47] Ad eum locum Harduinus: Certasse inter se duos reges, Polemona Cappadociae ac Philetaerum Ponti, uter prior chiliodynamam herbam invenerit. Eam captat occasionem Marcellus, ut temporum gentiumque illarum felicitatem collaudet, quibus pro salute omnium, cunctis postea seculis, bella fierent. Equidem vero ineptias existimo, tanti façere certamen, quod nondum bellum fuit. Insaniam autem fuisse arbitror barbaris regibus dignam, si vanitati gloriolaeque vitas subiectorum immolare voluissent.

In descriptione Polemonii uncinis inclusa sunt, quae aberant a bonis codicibus. Sed addita esse videntur ex Apsyrti mulomedici Bithyni libris, qui cum sub Constantino in scythico bello meruerit, prior etiam Oribasio fuit, unde et additamentum potuit ab hoc legi. Est autem Apsyrti πολεμώνιον calaminthae latiori simile, sed magis canescens et odoratum, quod in paludosis nascatur.[48] Alia vero comparatio cum στρουθίῳ decepisse auctores videtur, ut πολεμώνιον crediderint *Silenen* esse *inflatam* Sm.[49] Alii habuerunt *Iasminum fruticans*[50], Columna etiam *Resedam Phyteuma.*[51] Primus autem ad *Polemonium coeruleum* illud antiquum nomen reduxit Tournefortius.[52] Antea illud Valerianae coeruleae aut graecae nomine venerat[53], quod probare videtur, in Graecia eam spontaneam esse, quanquam a Sibthorpio non indicetur. Provenit tamen in Transsylvania, Caucasica regione, in Gallia occidentali Helvetiaque.

Cap. IX. Symphytum petraeum iam Matthiolus exhi-

47) Lib. 25, 28.

48) Hippiatr. p. 108. ed. Basil. 1537. *Ἡ πολεμωνία ἐστὶν ὁμοία καλαμίνθῃ τῇ πλατείᾳ, πολιωτέρα δὲ μᾶλλον καὶ πικροτέρα, ὀσμὴν ἔχουσα βαρεῖαν· γίνεται δὲ ἐν τοῖς ὑγροῖς λειμῶσιν.*

49) Dodon. p. 172. C. Gesner. de hort. Germ. f. 273.

50) C. Gesner. l. c. f. 278. Lobel. adv. p. 389. 390.

51) Ecphr. I. p. 270. 52) Instit. p. 146.

53) Dodon. p. 352.

buit[54]; meliore icone vero Clusius[55] et Camerarius[56], ille inscriptum: *Coris quorundam.* Id nomen mansit, namque *Coris monspeliensis,* oras maritimas mediterranei maris inhabitans, sine dubio est Dioscoridis planta. Quam mirabilis sit efficacia in vulneribus recentibus glutinandis, si pulvis siccatae herbae inspergatur, uberius narrat Cavanillesius[57], praesertim testimonio Monachi Andreae Marti, Valentini.

Alii hallucinati sunt rei herbariae instauratores in ea planta definienda, dum Lobelii exemplo Prunellam vulgarem albamque Pall.[58] et Caesalpini, Hyssopum officinalem[59] huc pertinere opinarentur.

Plinii nugas de hac planta postremo adiungo. Primum scilicet: „Halus, quam Galli sic vocant, Veneti coteneam, similis est cunilae bubulae, cacuminibus thymo, dulcis et sitim sedans, radicis alibi albae, alibi nigrae."[60] Tum iterum: „Alum nos vocamus, Graeci symphyton petraeum, simile cunilae bubulae, foliis parvis, ramis tribus aut quatuor a radice, cacuminibus thymi, surculosum, odoratum, gustu dulce, salivam ciens, radice longa rutila. ... Vulneribus sanandis tanta praestantia est, ut carnes quoque, dum coquuntur, conglutinet addita, unde et Graeci nomen imposuere."[61]

Cap. X. Symphytum aliud, solidago Romanis, consolida Apuleio et posterioribus dictum[62], a Brunfelsio iam probe indicatum[63], ab omnibus, qui sequuti sunt, nomine *Symphyti officinalis* assumtum est. Neque in descriptione quicquam est, quod repugnet. Vis radicis praesertim mucilaginosae ad glutinanda vulnera ossaque conferruminanda ab antiquitate barbaraque aetate magis depraedicata, quam nuperorum observatione confirmata est. Sed obtinuit vernacula nomina *Beinwelle*, *Beinheil* Germano-

54) L. c. p. 682. 55) Hist. 2. p. 174.
56) Epit. p. 699.
57) Observ. sobre la hist. nat. de Valencia, 1. p. 209. Anales de cienc. nat. 2. p. 274.
58) Obs. p. 251. 59) Lib. 11. c. 50.
60) Lib. 26, 26. 61) Lib. 27, 24.
62) Apul. c. 60. 63) Herb. 1. p. 75. 76.

rum, Gallorum *Consoude*, Anglorum *Boneset*, licet vulgo *Comfrey*, Suecorum *Vallört*.

Cap. XI. Holosteum, inquit Plinius[64], sine duritia est herba; ex adverso appellata a Graecis, sicut fel dulce.[65] Quaenam sit planta, non liquet. Dodonaeus primus *Plantaginem albicantem* L. protulit[66], Lobelius praeter hanc etiam Asplenium septentrionale Sw.[67] In ea Plantagine, cui adiunxit Pl. *Bellardi* All., substitit etiam Clusius.[68] Sed Matthiolus insuper exhibuit Iuncum bufonium, Lonicerus Myosurum minimum, Ruellius Stellariam Holosteam, vel Cerastium arvense. Tandem Tabernaemontanus his omnibus addidit *Holosteum umbellatum*[69], cuius nomen et Linnaeus servavit.

Cap. XII. *Στοιβή* a Theophrasto *φρυγανικοῖς σαρκοφύλλοις* adnumeratur.[70] Eadem alio loco[71] ὁ *φλεώς* (*φέως*) appellata, sicut tribulus et ononis, *παρὰ τὴν ἄκανθαν ἕτερον ἔχει φύλλον*. Iterum ὁ *φλεὼς πολυσχιδές* habere *καὶ σαρκῶδες* folium, neque annuum, sed *χρονιώτερον*.[72] A Plutarcho etiam *στοιβὴ καὶ ἀσφάραγος* in *ἀκανθώδεσι* enumerantur fruticibus, qui dumeta constituant Perigunen, Thesei amatam abscondentia, unde posteri Ionidae, Cariam habitantes, legem sanxisse dicuntur, neque aspharagum cremari neve stoeben, sed coli ac magni haberi.[73] Sitne eadem planta, quam in Asia minore aliqui *στοιβήν*, vulgo autem *κολυμβάδα* appellent[74], ad vini conservationem aptissima, fruticosa, calida, acris et odorata, valde dubito. Nostram vero ac Theophrasti plantam a nostrae aetatis Graecis *στοιβήδα*, *ἀστοίβη* et *στοιβή* nominari, compertum habemus.[75] Esse *Poterium spinosum* L., astrin-

---

64) Lib. 27, 65.

65) Cael. Aurelian. chron. 3, 1. Praecedit tamen perverse etymologia orthopnoeae.

66) L. c. p. 111. 67) Adv. p. 17. 18.

68) Hist. 1. p. 110. 111. Caesalp. 8, 20.

69) Herb. p. 543. ed. Hier. Bauhin.

70) Hist. pl. 1, 10. 71) Lib. 6. c. 1. 4.

72) Ib. c. 5. 73) Plutarch. Thes. c. 8.

74) Galen. de antid. 1. p. 18.

75) Honor. Bell. apud. Clus. 2. p. 303. Walpole mem. p. 284. Flor. graec. 2. p. 238.

gente vi etiamnum clarum, Honor. Bellus primus uberius docuit.

Igitur graviter lapsi sunt, qui Matthaei Sylvatici auctoritate[76], quae apud nos nulla est, freti, Scabiosam eamdem cum Stoebe Dioscoridis haberent, quos et Matthiolus et Dodonaeus primi refutare conati sunt, hoc et imaginem Stoebes e codice caesareo vindobonensi afferente, quae fictitia est.[77] Adiunxit etiam Clusius Stoebes nomine Centauream salmanticam, erucaefoliam et splendentem.[78] Eum errorem foverunt, qui *ποτήριον* Dioscoridis (3, 15.) idem haberent cum *στοιβήδα* recentiorum Graecorum.[79].

Cap. XIII. *Κλύμενον*, ob mire corruptum textum, obscurissimis plantis annumerandum est. Equidem textum ita restitui, ut intelligi et in certam quamdam plantam applicari posset. Verumtamen audentior iusto *θυσάνια* loco *θυλακίων*, quae et codices et interpretes prisci habent, posui. Plinius, primus interpres, parum lucis affert: „Clymenus, inquit, a rege[80] herba appellata est, ederae foliis, ramosa, caule inani, articulis praecincta, odore gravi et semine ederae, sylvestribus et montuosis nascens.“ Et mox: „Graeci plantagini similem esse dixerunt, caule quadrato, folliculis cum semine inter se implexis, velut in polyporum cirris.“ Utramque igitur Plinius lectionem tuetur; et cod. C., qui *τὰ φύλλα κισσοειδῆ*, et Ald., qui *τὰ φύλλα πρὸς τὰ τοῦ ἀρνογλώσσου* habet.

In tantis tenebris, quae ignibus nonnisi fatuis illucescunt, Anguillarae assentiendum, qui, plane se nescire, quaenam sit planta, ingenue fatetur.[81] Alio tamen loco, Plinii clymenum se habere pro ea, quam Patavini *Ciciliana* vocent, asserit.[82] Sic autem Itali appellant *Hypericum Androsaemum*, in quo nihil video, quod ad Dioscoridis plantam accedat, sive *θυσάνια* legas, sive *θυλάκια*.

---

76) Pandect. c. 614. f. 174 c. 77) Dodon. p. 123.
78) Hist. 2. p. 9. 10. 79) Lobel. obs. p. 491.
80) Arcadiae. Hygin. fab. 206. 81) L. c. p. 251.
82) L. c. p. 92.

Multo minus comprobanda C. Gesneri sententia, qui Scrofulariam nodosam[83], aut Ruellii, qui Saponariam officinalem huc trahit. Matthiolus, licet haesitans, Lathyrum latifolium, quadantenus congruum, dum *θυσάνια* legimus, huic capiti appingi curavit.[84] Fabius Columna, initio Calendulam arvensem pro hac planta declarans, multus est in exponendis *θυλακίοις*, seu folliculatis seminibus, quae referant polyporum cirros.[85] Dein vero, improbans suam ipsius sententiam, *Scorpiurum vermiculatum* ita *κλυμένου* nomine illustrat, ut facile approbationem mereatur. Caulis enim plantae angulatus, folia plantagini similia, fructus *θυσανοειδεῖς* cum *πλεκτάναις πολύποδος* utique comparari possunt.[86] In hoc igitur acquiescendum, neque Sibthorpio assentiendum, qui Convolvulum sepium huc affert.[87]

Cap. XIV. Minus negotii *περικλύμενον* facessit: neque dissensus auctorum animadvertitur: multi enim approbant Tragi[88] Fuchsiique[89] sententiam, esse *Loniceram Periclymenum* L.; plerique vero alteram speciem, *Loniceram Caprifolium* L., cum Matthiolo[90] praeferunt, quia folia huius connato-perfoliata, ideoque amplexicaulia dici possint, illius vero neutiquam. Utraque species per Graeciam non rara: neque opus est ad Convolvulum arvensem cum Sibthorpio confugere, cum utraque Lonicera se circa dumeta etiam convolvere soleat. Hederae fructus quidem similis est, sed durus dici nequit, cum bacca sit, nisi semina ipsa intelligantur, quae etiam separatu difficilia sunt.

Satis suarum rerum agit Bochartus, ut punicum nomen *λανάθ* exponat[91]: quod haudquaquam bene ipsi cessisse credo. Neque meliorem audeo exhibere interpretationem.

Cap. XV. Duo tribuli genera, terrestris et aquatici,

83) De hort. Germ. f. 254^b.
84) L. c. p. 690. 85) Phytobas. p. 42. t. 13.
86) Ecphras. 1. p. 156. 87) Flor. graec. 1. p. 125.
88) L. c. f. 311^b. 89) L. c. p. 646.
90) L. c. p. 691. 91) Can. p. 756.

optime distinguuntur. At cum *Tribulum terrestrem* iterum bipartito distribuat, inquirendum est, utri Dioscoridis planta conveniat. Alterum Theophrastus tradit esse περικαρπιάκανθον, folia gerere ciceri similia, semina sesamoidea, praecocius florere, loca inundata ac novata amare.[92] Quae omnia in Tribulum vulgarem terrestrem quadrant. Hunc esse et Dioscoridis τρίβολον, non dubito, licet comparatio foliorum cum portulacae foliis haud sit idonea. Alter vero Theophrasti tribulus terrestris folia ipsa habet spinescentia, serius floret circa domuum areas, et semina rotunda, nigricantia gerit in folliculis seu capsulis. Hic esse videtur *Fagonia cretica*, ab Hon. Bello et C. Bauhino[93] Trifolii spinosi cretici nomine illustrata.

Quo pertineat τρίβολος παραθαλάσσιος Hippocraticorum[94], non liquet. Dalechampius *Echinophoram spinosam* eo nomine adumbravit[95], quod nec improbare nec vero comprobare possum.

De tribulo aquatico, qui *Trapa natans* est, nullâ exstitit controversia. Uberior est apud Theophrastum[96] descriptio. *Βουκέφαλος* et ταυρόκερως bene dicebatur ob formam fructus, qui nucem duram cornutam sistit, spinis quatuor validissimis arcuatis armatam, sub aqua conditam. Petioli longi sunt, superne incrassati. Capillamenta spicaeformia sunt radiculae innumerae ex omni inferiore planta progerminantes. Thraces fructum alendo idoneum panis loco adhibuisse, haud sine fide est, cum et apud nos castanearum more comedatur. „Ob id et Gallia Padana castaneas ferrarienses vocat.“[97]

Capitulum de Saxifrago, quanquam ipsi Dioscoridi non adscribendum aliqui putent, tantae tamen est vetustatis, ut in optimo quoque codice legatur, sed nusquam fere incolume. Sic in cod. C. deest comparatio cum epi-

---

92) Hist. pl. 6, 1. 5. 93) Prodr. p. 142.

94) De nat. muliebr. p. 552. De morb. mul. 1. p. 722.

95) L. c. p. 1367. 96) Hist. pl. 4, 9.

97) Hermol. Barbar. coroll. ad Diosc. 624. *Castagne d'acqua* Veronensibus audit.

thymo, in codd., quos Matthiolus citat, *θύμῳ* legebatur loco *ἐπιθύμῳ*.

Iam originem huius capituli indagaturis protinus obvius est Plinii locus de empetro.[98] Eum et a Romanis *calcifragam* dici et calculos frangere tradit. Quod cum alienum a Dioscoridis textu (c. 178.) sit, hic autem *ἔμπετρον* habeatur cognomen *σαξιφράγου*, necesse est, affuerit iam Plinii aetate vel integrum hoc capitulum, vel aliquid simile in textu. Sed transiit dein saxifragae appellatio ad alias, et diversas quidem, plantas. Etenim iam praecepimus ad cap. 1. de Galeni *κέστρῳ, τῷ παρὰ τοῖς Κελτοῖς σαξιφράγῳ*, ut et de Paulli *βεττονικῇ, λεπτοκλώνῳ*, quorum rami pulegio similes sint. Idem etiam *σαρξιφαγές*[99], ut et Trallianus[100] vocat. Cum et Hippiatrici de *σαρκοφάγῳ* loquantur in enumerandis herbis lithonthrypticis[1], Graecorum morem, exteras voces ad linguae indolem mutandi, saeculorum lapsu invaluisse patescit. Quando et hic *σκολοπένδριον* nominatur *σαξιφράγου* cognomen, Marcellus etiam Burdigalensis dicit: Scolopendros, quam nos saxifragam appellamus.“[2]

Medio aevo saxifraga cum pimpinella componebatur. Id e Simeonis de Cordo fragmento elucet[3], qui etiam cum Cachry maritima (Cretano) comparat. Et Matthaeus Sylvaticus: „Pimpinella est herba multum similis saxifragiae: unde versus: Pimpinella pilos, saxifragia non habet ullos.“[4]

Post renatas igitur literas non potuit non saxifraga in contentionem venire, cum ipse iam Hermolaus Barbarus admodum diversas enumeret sententias, querens simul, combustos esse et arrosos hac parte codices, ut nullo possit modo cognosci, quamnam habeat folium saxifragae similitudinem.[5] Brunfelsius *et Pimpinellam Saxifragam*[6], quam etiam Tragus[7], Dodonaeus[8] et Caesalpinus[9]

98) Lib. 27, 51. 99) Paull. lib. 7. p. 252.
100) Lib. 9. p. 534. 1) Hippiatr. p. 278. 281.
2) Ed. Stephan. col. 355. 3) Apud Brunfels., 1. p. 188.
4) Pandect. c. 573. f. 162 d. 5) Coroll. in Diosc. 625.
6) Brunf. 1. p. 188. 7) L. c. f. 177.
8) L. c. p. 316. 9) Lib. 7. c. 57.

hoc nomine insigniunt, et Saxifragam granulatam[10], iisdem Trago[11] et Dodonaeo[12] annuentibus, profert. Ruellius coniicit, *Salviam* sic dictam *vitam*, quam Rutam murariam esse Lobelius docet.[13] Hic ipse Gypsophilam Saxifragam iuxta ac Scleranthum annuum Saxifragae nomine adducit.[14] Valer. Cordus et Matthiolus consentiunt, Paulli *βεττονικήν*, quae eiusdem *σαρξιφαγές* sit, ad Saxifragam reducendam esse: Matthiolus igitur Satureiam et Iulianam et montanam hoc loco appingi curavit.[15] Nec desunt aliae coniecturae: Caesalpino etiam Asperulam cynanchicam[16], Clusio Seseli Hippomarathron hoc nomine designantibus.[17] Neque dirimi eae lites ullo modo possunt, omnibus indiciis deficientibus.

Cap. XVI. *Λειμώνιον* a *λειμωνίᾳ* Theophrasti differt.[18] Haec enim, ad Plinii interpretationem[19] et Scaligeri textum, synonyma scolymi est. Dioscoridis planta betae sylvestris nomine a Plinio appellatur.[20] Aëtius scribit, etiam cynoglossum vocari. Syrorum cognomen forte ex hebraeo מאד, *vis*, formatum, ut efficaciam singularem denotet.

Plerique rei herbariae instauratores in eo congruunt, ut, Matthiolo duce[21], *Staticen Limonium* intelligi arbitrentur. Crescit saltem in paludosis maritimis per omnem Graeciam[22]: neque descriptio Dioscoridis contradicit. Conr. Gesnerus fere solus discrepat, dum *Polygonum Bistortam* vocat Limonium.[23]

Cap. XVII. *Λαγώπους* idemne sit ac *λαγώπυρος* Hippocratis, quaeritur. De hoc ita: *Ἔστι δὲ πιτύροισιν ὁμοίη, ὅταν αὐαίνηται, μικρὸν τὸ φύλλον, ὥςπερ καὶ τὸ τῆς ἐλαίης καὶ μακρότερον.*[24] Cum Galeni expositio[25], *ἡ λαγονάτη καλουμένη βοτάνη*, nihil luminis afferat, in ipsa

10) L. c. p. 185. 11) L. c. f. 199 b.
12) L. c. p. 316. 13) Adv. p. 362.
14) Ib. p. 183. 15) L. c. p. 693.
16) Lib. 6. c. 46. 17) Pannon. p. 698.
18) Hist. pl. 6, 4. 19) Lib. 22, 43.
20) Lib. 20, 28. 21) L. c. p. 696.
22) Flor. graec. 1. p. 211. 23) De hortis Germ. f. 265 a
24) Hipp. de ulcer. p. 319. 25) Expos. voc. Hipp. p. 512.

descriptione subsistamus, quae omnino ad *Trifolium arvense* conducit. Neque alienae sunt de lagopode Dioscoridis coniecturae. Nasci enim in segetibus Plinius addit.[26] Hinc iam Valer. Cordus cum Fuchsio[27] Trifolium idem arvense habuit, quod tamen Matthiolus affirmare non audet.[28] Tragus etiam ad Crepida tectorum refugit.[29] Omnes vero reliqui consentiunt.

Cap. XVIII. Synonyma Medii huc non pertinere, sed ex Medicaginis aut Meliloti historia transposita esse videntur. In iis est aegyptium ab Epapho ortum, qui idem cum Api Aegyptiorum existimatur.[30]

Planta ipsa a priscis rei herbariae magistris habita est pro *Campanulae* specie, quam et nos *Medium* vocamus. At cum nulla sit foliorum cum σέριδος foliis similitudo, Rauwolfius aliam invenit in Syriae locis rupestribus umbrosisque plantam proceram, strigosam, foliis radicalibus pinnatifido-laciniatis, flore amplo, albido-purpurascente, quae omnino cum Medio Dioscoridis convenire videtur.[31] Est ea *Michauxia campanuloides* Herit. Obiici posset, plantam hanc in Graecia non nasci, unde et Sibthorpius suasit, ad *Campanulam laciniatam* consilium transferre.[32] Simillima ea priori est, caesio tamen floris colore differt et partium numero. Neque Cilix Dioscorides Asiae minoris vel Syriae plantas neglexit, Graeciae incolas solas enumerans. Haeremus quidem in semine cnico simili. Quodsi vero rem ad verum exigimus, et Michauxiae et Carthami tinctorii (qui κνίκος Dioscoridis) semina sunt oblonga, angulata, licet minuta illa, haec grandiuscula.

Cap. XIX. *Epimedium* Anguillara primus id, quod et posteris eo nomine notum est, *alpinum* L. dictum, observavit, ideoque huc pertinere credidit, quod flores cito pereant, fructus fere nunquam in conspectum veniant,

26) Lib. 26, 34. 27) L. c. p. 494.
28) L. c. p. 698. 29) L. c. f. 101 b.
30) Herod. 3, 27. Aelian. hist. anim. 11, 10.
31) Iter germ. n. 284. App. ad Dalechamp. p. 33. Gesner. tab. lign. 4. f. 36.
32) Flor. graec. 1. p. 141.

unde et Dioscoridi ignoscendum, si flore fructuque carere perhibuerit.[33] Sequuti Anguillaram sunt Lobelius[34], Matthiolus[35] aliique, licet nec in aquosis locis nostrum Epimedium crescat, nec folia hederae similia sint. His motus argumentis Fab. Columna *Botrychium Lunariam* Epimedii nomine produxit.[36] Neque tamen et id aquosa loca amat, sed rupestria, arida.

Cap. XX. *Ξιφίον*, iam Theophrasto dictum, esse Gladiolum communem, omnes fassi sunt. Neque aliquid contrarii in descriptione invenio, praeter flores *στιχηδὸν ἀλλήλων διεστῶτας*, quod nec de nostro communi, nec de orientali imbricato valet: floribus scilicet secundis ii gaudent. Sed Parkinsonius iam *Gladiolum byzantinum*[37] distinxit floribus puniceis, speciosis, distichis, distantibus insignem, qui omnino cum ξιφίῳ convenit. *Φάσγανον* idem fuisse, et ex hoc loco patet, quod in tumulis virginum plantabatur.[38] Nec *ὑάκινθος* Graecorum *πολύθρηνος ἢ φιλόθρηνος* admodum diversus, sic dictus, quia e sanguine Hyacinthi Amyclaei, ab Apolline cum eo ludente disco occisi multumque complorati, progerminaverit.[39] Cum inversum V constituat A, ingeniosi poëtae et in Aiacem Telamonium applicarunt, quod de Hyacintho dictum fuerat. Salaminii etiam fabulabantur, ab obitu Aiacis natum esse florem album rubrumque, lilio minorem, cui inscriptae sint literae, quales et hyacintho.[40] Romani tamen, in Hyacintho acquiescentes, Phoebum suos gemitus suaque lamenta floribus inscripsisse cecinerunt, ut *αἲ αἴ* in flore legendum sit.[41] Haec *γράμματα τῷ νεκρῷ ἐπαιάζοντα* Luciani[42] sunt nectarostigmata albida in purpureo Gladioli flore.

Cap. XXI. Sparganii, cuius nulla fere fit mentio apud veteres auctores, nisi quae e nostro mutuata sit, notitiam acceptam referimus ad Tragum, Valer. Cordum et Matthiolum, quorum posterior *Sparganii ramosi* iconem

33) L. c. p. 253. 34) Adv. p. 138.
35) L. c. p. 700. 36) Phytobas. p. 65. t. 18.
37) Paradis. p. 189. 38) Athen. 15, 31.
39) Schol. Nicandr. ther. v. 902. 40) Pausan. 1, 35.
41) Ovid. metam. 10, 211. 42) Dial. deor. 14. p. 43

exhibuit[43], quamvis e foliorum descriptione colligi possit, *Sp.* potius *simplex* subesse.

Cap. XXII. Ξυρίς, a Matthiolo primo illustrata, *Iris foetidissima* omnino esse videtur. Germina, quae hic λοβοί dicuntur, utique trigona, et super his flos lurido-purpurascens, cuius interiores partes laetiori colore gaudent. Semina, quae hic rubra dicuntur, crocea aut fulva mihi apparuerunt; sed minoris haec sunt momenti, quam silentium de ingrato plerisque odore foliorum tritorum vel contusorum.

Cap. XXIII. Anchusae nomen punicum βουινεσάθ Bochartus corruptum arbitratur et arabico أبوجلسا (*abudschilasa*).[44] Quae vero vox cum ipsa e Graeco أنجوسا (*andschusa*) depravata ortum duxerit, originatio ea approbari nequit. Priorem enim vocem capiti illo in Avicenna inscriptam, tanquam peregrinam, legimus[45], in textu obviae sunt plures arabicae appellationes.

Planta ipsa dignosci debet e radicis colore subsanguineo, foliis frequentibus humi stratis, hirsutis asperisque, quae θρίδακι ὀξυφύλλῳ assimilantur. Id epitheton quanquam non obvium sit, quadrat tamen in Lactucam Scariolam. Duae autem sunt plantae maxime affines, in quibus ea indicia animadvertimus: *Anchusa tinctoria* L. et *Lithospermum tinctorium* L. Utra vero sit praeferenda, ambigo, tametsi prior Graeciae familiaris sit, de posteriore vero dubito. Eadem iam a Theophrasto nominatur[46]: radix adhibebatur ad tingenda rubro colore unguenta.[47] Nomine ἀγχούσης θριδακηΐδος Nicander eam signat[48], Galenus ὀνοκλείας appellatione distinguit.[49]

Hanc secundam faciunt Matthiolus[50] atque Lobelius[51]: sed repugnat color secundae purpureus, qui in Anchusa et Lithospermo tinctoriis coeruleus est.

---

43) L. c. p. 702. 44) Can. p. 757.
45) Ed. arab. p. 135. 46) Hist. pl. 7, 8. 9.
47) Id. de odor. 31. p. 743. 48) Ther. v. 838.
49) De fac. simpl. 5. p. 811. 812.
50) L. c. p. 703. 51) Adv. p. 248.

Cap. XXIV. Altera anchusa Dioscoridis est ea, de qua Nicander:

Ἐσθλὴν δ' Ἀλκιβίου ἔχιος περιφράζεο ῥίζαν,
τῆς καὶ ἀκανθοβόλος μὲν ἀεὶ περιτέτροφε χαίτη,
λείρια δ' ὡς ἴα τοῖα περιστέφει· ἡ δὲ βαθεῖα
καὶ ῥαδινὴ ὑπένερθεν ἀέξεται οὔδεϊ ῥίζα.[52]

Scholia tradunt, ab Alcibio quodam, qui a vipera morsus hac herba consanuerit, nomen accepisse. Compositis autem, quae Nicander et Dioscorides de hac planta praecipiunt, *Echium* videtur esse *diffusum* Sibth., in Creta Asiaque minore spontaneum. Radix enim grandis, crassa, lignosa, fusco-sanguinea: folia angusta, linearia, setoso-hispida, floresque punicei hoc probant. Superest tamen alia species, quam et e Sardinia obtinui, *Echium elegans* Sibth. Id pariter angustis, parvis foliis gaudet, floribus etiam bellis puniceis. Omnis planta pilis rigidis duplicibus obsessa est, quorum nonnulli tuberculis seu callis fuscis insident. Radix est aeque fusca et longissime descendens. Echium creticum, pro quo Sibthorpius habuit, esse non potest, quoniam folia nimis longa sunt ac lata, radix etiam gracilis, totaque planta multo maior, neque adeo hirsuta ac Anchusa tinctoria.

Cap. XXV. Anchusa tertia, prioribus similis, sed rubro semine gaudens, videtur *Lithospermum* esse *fruticosum*, cuius semina matura utique fusco-rubra sunt. Est fruticulus spithameus aut dodrantalis, foliis linearibus strigoso-hispidis, floribus violaceis, qui per Europam australem non rarus, ab Alpino Anchusae arboreae nomine delineatus est.[53] Neque tamen arbitratur Alpinus ad Dioscoridis anchusas pertinere: neque ego, si quis mihi aptiorem monstraverit plantam, in mea sententia perseveravero.

Cap. XXVI. *Λύκοψιν* Nicander *λύκαψον ὁρμενόεντα* vocat[54], quod epitheton scholiastes ita exponit: *οἱονεὶ βεβηκότα καὶ κατὰ γῆς ἐῤῥιζωμένον, ἢ τὸν ὁρμητικὸν πρὸς*

52) Ther. v. 541. s.
53) De plant. exot. p. 68.
54) Ther. v. 840.

ὕψος· εὐαυξὴς γάρ ἐστι, καὶ καυλὸν ἔχει μακρόν. H. Stephanus cum spiritu leni *ὀρμενόεντα* scribendum ac ab *ὄρω, ὄρμενος* derivandum esse vult, ut omnino elatum caulem designet. Est autem in affinibus fere procerissimum *Echium italicum* L., quod, in omni Graecia vulgare, huc quoque Sibthorpius traxit.[55] Echii altissimi nomine Iacquinus olim illustravit, quum non raro tres aut quatuor pedes altum sit. Folia sunt lanceolata, rigida, strigoso-hispida. Flores dilute violacei, in capitulis aggregati, racemum longissimum spicaeformem constituunt, pilis rigidis flavescentibus densissime obsessum.

Eam plantam video iam Io. Bauhinum[56] et fratrem Casparum[57] et Parkinsonium[58] Lycopsis nomine protulisse, nomenque derivasse a similitudine racemorum spicaeformium hirsutissimorum cum pedibus lupi. Crescit et in Insula Caesarea ad oram Armoricae.[59]

Cap. XXVII. *Ἔχιον* dici Dioscorides monet, *διὰ τὸν καρπὸν κεφαλῇ ἔχιος ὅμοιον.* Melius Plinius, plantae ipsi capitula viperarum similia esse.[60] Alii perhibent, ab usu adversus viperarum morsus plantam fuisse appellatam.[61] Nicander *ἐχίειον* scribit, cuius duo distinguit genera, alterum id, quod noster *ὠκιμοειδές* appellat, alterum autem ita adumbrat:

Ἡ δ' ἑτέρη πετάλοισι καὶ ἐν καλύκεσσι θάλεια,
ὑψηλή· ὀλίγῳ δὲ πέριξ καλχαίνεται ἄνθει·
βλάστη δ' ὡς ἔχιος σφεδανὸν καθύπερθε κάρηνον.

Plerique in definienda planta in Echio vulgari acquieverunt; sed flores coerulei huius contrarii sunt, cum *πορφυροειδῆ ἄνθη* diserte *ἐχίῳ* suo tribuat Dioscorides: nec *καλχαίνειν* aliud quid, quam *πορφύρειν*, ut *κάλχη πορφύραν* significat.[62] Hinc *Echium rubrum* Iacqu. praefero, cuius caulis simplicissimus gracilis, bipedalis; folia lineari-lanceolata, hispidula; flores secundi, rubri, glomerato-spi-

55) Flor. graec. 1. p. 124. 56) Hist. pl. 3. p. 584.
57) Pin. p. 255. 58) Theatr. p. 519.
59) Rai. synops. p. 227. Engl. bot. 2081.
60) Lib. 25, 58. 61) Schol. Nicandr. ther. v. 637.
62) Schol. Nicandr. l. c. Hesych.

cati, bracteis fere pectinatis instructi (φυλλάρια λεπτὰ, ταρσούμενα, μέλανα) exacte descriptioni respondent. Bene id iam Clusius delineavit.[63]

Cap. XXVIII. Ὠκιμοειδές, Romanorum ocimastrum, cum Matthiolo[64] non pauci habuerunt pro Lychnide dioeca: Fuchsius etiam huc Thymum Acinon[65] pertinere existimavit. Sed, ne illud accipiamus, dissuadet proceritas plantae, cum ocimastri rami sint spithamaei: ab hoc dehortatur fructus fabrica, hyoscyamo similis, semine nigro pleni. Itaque facile largior Lobelio[66] et Dalechampio,[67] qui *Saponariam Ocimoiden* intelligunt; plantam ramosam, dodrantalem, ramis hirsutis, foliis ad ocimum quodammodo accedentibus, capsulis etiam intra calyces tubulosos, hirsutos, semina multa nigra continentibus. Provenit in Gallia australi, Helvetia et Italia.

Cap. XXIX. Τὴν ἔρινον Diocles Carystius iam dixerat ocimum referre, crescere autem ad fluvios fontesque, καὶ πρὸς ὑπωρείας, quas Nicander ἀρπέζας, οἱονεὶ ὀροπέζας, vocavit.[68] Ἐχῖνον Galeni[69] huc pertinere, nonnulli credunt, quia vires conveniant. Itaque negligentia librarii sic scripta est. Quaenam vero sit planta, diu latuit, quando et Matthiolus fictitiam iconem, a pluribus repetitam[70], huc posuit, et Dalechampius aliam addidit obscuram plantam, quam in rivulis prope Lugdunum invenerit: Cunilam dixerim thymoidem, ni quatuor manifesta adessent stamina.[71]

Denique Fab. Columna, ad succum proprium caulis foliorumque respiciens, *Campanulam Rapunculum*[72], dein vero *Campanulam Erinum* huc pertinere probavit.[73]

Cap. XXX. Ἀγρώστεως cognomen aegyptium Rossius ἀσνοῦφι legit, quod *sanguinalem* significet[74]: punicum

63) Pannon. p. 681. Hist. 2. p. 164. Echium rubro flore.
64) L. c. p. 706. 65) L. c. p. 896.
66) Adv. p. 144. 67) L. c. p. 1429.
68) Schol. Nicandr. ther. v. 647.
69) De facult. simpl. 6. p. 880.
70) L. c. p. 707. 71) L. c. p. 1086.
72) Ecphras. 1. p. 225. 73) Phytobas. p. 122. t. 37.
74) Etym. aeg. p. 12.

nomen congruere cum ebraico יְבוּל, *terrae proventus*, Bochartus iam sensit.[75] Esse autem ἄγρωστιν *Triticum* nostrum *repens*, nemo dubitavit.

Cap. XXXI. *Καλαμάγρωστιν*, a qua plerique maiores nostri abstinuerunt, egregie illustravit Lobelius.[76] Est *Calamagrostis epigeios* Roth., in collibus aridis abundans. Rigidum illud et exsuccum gramen intactum iumenta et pecora relinquunt. Quodsi vero fame coacta iumenta id forte mandunt ac vorant, labra faucesque sauciari, quin inflammatione intestinorum enecatum iri, non rarum est. Quodsi idem ad Babylonem provenit, propter penuriam pabuli melioris, saepius letalem ibi effectum observari credibile est. Neque possum, quin huc etiam referam gramen id, quod in Cilicia **κίνναν** appellent, a cuius esu boves inflammentur, quamvis et Iuncus bufonius et Molinia varia Schrank. pariter nocere observentur.[77]

Cap. XXXII. In gramine Parnassi, quod gramen haudquaquam esse, nemo non videt, graviter lapsi sunt, quotquot in exponendis Dioscoridis plantis desudarunt. Matthiolus male pictam *Maianthemi bifolii* Cand. effigiem apposuit[78], Dodonaeus in *Parnassia palustri* pedem fixit.[79] Equidem Campanulae hederaceae affinem, *C.* forte *Cymbalariam* Sibth. proponerem, si modo scirem, flores esse odoratos, albos, ac radices albas, dulces, digitum crassas, succi denique proprii plenas.

Cap. XXXIII. In Sideritidis cognominibus deest latinum *peritaria*, cuius meminerunt Hippiatrici.[80] Cognominum autem aegyptiorum ac afrorum etymologiam, a Bocharto et Iablonskio exhibitam, cum approbare nequeam, fusius refutare supervacuum duco. Pluris interest, quamnam intellexerit plantam sub Sideritide prima. Matthiolus profecto hallucinatus est, dum *Lycopum europaeum* proponeret[81]: is enim, etiamsi omnino cum descriptione con-

---

75) Can. p. 757. 76) Adv. p. 3. ic. t. 6.
77) Thaers Landwirthschaft, 3. p. 264. Wredows ökon. Flor. Mecklenb. 1. p. 169.
78) L. c. p. 709. 79) L. c. p. 564. 80) p. 76.
81) L. c. p. 711.

gruat, nunquam saxosa habitavit loca. Magis placet Fuchsii sententia, qui *Stachyos rectae* effigiem huc collocat:[82] neque habeo, quid regeram, nisi quod nulla fiat ingrati odoris mentio, quem planta, quasi a cimicibus obsideatur, spargit. *Stachyn Heracleam* All. Fab. Columna[83], *Sideritidem scordioidem* Clusius[84] hoc nomine produxerunt.

Cap. XXXIV. Sideritidem alteram, quam quivis rei herbariae gnarus pro *Poterio Sanguisorba* vel pro *Sanguisorba officinali* habuerit, ita Anguillara designat[85], ut utra intelligatur, haudquaquam clarescat; siquidem utraque italico nomine *Pimpinella* venit. Sed priorem potissimum plantam hoc nomine illustrat Fab. Columna.[86]

Cap. XXXV. Sideritis tertia Dodonaeo videbatur *Geranium Robertianum*[87], in quo et Anguillara congruit.[88] Fab. Columna *Saniculam europaeam*[89] pluribus, sed non satis firmis, argumentis stabilire studuit. Postremo Sibthorpius *Scrofulariam lucidam* subesse assumsit[90], in quam sententiam multa me probabiliter argumentari posse confido.

Cap. XXXVI. De nomine Ἀχιλλείου Plinius: „Invenit et Achilles, discipulus Chironis, qua vulneribus mederetur, quae ob id Achilleos vocatur. Hac sanasse Telephum dicitur.“[91] Hinc et punicum nomen scribendum χαζὶρ χιλλός, חֲצִיר חִלּוֹם, herba Achillis, ut iam Bochartus monuit.[92] Sunt autem hic comprehensae tres species *Achilleae:* floribus albis, quae forte *magna;* floribus rubris, quae Ach. *tanacetifolia* All.; et aureis, quae vel Ach. *abrotanifolia* vel *tomentosa.*

Cap. XXXVII. *Rubus,* cum uberius non designetur, *fruticosus* esse videtur. Κυνόςβατος vero καταχρηστικῶς cognominabatur; de ea enim Rosa iam (1, 123.) sermo fuit.

---

82) L. c. p. 769.
83) Ecphras. 1. p. 128. 151. 84) Hispan. p. 390.
85) L. c. p. 257. 86) Ecphras. 1. p. 124.
87) L. c. p. 62. 88) L. c. p. 257.
89) Phytobas. p. 59. t. 16. 90) Flor. graec. 1. p. 436.
91) Lib. 25, 19. 92) Can. p. 757.

Cap. XXXVIII. *Rubum idaeum* hortensem omnes exuere aculeos, non novum est.[93] Rei herbariae patres tamen sub R. idaeo non spinoso interdum aliam intellexerunt speciem: e. g. Tragus[94] *Rubum*, ut videtur, *saxatilem*, etiamsi asserat, eum, in hortum transplantatum, mutatum fuisse in Rubum idaeum. Non defuerunt tamen, qui, Ruellio praeeunte, Fragariam intelligi hoc Rubo idaeo inermi statuerent.[95] Fraga autem, a nullo Graecorum veterum scriptore memorata, Ovidio primo,[96] dein Plinio[97], postremo Nicol. Myrepsico *φραγοῦλι* dicuntur.[98]

Cap. XXXIX. *Ἑλξίνη* haec prior, magnopere diversa a posteriore (c. 86.), bene iam a Val. Cordo *Convolvulo arvensi* assignatur, consentientibus Fuchsio[99], Matthiolo[100] et Dodonaeo[1], qui, ut a posteriore *ὁμωνύμῃ* distinguerent, *κισσάμπελον* addiderunt.

Cap. XL. *Ἐλατίνην* plerique cum Matthiolo[1] faciunt *Linariam Elatinen* Desf., ob folia hastata magis cum C. arvensi comparandam, quam *Linaria spuria* Willd., pro qua et Lobelius[3] et Sibthorpius[4] habent. Haec enim folia subrotundo-ovata mucronata gerit, a Conv. arvensis foliis recedentia. Utraque autem in segetibus et cultis locis per Europam mediam ac australem non rara.

Cap. XLI. Nemo in *εὐπατωρίῳ* ad systemata nostra denominando haerebit, qui Dioscoridis descriptionem vel obiter legerit. Est *Agrimonia Eupatorium* L. Regiam auctoritatem cum nomine sortita est, ut Plinii verbis utar[5], a Mithridate Eupatore dicta. Cum Arabes accusentur, confusionem in huius herbae denominatione protulisse, in Serapione et Avicenna nihil invenio, quod ii vituperio ansam praebere potuerit. In Avicennae cor-

93) C. Gesner. de hort. Germ. f. 277.
94) L. c. f. 367[a]. Dalech. p. 124.
95) Val. Cord. in h. l. f. 64. Bauh. pin. p. 326.
96) Metam. 1, 104.
97) Lib. 25, 62.
98) Sect. 3. c. 46.
99) L. c. p. 258.
100) L. c. p. 715.
1) L. c. p. 396.
2) L. c. p. 716.
3) Adv. p. 197.
4) L. c. p. 430.
5) Lib. 25, 29.

rupto quidem textu sequentia lego:[6] غافت (*Gáfet*) „Haec est ex herbis asperis, et folium ei cannabis, seu folium pentaphylli, (et floris color) sicut nilufar.“ At Mesue describere plantam videtur diversam[7], foliis centaurii parvi asperis incisisque; floribus subluteis, quae et herba pulicum ob lentorem dicatur. Cum nonnisi versionem Mesuae latinobarbaram inspicere possim, quaenam vox Arabica centaurium minus reddita fuerit, plane ignoro. Cetera tamen haud plane dissentiunt, neque lentor quidam abest ab Agrimoniae nostrae summis partibus.

Confusio illa igitur non ab Arabibus ipsis Dioscoridis interpretibus profecta est, sed a Latinobarbaris, in quibus Matthaeus Sylvaticus *Argemoniam* s. *Agrimoniam* dicit Eupatorium, *Agrimonium* etiam Lappam inversam, quod de fructibus utique herbae nostrae dici potest.[8] In tractatu ipso de Eupatorio miratur Matthaeus, qui possint nonnulli Salviam agrestem pro Eupatorio vendere.[9] Is abusus valuit tamen ad Brunfelsium usque, qui Salviam, ut mihi videtur, Verbenacam hoc nomine delineavit.[10] Hinc Nic. Leonicenus iam invexit in eos, qui confusionem hanc creaverint. „Quod medicus ille precabatur, qui medicinam sorti commiserat, Dii sua cuique remedia, quibus illa extraherentur, secundarent, itidem a nobis orandum, ut bona fortuna in verum incidamus auctorem.“[11] Sed cur oras ac precaris, bone Leonicene, quando ponderis erat magni, invenire, quam Mesues voluerit plantam comparare? Equidem persuasum habeo post tot saecula, sicut in meo Avicenna loco القمطا فيلون lego الغنطافيلون, ita et latinobarbarum interpretem legisse القنطاريون, et inde natas esse tot rixas et tam indignum Arabum contemtum.

„Alter rixatur de lana saepe caprina, et
„propugnat nugis armatus.“

---

6) Ed. arab. p. 279. Cf. Anguillara, p. 258.
7) Opp. f. 58 d.
8) Pandect. f. 9 a.
9) Ib. f. 92 c.
10) Herb. 2. p. 26.
11) De Plinii erroribus, lib. 1. c. 16. fol. 4 b. (Opusc. Basil. 1532. fol.

Andr. vero Marinus suae editioni Mesuae inseruit Achilleae Agerati rudem iconem.[12] Brunfelsius iam latinobarbarum nomen Agrimoniam recepit ad Eupatorium designandum.[13]

Cap. XLII. Totidem fere verbis *πεντάφυλλον* describit Democritus ille *ψευδώνυμος*.[14] Neque alia est Theophrasti planta, de qua praecipit[15]: *Ἡ δὲ τοῦ πενταφύλλου ἢ πενταπετοῦς*[16] (*καλοῦσι γὰρ ἀμφοτέρως*) *ῥίζα ὀρυττομένη μὲν ἐρυθρὰ, ξηραινομένη δὲ μέλαινα γίνεται καὶ τετράγωνος. Ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὥςπερ οἴναρον*[17], *μικρὸν δὲ, καὶ τὴν χροιὰν ὅμοιον· καὶ αὐξάνεται καὶ φθίνει ἅμα τῇ ἀμπέλῳ· πάντα δὲ πέντε τὰ φύλλα. διὸ καὶ ἡ προςηγορία. Καυλοὺς δὲ ἐπὶ γῆς ἵησι λεπτοὺς, καὶ κνήμας ἔχει πυκνάς. Potentillam* esse *reptantem*, Matthiolus iam bene perspexit.

Cap. XLIII.. *Φοῖνιξ* est *Lolium perenne*, vulgare per Europam Asiamque mediam gramen. Dictum fuisse videtur *διὰ τὸ φοινικοῦν χρῶμα τοῦ σπέρματος*, sicut et Schreberus pingi semen curavit.[18]

Cap. XLIV. Idaeam radicem plerique rei herbariae instauratores vel silentio transierunt, vel, quid sit, nescire se fassi sunt: excepto uno fere Anguillara, qui, frequentem esse in saltibus Italiae, docet. Folia esse rusco similia, capreolos iuxta folia emitti, qui baccas rubicundas gerant. De flore silet.[19] Est sine dubio *Streptopus distortus* Mx., seu Uvularia amplexifolia L., cuius pedunculi medio geniculato-refracti sunt *ἕλικες μικραὶ, ἐξ ὧν τὸ ἄνθος*. Primus eam herbam Matthiolus laurus alexandrinae nomine evulgavit.[20] Quam Fab. Columna initio huc retulerat plantam[21], dein meliora edoctus, Laurum dixit alexandrinam, Ruscum Hypophyllum.[22]

Cap. XLV. Rhodiam radicem, licet hospitem, ut ar-

12) L. c. f. 59ª. 13) Herb. 3. p. 68.
14) Geopon. 2, 6. 15) Hist. 9, 13.
16) Nicand. ther. v. 839. *τὸ πενταπέτηλον.*
17) Hesych. *Οἴναρα τὰ τῆς ἀμπέλου φύλλα.*
18) Gram. germ. 1. t. 37. f. 5.
19) L. c. p. 259. 20) L. c. p. 841.
21) Phytobas. p. 51. t. 15. 22) Ecphr. 1. p. 164.

bitratur, in Germania, primus aperuit Tragus.[23] Est *Sedum Rhodiola* Cand. seu Rhodiola rosea L. Provenit tamen omnino in Silesiae alpestribus, in Austria, Helvetia, Britannia, maxime vero in Italiae montibus.

Cap. XLVI. „Equisetum, Plinius loquitur[24], hippuris a Graecis dicta, et in pratis vituperata nobis: est autem pilus terrae, equinae setae similis.“ Et disertius iste Democritus, quem ad c. 42. allegavi: *Ἡ ἵππουρις ἐκ τοῦ ἐτύμου τὸ ὄνομα ἔσπασεν· ἔστι γὰρ ὁμοία τῇ τοῦ ἵππου οὐρᾷ, ἔχουσα τὰ φύλλα ταῖς θριξὶν ὅμοια, καὶ αὐτὸν τὸν καυλὸν ἀγόμενον ἀπὸ τῆς ῥίζης ὡς ἐπὶ τὸ ἄκρον λεπτότερον· αὐτὸς δὲ ὁ καυλός ἐστι κενὸς, ὡς ὁ κάλαμος, ἔχων τὰ ἄρθρα διῃρημένα, ἐξ ὧν ἄρθρων αἱ τριχώδεις φυλλάδες πέφυκαν· ἐκ τοῦ δὲ εἶναι, αὐτὸ σαλπίγγιον προσαγορεύεται.*[25] Quae licet descriptio egregia est, dictio tamen alexandrina prodit nobis aetatem istius Democriti.[26]

Est autem nostrum *Equisetum fluviatile*, quod Tragus primus adumbravit.[27]

Cap. XLVII. Altera hippuris est *Equisetum limosum*, pariter a Trago eodem loco delineatum.

Cap. XLVIII. *Quercus coccifera*, Sardiniae Siciliaeque indigena, vulgatissima vero in omni Graecia, Asia minore ac Syria, hospites recipit Cocca (Chermes), vermiculos, qui proprio succo tubercula seu bacculas pisiformes producunt, pretiosi coloris fontem. Eum colorem cum prisca mortalium gens iam a vermibus illis derivaret, a persica voce كرم, *vermis*, nata sunt vocabula כַּרְמִיל seriorum Ebraeorum[28] et قرمز (*kermes*) Arabum. Antiqui Ebraei a תּוֹלָע, *verme*, colorem eum vel simpliciter sic, vel apposito שָׁנִי, a سنا Arabum, *splendere*, itaque תּוֹלַעַת שָׁנִי vocarunt.[29] Theophrastus *τὸν φοινικοῦν κόκ-*

---

23) L. c. f. 344[b]. 24) Lib. 26, 83.
25) Geopon. 2, 6. 26) *Τὸ ὄνομα ἔσπασεν . . αἱ φυλλάδες πέφυκαν*, formae sunt alexandrinae. Sext. Empir. adv. grammat. 1, 10. 213.
27) L. c. f. 264[a]. 28) 2 Chron. 2, 6. 13.
29) Exod. 25, 4. Pari modo *lo vermou* vocatur in Gallia provinciali, gallice *vermeillon*.

κον in *πρίνῳ* inveniri statuit: discrimina scilicet Qu. Ilicis et cocciferae eiusmodi sunt, ut facile negligantur: tomentum in inferiore foliorum facie, squamaeque cupulae arcte imbricatae in Ilice, cum squamae patulae sint in Qu. coccifera, folia autem subtus glabra. *Πρῖνον* dictam fuisse arbusculam patet et e Simonidis verbis a Plutarcho servatis.[30] Ab Ionibus vocatam fuisse *κόκκον*, a Galatis ultra Phrygiam degentibus *ὗς*[31]: esse fruticem magnitudine rhamni, Pausanias asserit[32], qualem frequentem vidit circa Ambryssum Phocidos. Comparat folia cum *σχοίνῳ*, pro quo *πρίνῳ* legendum. Fructum nominat, qui a nostro dicitur *κόκκος ὡς φακός*, cuius molem ervo comparat. Garidelius esse coccum pisi fere magnitudinis in Galloprovincia tradit.[33] In eo fructu nidulari animalculum, Pausanias refert, cuius sanguis colorem largiatur: perfectum id animalculum *κώνωπι* simile esse. Eius animalis historiam Emericus, medicus Aquensis, bene aperuit.[34] In Cilicia noster coccum esse exilis cochleae similem: *cusculium* vocat Plinius[35], sicut Hesychius *κοσκυλμάτια, τὰ τῶν βυρσῶν περικομμάτια.*[36] *Στόνυξιν* colligere mulieres in Cilicia coccum, intelligitur ex Hesychio: *Στόνυχες, τὰ εἰς ὀξὺ λήγοντα, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ὀνύχων.*[37] Itaque unguium ope acutorum decerpserunt coccum, quemadmodum id etiamnum in Gallia fit provinciali.[38] Tychsenii igitur emendatio aliis omnibus praeferenda.

Cap. XLIX. Honorius Bellus primus *τράγιον*, ob

---

30) Vit. Thes. c. 17. *φοινίκεον ἱστίον ὑγρῷ πεφυρμένον πρίνου ἄνθει ἐριθάλλου.*

31) *Avaux* est nomen arbusculae galloprovinciale. *Houx* appellatur Ilex Aquifolium.

32) Lib. 10. c. 36.

33) Hist. plant. Aqu. sext. p. 246. 249. Eodem modo Belonius obs. 1, 17. p. 24. ed. Clus.

34) Garidel. l. c. tab. ad p. 254. fig. 8. 9. animalculi perfecti icon.

35) Lib. 16, 12. 36) Schol. Aristoph. equit. v. 49.

37) Schol. Apollon. Rhod. 4. v. 1679.

38) Garidel. l. c. p. 254. Il y a des femmes, qui en ramassent jusqu' à deux livres par jour. Leur habileté consiste à avoir épié par avance les endroits, où il y en a beaucoup, et sur tout à avoir les ongles longs, et à les cueillir le matin avant la rosée.

odorem hircinum sic appellatum, ad *Hypericum hircinum* L. reducit[39], quod, quanquam in Creta proveniat, haud tamen in ea sola observatur, sed et in Sicilia et Italia inferiore non rarum est. Resinosum inde liquorem stillare, Bellus quoque animadvertit. Et Belonius congruit, Tragium verum in Creta secundum rivulos crescere, luteo flore, fructu *Cecilianae* (Hyperici Androsaemi.)[40]

Cap. L. Alterius Tragii cognomen punicum esse *ἀχαιοσὶμ, βοτάνην τῶν Ἀχαιῶν,* Bochartus autumat.[41] Sed cur Phoenicibus Graeci *Ἀχαιοί* dicti? Nonne יְוָנִים, בְּנֵי יְוָנִים erat appellatio Graecorum sueta apud Ebraeos? An ideo temeritatis arguar, si coniecero, eam vocem ex transpositione et corruptione אֱזְנָחִים (*ἀσναχῖμ*) natam esse, ut foetidum odorem (זנח, foetere) exprimat?

Tragium alterum a Columna egregie illustratum, est a me dictum *Tragium Columnae.*[42] Aliorum hallucinationes mittamus: e. g. Dalechampii[43], qui Botrychium Lunariam huc trahit.

Cap. LI. Tragum fruticem, bene descriptum, iam Ruellius agnovit, dein Dalechampius[44] et Camerarius[45] uberius illustrarunt. Est *Ephedra distachya* L., ad oras maritimas Europae australis frequens. Calyces baccati, rufi, apice acuti, numerosi, bene expressi sunt a Dioscoride. Itaque Matthiolus non audiendus, qui *Salsolam Tragum*, spinosam plantam herbaceam, nec foliis destitutam, nec fructus uvarum forma gerentem, huc traxit.[46]

Cap. LII. Nomen *σχοίνου* punicum Bochartus ingeniose exponit ex ebraeo אָחוּ דְּיוֹ, *σχοῖνος μέλας.*[47] Ipsae autem *σχοίνου* species sequentes esse videntur: *ὀξύσχοινος, ἄποξυς ἐπ᾽ ἄκρου, Iuncus acutus*[48], in litoribus Graeciae copiosus: *ὀξύσχοινος ἄκαρπος, Scirpus palustris,* quia semina saepe non perficiuntur: *ὀξύσχοινος,* cuius fructus

39) App. ad Clus. hist. 2. p. 305. Pona mons bald. p. 51.
40) Obs. 1, 17. p. 23. ed. Clus. 41) Can. p. 757.
42) Phytobas. p. 61. t. 17. 43) L. c. p. 1313.
44) L. c. p. 1388. 45) Hort. p. 171. t. 46.
46) L. c. p. 731. 47) Can. p. 757.
48) Anguill. p. 264. Flor. graec. 1. p. 240.

niger, rotundus, cuiusque culmi crassiores et carnosiores sunt, forte *Scirpus lacustris*, semina vero haud nigra sunt, sed pallida, aut Sc. *maritimus*. Tertia multo carnosior, ὁλόσχοινος, quae et in summitate fructum gerit, ob hanc ipsam caussam Sc. Holoschoenus esse nequit. *Cladium* potius *germanicum* Schrad., seu Schoenus Mariscus L., ut iam Val. Cordus voluit, esse videtur: crescit id et in paludibus Peloponnesi.[49] Ὁλόσχοινος Theophrasti, quanquam obscure, ita tamen describitur, ut ad hanc ipsam speciem valeat conclusio[50]: spicatim enim affixos habet pedunculos et semen ipsum cuspidatum (ἀκιδῶδες), quale in nucula Cladii contemplamur. Hunc esse ad vitilia commodiorem. Sed et e μελαγκρανίδι s. μελαγκρανίᾳ Balearium insularum incolae σφενδόνας circa caput gerendas texebant.[51] Et nostra aetate in Graecia Iuncum acutum adhiberi ad corbes aliaque opera viminea, testatur Sibthorpius.[52]

Cap. LIII. De lichene in roscidis petris nascente aliter Plinius[53]: „Nascitur in saxosis, folio uno ad radicem lato, caule uno parvo, longis foliis dependentibus.“ „Et aliud genus lichenis, petris totum inhaerens, ut muscus.“ Posterius igitur genus idem esse videtur, ac Dioscoridis. Hoc arbitrabatur Fab. Columna esse *Parmeliam parietinam:* illud *Marchantiam conicam.*[54] Neutra tamen in roscidis petris, sed illa magis in arborum cortice, haec ad rivulos umbrosos nascitur. Nihilominus Plinii lichenem primum ad Marchantiae genus pertinere, in confesso est: folia quippe longa dependentia non ad literam sumenda sunt: videntur elateres esse subtilissimi, quibus semina adhaerent. Forte etiam intelliguntur radii receptaculi fructiferi, qui saepe inclinant. Namque *Marchantia polymorpha* subesse omnino videtur. Lichen autem Dioscoridis ad *Peltigeram caninam* vel *aphthosam* Hoffm. referendus est, neque ad *Stictam pulmonaceam* Achar., cum

49) Flor. graec. I. p. 28. 50) Hist. plant. 4, 12.
51) Strabo lib. 3. p. 449. 52) Walpole, p. 243.
53) Lib. 26, 10. 54) Ecphr. I. p. 330.

qua iungunt post Matthiolum[55], qui vires magis praedicatas medicas, quam loca natalia respiciunt. Etenim posterior quercubus annosis, nec rupibus, innasci consuescit.

Cap. LIV. *Παρωνυχίαν* Anguillara recognovit[56] tanquam *Polycarpon tetraphyllum*, quod in locis petrosis Italiae proveniens utique congruit. Matthiolus id etiam Paronychiae alterius nomine bene expressit.[57] Sed adiunxit etiam Rutam murariam. Lobelius *Drabam vernam*[58] Clusius tandem *Paronychiam hispanicam* Cand.[59] illustravit, licet ipse fateretur, a veterum planta diversam esse.

Cap. LV. *Χρυσοκόμης* nomen punicum *δουβάθ* facillime e syriaco ܕܗܒܐ, *aurum*, eruitur. Alterum nomen *βουρχουμάθ* cohaeret cum arabico برعم, *calyx floris*. Ipsa planta tandem adumbrata est a Fab. Columna,[60] postquam Matthiolus scripserat, se in tota Italia invenisse neminem, qui sibi eam ostenderet plantam.[61] Est vero *Chrysocoma Linosyris* L.

Cap. LVI. *Χρυσόγονον* est planta admodum rara, quam ante Rauwolfium nemo, et post eum pauci cognorunt. Is in Syria inventam descripsit et icone illustravit.[62] Aliam quidem, sed satis mediocrem, a Corvino, equite romano, acceptam, exhibuit Barrelierus.[63] Tandem et prope Abydum Hellesponti se plantam invenisse memorat Sibthorpius.[64] Est *Leontice Chrysogonum* L.

Cap. LVII. *Ἑλίχρυσον ἐλειόχρυσον* a Theophrasto scribitur. Caulem tenuem durumque, foliis albidis, ferre florem aureum, quo coronatus gloriam consequuturus esse credatur.[65] *Ἑλίχρυσος* dicitur Theocrito[66] et Athenaeo.[67] Eademne sit Theophrasti planta ac Dioscoridis, ambigendum est, cum folia albida a nostro non dicantur, sed abrotani folia aemulantia. Quod indicium sequuturis ob-

---

55) L. c. p. 753. 56) L. c. p. 264.
57) L. c. p. 734. 58) Adv. p. 196. Obs. p. 249.
59) Hist. 2. p. 183. 60) Ecphras. 1. p. 81. 82.
61) L. c. p. 735.
62) Iter n. 119. Dalechamp. app. p. 28.
63) Icon. t. 1113. 64) Flor. graec. 1. p. 234.
65) Hist. pl. 9, 19. 66) Id. 1, 53. 2, 79.
67) Lib. 15. c. 27.

vium venit *Tanacetum annuum*, Europae australis incola. Id etiam plerique rei herbariae patres statuerunt, praeter Matthiolum, Clusio herbam bene delineante.[68] At miror, veteres odoris singulariter fragrantis non meminisse, quem compositum credideris e pomorum cavilleorum et cydoniorum odore. Gnaphalium Stoechas, a Valer. Cordo[69] et Sibthorpio[70], iuxta ac Gnaphalium orientale ab Hon. Bello[71] huc relata, aliena foliis sunt.

Cap. LVIII. *Χρυςανθέμου* nomen punicum est arabicum: قرّاص enim et قرّاصة (*korrâsath*), est chamaemelum, ab orbiculari florum forma dictum. Planta ipsa *Chrysanthemum* est *coronarium*, quod omnes agnoscunt.

Cap. LIX. *Ἀγήρατον* a Matthiolo[72] et plerisque sequentibus *Achillea Ageratum* habetur. Quod etiamsi plane negare haud audeam, addubitandi tamen locum praebet tum parva aut nulla cum origano affinitas, tum quod flos haud tamdiu coloris speciem servet.

Cap. LX. In verbenae cognominibus aegyptiis multus est Rossius. *Πεμψεμπτέ* interpretatur *herbam virtutis divinae*[73], et quod est apud Apuleium *diosatum*, *Dei caudam.*[74] Punicum nomen alterum, ab Apuleio servatum,[75] Bochartus bene exposuit. *Azirgozol* est חָצִיר גּוֹזָל, *herba columbae.* Alterum *zimicum* mihi potius cognatum cum arabico سمح, *beneficus*, esse videtur. *Περιστερεῶνος* autem nomen Cratevas deduxit ex ita incisis foliis, ut cum columbae pedibus comparari possint.[76] *Verbena officinalis* erat, qua Romani inprimis ad magicas artes utebantur.[77] Utramque verbenam Plinius in unum caput contrahit[78]: „Nulla romanae nobilitatis plus habet, quam hierabotane. Aliqui peristeriona, nostri verbenacam vocant. Hac Iovis mensa verritur, domus purgantur lustranturque. Generis eius duo sunt: foliosa, quam feminam

68) Clus. hist. 1. p. 326.
69) Comm. in Diosc. f. 65 b. 70) Flor. graec. 2. p. 169.
71) Ad Clus. p. 300. 72) L. c. p. 740.
73) Etym. aeg. p. 158. 74) Ib. p. 66.
75) Cap. 65. 76) Schol. Nicandr. ther. v. 860.
77) Virg. ecl. 8, 65. Horat. od. 1, 19. 4, 11.
78) Lib. 25, 59.

putant, mas rarioribus foliis. Ramuli utriusque plures, tenues, cubitales, angulosi. Folia minora, quam quercus, angustioraque, divisuris maioribus: flos glaucus: radix longa, tenuis. Nascitur ubique in planis aquosis. Quidam non distinguunt, sed unum omnino genus faciunt, quoniam eosdem effectus habeat. Utraque sortiuntur Galli et praecinunt responsa. Sed Magi utique circa hanc insaniunt.“ Et alio loco[79]: „Non aliunde sagmina in remediis publicis fuere et in sacris legationibusque verbenae. Certe utroque nomine idem significatur, hoc est, gramen ex arce cum sua terra evulsum: ac semper e legatis, cum ad hostes clarigatumque mitterentur, id est, res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius vocabatur.“ Itaque transiit nomen a privata hac herba ad alias verbenas, herbenas quasi, quaecunque adoleri possent.

Cap. LXI. Altera igitur est *Verbena supina.* In distinguenda autem utraque specie maiores nostri passim graviter lapsi sunt. Brunfelsius priorem recte *Verbenam officinalem*, hanc *Senecionem vulgarem* habet.[80] In priore sola acquiescit Tragus[81], alteram haud satis se nosse fassus. Fuchsius pro Verbena mare, Turritidem Loeselii R. Br. et pro Verb. supina officinalem ponit.[82] Optime vero utramque iuxta se collocatam primus distinguit Dodonaeus.[83]

Cap. LXII. *Ἀστράγαλος* a Fab. Columna ad *Orobum vernum* reducitur.[84] Eius vero radix cum lignosa sit et ramosa, nec rotunda dici aut cum raphano comparari potest. Praeferendus potius videtur *Orobus tuberosus*, cuius radix tuberibus rotundis, appendiculatis ac inter se implicitis obsessa est. Utraque in sylvis ventosis montosisque Graeciae totiusque Europae provenit. Tubera posterioris in Norvegia comeduntur, ut etiam mercaturam constituant.[85] Nescio an eadem planta sit, quam

79) Lib. 22, 3.
80) L. c. tom. I. p. 119. 120. 81) L. c. f. 80.
82) L. c. p. 593. 594. 83) L. c. p. 150. 84) Phytob. p. 48. t. 14.
85) Horneman's dansk oeconom. Plantelaere, p. 762.

Anguillara in Graecia suo tempore sic appellatam describit.[86]

Quam primus Lobelius[87] introduxit *Astragali syriaci* nomine, planta est valde obscura, a me dubitanter ad A. aduncum Willd. relata. Effigies tamen loco Lobelii citato bene respondet ἀστραγάλῳ Dioscoridis. Matthioli icon[88], licet ab aliis repetita, fictitia esse videtur. *Phacam baeticam,* a Clusio hoc nomine propositam[89], alienam puto, ob flores ochroleucos, radicem praegrandem, fusiformem tamen et habitum erectum. Crescit utique, praeter Hispaniam ac Lusitaniam, et in Poloponneso.[90]

Cap. LXIII. Hyacinthus hic, ab aliis (c. 20.) distinguendus, *Hyacinthus* est *orientalis,* a Matthiolo primo, ni fallor, illustratus.

Cap. LXIV. Papaver Rhoeas Dioscoridis ob capsulam oblongam semenque rufum nostra sic dicta planta esse nequit, sed videtur *Papaver dubium*, cuius flores, licet vulgo punicei, interdum tamen et albi obveniunt.[91]

Cap. LXV. Sub *Papavere sativo* nominatur sylvestre quoddam genus demissa capsula ac oblonga et semine nigro, quod et ῥοιάς et πιθῖτις nominetur. Hoc est P. *Rhoeas* L. Tertia vero species φαρμακωδεστέρα καὶ μακροτέρα, quae et κωδίαν (capsulam) oblongam habeat, nisi fuerit P. Argemone (lib. 2. c. 208.), nescio, quaenam intelligatur.

Quantum noster experientiae tribuerit, ex iis praeprimis elucet, quae contra Diagoram et Andream profert, usum opii in collyriis damnantes. At vero et Galenus adversus Apollonium monet, collyria ex opio multis detrimento esse, cum debilem visum et ἀμβλυωπίαν, quin et auditus difficultatem adducant.[92] Et alio loco vituperat medicorum vulgus, qui medicamentis ex opio, man-

86) L. c. p. 267. 87) Obs. p. 525.
88) L. c. p. 743. 89) Hist. pl. 2. p. 234.
90) Flor. graec. 2. p. 84.
91) Iacqu. fl. austr. 1. t. 24. Marsch. Bieberst. fl. taur. cauc. 2. p. 5.
92) De compos. med. sec. loc. 2. p. 533.

dragora et hyoscyamo compositis oculorum summam perniciem producant.[93]

Cap. LXVI. Papaveris cornuti nomen punicum Bochartus e syriaco ܫܡܫܡ ܐܘܟܡܐ (*semsem ukhomo*) derivat, quod igitur *sesamum nigrum* denotat.[94] Esse autem *Glaucium luteum* Scop., bene iam Tragus probavit.[95]

Cap. LXVII. *Μήκων ἀφρώδης* vel *Ἡράκλεια* magnopere torsit Dioscoridis interpretes. Radicem facit Theophrastus albidam, superficialem, album etiam fructum et folia struthio similia. Vomitiones producere idem testatur.[96] Fueritne igitur *Gratiola officinalis*, quod iam Anguillara auguratus est?[97] Silenem inflatam Sm. praefert Lobelius[98]; sed huius vis emetica cognita non est. Multo minorem assensum meretur Fab. Columna, si Centauream Cyanum huc trahit.[99] Spuma, qua obsidetur planta, sunt excrementa cicadae, quam Cercopin spumariam appellant. Occupat ea varias plantas, vernacule *Kukuks-speichel* vocata.

Cap. LXVIII. *Hypecoum procumbens* primus hoc nomine Dodonaeus stabilivit.[100]

Cap. LXIX. Nomen hyoscyami aegyptiacum *σαφθώ* Rossium *caput tentans, infestans* interpretatur.[1] In Apuleio (c. 5.) nomen punicum, *gingan*, occurrit, quod Bochartus[2] idem cum arabico بنج (*bandsch*) putat.

Tres autem species Hyoscyami enumerantur: prima floribus subpurpureis est H. *reticulatus*, in Creta et Syria obvius, quem Io. Camerarius[3] adumbravit: alter floribus luteis est H. *aureus*, in Graecia vulgaris: tertius floribus albis, ceterum pinguis et lanuginosus, est H. *albus*, in Europa australi vulgaris.

---

93) Meth. med. 8. p. 171. 94) Can. p. 759.
95) L. c. f. 46 b. 96) Hist. pl. 9, 12.
97) L. c. p. 268. 98) Adv. p. 143.
99) Phytobas. p. 74. t. 21. 100) L. c. p. 449.
1) L. c. p. 184. 2) L. c. p. 762.
3) Hort. med. p. 77. t. 22. Sed antea iam Clusius (pannon. p. 502.) H. peregrini nomine, e Syria missi, tetigerat.

Cap. LXX. Psyllii cognomen punicum est corruptum arabicum برغوثي (*bargutsi*), quod bene iam Bochartus docuit.[4] Planta ipsa nihil habet difficultatis: est *Plantago Psyllium.*

Cap. LXXI. Strychni hortensis nomen aegyptium ab herpetibus sublatis ortum duxisse, Rossius testatur.[5] Nomen punicum est חֲצִיר הַשְּׁמוּנִי, *herba Esmuni*, i. e. Aesculapii.[6]

Dicitur autem hortensis strychnos, non quia colitur in hortis, sed quia ibi et in locis cultis frequens et spontaneus est. Habuerunt omnes pro *Solano nigro*, aut, dum fulvae sunt baccae maturae, *Sol. miniato* Bernh.

Cap. LXXII. Strychnos halicacabus est *Physalis Alkekengi*, cuius nomen graecum ἁλικάκαβος a κάκαβος, *sartago, olla*, ortum ducit, quoniam calyces fructiferi eam formam praebent. Ea vox male scripta transiit in arabicum الكاكنج (*alkakendsch*), quod in nomine triviali superest.

Cap. LXXIII. Strychnon somniferum Clusius[7] et cum eo plerique habuerunt pro *Physalide somnifera.* Respondent utique omnia, si recesseris a flore: hic enim non grandis est et ruber, sed parvus et pallidus. Itaque et *Hyoscyamum Scopoliam*, in agro Goritiensi inventam, Matthiolus Solani somniferi alterius nomine delineari curavit.[8] Obstat tamen et hic fructus color, qui non croceus, sed nigro-purpurascens est. Itaque in Physalide somnifera subsistendum, et floris color ex errore auctoris sive e sphalmate librariorum exponendus. Est eadem στρύχνος ἐδώδιμος Theophrasti[9]: baccae enim comeduntur, et ὑπνωτικός[10], cuius descriptio cum Dioscoridis quidem congruit. Sed de flore nihil praedicat Theophrastus, fructum autem tradit esse ἐρυθρότερον κόκκου.

Cap. LXXIV. *Στρύχνον μανικόν* proxime accedit ad

4) Can. p. 759. 5) L. c. p. 4.
6) Damasc. apud Phot. cod. 242. p. 352.
7) Clus. hist. 2. p. 85. 8) L. c. p. 753.
9) Hist. pl. 7, 7. 15. 10) Ib. 9, 11.

Solanum sodomeum, quod et in Sicilia et in Lusitania sponte provenit. Huius enim folia profunde laciniata et aculeata ad erucae, magis etiam ad acanthi folia accedunt: caulis est fruticosus et apud nos cubitum altus: flores pallide caerulescentes, baccae sunt nigrae. Earum pulpam Hermannus virulentam observavit, inducentem *καρηβαρίαν*, torporem, furorem ipsamque necem.[11]

Solanum esculentum Dunal. (S. insanum et Melongena L.), quod etiam huc traxerunt, alienum est fructu magno, oblongo, esculento, plerumque violaceo, neque nocivum quid in aliis plantae partibus observatum est.

Fab. Columna in hoc capite duas distinguit plantas, textu temere mutato. Alteram, flore nigro et fructu molli, Atropam esse Belladonnam, alteram, ad quam caput olivae forma, sed hirsutius, ut platani globuli, reducit, esse Daturam Stramonium perhibet.[12] Nescius forte fuit, hanc plantam medio tandem aevo ex interioribus Asiae mediae in Occidentem migrasse. Bodaeus talem audentiam imitaturus, e Plinio varia etiam addit, ut textum restituat.[13]

Θρύον tanquam magica Colchorum planta, iam Orphicis notum fuit.[14] *Πέρσιον* cum *περσέᾳ* commutatum fuisse, iam supra monui.[15] Quale autem fuerit *λυκοπέρσιον* Galeni, quod aliqui ad Solanum esculentum retulerunt, Anguillara etiam ad *Lycopersicon esculentum* Dunal., americanam plantam[16], non liquet. Centurio quidam herbam eam ex barbarica circa Aegyptum regione comportatam Galeno ostenderat.[17] Tam gravi et inamoeno erat odore, ut ne gustare quidem Galenus auderet, sed letalem esse coniiceret. Cicutam odore quidem aemulabatur, sed adiuncta quadam εὐωδίᾳ ἀρωματιζούσῃ. Nihil addit, nisi colore subflavo fuisse herbam.

Solanum esculentum huc non pertinere, etiam inde patet, quod Arabes illud seorsim semper nomine persico

11) Hort. lugdunobat. p. 574. 12) Phytobas. p. 37. t. 12.
13) Comm. in Theophr. p. 586.
14) Orph. Argon. 1, 916. 15) Lib. 1. c. 187.
16) L. c. p. 217. 17) De fac. simpl. 4. p. 681.

باذنجان (*badendschân*), unde forte *Melanzân* et *melongena* orta sunt, tractant. De solanis autem peculiari capite, inscripto nomine حنب الثعلب, agunt.

Cap. LXXV. Rondeletius et Lobelius *Dorycnium monspeliense* Willd. iam hoc nomine insignierunt[18]: neque regeri aliquid potest, si formam, colorem et locum natalem respexeris. De viribus enim nihil innotescit, neque ipse Dioscorides eas expertus est, quod verba δοκεῖ — φασὶ δέ τινες indicant.

Maiori tamen iure et Imperatus[19] et Caesalpinus[20] et Clusius[21] *Convolvulum Cneorum* introduxerunt, fruticulum in Sicilia et Archipelagi insulis provenientem, foliis lanceolatis, argenteo-sericeo-tomentosis, quae cum oleae foliis comparari possunt. Caesalpinus loco στεῤῥότερα στενότερα legi suadet. Flores sunt candidi, umbellati: nec in capsulis plura quam quina aut sena semina latent. Affinem Convolvulum Linnaeus *Dorycnium* nominavit, in Creta et Peloponneso obvium. Longissime autem a veritate abest Valer. Cordus, dum *Cardiospermum Halicacabum*, indicam plantam, et quae foliis quam maxime recedit, huc trahit.[22]

Sed confusio nata est e commutatis ἁλικακάβου, στρύχνου μανικοῦ et δορυκνίου appellationibus, quod tum e nostro, tum ex aliis scriptoribus patet. Sic auctor alexipharmacorum[23] στρύχνον μανικὸν δορυκνίου nomine tractat. Et Plinius[24]: Hoc esse venenum, quod innocentissimi auctores simpliciter dorycnion appellaverint, ab eo quod cuspides in proeliis tingerentur illo passim nascente. Qui parcius insectarentur, manicon cognominasse. Galenus etiam: στρύχνου, οἱ δὲ δορυκνίου.[25]

Cap. LXXVI. Tria hic mandragorae genera distinguuntur. Duo priora bene, ut ab αὐτόπτῃ, descripta: tertium e traditione. Mandragora femina, nigra, foliis

---

18) Adv. p. 389. 19) Hist. nat. p. 753.
20) Lib. 9. c. 27. 21) Hist. 2. p. 254.
22) In Diosc. f. 67ᵃ. Hist. f. 89ᵃ.
23) Vide supra p. 14. 21. 24) Lib. 21, 105.
25) De compos. med. sec. loca, 10. p. 556.

angustioribus, fructibusque vel sorbi forma vel pyri, est *Mandragora autumnalis* Bertolon., foliis oblongo-lanceolatis, acutis, undulatis, floribus autumnalibus, baccisque oblongis. Mas autem Dioscoridi et albida dicta, foliis magnis, betae similibus, fructibus maioribus, croceis, odoratis, est *Mandragora vernalis* Bertolon., quae foliis amplis, ovatis, obtusis bullatis gaudet, fructus autem fert globosos, postquam vere floruerit. Utraque species et in Italia et in Graecia, speciatim circa Athenas occurrit.[26] Tertia mandragora, quam et μώριον vocari tradit, vel eadem est cum mare, vel, quod Valer. Cordus innuit, μανδραγόρας Theophrasti[27], qui cum caulescat, fructusque ferat nigros, succo vinoso scatentes, suspicionem attulit Anguillarae, esse Belladonnam[28], annuente quoque Dodonaeo.[29]

Duplicem autem radicis formam humanam esse, alteram femineam, masculam alteram, fabula est, cuius originem apud Arabas investigamus. Avicenna enim, يبروح nomine plantam insigniens, eam ipsam vocem, tanquam peregrinam ex imagine formae humanae exponit.[30] Iam cum Abulfadli testetur, esse syriacam vocem[31], eo libentius e syriaco ܪܘܚܐ, *spiritus*, et ܐܒܐ, *concupiscere*, natam esse arabicam vocem contendimus. Cupidines igitur a spiritibus seu daemonibus productas significat.[32] Itaque videmus ab Arabibus fabulas illas praeprimis foveri, quod et alia confirmant testimonia.[33] Per omne autem medium aevum ad seriora usque tempora viguerunt eae fabulae, nec defuerunt agyrtae, qui foeda fraude credulum vulgus circumvenirent, dum e bryoniae radice arte sculpta formarent virilem femineamque effigiem, quam

26) Wheleri iter gall. p. 528. 529.
27) Hist. pl. 6, 2. 28) L. c. p. 90.
29) L. c. p. 456. 30) Ed. arab. p. 187.
31) Apud Cels. hierob. 1. p. 6.
32) Bochartus igitur fallitur, dum ex arab. يبروخ, *miraculum*, exponit.
33) Herbelot biblioth. orient. pag. 17. Casiri bibl. escur. 2. p. 351.

utramque pluribus aureis etiam nummis vendiderunt.[34] Quaestum eo maiorem facere potuerunt praestigiatores illi, quo magis inveteraverat opinatio de fecundante mandragorae vi. Nata haec opinio videtur ex celebrata antiquitus in rebus amatoriis efficacia mandragorae. Hinc et LXX. et Iosephus[35] Dudaim Leae[36] *μῆλα μανδραγορῶν* vertunt: et Venus ipsa *μανδραγορῖτις* vocatur.[37] Sed non defuerunt, qui medio iam aevo fabulas illas monachorum irriderent, Io. Platearii exemplo[38], quem et herbarius saeculi decimi quinti citat.[39]

Usus mandragorae ad sopiendas vires in antiquitate celebratissima est, ut et in proverbium abierit: *ὑπὸ μανδραγόρου καθεύδειν.*[40] De inertia ea ac tali torpore dicebatur, ut expergefieri fere nequeant.

Cap. LXXVI. LXXVII. Primum de *ἀκονίτου* appellatione et loco natali. Nomen autem ipse Theophrastus derivat ab Aconis, vico Mariandynorum. Mariandyni scilicet, Heracleotarum vicini, oram Ponti euxini a Sangario fluvio ad Lycum usque habitabant.[41] Portum Aconen nominat Plinius, veneno Aconito dirum, et Acherusiam specum. Et Nicander[42]:

Ἀλλ᾽ ἤτοι χολόεν μὲν ἰδὲ στομίοισι δυςαλθὲς
πνυθείης ακόνιτον, ὃ δὴ ῥ᾽ Ἀχερωΐδες ὄχθαι
φύουσιν, τόθι χάσμα δυςέκδρομον Εὐβουλῆος,
ἄστυρά τε Πριόλαο καταστρεφθέντα δέδουπε.

Ubi scholiastes fluvium Acheronta ponticum et Priolai oppidum exponit. Theopompus Chius easdem *Ἀκόνας,* Heracleae vicinas, Aconito nomen dedisse tradit.[43] Strabo in Heracleotide aconitum nasci testatur.[44] Igitur in confesso est, Ponti euxini oras australes esse patriam Aco-

---

34) Trag. l. c. f. 220. Amat. Lusit. in Diosc. p. 432.
35) Antiqu. iud. 1, 31. 36) Genes. 30, 14.
37) Hesych. h. v.
38) De simpl. med. f. 241 b. (ed. Lugd. 1525. 4.)
39) Herbarius Schönsberger, c. 257. 258. Aug. Vindel. 1488. 4.
40) Lucian. Timon, p. 72. Demosthen. encom. p. 164.
41) Pausan. 5, 26. Plin. 6, 1. 42) Alexiph. v. 13.
43) Athen. 3, 29. Dionys. Perieg. v. 787.
44) Lib. 12. p. 58. 59.

niti. Magnam etiam habuit partem in praestigiis et magicis artibus Colchorum, cum Hecate invenisse et hoc *φάρμακον* et alia dicatur.[45] Fabulabantur quoque, ex iis, quae Cerberus vomitu reiecerit, natam fuisse herbam.[46]

Haec omnia valent de priscorum Graecorum aconito, quod etiam cognomen *παρδαλιαγχές* habet,

— — *ἐπεὶ θήρεσσι πελώροις*
πότμον βουπελάται τε καὶ αἰγονομῆες ἔθεντο
Ἴδης ἐν κνημοῖσι, Φαλακραίης ἐνὶ βήσσαις,[47]

quia videlicet pastores eo pardales enecent. Adiungit scholiastes fabulam de stercore humano, huius veneni antidoto, et *θηλυφόνου* cognominis etymologiam: *ὅτι, ἐὰν ἅψηται μορίου θήλεος, διαφθείρει τὸ ζῶον· Κάμμορον* fuisse appellatum idem addit, *ὅτι κακῷ μόρῳ ἀναιρεῖται.*

De Aconito autem Pardalianche Dioscoridis exponendo valde dissenserunt rei herbariae patres. Longissime profecto aberravit Fuchsius[48], qui Parida quadrifoliam hoc nomine ornaret. Nec Conr. Gesnero assentiendum, qui Ranunculum Thoram, seu Phthoram Valdensium veram esse hanc plantam statuit.[49] Namque nec radix Ranunculi scorpii caudam prae se fert, nec folia sunt subaspera. Matthiolus igitur et *Arnicam scorpioidem* et *Doronicum scorpioides* Willd. primus hoc nomine introduxit.[50] Illud et *Doronicum Pardalianches* et Dodonaeus nomine eodem delineavit.[51] Idem esse Dioscoridis primum aconitum ac *σκορπίον* Theophrasti, qui et *θηλυφόνον* vocatur[52], facillime erui potest: probavit id praeprimis Fab. Columna, Doronicum scorpioides W. huc trahens.[53] Cumque Lobelius[54] et Clusius[55] diluere suspicionem venenatae indolis radicis scorpioidis conarentur, adductis de aromatica potius vi testimoniis; litem inde natam ita componere studet Columna, ut, quae animalibus brutis

45) Diod. Sic. 4, 45. Schol. Apollon. Rhod. v. 311.
46) Schol. Nicand. alex. v. 13. 47) Nicand. alex. v. 38.
48) L. c. p. 87. 49) De hortis Germ. f. 244 b.
50) L. c. p. 762. 51) L. c. p. 437.
52) Hist. pl. 9, 18. 53) Ecphras. 2. p. 57.
54) Advers. p. 291. 55) Hist. 2. p. 17. 19.

noxia, imo perniciosa sint, saepe insontia, quin salutaria esse humano generi, exemplis probet. Conr. Gesnerus ipse periculum fecerat, duas radicis Doronici drachmas sumens, sine noxa.[56] Contraria vero testimonia enecatorum hac radice saltem canum luporumque, Amatus Lusitanus[57] et Bern. Dessenius[58] attulerunt. Nostra demum aetate et Sibthorpius Doronicum Pardalianches, in Bithynia, Parnasso et Laconia deprehensum, hoc aconitum putat.[59]

Aconitum secundum Dioscoridis parum negotii facessit, si solum genus consideramus, quod Aconitum Linnaeanum esse, exploratum habemus. Species e loco natali et foliorum forma divinari potest. Est *Aconitum Napellus*, qui et in Italiae montibus et in Laconia provenit. Magnopere autem differt Theophrasti ἀκόνιτον a nostro: cuius adeo perplexa est descriptio, ut satis mirari nequeamus, id nihilominus ubique provenire.[60] „Radix tuberosa, nuci similis, quae sola sit letifera. Nihil notabile in brevi herba, quae frumento similis sit, et tamen folium habeat cichoraceum, semen spicatis dissimile." Oedipo, mehercle, coniectore opus est, qui tale solvat aenigmă, praesertim cum et Aëtius[61] et scholiastes Nicandri[62] hoc ἀκόνιτον ἀγρώστιδι simile declarent, ille etiam nonnullis ἴριδα ἀγρίαν dici testetur. Ranunculus certe Thora praeter radicem tuberoso-grumosam, quae tamen cum nuce iuglandis comparari nequit, nihil commune cum Theophrasti planta habet. Neque quidquam iuvat, si cum Gesnero κυκλαμινῶδες loco κιχωριῶδες legimus.

Cap. LXXIX. De *Conio maculato*, ut vulgaris notitiae, velut in transcursu agendum. Copiosissimum invenit Sibthorpius inter Athenas ac Megaram, nec infrequens in Peloponneso.[63] Optimum noster praedicat atticum, megarense, creticum, chium et cilicium. Theophrastus περὶ

56) Epist. f. 17 b. 74 b. 57) Enumer. p. 432.
58) De compos. medic. p. 524. 59) Flor. graec. 2. p. 183.
60) Hist. pl. 9, 16. 61) Lib. 6, 64.
62) Alexiph. v. 13. 63) Flor. graec. 1. p. 187.

Σοῦσα καὶ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις τόποις.[64] Loco *Σοῦσα* esse *Λοῦσσα* vel *Λούσους* legendum, iam Schneiderus hortatus est.[65] Etiamsi enim Plinius quoque Susas vertit,[66] non potest Persidis regia intelligi, quippe cuius regio *ἔμπυρος* ab ipso Theophrasto vocetur.[67] Neque credi potest, Thrasyam Mantineensem venenum a Perside usque petiisse. Sed Lusi, oppidum Arcadiae, in elatis clitoriis montibus, stadia vix ducenta a Mantinea versus Caeciam situm erat.[68] In hac frigida regione conium optimum provenisse, probabile est.

Nomen conii aegyptium Rossius ita exponit, ut ad capitis turbas, quas excitet, respiciat.[69] Sic etiam graecam vocem *κώνειον ἀπὸ τοῦ κωνῆσαι, τουτέστι κύκλῳ περιενεγκεῖν* Etymologus derivat, *διὰ τὸν εἰλιγμὸν καὶ σκότον, τοῖς πίνουσι γινόμενον.*

Cap. LXXX. Taxus, *ἡ μῖλος* Theophrasto, *σμῖλος* Nicandro dicta, quasi solummodo in Italia et Gallia narbonensi crescat, tractatur. Est tamen et graeca arbor, montes Cretae, Peloponnesi ac Macedoniae habitans.

De noxia aut insonti arboris fructuumque indole varia sunt testimonia. Theophrastus iam *τὰ λόφουρα* (equos asinosque) foliis taxi voratis interimi, nihil vero pati ruminantia. Fructum esse dulcem ac innoxium, ut a nonnullis hominibus comedatur.[70] Nicander *τὴν σμῖλον οἰτείην ἐλατηΐδα, θανάτοιο πολυκλαύστοιο δότειραν* vocat.[71] Quod et mortem obeant, qui in eius umbra obdormiverint, Andreas testabatur[72], quod et Sextius[73] et Plutarchus[74] repetunt. Sic Virgilius taxos nocentes, quae aquilonem et frigora ament, cecinit.[75] Cativolcum etiam, regem dimidiae partis Eburonum, aetate iam confectum, taxo se exanimasse, Iul. Caesar refert.[76] Et serioribus

64) Hist. pl. 9, 15. 65) Annot. ad h. l. p. 802.
66) Lib. 25, 95. 67) De vent. p, 767.
68) Paus. 8, 18. 69) L. c. p. 14.
70) Hist. pl. 3, 10. 71) Alex. v. 624.
72) Apud schol. Nicandr. l. c. 73) Apud Plin. 16, 20.
74) Sympos. 3. p. 634. ed. Wyttenb.
75) Georg. 2, 113. 275. 76) De bello gall. 6, 31.

temporibus noxia, imo perniciosa, eius arboris efficacia in equis saltem et bubus confirmata legitur.[77]

Neque tamen desunt testimonia innoxiae indolis. Dodonaeus, in Belgio minus perniciosam esse umbramque periculo carere.[78] Lobelius, in Anglia nec tantillum incommodi vel ex umbra vel ex esu fructuum, quibus porci pascantur, quibus pueruli vescantur, observari.[79] Sic et Martynius[80] et Hallerus[81], Lamarckius[82] etiam et C. C. Gmelinus[83] insontem fructuum esum confirmant.

Cap. LXXXI. Cum *ἀποκύνου* cognomen romanum hic dicatur *brassica rustica*, Apuleius cum brassica sylvestri (2,147.) confudisse videtur. Nominibus enim aliquot ex hoc capite sumtis, vires plantae medicatas eas tradit, quae brassicae sylvestri tribuuntur.[84] In iis nominibus est etiam punicum *butzutzim*, quod forte e בוס, *καταπατεῖν*, *pernicies*, et צִיִּים, *bestiae*, formatum est.

De hac herba Galenus[85]: *Ἀπόκυνον ἢ κυνοκράμβη· καλοῦσι δ' ἔνιοι καὶ κυνόμορον, ἐπειδὴ τάχιστα τοὺς κύνας ἀναιρεῖ, καθάπερ τὸ λυκοκτόνον τοὺς λύκους· ἔστι δὲ ἀνθρώπων δηλητήριον, ἱκανῶς δυςώδης πόα.*

Plantam ipsam cum Matthiolo[86] plerique pro *Cynancho erecto* L. (Marsdenia R. Br.), non solius Syriae, sed totius etiam Graeciae incola, habent.[87] Flexiles quidem virgae sunt, sed non volubiles: in folliculis gerit semina comosa. Cum hac ipsa specie experimenta instituta in canibus 1580 memorat Clusius[88]: interemtos fuisse omnes, quibus id propinatum fuerit, praeter eos, quibus exhibita fuerit terra sigillata silesiaca.

Cap. LXXXII. Nerium nihil prorsus habet difficultatis. Bona enim descriptio *Nerium Oleandrum* nostrarum scholarum ilico prodit. Increbruit autem rumor de

---

77) Hon. Bouche obs. sur l'hist. nat. de Provence, 1. p. 49. Birch hist. of the roy. soc. 1. p. 454. Floyer pharmacobas. p. 189.
78) L. c. p. 859.
79) Adv. p. 450.
80) Virgil. georg. p. 195.
81) Stirp. helvet. n. 1663.
82) Encycl. bot. 3. p. 228.
83) Flor. bad. 3. p. 771.
84) Apul. c. 127.
85) De fac. simpl. 6. p. 835.
86) L. c. p. 774.
87) Flor. graec. 1. p. 166.
88) Hist. 1. p. 126.

noxa, quam asini, muli equique e foliorum esu percipiant, adeo, ut et Lucianus eius meminerit.[89] Fueritne et haec arbor lauro similis in Ariana aut Gedrosia, quam iumenta in Alexandri exercitu postquam gustassent, comitiali morbo correptá ac spumantia emortua sint[90], dubitandum.

Cap. LXXXIII. De fungorum noxiorum vel edulium discrimine admodum manca profert D. Praecipue vero in noxiis adesse *ἐπίπαγον γλοιώδη*, glutinosum coagulum in pilei superficie: quod omnino in Agarici muscarii var. regali, in Ag. pantherino Cand., in Boleto lurido Fr. et in nonnullis aliis observatur. Sed et edules fungi nonnunquam glutinosam habent pilei superficiem, maxime pluvio coelo, exemplis Agarici Prunuli Pers., eburnei Bull., Boleti edulis et Fistulinae hepaticae Fr. Noxios fieri etiam fungos tradit, dum proxime ab arboribus crescant, quae iis pravitatem quamdam impertiant. Eam sententiam iam promserat Nicander[91], eos privatim fungos salutares declarans, quae prope a ficubus creverint. Neque tamen eam opinionem defendendam esse putamus, quamvis in universum fungi in umbrosissimis sylvarum locis obvii suspecti sint, ni noxii.

Vilem habuere veteres cibum, qui e fungis paratur.[92] Et quanquam Diphilus Siphnius scripserat, fungos ori gratos (*εὐστόμους* l. *εὐστομάχους*) valide nutrire, alvum tamen summovere, aegre concoqui et flatus gignere docuit. Naturae humanae convenire teneros et friabiles: nigros et lividos ac qui cocti indurescant, non convenire.[93] Galenus *βωλῖτας* et *ἀμανῖτας* distinguit, illos, nisi condiantur et apparentur, insipidos esse, ut frigidum quoque et pituitosum praebeant alimentum.[94] Suadet etiam fere eadem contra noxios fungorum effectus, quae in nostro legimus. Optimum tamen putamus praesidium

---

89) Lucius s. Asinus c. 17. p. 159. *Τάδ' ἦν ἐκ τῆς ἀγρίας δάφνης φυόμενα ῥόδα ἐκεῖνα, δάφνην αὐτὴν καλοῦσιν ἄνθρωποι, κακὸν ἄριστον ὄνῳ τοῦτο παντὶ καὶ ἵππῳ· φασὶ γὰρ τὸν φαγόντα ἀποθνήσκειν αὐτίκα.* 90) Strabo lib. 15. p. 172.
91) Athen. 2, 57. 92) Athen. 2, 56.
93) Athen. 2, 59. 94) De fac. alim. 2. p. 655.

ex emeticis peti, aut, si temporis plus ab esu elapsum fuerit, e purgantibus. Oxymeli et acetum ipsum saluti esse possunt, postquam fungus voratus eiectus fuerit: alioqui solet acetum acrimoniam fungorum extrahere magisque noxiam reddere.[95]

Cap. LXXXIV. Colchicum nomen a Colchide regione obtinuit, venenorum feracissima, unde Horatius „venena colchica et quicquid usquam concipitur nefas"[96] et „herbas canit, quas Iolcos atque Iberia mittat venenorum ferax."[97] Videtur autem, quod *κολχικοῦ* nomine Dioscoridis aetate veniebat, prius *ἐφήμερον* dictum fuisse, quia *ἐφήμερον* occidat.[98] Theophrastus saltem auditu compertum habuit, esse radicem, foliis vel ellebori vel lilii. Nicander ephemeri sui, quod *τὸ Μηδείης Κολχηΐδος ἐχθόμενον πῦρ* appellat, effectus et noxas ita delineat, ut omnino ad Colchicum nostrum conclusio valeat.[99] Scholiastes diversos tradit *ἐφημέρου* significatus: esse enim tum venenum arte paratum, quod et barbari naphtham vocent, tum plantam, flore cito marcescente, quae ad Hypanim crescat.

Colchicum nostrum *autumnale* intelligi patet, quanquam florum color albidus dicatur. Nostrum quidem vulgo roseo colore insigne est, sed albo etiam subinde occurrit. Saporem radicis, seu potius bulbi, dulcem praedicari a Dioscoride, mirabitur, qui acrimoniam valde noxiam eius perpenderit. At vero non desunt, qui autumno radicem, ni dulcem, insipidam tamen declarent, etiamsi verno tempore eruta amarissima sit.[100] Quin et amyli copiam, quod in gelatinam blandam abit, e bulbo obtineri, in confesso est.[1]

Cap. LXXXV. Iam ad alterum *ἐφήμερον* veniendum est, quod et *ἶριν ἀγρίαν* Galenus cum nostro vocat. Cau-

---

95) Persoon sur les champignons comestibles, p. 108.
96) Carm. 2, 13. et epod. 17. 97) Epod. 5.
98) Theophr. hist. pl. 9, 16. 99) Alexiph. v. 250.
100) Maranta meth. cogn. simpl. p. 33. Haller. stirp. helv. n. 1256. Krapf. apud Störck contin. experim. circa Colchic. p. 233.
1) Berg. mater. med. p. 291.

lis et folia lilii, sed tenuiora, flores albi minuti, fructus mollis (bacca), radix denique longa, odorata, digiti fere crassitudine; omnia haec nos fere cogunt, *Convallariam verticillatam* cum Caesalpino[2] hic intelligi statuamus. Neque dissuademur Plinio, qui flores caeruleos huic plantae tribuit[3], cum, quam parum fidendum Plinio, ad satiatem usque probatum sit. Provenit autem per omnem Italiam in pratis alpestribus et per sylvas montuosas. Primam, ni fallor, iconem Tragus exhibuit[4]; licet pro *χαμαιδάφνη* Dioscoridis habeat. Reliqui rei herbariae instauratores omnia pertentarunt, ut congruam invenirent plantam. Matthiolus ignotam promsit liliaceam, forte fictitiam[5], Dodonaeus Lysimachiam Ephemerum[6], Lobelius obscuram liliaceam,[7] quam nec Clusius nec Bauhinus rite intelligere potuerunt, nec ego nomine systematico insignire ausim. Fab. denique Columna Digitalem ambiguam huc traxit.[8]

Graves autem irrepserunt errores, cum *ἑρμοδακτύλους* serioris aetatis Arabes et qui eos sequerentur cum ephemero utroque confunderent. Paullus, ni fallor, primus *ἑρμοδακτύλου*, quod probe ab *ἐφημέρῳ* distinguit, radicem ut purgans remedium appellavit.[9] Apud Alexandrum Trallianum multa antipodagrica purgantia celebrantur, *δι' ἑρμοδακτύλου* dicta, quae cum ea radice aromatica iuncta habent, zingiberis, piperis, anisi et cumini exemplis, quia per se sumta ea radice stomachus offendatur.[10] Repetit eadem pluribus locis Nic. Myrepsicus.

Arabes vel ad literam versum *ἑρμοδάκτυλον* هرمس اصابع (*hermas assabaᶜ*) vel سورنجان (*surandschân*) dixerunt. Distinctis autem rubro surandschân ab albo, ad illud applicarunt, quod Dioscorides de *κολχικῷ*, ad hoc, quod seriores Graeci de *ἑρμοδακτύλῳ* praedicarant.[11] Avicenna speciatim, flores albos esse et flavos, crescere plantam ad

2) Lib. 5. c. 33. 3) Lib. 25, 107. 4) L. c. f. 150 b.
5) L. c. p. 780. 6) L. c. p. 203.
7) Obs. p. 73. 8) Ecphras. 1. p. 158.
9) Lib. 7. p. 236.
10) Lib. 11. p. 643—646. Io. Actuar. meth. med. 5. col. 264. ed. Steph.
11) Serap. c. 194. f. 150 c. Mesue, f. 70. 71.

pedes montium.[12] Hinc Latinobarbari, et in iis maxime Matthaeus Sylvaticus[13], eodem colchici (*colici* aut *colitici* dicti) titulo comprehenderunt et ephemerum et hermodactylum. Cum neutrum posteriorum cognosceretur, Colchicum autem notissimum esset, angebantur, qui ad veterum praecepta materiam medicam vel methodum medendi conformaturi erant, si hermodactyli radicem commonstrare deberent.[14a] Spe frustrati, e vano etiam hauserunt, qui Behen album rubrumque Arabum (بهمن), ab his tamen probe seiunctum, cum hermodactylis iungerent. Nec feliciores Brunfelsius, qui Narcissum Pseudonarcissum et Leucoïum vernum[14b]; C. Gesnerus, qui Erythronium Dentem canis[15], et alio loco[16] Hypoxin fascicularem L. (Colchicum fasciculare R. Br.[17]), a Rauwolfio in Syria inventam, huc trahit. Haud procul a veritate abfuisse videtur Matthiolus, dum *Iridem tuberosam*, in Graecia et Asia minore obviam, Hermodactyli veri nomine promeret.[18] Radicum enim tuberosarum fasciculi fere digitorum formam praebent. Purgante autem efficacia radicem pollere, probabile est, cum de Iride germanica id iam exploratum habeamus.[19]

Cap. LXXXVI. *Ἑλξίνην* hanc posteriorem esse *Parietariam officinalem*, persuasum habemus.

Cap. LXXXVII. Nec in lenticula stagnina moror, quae *Lemna* est *minor*, vulgaris notitiae.

Cap. LXXXVIII. *Ἀείζωον τὸ μέγα* esse *Sempervivum arboreum*, in muris et locis montosis insularum ionicarum, aegei maris et ipsa Cypro proveniens, Anguillara primus docuit[20]: assentiente et Sibthorpio.[21] Apellari in Chio *ἀμάραντον*, in Corcyra autem *ἀναστασίαν*, idem Anguillara est auctor. Nomen aegyptium Iablonskius[22] et Rossius[23] habent versionem *ἀειζώου*.

---

12) Ed. arab. p. 220.
13) Pandect. c. 172. f. 68 b.
14 a) Cf. Trag. f. 290.
14 b) L. c. tom. 1. p. 129.
15) De hortis Germ. f. 261.
16) Ic. lign. tab. 11. f. 95.
17) Ad Denham. iter p. 243.
18) L. c. p. 778. Dodon. p. 249.
19) Murray appar. medic. 5. p. 271.
20) L. c. p. 276. 277.
21) Flor. graec. 1. p. 334.
22) Opusc. 1. p. 194.
23) Etym. aeg. p. 154.

Cap. LXXXIX. *Ἀείζωον τὸ μικρόν* ob folia teretia, acuta, parva, floresque *χλωρούς* in umbella seu cyma dispositos, vel *Sedum rupestre* vel *reflexum* est, in rupibus et montosis Graeciae utrumque vulgare.

Sempervivum tertium Columna primus aperuit.[24] Est *Sedum stellatum,* in Italia, Gallia et Europa australi obvium.

Cap. XC. Cotyledon prima est *Cotyledon* nostra *Umbilicus*, in Graeciae rupibus et muris obvia.

Cap. XCI. Cotyledon altera ob folia lingulata posset *Cot. serrata* L. dici, sed obstant radix fibrosa, flores purpurascentes, cum Hyperici floribus non comparandi, neque folia cum alterna sint, eam speciem faciunt, quae hic describitur. Itaque ad *Cotyledonem luteam* Hnds. consilium esse transferendum videtur. Radix enim longa, tuberoso-carnosa et repens est; folia inferiora peltata, crenata, superiora cum bracteis ovata, dentata, flores aurei. Haec pariter in rupibus Graeciae occurrit.[25] Qui primi plantas veterum scienter examinarunt, Matthiolo duce[26] *Saxifragam Cotyledonem* intellexerunt, cuius tamen, licet folia rosaceo-congesta, flores albi absunt a similitudine Hyperici, neque dixerim radicem esse maiusculam.

Cap. XCII. *Urticam urentem* et *dioecam* iam Brunfelsius[27] et Tragus[28] in duabus *ἀκαλύφης* speciebus, *τραχυτέρᾳ καὶ ἀγριωτέρᾳ* et altera *οὐχ ὁμοίως τραχείᾳ,* agnorunt. Nec quicquam mutandum esse aut regerendum videtur. Virtutes medicas paucas duntaxat nostra aetas confirmat, ad cohibendos nimirum sanguinis cursus, maxime e pulmonibus et fistula spiritali.[29] Nomen aegyptium Rossius a *mordendo* vel *urendo* derivat:[30] quemadmodum Arabibus dicitur قريص a radice قرص, *pungere:* sed et بنت النار, *filia ignis.*

24) Phytobas. p. 52. t. 11. 25) Flor. graec. 1. p. 308.
26) L. c. p. 787. 788. 27) L. c. tom. 1. p. 151. 154.
28) L. c. f. 1. 2. 29) Berg. mat. med. p. 734.
30) L. c. p. 188.

Cap. XCIII. *Galiopsin* Dioscoridis Anguillara iam in Illyrico, Bosnia et Graecia recognovit, ac ita descripsit, ut *Scrofulariam peregrinam* a Camerario primo[31] delineatam facile agnoscas. Cum folia praeter glabritiem omnino cum Urticae urentis foliis forma congruant; cum odor gravis perspicuus sit; cum flores purpurei, ratione ceterarum partium, exigui sint; cum denique et usus contra scrofulas ab Anguillara confirmetur, et Sibthorpius ad hanc accedit sententiam, qui plantam ubique in Graecia ad semitas, sepes et circa domuum areas invenit.[32] *Lamium purpureum*, quod cum Brunfelsio[33] et Trago[34] plerique substituunt, congruit quidem, sed flores sunt grandes potius quam exigui.

Cap. XCIV. *Γάλιον* Dioscoridis est *Galium verum* L. A vi lac coagulandi et gallicum nomen *Caille-lait* et danicum *Melklöbe* obtinuit. Ea vis adeo nota est, ut olim ad caseos parandos in Anglia adhiberetur.[35] Ab acido pendet succo, qui et plantarum succos coeruleos in rubrum colorem vertit. Flores melleum odorem spirant. Tantum tamen abest, ut in palustribus locis abundet, ut potius loca edita amet et sicciora.

Cap. XCV. Cum continuo floreat, (ἡ ἄνθεσις πάσας καταλαμβάνει τὰς ὥρας[36],) cum per hyemem apud nos, magis etiam in Graecia, florere consuescat, flores verno tempore in pappos soluti, his deciduis, calva linquunt receptacula, unde *ἠριγέρων*, *senecio*, quasi *vernus senex* dicta est planta, per omnem Europam, Asiam mediam, Africamque borealem frequens, *Senecio vulgaris*.

Cap. XCVI. Thalictrum in campestribus obvium, foliis coriandri, est *Thalictrum minus* L., quod in Peloponneso saltem et per Italiam provenit.

Cap. XCVII. *Βρύον θαλάσσιον* duplici modo intelligi potest. Si enim nobiscum *θριδακῶδες* legitur, erit idem, quod Theophrastus[37] denotat, ut *οὐκ ἀνόμοιον ταῖς θριδακίναις, πλὴν ῥυτιδωδέστερον καὶ ὥσπερ συνεσπασμένον*. *Ul-*

31) Hort. med. p. 157. t. 43.
32) Flor. graec. 1. p. 435.
33) Tom. 1. p. 153.
34) L. c. f. 2.
35) Smith engl. flora, 1. p. 208.
36) Theophr. hist. 7, 10.
37) Hist. 4, 6.

va quippe *Lactuca*, ad oras maris in saxis testisque proveniens, fronde viridissima, tenera, membranacea, palmata, cuius sapor amarus salsusque in Anglia commendatur, tum ad acetaria cum succo limoniorum apparanda, tum ad scrofulas curandas.[38] Quodsi vero cum Aldina *τριχῶδες* legeris, posset Sporochnus esse aculeatus Agardhii, si modo hic esset incola maris mediterranei: sed Sphaerococcus etiam confervoides et musciformis Ag., ad oras maris mediterranei occurrentes, huc trahi possent. Corallinam officinalem L. declararunt cum Matthiolo[39] plerique maiores nostri.

Cap. XCVIII. E fucis marinis tria genera enumerantur: latum quoddam, alterum oblongum et puniceum, tertium candidum, quod ad Cretae oras nascatur, pulcre floridum nec corruptioni obnoxium. Primum quidem nescio an sit *Zonaria Pavonia* vel *squamaria* Ag., cum nullum aliud indicium addatur. Secundum genus forte *Wormskioldia ocellata* (Fucus granateus Lamour. et Turn.,) Ulvae punctatae Stackh. valde affinis, colore roseo-puniceo insignis est, quae ad oras maris mediterranei non raro invenitur. W. enim sanguinea in maribus septentrionalibus potius occurrit. Tertium genus videtur *Chondria obtusa* Ag. esse, cuius color pallidus, substantia cartilaginea et apices tuberculiferi congruunt. Est incola maris mediterranei et rubri. Sphaerococcus plicatus Ag., licet color magis respondeat, oceano tamen atlantico marique septentrionali proprius est. Id etiam valet de Sphaer. cartilagineo, pro quo olim habui: color etiam huius fuscus est. Sed alia in promtu est expositio, e Theophrasto petita. Is enim elegantissimum fuci genus, ad Cretae litora obvium, profert, quo taeniae, lana et vestes tingantur: recentis et eius, quod borea vento perfletur, colorem speciosiorem esse ipsa purpura.[40] Hoc genus esse *Wormskioldiam Plocamium* (Fucum coccineum Huds.) persuasum habeo. Si hic intelligitur, *τὸ λευκόν* vel expungen-

38) Engl. bot. 1551. 39) L. c. p. 795.
40) Hist. 4, 6.

dum, vel ita accipiendum, ut mutationem coloris ad lucem solarem a puniceo in albidum notet. Eam vero mutationem accidere, tum ipse expertus sum, tum Turneri testimonio tueri possum.[41] Eo formosissimo fuco usas fuisse mulierculas ad coloris venustatem conciliandam, persuasum habemus, cum dein hoc vocabulum usurpatum fuerit ad quemcunque colorem arte paratum denotandum.[42].

Ῥιζίον illud, quo pariter utebantur mulieres ad fucandam faciem, est Anchusa, de qua (c. 23.) iam egimus, et de qua etiam Hesychius *ἄγχουσα, ῥίζα, ᾗ φυκοῦνται τὰ γύναια.*

Cap. XCIX. *Potamogeton* nomen servavit; in prima specie post Fuchsium[43] fere omnes *Potamogetona natantem* agnoscunt. Haereo tamen, cum *δασὺ τὸ φύλλον* esse lego, neque alium significatum eius epitheti novi, quam *hirsutum.* Cum Plinius etiam ita intellexerit[44], neque ulla Potamogetonis species nota sit foliis hirsutis, vel errorem auctoris subesse assumamus, vel scripsisse *παχὺ* suspicemur, quod eo magis probabile fit, cum subcoriacea substantia foliorum Pot. natantis pariter ac heterophylli Schreb. differentiam constituat meliorem.

Alteram speciem habuerim P. *rufescentem* Schrad., propter spicam rubentem, sed magis quadrat P. *zosteraefolius* Schumach. Nomen punicum *ἀστιρκόκ* lego חָצִיר כּוֹחַ, *herba efficax.*

Cap. C. *Στρατιώτης* est planta aegyptia, cuius aegyptium nomen etiam *militem* notat.[45]. Est *Pistia Stratiotes* L., Arabibus dicta حي علم الما (*hay ălem elmâ*), sempervivum aquaticum[46], quia folia rosaceo-congesta aliquam habent similitudinem cum sempervivo. Optime

---

41) Synops. of the british fuci, p. 295.

42) Lucian. piscat. p. 129. *Ὑπεφαίνετο δέ τι καὶ ψιμύθιον καὶ φῦκος.* Ei. epigr. omissa, 4. p. 53. Liber sapient. 13, 14. *Καταχρίσας μίλτῳ, καὶ φύκει ἐρυθήνας χρόαν αὐτοῦ.* Horat. carm. 3, 5. Neque amissos colores lana refert medicata fuco.

43) L. c. p. 651. 44) Lib. 25, 33.

45) Iablonsky l. c. p. 345. Rossi l. c. p. 226.

46) Delil. fl. aeg. p. 20.

eam plantam adumbravit P. Alpinus[47], confirmato quoque usu, quem Dioscorides commemorat.

Priusquam haec planta innotesceret, docti rei herbariae instauratores in tenebris versabantur. Ingeniosa est Caesalpini coniectura, *Salviniam natantem* subintelligi,[48] quae omnino quadantenus respondet. Magnopere vero fallitur Dodonaeus, dum Stratioten aloidem huc trahit,[49] quanquam eum plerique sequantur.

Cap. CI. *Στρατιώτης χιλιόφυλλος* est *Achillea Millefolium*, quod post Brunfelsium[50] omnes fatentur. Herba astringens, aromatica, laudes etiam seriori aetate adepta est ob virtutem antispasticam ac haemostaticam.[51]

Cap. CII. *Φλόμος, ἔνιοι δὲ διὰ τοῦ π γράφουσί τε καὶ λέγουσιν.*[52] *Πλόμῳ* autem enecari pisces fluviatiles atque eo captari, Aristoteles tradit.[53] Id de Verbasco sinuato et nupera testimonia confirmant.[54] Discrimen *ἄῤῥενος καὶ θηλείας* iam a Crateva[55] et Nicandro stabilitum, ab illo vero male ita constitutum legimus, ut maris folia foeniculo, licet longiora sint et tenuiora, compararet, feminae vero coriandro.

Noster summa genera facit album et nigrum: illius duas habet species; feminam foliis latioribus, hirsutis, albis, floribus albidis aut ex luteo pallescentibus: marem foliis angustioribus, pariter albis. Illam esse *Verbascum plicatum* sibi, aut *undulatum* Lam., nuperrimus interpres autumat.[56] Dum vero marem perhibet esse V. *Thapsum*, egregie profecto probat, se Dioscoridem non legisse. Posterioris enim folia tantum abest, ut angustiora sint, ut potius plerisque latiora prodeant. Si quid recte video, V. *Thapsus*, quod etiam flore albo occurrit, est *φλόμος θηλεία λευκή*, ut iam Fuchsius[57] et Dalecham-

47) De plant. aeg. p. 106—109.
48) Lib. 16. c. 36. 49) L. c. p. 588. 589.
50) Tom. 3. p. 171. 51) Fr. Hoffmann opusc. med. p. 341.
52) Galen. de fac. simpl. 8. p. 150.
53) Hist. anim. 8, 20. 54) Walpole, p. 276. 277.
55) Schol. Nicandr. ther. v. 856.
56) Sibthorp. fl. graec. 1. p. 150.
57) L. c. p. 847.

pius [58] eam speciem designarunt. V. *undulatum* vero Lamarckii, seu *plicatum* Sibthorpii, in Graecia obvium, ob folia angustiora, sinuata, undulata, semper candido-tomentosa, caulemque graciliorem pro φλόμῳ λευκῇ ἄῤῥενι habeo. *Verbascum nigrum* nomen servavit, a Dodonaeo eo nomine bene exhibitum. [59]

Verbascum sylvestre est *Phlomis fruticosa,* quam et Matthiolus [60] et Dodonaeus [61] iam eo nomine produxerunt.

Phlomides duae, hirsutae, terrae adnatae, foliis subrotundis, nescio an sint Phl. *samia* L., quae et in Euboea, et Phl. *lunarifolia* Sibth., quae in Peloponneso occurrit.

Phlomida Lychnitin primus hoc nomine, quod etiamnum retinet, illustravit Clusius. [62] Hispanis meminit dici eamdem herbam *Candilera,* quod eius folia non modo sicca sed etiam recentia ellychnii modo, oleo affuso, uri possint.

Cap. CIII. *Salvia Aethiopis,* quam Matthiolus [63] cum plerisque serioribus huc trahit, multa habet, quae αἰθιόπιδι Dioscoridis respondent. Neque me moratur, bina tantum semina in singulis calycibus indicari, cum, quae quaterna esse deberent, saepissime et in aliis Salviae speciebus abortiant, ut binae duntaxat supersint. Salvia Aethiopis in Attica et Asia minore inventa est. [64]

Cap. CIV. De ἀρκτίῳ dissentiunt interpretes rei herbariae gnari. Quam e codice vindobonensi mutuatam exhibuit Dodonaeus [65], effigies miserrima est et contemtu digna. Honor. Bellus arcturum creticum a se dictum primus promsit, licet legitimum non haberet. [66] Eum dein effigie illustrarunt Pona [67], Columna [68] et P. Alpinus, [69] uterque posterior Verbasci nomine. Interea recepta est

58) L. c. p. 1300.
59) L. c. p. 144. 60) L. c. p. 800.
61) L. c. p. 146. 62) Stirp. hispan. p. 378.
63) L. c. p. 804. 64) Flor. graec. 1. p. 18.
65) L. c. p. 149. 66) Ad Clus. p. 299.
67) Mons bald. p. 44. 68) Ecphr. 2. p. 82.
69) Exot. p. 122. 123.

ea planta *Celsiae Arcturi* nomine. Sibthorpius, licet interrogatione, *Conyzam candidam* in medium ducit[70], cuius nec folia nec semina papposa Dioscoridis plantae respondent. Nonne *Verbascum ferrugineum* Ait. melius quadrat?

Cap. CV. Ἄρκειον s. Personata vulgaris est notitiae. Est *Arctium Lappa* nobis. Radix, quae tenera, sapida est et esculenta, nec nostra memoria suis laudibus in arthritide destituta est.[71]

Cap. CVI. Petasites, a folio πετασώδει nomen accepit, vulgatissima planta, quae *Tussilago Petasites* iam audit.

Cap. CVII. Quis e manca ea descriptione plantam divinaverit? *Cephalanthera rubra* vel *ensifolia* Rich., quam Elleborines quintae nomine Clusius primus in lucem produxit[72], pari iure nuncupari possunt, ac *Spiranthes aestivalis* et *autumnalis* Rich. In Europa enim australi, Graecia praeprimis, ac Asia minore occurrunt. Magnifice Anguillara de virtutibus herbae cuiusdam microphyllae contra viperarum morsus et hepatis affectus loquitur, quae, per Graeciam, Macedoniam, Illyricum et Italiam vulgaris, Millegrana et a Graecis ἀσφεδίλα vocetur, quamque esse Dioscoridis ἐπιπακτίδα, asseverat.[73] Hanc esse *Herniariam glabram*, exploratum habeo.

Cap. CVIII. *Fumaria* tritissima est, cuius *officinalem* speciem post Brunfelsium[74] omnes agnoscunt. Sibthorpius tamen *Fumariam parvifloram* Lam. praefert,[75] propter maiorem, ut videtur, teneritatem. Eam Clusius iam Capni tenuifoliae nomine bene adumbravit.[76] Omnino candidior et multo tenerior est vulgari; flores etiam in Graecia saturiori et sanguineo colore insignes dicuntur, cum carnei magis in Gallia sint ac Britannia.

Cap. CIX. Lotum sativam Dioscoridis Matthiolus

70) Flor. graec. 2. p. 173.
71) Berg. mat. med. p. 653. 72) Stirp. pannon. p. 276.
73) L. c. p. 282. 74) Tom. 1. p. 99.
75) Flor. graec. 2. p. 50. 76) Stirp. hispan. p. 375.

habet *Melilotum officinalem* Lam.[77], Dodonaeus *Mel. coeruleam* Desv.[78] Huic accedunt plerique; Anguillara fere solo excepto, qui *Medicaginem*, ni fallor, *maculatam*, τριφυλλομματήν Graecis dictam, in medium produxit.[79] *Mel.* tandem *messanensem* accipit Sibthorpius.[80]

Cap. CX. In Loto sylvestri semet plerumque frustra exercuerunt rei herbariae patres, dum patriam Libyam negligerent. Conr. Gesnerus *Trigonellam corniculatam* L.[81], Matthiolus et Anguillara *Melilotum coeruleam* Desv. eapropter accipiunt, quod in Belgio et Hispania balsamum dicatur, oleo inde parato, quo naevi faciei tollantur. Neque tamen fructus est proximus foeno graeco, qualem describit Dioscorides. Ideoque ignotam esse plantam Dodonaeus statuit, rudi addita icone e codice vindobonensi[82], in qua tamen legumina racemosa stricta et folia ternata manifesta sunt. Plantam eam melius delineavit Lobelius[83], Meliloti syriacae odorae nomine. Est vero *Trigonella elatior* Sibth., quam in Asia minore et Cypro invenit: planta procera, stricta, foliis rhombeo-oblongis, serrulatis, stipulis lanceolatis dentatis, racemis longe pedunculatis axillaribus, leguminibus pendulis subfalcatis.[84] Haec profecto melius ceteris respondet. Itaque non audiendus Pona, qui *Lotum glaucum* Ait., e Liguria acceptum, huc trahit. Eam speciem Allionius demum *Loti Dioscoridis* nomine adumbravit.[85]

Cap. CXI. Cum de Cytiso olim iam uberrime praeceperim[86], verborum multitudine supersedendum est. Id tamen patet, verum cytisum veterum a Barthol. Maranta[87] et Honor. Bello[88] apertum fuisse. Est *Medicago arborea* L.

Cap. CXII. Lotus aegyptia est *Nymphaea Lotus* L., planta Nilo peculiaris, post P. Alpinum[89] egregie a De-

---

77) L. c. p. 809. 78) L. c. p. 571.
79) L. c. p. 285. 80) Flor. graec. 2. p. 93.
81) De hort. Germ. f. 265 b. 82) L. c. p. 572.
83) Ic. 2. t. 42. 84) Flor. graec. 2. p. 108.
85) Flor. pedem. n. 1131. 86) Antiqu. bot. p. 35—46.
87) Meth. cognosc. simpl. p. 50.
88) Ad Clus. p. 309. 89) De plant. exot. p. 213—229.

lilio illustrata.[90] Similem esse *κυάμῳ*, Nelumbio nimirum specioso, iam patet ex effigie utriusque, quam filius, praematura eheu! morte nobis ereptus, historiae rei herbariae, vernacule scriptae, adiunxit. Radix vero tuberosa, quam iam mali mole tradit Herodotus[91], edulis, a Theophrasto *κόρσιον* nominatur.[92] *Κόρση* scilicet et *κόρσης*, *κόρσεος*[93], caput significat. Longe alio vero sensu *κόρσιον* apud Strabonem occurrit[94]: esse nimirum *τράγημα τῷ πεπέρει ὅμοιον, μικρῷ αὐτοῦ μεῖζον.* De foliis peltatis, argute serrulatis, supra venoso-reticulatis, subtus pubescentibus nihil antiqui auctores memoriae tradiderunt: florem vero candidum, liliis aut rosis similem: fructum capiti papaveris similem, pariter ac radix, edulem memorant.

Postremo Alexandrini, qui toties coronamentis adhibere lotum consuerant, non potuerunt non colorum modos tum in hac, tum in affini specie animadvertere. Sic Callixenus Rhodius duplicem in loti flore colorem observavit, alterum rosae similem, e quo nexa corona proprie Antinoëa vocetur: alteram coronam loteam appellari, coeruleo colore.[95] Quae lectio, quanquam nonnulli correxerint *κυανέαν χροιάν* in *χιονέαν*, legitima tamen esse videtur, quoniam in remotissimae antiquitatis picturis et monumentis Aegypti superioris coeruleus loti color frequenter conspicitur.[96] Hinc *Nymphaeam coeruleam* Savign. ante hominum memoriam in Aegypto iam notissimam fuisse patet. Nostra aetate haec vocatur بشنين عربى (*baschnin arabi*), N. Lotus vero بشنين الخنزير (*baschnin alchanzir.*)

Cap. CXIII. Cum variis plantarum aquatilium generibus folia sint pinnata aut bipinnata, foliolis pectinatis, setaceis, Hottoniae palustris exemplo, Phellandrii etiam aquatici, Ranunculi aquatilis, Myriophyllorum denique et Ceratophyllorum, quorum caules etiam fistulosi

---

90) Flor. aeg. p. 159. t. 60. 91) Lib. 2. c. 92.
92) Hist. 4, 8. 93) Nicandr. alex. v. 414.
94) Lib. 17. p. 629. 95) Athen. 15, 21.
96) Delile flor. aeg. p. 163. 164.

esse consuescunt, optio nobis datur eligendi eam, quae magis huic *μυριοφύλλῳ* conveniat. Quoniam autem nullum floris indicium additur, difficillimus est delectus. Quapropter et Matthiolus Phellandrium aquaticum ac Hottoniam palustrem una cum Myriophyllo spicato et Ceratophyllo demerso hic pingi curavit.[97] His etiam Lobelius addidit Utriculariam vulgarem.[98] At, cum florem silentio transeat Dioscorides, Sibthorpio assentiendum, qui in Myriophyllo spicato subsistit. Foliorum e caule stellatim aut verticillatim prodeuntium forma ea est, quasi studio perforatum opus, pectinato-reticulatum, sistant.

Cap. CXIV. *Myrrhis odorata* Scop. apprime cum *μυῤῥίδι* Dioscoridis congruit, quod Dodonaeus docuit.[99] Chaerophyllum sylvestre, quod Fuchsius[100] hoc nomine insignivit, minus aptum esse videtur. Invenisse se arbitratur Anguillara veram Myrrhida in Graecia et Sclavonia, Cicutae similem, foliis cauleque hirsuto, umbellis Anetho conformibus luteis, seminibus cumini, radice napiformi, odorata, tenera sapidaque.[1] Eam plantam, a C. Bauhino neglectam, nec ego coniectura assequi possum.

Cap. CXV. Sub *μυάγρῳ* intelligi *Camelinam sativam* Crantz., veri est simillimum, etiamsi comparatio foliorum cum rubiae foliis non apta sit: nec fructus, nec semina cum foeni graeci seminibus componi possint. Nihilominus et his comparationibus patrocinatur Anguillara.[2]

Cap. LXVI. *Ὄναγρα* nil esse potest nisi *Epilobium angustifolium*, quod in montosis sylvaticis Graeciae pariter ac totius Europae provenit. Radicis, tradit noster, infusum, a feris animantibus potum, ea mansueta reddere: quod Theophrastus de *οἰνοθήρᾳ* suo (namque ὁ *οἰνοθήρας* scribit) hactenus docet, ut radicem in vino datam *πραότερον ποιεῖν καὶ ἱλαρώτερον τὸ ἦθος* praecipiat.[3] Hinc cum Marcello Vergilio et *οἴναγρα*, sicut *οἰνοθήρας*, potius scribendum. De infusi illius usu superest vestigium

97) L. c. p. 812. 813. 98) Ic. 1. t. 791.
99) L. c. p. 701. 100) L. c. p. 524.
1) L. c. p. 284. 2) L. c. p. 285.
3) Hist. 9, 19.

(quis crediderit?) apud Sibiriae orientalis et Camtschatcae incolas. Qui, spirituoso potui e petiolis Heraclei Sphondylii parato aliquid sedantis et permulcentis additurі, medullam caulium Epilobii huius, quae inter cupedias earum gentium locum non infimum obtinet, illi potui admiscent.[4] Comedi et in Suecia turiones huius plantae, Linnaeus testatur.[5]

Nostrae de ὀνάγρᾳ sententiae e maioribus nostris solus accedit Caesalpinus.[6] Reliqui fere silentio eam transeunt.

Cap. CXVII. *Κίρσιον* videtur esse *Carduus tenuiflorus* Curt., in Archipelagi insulis frequens. Caulis e foliis decurrentibus dicitur hic triangularis: folia omnia sunt incana, subtus lanata, ambitu sinuata, spinosa; radicalia lyrata, rosaceo-congesta, flores aggregati, purpurei. Cirsium monspessulanum All., quod Matthiolus[7], melius pictum Dodonaeus[8] exhibent, minus congruit, cum folia non albicantia sint, neque hirsuta.

Cap. CXVIII. Asterem atticum eumdem esse cum Amello Virgilii[9] et Columellae[10], inde efficimus, quod flos purpureus simul et luteus dicatur. Itaque *Asterem Amellum* L. esse censemus. Quodsi vero cum Oribasio πορφυροῦν omittimus, maioris momenti instar habentes βουβωνίου cognomen, facile inducimur, Inulam Bubonium cum Tabernaemontano[11] huc trahere. Sed salva est prior sententia, a Matthiolo iam pronunciata[12], cum Aster Amellus atticus dictus sit, quia in Attica frequens est.[13] Tritissimus est locus Virgilii:

„Est etiam flos in pratis, cui nomen amello
„fecere agricolae, facilis quaerentibus herba.
„Namque uno ingentem tollit de caespite sylvam,
„aureus ipse, sed in foliis, quae plurima circum
„funduntur, violae sublucet purpura nigrae.“

---

4) Gmelin flor. sibir. 1. p. 218.
5) Flor. suec. n. 331.
6) Lib. 6. c. 70.
7) L. c. p. 817.
8) L. c. p. 737.
9) Georg. 4, 271.
10) Lib. 9, 4. 4.
11) Herb. p. 716.
12) L. c. p. 817. 818.
13) Flor. graec. 2. p. 179.

quem egregie Martynius illustravit.[14] Quamnam vero intelligat plantam Anguillara, quae, in Italia ac Graecia vulgaris, flores aut luteos aut purpureos stellaeformes gerat, caulem foliaque habeat pilosa, quae dicatur a rhizotomis Filius ante patrem, in Zacyntho autem δωδεκαμινῖτις, me plane fugit.[15]

Cap. CXIX. Ἰσόπυρον erutu difficillimum est. *Corydalis* autem *claviculata* Pers., in agro Argolico obvia[16], ut per omnem Europam temperatam, plura coniungit κριτήρια, quae ad ἰσόπυρον accedunt. Folia sunt composita, pedata, glauca, foliolis ovatis, incisis: petioli communes cirris divisis terminantur. Flores fructusque in spica subcapitata congesti sunt: siliquae lanceolatae semina ut plurimum terna, nigra, minuta, acriuscula continent. Haec saltem coniectura magis arridet, quam Dodonaei hallucinatio, qui Menyanthen trifoliatam[17], textu ad lubitum mutato, aut Caesalpini[18], qui Lathyrum Ochrum Cand., aut Columnae[19] etiam, qui Aquilegiam vulgarem huc trahit. Nota demum est macula, qua doctrinae splendorem aspersit Matthiolus, dum Anisi foliis appictis Nigellae flori, mendacem hanc formam ἰσοπύρου nomine insigniret.[20]

Cap. CXX. Ad caput de viola illustrandum nihil prorsus habeo quod addam, maxime cum alibi iam uberius de toto hoc genere egerim.[21]

Cap. CXXI. In capite de Cacalia Plinius alia quaedam legit, quae si genuina putaverimus, satis diversam ab iis indicant plantam, quas primi rei herbariae instauratores intellexerunt. Is enim semen „margaritis minutis simile“ tradit.[22] Quod si componimus cum flore βρύῳ ἢ ἐλαίᾳ ἐοικότι, coniecturae locus datur, *Mercurialem tomentosam* subesse. Maiori saltem iure id perhibetur, quam si cum Lobelio[23] Cacaliam alpinam, aut cum Clu-

14) Georg. p. 450. 451.
15) L. c. p. 285.
16) Flor. graec. 2. p. 51.
17) L. c. p. 580.
18) Lib. 6. c. 5.
19) Phytobas. p. 1.
20) L. c. p. 820.
21) De antiqu. bot. p. 1 — 13.
22) Lib. 25, 85.
23) Adv. p. 255.

sio[24] Cac. albifrontem, aut demum cum Anguillara Conyzam candidam[25] substituerimus. Etenim, si etiam recesserimus a patria utriusque prioris, alpibus Germaniae australis, nihil est in floribus earum plantarum, quod cum *βρύῳ* aut olivae flore comparari possit: rubri enim sunt cum anthodio ipso, ac, sicut Conyza, cito *ἐκπαππουῦνται.* Nec quicquam albi est in omnibus Cacaliae alpinae partibus. Cac. albifrons habet quidem faciem inferiorem foliorum incano-tomentosam, et Conyzae candidae folia sunt albo-lanata, sed florum forma nimis differt.

Cap. CXXII. *Βουνίου* nomen mallem a voce *βουνός*, *collis*, derivare, quam propter similitudinem cum *βουνιάδι* (lib. 2. c. 136.) ita appellatam fuisse. Nomen aegyptium Rossius e proceritate plantae proficisci arbitratur.[26] Punicum nomen ad contrarium ducit: זְעֵיר, צָעִיר, arab. صغير, syr. ܙܥܘܪ, *exilis.* Oppidorum nomina esse *ζιγάρ* et *θεψώ*, Bochartus suspicatur[27], illud צוֹעַר, hoc תִּפְסַח, Thapsacum ad Euphratem, in quorum forte vicinia creverit herba; quod mihi fere e vano haustum esse videtur.

Plantam ipsam Dodonaeus[28] habet pro *Pimpinella dissecta* Retz. Alio loco[29] *τὰ βολβοκάστανα* Alexandri Tralliani[30] Dodonaeus bene illustrat. Unde nescio, quo iure dicere Conr. Gesnerus potuerit[31], Bunium Dodonaei verius Bulbocastanum appellari. Utrumque enim bene distinguit. Sed Lobelius utique suspicatur, Bunii nomine Bulbocastanum Tralliani indicari.[32] Posteri vero, Dalechampii exemplo[33], *Sium* nostrum *Bulbocastanum* Bunii Dodonaei titulo introduxerunt, quam genericam appellationem et Linnaeus retinuit. Nullo sane iure: namque nec folia inferiora cum apii, nec superiora cum coriandri

---

24) Stirp. pannon. p. 500.
25) L. c. p. 286. 26) L. c. p. 52.
27) Can. p. 760. 28) L. c. p. 315.
29) L. c. p. 333.
30) Lib. 7. p. 312. *τὰ βολβοκάστανα* Guintherus Andernacensis ad lubitum mutavit in *βαλανοκάστανα.*
31) De hort. Germ. f. 251 a.
32) Adv. p. 71. 33) L. c. p. 774.

foliis ullam habent similitudinem. Quibus accedit, si flores anetho similes dicuntur, id pariter ac in ἐλαφοβόσκου floribus (lib. 3. c. 73.) de colore esse intelligendum; nec ullam fieri radicis tuberosae esculentaeque mentionem. Itaque totum id commentum de βολβοκαστάνων cum βουνίῳ coniunctione explodendum esse videtur. Fateor autem cum Anguillara, me plane nescire, ad quam plantam τὸ βούνιον referendum sit.

Cap. CXXIII. Ψευδοβούνιον Dodonaeus primus habuit pro *Barbarea vulgari* R. Br., quia folia ramulosque ferat napi similia.[34] Ea autem comparatio e Dioscoride saltem hausta non est: codices enim omnes ac ipsae editiones habent βουνίῳ, quod cum napo nihil habet communis. In Plinii hallucinationibus fontem dispicimus errorum eorum. Etenim, postquam de rapis disseruisset, pergit[35]: „Naporum duas differentias et in medicina Graeci servant. Angulosis florum caulibus florentis, quod bunion vocant, purgationibus feminarum et vesicae et urinae utile decoctum etc.“ — „Alterum genus buniada appellant, et raphano et rapo simile.“ Hac interpretatione decepti instauratores rei herbariae bunium Dioscoridis naporum generibus adnumerarunt, ut iam Marcellus Vergilius de pseudobunio dicat: napi, quod bunion vocant, folia habet. Eum errorem, a Matthiolo etiam repetitum, primus correxit Lobelius[36], Pseudobunium recte ferulaceis plantis accensens, quod alio loco[37] Peucedani facie plantae pusillae nomine delineat. Est vero *Pimpinella dioeca.*

Equidem sic iudico: pseudobunium est planta foliis bunii, dodrantalis, quae in Creta provenit, *Pimpinella tenuis,* a Sieberio in Creta inventa, quae et ultra dodrantem erigitur, caule ramoso, foliis inferioribus subrotundo-cuneatis, crenatis, superioribus lanceolato-linearibus integerrimis. Affinitas igitur inter hanc et dissertam negari non potest.

---

34) L. c. p. 712. Cf. et Anguillara, p. 287.
35) Lib. 20, 11. 36) Advers. p. 70. 37) Ic. 1. t. 745.

Cap. CXXIV. *Χαμαίκισσος* ab omnibus propemodum auctoribus, duce Brunfelsio [38], pro *Glechoma hederacea* L. habetur. Cui tamen cum florum color repugnet, nescio, an *Antirrhinum Asarina* L., floribus albis leviter purpurascentibus, Galliae provincialis et narbonensis incola, praeferendum sit. Eam plantem primus adumbravit Lobelius. [39]

Cap. CXXV. Cum Plinius [40] chamaepeuci folia tribuat laricis, neglecto flore, instauratores rei herbariae praepostere egerunt, dum Plinii perversam interpretationem ipsi Dioscoridis textui praeferrent. Inde iam Valer. Cordus [41] Lycopodium clavatum, Anguillara Camforosmam monspeliacam [42] ita nominarunt. P. Alpinus aliam introduxit Chamaepeucen, floribus quidem roseis et foliis quadantenus pinuum folia simulantibus, sed subtus ramisque lanatis, quae itaque ὁλόχλωρος nominari nequit. [43] Est *Staehelina* (Pteronia mihi) *Chamaepeuce* L., in Creta et Asia minore crescens.

Cap. CXXVI. Mire corruptum punicum cognomen legendum esse arbitror: לְשׁוֹן אֶלֶף, ut *γλώσση βοός* reddatur. Marcellus Burdigalensis *burdunculum* appellat, quae alias lingua bovis dicatur. [44] Ex eo gallico vocabulo nata est medio aevo *Boraginis* vox, quam, quasi in Dioscoride occurrat, Matthaeus Sylvaticus iam habet. [45] Translationem hanc ad Boraginem ab Avicenna inde repetendam esse, patet ex iis, quae de لسان الثور, buglosso suo, notat. [46] Esse nimirum herbam latis foliis, sicut Maru, ad tactum asperis, ramis pariter asperis, sicut pedes locustae (pansis); colorem eius ex viridi et flavo conspici. Petendam autem potissimum esse e Khorassan, foliis calloso-hirsutis: namque aliam vulgarem esse Maru. Ex his quidem patet, buglossum Avicennae alienum esse a Dioscoridis, Buglossum e Bactriana ortum ducere, atque ad id fuisse

---

38) Tom. 1. p. 167. 39) Obs. p. 329. 40) Lib. 24, 86.
41) Hist. f. 111 b. 42) L. c. p. 202.
43) De plant. exot. p. 76. 77.
44) Cap. 5. col. 260. ed. H. Steph.
45) Pandect. f. 42 c. 46) Ed. arab. p. 200.

applicatum, quod de buglosso Dioscorides et Plinius tradidere, hilaritatem afferre ac „animi voluptates augere, unde et euphrosynum vocari," Plinius scribit.[47] Unde et adagium illud medii aevi: „*Ego borago gaudia semper ago*," quod Gerardus ita vertit: „*I borrage bring always courage.*"[48] Eam commutationem senserunt Nicol. Leonicenus[49] et Marcellus Vergilius, unde posteri tandem, Brunfelsio praeeunte[50], ad *Anchusae* species, *italicam* maxime Retz., confugerunt, in qua etiam subsistit Sibthorpius[51], cum per omnem Graeciam vulgaris nuperis Graecis etiam *βουδόγλωσσον* dicatur.

Cap. CXXVII. *Cynoglossum* nostrum *officinale* intelligi, non dubito, tametsi caule carere dicatur. Planta enim saepe per duos annos caulem floriferum non emittit, eo efficacior, quo minus floruit. Quamnam Plinius coram habuerit plantam, cynoglossos ipsi dictam, topiariis operibus gratissimam[52], divinare nequeo.

Cap. CXXVIII. Phyteuma Narbonensium dixit Lobelius[53] plantam, huc omnino facientem, quippe *Reseda* est *Phyteuma*, cuius fructus aperti, quasi forati conspiciuntur. Campanula persicifolia L., quam huius loci esse Matthiolus[54], Antirrhinum Orontium, quod Dodonaeus,[55] Asterocephalus Columbaria, quam Columna[56] huc pertinere credidit, minus quadrant.

Cap. CXXIX. *Λεοντοπόδιον* Matthiolus bene recognovit.[57] Est planta alpina, Gnaphalium Leontopodium L. Magis quadrat, quam Plantago cretica, quam eo nomine Honor. Bellus[58] et Clusius[59] produxerunt. Ea enim non caulescit. Nec Micropum erectum, cui Sibthorpius favet[60], nomine Dioscoridis insigniverim, cum flores neutiquam nigricantes sint.

---

47) Lib. 25, 40. 48) Gerard. emac. p. 797.
49) De Plinii erroribus, lib. 4. f. 60.
50) Tom. 1. p. 111. 112. 51) Flor. graec. 1. p. 115.
52) Lib. 25, 41. 53) Advers. p. 320.
54) L. c. p. 816. 55) L. c. p. 185.
56) Phytobas. p. 79. t. 22. 57) L. c. p. 828.
58) Ad Clus. p. 300. 59) Hist. 2. p. 111.
60) Flor. graec. 2. p. 208.

Cap. CXXX. *Ὑπόγλωσσον* est *Ruscus Hypoglossum*, quod Matthiolus iam docuit.[61]

Cap. CXXXI. *Ἀντίῤῥινον* et Theophrasti[62] et Dioscoridis esse *Antirrhinum Orontium*, persuasum habebit, qui fructus formam, vituli naribus similem, comparaverit. Matthiolus iam eo nomine promulgavit.[63]

Cap. CXXXII. *Κατανάγκης* genera duo sunt, valde diversa. In primo coniungantur indicia erutu difficilia. Coronopodis folia incisa sunt: id vero arescens in terram curvatur, ut speciem unguium milvi exanimati prae se ferat, fructus esse videtur. Iam nescio, an aptior expositio dari possit, aut magis congrua planta deligi, quam *Ornithopus compressus*, cuius folia pinnata apud Dioscoridem habuisse similem videntur valorem ac folia incisa: fructus vero, seu lomenta arcuata, rugosa cum ungulis *γαμψώνυχος* omnino comparari possunt. Nisi foliorum forma respicienda esset, Scorpiurus forte sulcata fructibus melius exprimeret formam. Id saltem persuasum habeo, nec Lathyrum Nissoliam, a Dodonaeo[64] et Lobelio[65] huc relatam, nec Plantaginem Lagopoda, a Rauwolfio[66] adductam, nec Impatientem Balsaminam, quam Caesalpinus praefert[67], ullo modo huc pertinere.

Altera *κατανάγκη* mihi saltem *Astragalus magniformis* Herit. videtur, in Syria Asiaque minore obvius.

Cap. CXXXIII. Maioribus nostris fuit certamen de rite definiendo *τριπολίῳ*: Dodonaeo Asterem Tripolium L.[68], Fabio Columna vero Plumbaginem europaeam designantibus.[69] In illo quidem pauca congruunt, in hoc pleraque, maxime folia isati similia. Quantopere saepe lapsus sit Plinius in vertendis Graecorum exemplaribus, vel inde elucet, quod colorum mutationem, quam in floribus Dioscorides animadvertit, ad folia Polii vulgaris traduxerit.[70] Arabes autem et Latinobarbari, ut iam in

61) L. c. p. 829. 62) Hist. 9, 19. 63) L. c. p. 829.
64) L. c. p. 529. 65) Obs. p. 518.
66) Iter, n. 6. Dalechamp. app. p. 21.
67) Lib. 6. c. 68. 68) L. c. p. 379.
69) Ecphras. p. 161. 70) Lib. 21, 21.

nota 35. ad textum pag. 615. monstravi, Turpethum pro Tripolio ponentes, in gravissimos incidere errores, quos primus Nicol. Leonicenus diluere conatus est.[71]

Cap. CXXXIV. Ἀδιάντου nomen a Theophrasto[72] disertis verbis ita explicatur, ut statuat, in aqua nunquam madescere, nec ullum humoris vestigium in eo apparere, quoniam nusquam persistat. Nomen ergo sortitum est, ὅτι οὐ διαίνεται. Hinc et Nicander:[73]

ἀχραές τ' ἀδίαντον, ἵν' οὐκ ὄμβροιο ῥαγέντος
λεπταλέη πίπτουσα νοτὶς πετάλοισιν ἐφίζει.

Nomen aegyptium Apuleius (c. 97.) scribit *phepere*, quod Rossius herbam coturnicum interpretatur.[74] Ipsa herba autem nil aliud esse potest, quam Adiantum Capillus, stipitibus subtilibus, splendentibus, foliis obovato-cuneatis, lobatocrenatis, quod etiamnum in officinis venditur.

Cap. CXXXV. *Τριχομανές*, iam a Theophrasto[75] iisdem fere verbis descriptum ac a Dioscoride, omnium consensu est *Asplenium Trichomanes* L., stipite tenui, subnigricante, nitido, foliis pinnatis, subrotundis, crenatis. Addere aliquid, supervacuum est.

Cap. CXXXVI. *Ξάνθιον* esse nostrum *Xanthium strumarium*, in locis cultis, prope lacus et ambulacra, praesertim qua aqua stagnavit, nascens, nemo dubitabit. Scrofulas discutere folia, Tournefortius testis est.[76a]

Cap. CXXXVII. *Αἰγίλωψ*, vitium hordei triticique, iam a Theophrasto *πολυχίτων* vocatur.[76b] Hic vero disertius bina aut terna indicantur involucra, in aristas capillares exeuntia. Nil esse potest, nisi *Aegilops ovata*, per omnem Europam australem obvia. Id iam Dodonaeus optime probavit.[77]

Cap. CXXXVIII. Non magni refert, curatius examinare, quodnam gramen intelligatur, cum *βρῶμος* iam (lib. 2. c. 116.) descriptus sit, cum hoc caput a librariis

71) De error. Plin. lib. 1, p. 57.
72) Hist. 7, 14. 73) Ther. v. 846. Cf. schol.
74) L. c. p. 235. 75) L. c. 76a) Plantes de Paris, 2. p. 124.
76b) Causs. pl. 4, 16. 77) L. c. p. 559.

serioribus assutum videatur, cum denique, si veram habuerit auctor huius capituli notitiam aegilopos, facile suadeamur, Avenam fatuam subesse.

Cap. CXXXIX. *Γλαύξ* a Clusio primo [78] egregie exponitur: est *Astragalus Glaux* L., non soli Hispaniae propria, sed et in Cypri campestribus inventa. [79] Iccirco et in Asia minore provenire vero est simile.

Cap. CXL. *Πολύγαλον* Dioscoridis esse nostram *Polygalam amaram*, Tragus iam indicavit. [80]

Cap. CXLI. *Ὀσύριδα*, quae a Galeno ὄσιρις scribitur [81], triplici modo interpretati sunt, qui plantas veterum exponere studerent. Controversiam genuit, quod Galenus *κορήματα* ex hoc fruticulo fieri tradat, quam vocem cum plerique scopas vertant, non desunt tamen, qui purgamenta reddant, quod nullo modo sensum tolerabilem promit. Plinius autem ad *smegmata* muliercularum adhiberi, e veteribus graecis exemplaribus suo more transtulit. [82] Itaque, si primum retinemus significatum, si virgas tenues, fractu contumaces, ideo flexiles et folia saturrime viridia consideramus, *Osyris alba*, frutex per Europam australem Graeciamque ipsam satis frequens, facile dignoscitur: quod C. Bauhinus iam innuit. [83] *Chenopodium* autem *Scopariam* intelligi, inde effecerunt et Dodonaeus [84] et Anguillara [85], quod et hodie ea herba apud Graecos ἀξυρίς dicatur. Tertia sententia Fuchsii [86] et nonnullorum aliorum minoris est pretii. Linaria enim vulgaris nec adeo nigricantia habet folia, nec fractu tam difficiles ramos: flores autem grandiores sunt, quam quae negligi potuerint a Dioscoride.

Cap. CXLII. *Smilax aspera* nomen ad nostrum usque tempus servavit. Est fruticulus subvolubilis aculeatus, foliis hastato-cordatis, aculeato-dentatis, nervosis, baccis racemosis, rubris, qui a Carniolia inde per omnem

---

78) Hist. 2. p. 240. 241. 79) Flor. graec. 2. p. 88.
80) L. c. f. 216 b. 81) De fac. simpl. 8. p. 93.
82) Lib. 27, 88. 83) Pin. p. 212.
84) L. c. p. 101. 85) L. c. p. 290.
86) L. c. p. 545.

Europám australem satis vulgaris est. Egregie iam de smilace haec Theophrastus[87]: *Τὸ φύλλον κιττῶδες, μικρὸν, ἀγώνιον, κατὰ τὴν μίσχου πρόςφασιν ὠτηρόν* (ad petioli insertionem auriculatum). *Ἴδιον δὲ, ὅτι τήν τε διὰ μέσου ταύτην ὥςπερ ῥάχιν λεπτὴν ἔχει, καὶ τὰς στημονίους διαλήψεις* (filimentosos s. filiformes nervos) *οὐκ ἀπὸ ταύτης*, (nempe non a medio nervo, ut venae sint) *ἀλλὰ περὶ αὐτὴν περιφερεῖς ἠγμένας ἀπὸ τῆς προςφύσεως τοῦ μίσχου τῷ φύλλῳ. Παρὰ δὲ τοῦ καυλοῦ τὰ γόνατα* (sic lego loco *τὸν καυλὸν τὸν ἄτονον*) *καὶ παρὰ τὰς διαλήψεις τὰς φυλλικὰς ἐκ τῶν αὐτῶν μίσχων τοῖς φύλλοις παραπέφυκεν ἴουλος λεπτὸς καὶ ἑλικτός* (amentum tenue et tortum). *Ἄνθος δὲ λευκὸν, καὶ εὐῶδες, λείρινον* (?) — *Ὁ δὲ καρπὸς ἐρυθρὸς, ἔχων πυρῆνας, τὸ μὲν ἐπίπαν δύο, ἐν τοῖς μείζοσι δὲ τρεῖς, ἐν δὲ τοῖς μικροῖς ἕνα.* E patribus rei herbariae Fuchsius primus hanc stirpem adumbravit.[88]

Cap. CXLIII. Smilax laevis proxime ad Smilacem hortensem (lib. 2. c. 175.) accedit: verum tamen diversam esse stirpem, statim elucet. Ideoque cum Fuchsio[89] sentimus, esse *Convolvulum sepium,* qui *μαλακόκισσος* Pseudo-Democrito[90] vocatur.

Cap. CXLIV. Myrtum sylvestrem seu *ὀξυμυρσίνην* esse *Ruscum aculeatum,* Anguillara bene notavit.[91] Fructum dixerunt Arabes, praeeunte Serapione[92], كبابة (*khabâbath*), unde *cubebae* Latinobarbarorum. Eum errorem primus Leonicenus oppugnavit.[93].

Cap. CXLV. Laurus alexandrina, iam a Theophrasto[94] enumerata, est *Ruscus Hypophyllum,* egregie adumbratus a Fab. Columna (Ecphras. 1, 165.)

Cap. CXLVI. Daphnoidem habeo *Daphnen alpinam,* in montibus Europae australis et Asiae mediae provenientem. Folia sunt laurinis similia, sed molliora et angustiora. Flores albi in medio gerunt germen conicum. Tota planta, maxime cortex et folia, principio scatent acri,

87) Hist. 3, 18. 88) L. c. p. 718. 89) L. c. p. 719.
90) Geopon. 2, 26. Cf. Anguill. p. 92.
91) L. c. p. 291. 92) L. c. c. 288. f. 166ᵃ.
93) L. c. f. 10. 94) Hist. 1, 10. 3, 17.

cuius ope cortex Daphnis Mezerei notissimum sistit epispasticum. Daphne Laureola, quam cum Dodonaeo[95] Lobelius[96], Anguillara[97] et Caesalpinus[97] huc trahunt, recedit foliis latitudine laurina aequantibus, flore etiam flavo.

Cap. CXLVII. *Χαμαιδάφνη* *Ruscus racemosus* esse videtur, quamquam R. *Hypophyllum* Fab. Columna habeat[99], Brunfelsius Vincam minorem, Lobelius insuper Daphnen Mezereum.[100]

Cap. CXLVIII. Ellebori albi nomen aegyptium Iablonskius[1] et Rossius genituram seu progeniem Herculis interpretantur.[2] Aliud nomen idioticon Apsyrtus habet, *καρπίον*.[3] Est autem Dioscoridis bona descriptio, quae in *Veratrum album* quadrat, excepta caulis altitudine, quae neutiquam palmaris est, sed cubitalis et bicubitalis.

Cap. CXLIX. Ellebori nigri nomen aegyptium Rossius nigrum purgans vertit.[4] Est vero *Helleborus officinalis* Salisb., (*orientalis* Lam.), distinctus floribus purpurascentibus, foliis serratis, subtus pubescentibus. Crescit in Graecia, Macedonia, Thracia et Asia minore.

Cap. CL. *Σησαμοειδές* antiquitus dicebatur fructus ellebori albi, propter similitudinem cum sesami fructibus.[5] Quanquam eius loquendi usus etiam noster mentionem facit, hic tamen alienam profert herbam. Hanc Dalechampius credidit in Daphne Tartonraira recognoscere.[6] Caesalpinus vero Resedae species huc referens, haud disertis verbis Dioscoridis plantam notavit[7], quae mihi *Reseda mediterranea*, in Graecia utique proveniens, esse videtur.

Cap. CLI. Sesamoides parvum credo in *Reseda canescente* agnoscere, quae in Aegypto et Asia minore inven-

95) L. c. p. 363. 96) Adv. p. 156. Obs. p. 200.
97) L. c. p. 291. 98) Lib. 4. c. 6.
99) Ecphras. 1. p. 165. 100) Adv. p. 155.
1) L. c. p. 323. 2) L. c. p. 203.
3) Hippiatr. p. 43. 4) L. c. p. 85.
5) Erotian. expos. voc. Hipp. p. 346. Galen. de fac. simpl. 8. p. 120.
6) L. c. p. 1669. 7) Lib. 9. c. 34.

ta est. Folia lineari-lanceolata, pilosa, flores albidi quidem, sed antherae fulvo-purpurascentes id patefaciunt. Multo minus descriptioni respondent Catananche coerulea L., quam Matthiolus[8], Passerina hirsuta aut polygalaefolia Lapeyr., quam Dalechampius[9] et Bauhinus[10] huc trahunt.

Cap. CLII. *Σίκυς ἄγριος* (*σίκυος ἄγριος* Theophr.[11], *σίκυος ἀγρότερος* Nicandri[12]) familiae quidem Cucurbitacearum habitum ostendit, sed nec Cucumeri sativo, nec Meloni similis est. Namque caulis erectiusculus est et fructus elliptici muricato-echinati cum cucumeris fructibus remotissimam gerunt affinitatem. Est vero *Momordica Elaterium*, in Graecia satis vulgaris planta, cuius succus amarissimus et hodie purgante vi insignis celebratur. De vino autem, quod ad temperandam radicem suadet, sic iudico: *λιβυκόν*, quod editiones habent, esse nequit, quoniam id, e fructibus Zizyphi Loti paratum, nonnisi apud plebem Alexandriae usitatum[13], ultra decimum diem non durabat, proinde, ut usus poscebat, parabatur.[14] *Αἰγυστικὸν οἶνον* vero, quem boni codices habent, cum nec Galenus nec noster uspiam memorent, expositu difficilem habeo, ni consilium transtuleris ad *λιγυστικοῦ* herbae aromaticae (lib.3. c.51.) parationem vinosam, quae etiamnum in alpibus helveticis et Apennino monte domesticum praebet remedium.

Afrum vel punicum nomen scribo קִשְּׁאוּר מָזוֹר, vertendum *cucumis comprimendus.* Quodsi enim fructum maturum manu comprehenderis, impetu singulari ita dissilit, ut succus cum seminibus procul eiiciatur. Arabibus dicitur planta قثا الحمار (*kitsa alhemâr*), unde cucumis asininus officinarum.

Elaterium, quod e fructibus paratur, probatissimum esse noster asserit, quod facile ad lucernam accendatur.

---

8) L. c. p. 847. 9) L. c. p. 1070.
10) L. c. 1. p. 595. 11) Hist. 7, 6, 3, 9.
12) Ther. v. 867. 13) Strabo lib. 17. p. 525.
14) Polyb. apud. Athen. 14, 65.

Id verum esse, exploratum habemus. Contrarium statuit Theophrastus[15], qui, ob humiditatem inhaerentem etiam post quinquaginta annos flammam exstinguere perhibet. Plinius addit[16]: hoc veri experimentum esse, si admotum, prius quam exstinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat. Etiamsi enim pinguedo elaterio inhaerens flammam nutriat, adiunctus tamen est humor, qui scintillare flammam, et, ubi praevaluerit, exstingui iubet.

Cap. CLIII. *Delphinium Staphis agria.*

Cap. CLIV. *Thapsia Asclepium.* Punicum nomen, quod Bochartus male exponit, nescio an a برّية, loco deserto, derivandum sit.

Cap. CLV. *Spartium iunceum.*

Cap. CLVI. *Σίλυβον* esse *Silybum marianum* Gaertn., iam Lobelius ratus est.[17]

Cap. CLVII. Multo melior est arboris huius descriptio apud Theophrastum[18], qui folia recte cum foliis myrti comparat, arborem dicit proceram, sed ramis divaricatis (*παρεστραμμένον*). Est *Hyperanthera Moringa* Vahl., in Aegypto, Arabia et India orientali proveniens. Belonius primus arborem, prope montem Sinai inventam, descripsit.[19] Oleum, e cotyledonibus expressum, in omni oriente usitatum, eapropter praedicatur, quod non facile rancorem contrahat. Fructum iam Galeni aetate *μυροβαλάνου* nomine insignitum fuisse, patet e locis citatis.[20]

Sed ingens nata est apud seriores Graecos confusio, postquam Arabes fructus indicos longe diversos introduxerunt, quos praeter Zosimum Panopolitam[21] et Io. Actuarius[22] et Nic. Myrepsicus[23] *μυροβαλάνων* nomine praedicarunt. Arabes ipsi huius erroris non accusandi sunt. Appellant enim nostram *βάλανον* بان (*bân*), indicos vero

15) Hist. 9, 14. 16) Lib. 20, 3.
17) Adv. p. 366. 18) Hist. 4, 2.
19) Obs. 2, 61.
20) De compos. med. sec. loc. lib. 9. p. 239. Meth. med. 13. p. 911. Cf. Geopon. 20, 28.
21) du Cange glossar. inf. graec. 1. p. 375.
22) Meth. med. 5, 8. col. 274. ed. Steph.
23) De antid. 1, 24. col. 363. ed. Steph.

illos fructus هليلج (*heliledsch*), أملج (*emledsch*) et بليلج (*beliledsch.*) Nullam hi similitudinem cum βαλάνῳ nostra, nec quoad efficaciam, habent. Astringunt enim et purgant.[24] Neque tamen eo minus gravem eum errorem per omne fere medium aevum ănimadvertimus[25], adeo pertinacem, ut et Linnaeus nomen genericum Myrobalani pro indicis arboribus istis retinuerit.[26] Tandem Koenigii, Retzii, Gaertneri et Roxburghii studiis debemus veriorem indicarum myrobalanorum notitiam. Emledsch Arabicum est *Emblica officinalis* Gaertn.[27], Beliledsch *Terminalia Bellirica* Roxb.[28], Heliledsch *Term. Chebula* Retz.[29]

Cap. CLVIII. *Narcissus poëticus* manifestus est et vulgaris notitiae.

Cap. CLIX. *Ἱπποφαὲς* esse *Euphorbiam spinosam*, fruticulum iam in Carniolia obvium, in Gallo-provincia et Graecia vulgarem, Honorius Bellus[30] probavit. Galestividae alterius nomine citat: P. Alpinus vero Tithymali spinosi cretici appellatione breviter adumbratam stirpem delineavit.[31]

Cap. CLX. *Ἱππόφαιστον* primus Fab. Columna[32] bene illustravit: est *Cirsium stellatum* Allion., planta, nisi floret, humilis, spinis axillaribus basi ramosis. Saepe per annum integrum non floret: tum vero radix succo scatet. *Κεφάλια χαῦνα* dicit anthodia spinosa, quorum flores abortiunt, quod in tenui solo non raro contingit.

Cap. CLXI. *Κίκι* esse vocem aegyptiam, certissimum est. Herodotus enim[33], Galenus[34], multique antiqui cum Hesychio id testantur. Et ebraica vox קִיקָיוֹן[35] ex aegyptia formata esse videtur. Arabes خروع (*cherva*) vocant.[36]

---

24) Serap. c. 95. 107. 25) Matth. Sylv. f. 151. 152.
26) Mat. med. n. 662. ed. Schreb.
27) De fruct. 2. p. 222. 28) Plant. lorom. 2. t. 198.
29) Roxb. l. c. t. 197. 30) Ad Clus. 2. p. 308.
31) Exot. p. 302. 32) Phytobas. p. 85. t. 24.
33) Lib. 2. c. 94. 34) Expos. voc. Hipp. p. 508.
35) Ion. 4, 6.
36) Cf. Bochart. hieroz. 2. p. 293. Ol. Cels. hierob. 2. p. 273. Iablonsky opusc. 1. p. 110—112.

Cap. CLXII. Tithymalorum species indicantur sequentes:

α. *Euphorbia Characias,* in Europa australi vulgaris.

β. *Euph. Myrsinites,* foliis spathulatis, mucronatis, coriaceis, pariter in Europa australi obvia.

γ. *Euph. Paralias,* ad litora maris mediterranei proveniens.

δ. *Euph. helioscopia,* per omnem Europam satis vulgaris.

ε. *Euph. Cyparissias,* qua vulgatior nulla.

ς. *Euph. dendroides,* in Italia, Sicilia et Creta inventa.

ζ. *Euph. platyphylla* nullam habet cum Verbasco similitudinem, nisi quod folia sint subtus pubescentia.

Cap. CLXIII. η. *Euph. Pityusa* in Hispania, Italia et Gallia crescit. Folia sunt lineari-lanceolata, glauca, infima retrorsum imbricata: flores fusco-purpurei. Crescit in Italia superiore, Carniolia et Graecia.

Cap. CLXIV. ϑ. *Euph. Lathyris.*

Cap. CLXV. ι. *Euph. Peplus,* in hortis vineisque umbrosis per Europam temperatam obvia.

Cap. CLXVI. κ. *Euph. Peplis* bene expressa est. Procumbit enim, ramosissima, foliis carnosis, semicordatis, obtusis, rubentibus, cum Portulaca comparanda.[37]

Cap. CLXVII. λ. *Euph. Chamaesyce.*

Cap. CLXVIII. Duas distinguit recte Dioscorides σκαμμωνίας species, mysiacam alteram, praestantiorem, alteram syriacam. Illam Rufus Ephesius[38] testatur ad Olympum asiaticum et circa Colophonem optime crescere, et in Peloponneso invenit Sibthorpius.[39] Est *Convolvulus farinosus,* caulibus farinosis, foliis cordatis, pubescentibus. *Conv. Scammonea* vero, foliis sagittatis acuminatis, postice truncatis, non solum in Syria, sed etiam in Asia minore et in ipsa Tauria inventa est. Eam, a Busbequio acceptam, Matthiolus primus promulgavit.[40]

---

37) Cf. engl. bot. t. 2002.

38) Fragm. p. 21. ed. Matth.

39) Flor. graec. 1. p. 133.

40) L. c. p. 870.

Cap. CLXIX. *Χαμελαίας* cognomen *κνέωρον* et apud Galenum occurrit[41], et a Linnaeo adhibitum est ad plantam designandam, quam, in Gallia et Italia vulgarem, *Chamelaeam tricoccon* cum Matthiolo[42] fere omnes seriores nominarunt. Est *Cneorum tricoccon* L. Hoc tamen minus placet, quam *Daphne oleoides* Schreb.[43], quam etiam ad *χαμελαίαν* Dioscoridis Sibthorpius trahit.[44] Est fruticulus ramosus, spithamaeus, foliis crebris lanceolatis, unguicularibus, glabris, non solum in Creta obvius, sed et in Corsica et in Sardinia.

Cap. CLXX. *Θυμέλαια* est *Daphne Gnidium* L., frutex, foliis lineari-lanceolatis, cuspidatis, floribus racemosis, candidis. In Gallia provinciali, Sardinia, Neapoli et Asia minore lecta exemplaria vidi. Plerique patres rei herbariae, Matthiolo et Clusio[45] praeeuntibus, eamdem agnoscunt.

Cap. CLXXI. CLXXII. De *Sambuco nigra* et *Ebulo* nulla existere potest dubitatio.

Cap. CLXXIII. In *πυκνοκόμῳ* interpretando magnopere distant Anguillara[46] et Columna.[47] Ille plantam sub eo nomine describit, quam libenter *Leonurum Marrubiastrum* L. dixerim. Hic *Succisam pratensem* Mönch. delineat. Illi radix, huic omnia obstant.

Cap. CLXXIV. *Ἄπιος* est *Euphorbia Apios* L., quam egregie Clusius delineavit.[48] Punicum nomen aliter ac Bochartus expono: scilicet טָרְפַּת שָׂדֶה est *herba sempervirens campestris:* טֶרֶף scilicet et טְרַף chald. *folium* et *frons.*

Cap. CLXXV. *Cucumis Colocynthis*, fructibus globosis, glabris, in Nubia et Aegypto[49], tum etiam in Arabia, ubi حنظل (*handal*) vocatur[50], sponte crescere, exploratum habemus. Ergo et veteribus nota fuit.

Cap. CLXXVI. *Ἐπίθυμον* sic intelligo: esse florem

41) De compos. med. sec. loc. lib. 9. p. 263.
42) L. c. p. 871. 43) Ic. plant. minus cognit. t. 7.
44) Flor. graec. 1. p. 260. 45) Hist. 1. p. 87.
46) L. c. p. 298. 47) Phytobas. p. 28. t. 10.
48) Hist. 2. p. 190. 49) Delil. fl. aeg. p. 29.
50) Forsk. fl. arab. p. 122.

(certe peregrinum) thymi thymbraeque speciebus hospitaliter innascentem, gerere capitula levia, tenuia, longis instructa et capillaceis caudulis. Ecquis haesitaverit *Cuscutam Epithymum* agnoscere, quae in fruticibus varii generis, praesertim Thymo, hospitatur?

Cap. CLXXVII. *Globularia Alypum*, a Lobelio primo [51] illustratum, ad oras maris mediterranei non rarum est.

Cap. CLXXVIII. *Ἔμπετρον* iam Pandulf. *Collenuccius*, adversarius Leoniceni, interpretatus est *Cachryn* (Crithmum L.) *maritimam.* [52] Quod ob salsum saporem et amaricantem probabile est. Caesalpinus tamen in *Salsolae* specie substitit. [53] Herniaria glabra, quam hoc nomine Tragus adducit [54], plane aliena est. Nec satis intelligo stirpem, quam Anguillara ita appellat [55], quamque Passerinam polygalifoliam facit Bauhinus. [56]

Cap. CLXXIX. *Κληματῖτις*, quae eadem habetur a Clusio [57] et C. Bauhino [58] ac *ἀθραγένη* Theophrasti [59], a plerisque maioribus nostris declaratur *Clematis Vitalba.* Sed multo melius Sibthorpius *Clematida cirrosam* praefert, circa Athenas obviam. [60]

Cap. CLXXX. *Ἄμπελος ἀγρία* est *Tamus communis.*

Cap. CLXXXI. *Ἄμπελος λευκή* — *Bryonia dioeca.*

Cap. CLXXXII. *Ἄμπελος μέλαινα* — *Bryonia alba.*

Cap. CLXXXIII. *Πτέρις* — *Aspidium Filix mas.*

Cap. CLXXXIV. *Θηλυπτερίς* — *Asplenium Filix femina* Bernh. (Polypodium L.)

Cap. CLXXXV. *Πολυπόδιον* — *Polypodium vulgare.*

Cap. CLXXXVI. *Δρυοπτερίς* — *Polypodium Dryopteris.*

Cap. CLXXXVII. *Κνίκος* — *Carthamus tinctorius.*

Cap. CLXXXVIII. *Λινόζωστις* — *Mercurialis annua.* Cf. lib. 3. c. 130. Nomen punicum legendum הַשּׁוֹמֵשׁ, *minister* (Deorum) *Mercurius.*

---

51) Adv. p. 158.
52) Apud Brunfels 1. p. 187. 53) Lib. 4. c. 40.
54) L. c. f. 200. 55) L. c. p. 301.
56) Pin. p. 463. 57) Hist. 1. p. 122.
58) Pin. p. 300. 59) Hist. 5, 10.
60) Flor. graec. 1. p. 366.

Cap. CLXXXIX. *Κυνοκράμβην* primus Honorius Bellus illustravit[61], post eum C. Bauhinus.[62] Est *Thelygonum Cynocrambe*. Nomen punicum est הַשּׁוּמֵשׁ לָבָן, *Mercurialis alba.*

Cap. CXC. *Ἡλιοτρόπιον μέγα* est *Heliotropium europaeum.*

Cap. CXCI. *Ἡλιοτρόπιον μικρόν* — *Croton tinctorius.* Id bene iam agnorunt Lobelius[63] et C. Gesnerus.[64]

Cap. CXCII. *Σκορπιοειδές* esse *Scorpiurum sulcatum*, Dodonaeus iam docuit.[65]

LIB. V.

I. *De Vinis.*

Cap. III. V. *Vitis* sylvestris, quae et labrusca a labris agrorum, quos coronat, dicitur, non est V. *labrusca* L., quae folia habet subtus incano-tomentosa, Americae borealis incola, sed V. viniferae var. sylvestris, foliis subtus pubescentibus, quae in Italia, Graecia, Asia minore et Syria sponte provenit, quamque et Tragus[66] et C. Gesnerus[67] iam agnoverunt. Huius flores, *oenanthes* nomine, ad condienda odorandaque vina etiam nunc adhibentur.[68]

Cap. VI. Omphacium, Italis nostrae aetatis *agresto* dictum, domesticum est remedium, in uvulae tonsillarumque vitiis iuxta ac in scrofulis et scorbuto laudatum.[69]

Cap. X. Vinorum differentiae, e locis natalibus petitae eaedem generatim a Galeno statuuntur, ac a nostro. Sunt enim vel italica, vel graeca, vel asiatica.[70] Italicorum princeps est falernum, proxima albanum, caecu-

---

61) Pon. mons bald. p 47. 48.
62) Prodr. p. 59. 63) Obs. p. 153.
64) Ic. lign. t. 4. f. 30. 65) L. c. p. 71.
66) L. c. f. 399. 67) De hort. Germ. f. 286 e.
68) Marcell. Vergil. ad h. l.
69) Pollini flor. veron. 1. p. 292.
70) Galen. de sanit. tuenda, 5. p. 334. s.

bum, surrentinum, dein adrianum, mamertinum, in Sicilia generatum, post praetutianum et istricum. Quibus et Galenus signinum adiungit, sabinum etiam et gabianum, tiburtinum et omnia aminaeá, quae circa Neapolin colebantur et in Thuscorum regione. Sabinum denique ad compositiones utilissimum iudicat.

E Graecis vinis a nostro chium maxime praedicatur, a Galeno etiam lesbium et ariusium. Pramnium quoque vinum, ab Homero iam celebratum[71], nigricans et austerum[72], in insulae Icari rupe pramnia nasci referunt Eparchides et Semus.[73] Cum alii et lesbium pramnium vocent[74], videtur omnino generosum et vetustum vinum (ἀπὸ τοῦ παραμένειν) sic appellatum fuisse. Dein praedicantur et thasium et milesium, euboicum etiam et naxium et sciathium, denique et oenuntias et carystium e Laconia, quae Alcman ἄπυρα καὶ ἄνθεος ὄσδοντα dixit.[75]

De asiaticis vinis iudicium diversum est. Noster videtur ephesium, quod φυγελίτης dicatur, praeferre, taxat tmolites (μεσσωγίτης) et clazomenium. Galenus vero mysium e Mysia Hellesponti praefert, tmolites etiam bonitate cum falerno comparat: austeris et adstringentibus adnumerat sybates in Cilicia et aegeates et peperinium.

Cap. XIII. Vinum secundarium, ab Atticis δευτερίας dictum, ab Asiae incolis στεμφυλίτην appellari, Galenus testatur.[76] Namque στέμφυλα et βρύτια et τρύγα promiscue dici solidas crassasque partes, quae post mustum expressum in uvis supersint.

Cap. XIV—LXXXIII. nulla egent illustratione.

II. *De Metallicis omnibus.*

Cap. LXXXIV. Cadmiae factitiae varia genera, eaque plerumque impura, recensentur. In his primum locum obtinet βοτρυΐτις, quam nostrates tutiam seu nihil gryseum vocant. Fornacum, in quibus aurichalcum li-

71) Il. 11, 630. 72) Galen. expos. voc. Hipp. p. 548.
73) Athen. 1, 55. 74) Ib. c. 51.
75) Ib. c. 57. 76) De fac. simpl. 2. p. 580.

quatur, parietibus adhaeret, maximam partem e zinco, sed et e cupri particulis constans. Superficies est caesio-cinerea, interna vero compages flavido-cinerea. Secunda *ὀνυχῖτις* invenitur in iis fornacibus, in quibus iam diu metalla non sunt excocta.[77] Extus ea pariter coerulescit, sed intus vicissim candidas habet et cinereas venas. Huic *ζωνῖτις* proxima et simillima. *Ὀστρακῖτις* vero in iisdem fornacum humilioribus locis e terrenis crassisque partibus conflata nascitur. Recte etiam monet auctor, in fornacibus, in quibus pyrites aerosus coquatur, cadmiae varias species reperiri. Cadmiae cetero nomen a Cadmo Phoenice derivatur, qui aeris tractationem usumque Graecos docuerit.[78]

Cap. LXXXV. Pompholyx est favilla zinci, sed impura. Namque vel lapidem calaminarem, vel orichalcum urunt, ut bullarum forma zincum evolet, ad parietes fornacum superiores adhaerens, unde fuligine aliisque peregrinis contaminatae favillae apparent.

Cap. LXXXVIII. Flos aeris ex minutis aeris particulis, milium referentibus, componitur. Fit autem duplici modo: uno, cum aes ex lapidis seu minerae panibus in fornace excoctum de foco per canales defluxerit in catinum; altero, cum in singularis foci catino aes, a quo plumbum argentumque fuerint separata, colliquatum fuerit. Utroque enim modo, recrementis iam detractis, candentis aeris massae subinde affunditur aqua, ut in panes dividi possit: quae quia repente densatur et concrescit, florem illum quasi exspuit. Hic de panibus, postquam forcipe in lacum aut labrum, ut prorsus restinguatur eorum calor, fuerint proiecti, decidit: ubi tandem, aqua emissa aut effusa, colligitur. Optimus autem facile teri potest, tritusque in pulverem rufum abit modice splendentem.

Cap. XCIX. *Στίμμεως* quemquam ante Dioscoridem mentionem fecisse, vix crediderim. Est vero vox ae-

---

77) Agricol. de nat. foss. 9. p. 551.
78) Hygin. fab. 274.

gyptia, quae Iulio Polluci ἡ στίμμις dicitur.[79] Plinius *stibium* lapidem candidae spumae nitentisque vocat.[80] Arabibus plura sunt vocabula, metallum id notantia: أثمد (*atsmad*) vulgo et Serapioni, لمالا (*lamâla*) etiam et لماكا (*lamâkha*), لصيف (*lassîf*), postremo vero كحال (*kachâl*), collyrium fucum faciens. Namque antiquitus, ut et hodie apud orientales feminas, ad circumscribendum oculis circinum (ὀμματογράφον) et ad denigranda supercilia adhibebatur.[81] Unde et πλατυόφθαλμον et γυναικεῖον dicebatur. Distinguit vero Plinius marem a femina, illam mineram horridiorem scabrioremque, arenosiorem, minus ponderosam aegriusque radiantem. Haec videtur minera stibii vel nigricans vel rigida. Femina vero est Stibium nativum, rarius. Id bene a Dioscoride describitur. Nec ineptum videtur, cum et id moleculas internae compagis tetraëdras, et minera stibii alba assulas seu tabellas tetraëdras ostendat, inde derivare τετραγώνου nomen, quo Hippocratici auctores id insigniisse Galeno dicuntur.[82]

Cap. C. *Μολύβδαινα* Galena Plinio dicitur, quae iuxta argenti venas plerumque inveniatur.[83] Sed eligitur cilicia, quae flava sit ac splendeat, admodum rara species, quae praeter plumbum metallicum oxydatumque continet etiam acidum molybdaenicum, silicem et calcem carbonicam. In Austria provenit.[84]

Cap. CIV. Chrysocolla iam a Theophrasto commemoratur in auri et cupri fodinis inveniri, arenosamque habere compagem.[85] Est vero haec nativa cupri minera, malachites nostratibus dicta: neque ad boracem cum Matthiolo[1] et Agricola[2] confugiendum, quando huius et color et patria (Asiae mediae lacus coenosi montibus altissimis cincti) repugnant. Sed aliam etiam massam, qua

79) Onomast. 5, 101.
80) Lib. 33, 33. 81) Iul. Poll. l. c.
82) Hipp. de intern. aff. p. 509. Galen. expos. voc. Hippocr. p. 578.
83) Lib. 33, 31. 84) Iacquin. misc. austr. 2. p. 139.
85) De lapid. c. 26. p. 693. c. 40. p. 696.
1) L. c. p. 931. 2) L. c. p. 215.

aurifabri utantur ad ferruminandum aurum, supra iam (c. 92.) e cupro et urina parabant, quam santernam Plinius vocat.[3]

Cap. CV. Armenium est cuprum carbonicum terreum, lapidi Lazuli simile. Id in australibus petris arenosis, has ipsas penetrans, mineram aeris arenosam format. Ea vocatur *κυανός* (cap. 106.)

Cap. CVII. Indicum pigmentum ex Indigofera tinctoria hic notari, exploratum habemus, etiamsi manca sit descriptio. Ecquis vero id mirabitur, cui notum fuerit, saeculo adeo decimo septimo a variis auctoribus id pigmentum metallicae originis habitum fuisse.[4] Indicarum arundinum esse *ἔκβρασμα*, noster docet: paratur autem indicum ita, ut in magnis cisternis vel foveis aqua plenis planta continuo agitata fermentationi committatur. Itaque videntur arundines illae ad Bambusam arundinaceam pertinere, e qua baculi ad summovendam massam pigmenti adhibentur.

Alterum autem indicum, flos purpureus, aereis innatans cortinis, quem derasum artifices siccent, nescio an cupri sit praeparatum. Rubra forte cupri minera est, cuius varietates coccineo aut purpureo colore nitent.

Cap. CIX. Duo sunt genera cinnabaris, mineralis altera, altera vegetabilis. Illa cum *ἀμμίῳ* comparatur, pro quo Goupyli codex habet *μινίῳ*. Est autem Minius amnis Hispaniae et Lusitaniae[5], a quo forte nomen minium accepit. Prophetae Ieremias[6] et Ezechiel[7] שָׁשֵׁר pigmentum rubrum habent, quod LXX. priori loco *μίλτον*, posteriori *γραφίδα*, Chaldaeus paraphrastes vero מְגִין vertit.

Vulgatissima est cinnabaris nostrae, hydrargyri minerae, cum minio apud veteres commutatio, si ab uno fere recesseris Theophrasto. Is enim tum nativam esse, tum industria paratam docet:[8] illam ex Hispania pariter ac e Colchide exportari. Illic saltem in provincia la

---

3) Lib. 33, 29.
4) Beckmann Gesch. der Erfind. 4. p. 475.
5) Plin. 4, 34. 6) Cap. 22, 14.
7) Cap. 25, 14. 8) De lapid. c. 58. p. 701.

Mancha novae Castiliae, ad urbem Almadon, etiam hodie cinnabaris venae notae sunt. Factitiam cinnabarin a Callia Atheniensi ex arena quadam prope Ephesum reperta primum paratam fuisse. Sed Plinius id ipsum minium vocat, servato cinnabaris nomine ad signandum arboris succum, quem sanguinem draconis appellat.[9] Arbor ea est Dracaena Draco: quam, dum literae renascerentur, illustris navarcha Aloysius Cadamostus, Venetus, in insula portus sancti, quae a borea Maderae vicina est, invenit,[10] illustravit scienter pariter ac prolixe Domin. Vandelli.[11] Recte vero Dioscorides indicat, *βαρύχρουν* esse aut *βαθύχρουν*, et vi pollere adstringente hunc draconis sanguinem.

Nova est nata confusio, nomine *σάνδυκος* introducto, quo alii ad notandum ruborem pulcrum generatim utuntur[12]: alii, ut Gratius[13], Vopiscus et Hesychius fruticem coccineo flore aut fructu: alii denique minium ustum cum sinopide mixtum aut sandycem aut syricum appellarunt.[14]

Sed Arabes, quibus, dum Mauritania potirentur, melius notae erant insulae fortunatae, in quibus Dracaena provenit, probe ea pigmenta distinxerunt. عندم (*andam*) dixerunt arborem, قاطر et مظ (*kater* et *mazz*) succum, sed et دم الاخوين draconis sanguinem: sandycem vero seu tostam plumbi mineram سليقون et زرقون, cinnabarim denique veram زنجفر et سنجرف.

Cap. CXIV. *Χάλκανθον* non est nostratium flos aeris, qui ad mineram cupri rubram pertinet, crystallis capillaribus insignem, in Rhymmicis Ptolemaei montibus, qui iam Ural dicuntur, obviam. E diverso videtur cuprum sulfuricum in aqua naturaliter solutum, quod nostra aetas *aquam caementariam* appellitat. In Cypro, Si-

9) Lib. 33, 38.
10) Ramusio navigaz. e viaggi, 1. f. 106 a.
11) Römer script. hisp. et lusitan. p. 37. s.
12) Virgil. ecl. 4, 45. „Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos."
13) Cyneget. 86.
14) Plin. 33, 40. 35, 23. 24.

cilia, insulaque Ilva praecipue provenit. In Hispania quoque inveniri, Plinius est auctor, qui atramenti sutorii nomine praedicat ad tingenda coria.[15]

Cap. CXV. De chalcitide addit Plinius, esse lapidem, e quo et ipsum aes coquatur. Distare a cadmia, quod illa super terram ex subdialibus petris caedatur, haec ex obrutis: item, quod chalcitis se friet statim, mollis naturae, ut videatur lanugo concreta. Habere autem aeris venas oblongas: probari eam, quae mellei sit coloris.[16] Ex hac descriptione difficillime minera eruitur. Sunt tamen in cupro arsenicato capillari plura, quae huc faciunt. Color stramineus, cereus vel melleus, compages capillari-radiata, quam et lanatam dixeris.[17]

Videtur autem Plinii chalcitis, cui et misy et sori subiungit, a Dioscoridis minera differre. Namque in capite sequenti dicitur chalcitis usta sanguineum aut rubricae contrahere colorem. Unde patet, esse potius ferrum sulfuricum, quod lapidem atramentarium vocant. Occurrit quidem plerumque viridi colore, sed rubrum etiam obvium est.

Cap. CXVI. *Μίσυ* nomen esse aegyptium, bene probavit Rossius[18]: a scintillis enim seu stellulis micantibus, quas edat, dictum fuisse in Aegypto *μισσοῦ*, unde manifesto graeca vox enata est. Galenus, qui in Cypro praegrandem acquisiverat misyos bolum, vidit *ἐπάνθισμα* esse chalcitidis, sola igitur mutata forma.[19]

Cap. CXVII. In *μελαντηρίᾳ* consideranda eadem se offert difficultas aut ambiguitas, quae in chalcitide animadvertitur. Noster causticam dicit, Galenus solummodo adstringentem.[20] Nonne igitur diversa est utraque minera? Galeni videtur ad lapidem atramentarium pertinere, Dioscoridis ad cuprum illud arsenicatum. Sed nolo insistere coniecturae.

Cap. CXVIII. *Σῶρι*, non *σῶρυ*, esse scribendum,

15) Lib. 34, 32. 16) Lib. 34, 29.
17) Steffens Handb. der Oryktognosie, 4, p. 231.
18) L. c. p. 120. 19) De fac. simpl. 9. p. 227. 228.
20) L. c. p. 226.

Salmasius iam monuit.[21] Rossius autem aegyptiam vocem habet, a σόρε derivandam, quod *urere* vertit, ut caustica vis intelligatur ipsa appellatione.[22] Galenus habet chalcitidis mutatam formam, crassissimam scilicet, quae simul adurat et adstringat.[23] Lapidosius dicit sory suum Plinius, quam chalcitidem.[24]

Cap. CXIX. *Διφρυγοῦς* ortus e cremata cupri minera, praesertim friabili, quam nostrates *Kupfermulm* appellant, ferro quoque praegnantem, palam est.

Cap. CXX. Arsenicum Dioscoridis et veterum reliquorum non esse nativum, elucet e descriptione. Est potius arsenici minera sulfurata citrea, quae *gelbes Rauschgelb* vernacule appellatur, cuius varietas forte est alterum *βαλανοειδὲς καὶ ὠχροειδές*. Neque tamen adversatus fuero ii, qui hoc posterius ad rubram potius mineram pertinere perhibuerit. Descripsit tamen Hausmannus[25] scoriam minerae arsenici luteae, quae, ni eadem, similis saltem videtur varietas. Auripigmentum citreum glebis squamatim sibi incumbentibus distinguitur.

Cap. CXXI. Sandaracha Dioscoridis est Arsenicum sulfuratum rubrum seu Realgar nuperioribus dictum. Arabes ex arsenico زرنيخ formarunt, sed vocant id etiam شكوك (*schokhukh.*)

Cap. CXXII. *Στυπτηρίας* s. aluminis, praesertim aegyptii, laus ab antiquis scriptoribus abunde praedicatur. Sic Amasis, Aegyptiorum rex, cum delphicum templum incendio destructum esset, liberalitate sua Graecorum inopiam sublevavit dono mille talentum aluminis.[26] Invenitur alumen, quod sal est e terra argillacea, acido sulfurico abundante et kali sulfurico compositus, in saxis secundariis, quae schistum ardesiamque continent pyritemque. Ita autem formatur, ut acidum sulfuricum abundans accedat ad ardesiae argillam, cui ferrum oxydulatum saepe est admistum. Eum discessum promovet terra

---

21) Plin. exerc. p. 814.
22) L. c. p. 204. 23) L. c. p. 238.
24) Lib. 34, 30. 25) Handb. der Mineralogie p. 210.
26) Herod. 2, 180.

bituminosa, ad quam fatiscens alumen capillare, halotrichum Scopoli[27], sericeo splendore invenitur. Id in insula Melo obvium Tournefortius scienter descripsit.[28]

Altera forma, sed deterior, qua alumen provenit, est stalactitum, *στρογγύλη* Dioscoridis. Haec tuberosa est, compage molliuscula, fractu facili, pinguiuscula superficie, quae adipis fere nitorem habet. Dicitur ea *butyrum montanum*, in Bohemia insulaque Bornholmia obvium.[29]

Humidum alumen nascitur sine dubio, stagnantibus aquis subdialibus, qua alumen generatur, eo igitur ab aquis recepto. Quibus positis intelligitur, impuras peregrinisque partibus contaminatas esse formas aluminis, quas veteres cognoverunt. Neque aliud quid prolixa argumentatione Beckmannus evicit.[30] Fabricas aluminis, quibus coctura sal ille depuratur, ab orientalibus populis inventas esse, vero est simile[31], tametsi medici Arabum scriptores de شب (*schabo*), suo nihil praedicent, praeter ea, quae a Dioscoride acceperant.

Cap. CXXIV. Pumicem nasci generatim ex ustione variorum saxorum, unde et in vulcanis et in terrae incendiis inveniri, bene iam Theophrastus monuit.[32] Varia omnino est pumicis compositio. Siquidem praeter abundantem terram siliceam et argillaceam et magnesiam et natrum et manganum oxydatum et aquam adhaerentem invenerunt, qui nuper eum lapidem examini snbiicerent.[33] Inde et mechanica eius vis abstergensque et caustica exponi potest. Arabes eum vel نشفة (*naschfath*) vel رخفة (*rachfath*) appellant.

Cap. CXXVI. Spuma seu lanugo salis plerumque generatur, qua sal vel communis vel marinus abundat, solis et aëris vi fatiscens, atque ad scopulos vicinos haerens.

---

27) Princip. mineral. p. 81.
28) Iter gall. 1. p. 63. 29) Steffens l. c. p. 318.
30) Gesch. der Erfind. 2. p. 92—108. 31) Ib. p. 110.
32) De lapid. c. 21. p. 691. *Καὶ πλείους τρόποι τῆς γενέσεως.*
33) Klaproths Beytr. zur Kenntn. der Mineral. 3. p. 265. Brandes in Buchners Repertor. für Pharm. 5. p. 155.

Cap. CXXVIII. Flos salis vero longe diversus est. Natrum enim carbonicum nativum, naturaliter ochroleucum, ubi aquis stagnorum et humo inquinatur, croceum adipiscitur colorem; hinc et Reussius praeter natrum carbonicum, magnesiam, calcem et principium humi extractivum, a quo color ille pendet, in fatiscente eo natro prope a Bilino Bohemiae invenit.[34] De ingentibus Aegypti lacubus, quibus natrum id abundanter gignitur, Andreossii exstant eximiae observationes.[35]

Nonnunquam acido carbonico privatur, ut causticum evadat, superstitibus tamen peregrinis partibus, quibus color debetur ruber. Tunc spuma natri, *ἀφρὸς νίτρου,* a veteribus vocabatur. (c. 130.)[36]

Cap. CXXXI. *Τρύξ* seu faex vini caustica evadit ustione. Sistit enim kali causticum impurum, admixta maxime parte extractiva. Cinis sarmentorum (c. 134.) eiusdem est naturae.

Cap. CXXXV. Alcedo Ispida, quam *ἁλκύονα* Graeci vocabant, piscibus, quos amat, integris voratis, spinas aculeosque globis compactos evomit. Hos a mari forte reiectos pro nidis earum avium veteres habuere.[37] Ponunt vero aves eae ova, sine ullo nido, in foveis litoris, sub arborum radicibus.

Cum illis autem purgamentis eiectis compararunt veteres zoophyta varia, quae similem viderentur habere et formam et fabricam. Protinus *Alcyonium Ficum* Pall. propter subglobosam formam illius esse originis commentitiae rati sunt. Id esse alcyonii quintam speciem, a Dioscoride memoratam, iam Imperatus probe animadvertit.[38] Mihi vero multo magis congruere videtur *Alcyonium Aurantium* Pall., cuius globosa figura, cuius spinae osseae e vertebra sphaerica radiatim diffusae, cuius odor haud tam ingratus, quam aliarum specierum a Vitaliano Do-

34) Lehrb. der Mineral. 2. 3. p. 4.
35) Descr. d'Egypte, 1. p. 281.
36) Galen. de fac. simpl. 9. p. 212.
37) Arist. hist. anim. 9, 15. Plin. 10, 47.
38) Hist. nat. p. 839.

nati[39] bene exponuntur. Aristoteles colorem nidorum alcyonis subrufum praedicat: formam comparat cum ficubus, longa cervice praeditis. Imperatus porro *Alcyonium cotoneum* Pall. esse primam speciem monet. Eam et Vitalianus Donati egregio internae fabricae examine illustravit, quippe ex acubus tricuspidatis et globuloso strato superficiali componitur.[40] Odorem gravem, imo hircinum, huius notat Pallasius.[41]

Secundam speciem certitudine quadam explicare haud ausim. Ob crustaceam tamen formam mallem *Alcyonium papillosum* Pall.[42] huc trahere.

Tertiam milesiam, vermiculari forma et colore purpurascente, ad *Alcyonium palmatum* Pall. trahere, non temerarium arbitror.

Quartam denique, quasi e lana succida conflatam, coniicio esse *Spongiam stuposam* Ellis.[44], quanquam *Spongia panicea* Pall.[45], medullae panis similis, etiam congrua sit.

Ea zoophyta praeter gelatinam animalem, qua scatent, abundant etiam calce muriatica, cum qua alii sales marini iuncti sunt. Inde explicandus est usus in calculis urinariis, adversus quos milesium etiam auctor euporistorum commendat.[46] Cremata vero caustica sunt, aut saltem abstergentia.

Cap. CXXXVI. *Ἀδάρκης*, quam et *περικαλαμῖτιν* et *λίμνηστρον* Galenus appellat[47], videtur spuma esse seu *ἐπάνθισμα* salium, quibus lacus quidam abundant et stagna. Continere autem calcem muriaticam cum aliis salibus, efficitur e comparatione cum alcyoniis, e similibus patet quoque effectibus.

Cap. CXXXVII. Spongias duras, densas, tenuiterque foratas iam Aristoteles[48] *τράγους* appellat; validissimam vero, densissimam et tenuiter foratam (sine duritie et

39) Storia dell' Adriatico, p. 64. t. 9. 40) ibid. p. 58. t. 8.
41) Charakteristik der Thierpflanzen, übers. von Wilkens, p. 196.
42) Ib. p. 172. 43) Ib. p. 170.
44) Natur. hist. of zoophytes, p. 186.
45) L. c. p. 224. 46) Lib. 2. p. 309.
47) De compos. sec. loc. 1. p. 424. 48) Hist. anim. 5, 14.

asperitate) Achilleam, quia subdatur et galeis et ocreis seu tibiarum tegumentis ad arcenda vulnera. Dura ea spongia est S. *fasciculata* Pall.[49] Altera, mollis, est Sp. *officinalis*.

Cap. CXXXVIII. Corallium veterum est *Isis nobilis* Pall.[50] Quam percrebruerit in antiquitate opinio de molli indole corallii, dum sub aqua degat, et ex Ovidio patet.[51] Sed falsam esse famam, docuit inprimis Vital. Donati, licet fateatur, ramulos iuniores extremosque molli cortice praeditos esse. Ipsi trunci ramique maiores et in altissimo pelago adeo duri sunt, ut cum lapidibus comparentur.[52]

Cap. CXXXIX. *Antipathes foeniculaceum* Pall.[53] est idem zoophyton, cuius Dioscorides meminit. Forma ramosissima, color niger ac loca natalia in mari mediterraneo satis consentiunt.

Cap. CXL. Phrygius lapis, cuius naturam, compositionem ac affinitatem silentio Diosc. transit, a Plinio dicitur gleba pumicosa.[54] Cui si fides habenda, videtur pumicibus adnumerari posse, cui nec color, nec usus ad tingendas vestes repugnat. Quandoquidem diversa pumicum compositio notissima est. Neque desunt, qui terra argillacea aut magnesia abundent, illa cum acido sulfurico alumen sistente.[55] Ochroleucum quoque colorem non rarum in pumicibus animadvertimus.[56] Arbitror autem, pumicem aluminosum tum in Cappadociae campis, igne subterraneo conspicuis[57], maxime vero in regione illa Phrygiae, Lydiae et Mysiae communi, κατακεκαυμένη dicta, cuius centrum fere erat Philadelphia, provenisse. Terrae motibus assiduis obnoxia ea regio cuniculos habere dicitur igne aut aqua plenos, nihilque frugum ferre, praeter vitem, unde κατακεκαυμενίτης οἶνος praedica-

49) L. c. 2. p. 218.
50) L. c. 1. p. 285.
51) Metam. 15, 416.
52) Donati, p. 46.
53) L. c. 1. p. 269.
54) Lib. 36, 36.
55) Achard Samml. physic. und chem. Abhandl. 1. p. 58. Bergman opusc. 3. p. 197.
56) Dolomieu voy. aux îles de Lipari. Paris. 1783. 8.
57) Strabo lib. 12. p. 31.

tur.[58] In his igitur phlegraeis campis pumices varii generis occurrere, probatione non eget. Neque latet vis aluminis in illis pumicibus abundantis, pigmenta, quae carbonico scatent, e. g. Rhamni infectorii, Lawsoniae albae, reddere durabilia. Unde et adstringens vis et crustas inducens declarari potest.

Cap. CXLI. Assius lapis, circa Assum Troadis proveniens, haud diversae esse naturae videtur. Florem eius cum ἀφρονίτρῳ Galenus comparat.[59] Lapidi enim ii, per se non valde duro, imo friabili, inhaerere quiddam, farinae tenuissimae simillimum, qualis in molarum parietibus conspiciatur: id salsedinem quamdam in gustu habere admistam.[60] Theophrastus iam huius lapidis meminit, e quo σορούς conficiant, quique ubicunque terrarum proveniat, corpora plane consumat et in cineres redigat.[61] Et Plinius, sarcophagum lapidem in Asso Troadis fissili vena scindi, corporaque defunctorum, in eo condita, absumere intra quadragesimum diem, eiusque generis saxa esse et in Lycia et in Oriente, quae, viventibus quoque adalligata, erodant corpora, tradit.[62]

In natura huius lapidis explananda nuperi valde discrepant. Valmontius enim Bomariensis petram seu mineram aluminosam[63], Wallerius saxum calcareum[64] declarat. Quibus addere aliquid, eo minus in mea est potestate, cum nec doctus Launaeus in amplo commentario nequiverit naturam lapidis illustrare.[65] Si quid tamen recte video, petra illa causticam indolem coloremque flavescentem natro puro seu caustico, adstringentem vero indolem alumini debebat. Inde etiam exponendus est usus in podagricis affectibus, siquidem lixivio caustico e kali parato tumores arthriticos rebelles discutere possumus et nervorum resolutiones debellare. Natrum autem hoc effectu non alienum est.

---

58) Ib. p. 239. 241. lib. 15. p. 478. 479.
59) De fac. simpl. 4. p. 696. 60) Ib. lib. 9. p. 202.
61) De igne, c. 46. p. 721. 62) Lib. 56, 27.
63) Minéralog. 1. p. 530. 532. 64) Mineralriket, p. 33.
65) Mém. de l'ac. de Bruxelles, 4. p. 331 — 355.

Cap. CXLII. Pyrites nostratibus *Kupferkies* appellatur, minera satis vulgaris, ad chalybis aciem scintillas edens, variisque lutei coloris modis conspicua. Quodsi crematur, cuprum sistit cum sulfure oxydatum, ideoque irritans atque abstergens.

Cap. CXLIII. Haematites est minera ferri, quae ferrum oxydatum continet.[66] Adstringere igitur simul ac roborare valet. Ad sanguinis autem reiectionem copiosam nihil utilius Alexander Trallianus invenit haematite, si modo in subtilissimum pulverem redactus fuerit.[67] Scripulos circiter quatuor cum succo mali punici exhibuit. Nuperis vero temporibus extrinsecus potius ad cohibendum sanguinis e naribus cursum commendari memini.[68]

Cap. CXLIV. Schistus lapis nil nisi varietas haematitis fibrosa videtur, quae ochraceo colore insignitur. Hanc iisdem obvenire locis, quibus et haematites ipse, iam Agricola docuit.[69] Infirmior est priori, quod minus oxydatum continet ferrum, unde etiam ignis vi adipisci quodammodo illius naturam potest. An etiamnum in Hispania et Lusitania (*ἐν τῇ κατὰ ἑσπέραν Ἰβηρίᾳ*) occurrat, nescio: sed in Bohemia vulgaris est.[70]

Cap. CXLV. De gagate lapide insignis exstat locus apud Galenum.[71] Is, licet parva navicula totius Lyciae litora legerit, haud tamen meminit fluvium Gagam invenire se posse. Sed lapidem istum in Coelesyria, ad mortuum mare, copiosum conspexit. At multo magis diffusum per plures Europae regiones nostra aetas eum invenit. Est bitumen fossile, solidum, quod eandem cum lithanthrace e protogaea habet originem. Praeter carbonem scatet oleo aethereo graveolente. Id autem, dum accenditur, nervosi systematis tumultus coërcere et resolutionibus auxilio esse, nuperae confirmarunt observationes.

---

66) Reuss. l. e. 2. 4. p. 82. Steffens l. c. 4. p. 57—61.

67) Lib. 7. p. 300. *Λειοῦσθαι δὲ αὐτὸν πάνυ δεῖ, ὥςτε χνοώδη γίνεσθαι καὶ ἀερώδη, καὶ πνεύματι πλήσιον εἶναι.*

68) R. A. Vogel hist. mat. med. p. 406.

69) De nat. fossil. p. 252.

70) Reuss et Steffens l. c.

71) De fac. simpl. 9. p. 205.

Cap. CXLVI. De thracio lapide apponere libet Nicandri versus:[72]

Ἠὲ σύ γε Θρήισσαν ἐνὶ φλέξας πυρὶ λᾶαν,
ἥ θ᾽ ὕδατι βρεχθεῖσα σελάσσεται· ἔσβεσε δ᾽ αὐτήν,
τυτθὸν ὅτ᾽ ὀδμήσηται ἐπιῤῥανθέντος ἐλαίου.
Τὴν ἀπὸ Θρηΐκίου νομέες ποταμοῖο φέρονται,
ὃν Πόντον καλέουσι.

Eumdem autem Agricola habet thracium lapidem cum gagate ipso ac cum samothracia Plinii gemma, quae nigra ac sine pondere lignoque similis sit.[73] Quid quaeso vetat, lithanthracis aut gagatis formam duriorem intelligere? Namque in priore saepius venas et strata lignea animadvertimus: tritissimum etiam est, lithanthraces affusa aqua flagrare melius.[74]

Cap. CXLVIII. Arabicum lapidem, quem et arabum Plinius vocat[75], marmoribus candidis adnumerandum esse, Agricola iam perhibet.[76] Credibile id quidem, licet expositu difficile sit, cum veteres Graeci, quibus marmorum candidorum, parii maxime et naxii, notitia esset vulgaris, arabicum tamen diversi generis existimaverint.[77]

Cap. CXLIX. Galactitis lapidis non idem est apud veteres significatus. Plinius enim et galaxiam, qui et morochthus appellatur, et smaragdum, albis venis circumligatum, galactitem vocari affirmat.[78] Qui huius loci est, et Galeno dicitur in succum solutus lacti similem conspici.[79] Esse autem tophum calcareum, qui, dum ad cotem affusa aqua teritur, soluta calcarea, lacteum reddit succum. Ad Goslariam Saxoniae inferioris inveniri, *Milchstein* vernacule appellatum, Agricola iam memoriae tradidit.[80] Et e Misnia Saxoniae superioris sibi allatum

---

72) Theriac. v. 45. Galen. l. c. p. 204.
73) Plin. 37, 67. 74) Cf. Agricola de nat. fossil. p. 255.
75) Plin. 36, 41. 76) L. c. p. 310.
77) Cf. Blas. Caryophili de antiquis marmoribus opusculum. Traj. ad Rhenum, 1743. 4.
78) Lib. 37, 59. 79) De fac. simpl. 9. p. 195.
80) L. c. p. 255.

memorat Matthiolus.[81] Coniicerem, cretam esse, quae utique in insulis maris aegei obvia est, ni color galactitis externus cinereus esset. Usus autem et cretae et similium lapidum calcareorum ad purganda ulcera nuperis Cleghornii observationibus firmatur.[82]

Cap. CL. Melitites videtur esse arte ita productus, ut galactiti aquam dulcem affunderent, in qua solutae calcareae partes humorem reddebant dulcem. Neque quicquam vel Plinius vel Galenus addunt.

Cap. CLI. Morochthi lapidis nomen aegyptium esse, veri est simillimum: Rossius e voce aegyptia μαρόχϑ, *dealbare*, derivat.[83] Sed varia sunt nomina: *Morochitem* dicit Plinius porraceam, lacte sudantem.[84] A Galeno μόροξος appellatur et λευκογραφίς, quo utantur στιλπνοῦντες τὰς ὀϑόνας.[85]

Intelligi hoc lapide *Talcum steatites* seu *cretam brigantiacam*, persuasum habeo. Nostratibus dicitur *Speckstein* et *Seifenstein:* cultro enim facile scalpitur et scinditur; prasini est coloris: ac, dum mollior est, in graphia aut stilos formatur, quibus et sartores ad lineas ducendas et fullones ad emaculandas lanas utuntur. Continet praeter talcum argillamque et siliceam terram, ferri etiam et mangani tantillum.

Alii habuerunt morochthum lapidem pro lacte lunae[86], quod tamen et compage mollissima et fere farinacea, colore quoque albo-pallescente, et usu alieno, ad dealbandos parietes, longe distat. Nuperi demum moroxitis nomine calcem phosphoratam, seu apatitem Werneri (*Spargelstein* nostratium) insignierunt. Congruit quidem colore prasino, sed commodusne sit ad eosdem usus, merito ambigitur.[87]

Cap. CLII. Alabastritem, quanquam et Plinius asse-

81) L. c. p. 961. 82) Medic. facts and obs. 2. n. 11.
83) L. c. p. 122. 84) Lib. 37, 63.
85) De fac. simpl. 9. p. 198.
86) I. W. Baumer in act. acad. mogunt. 2. p. 37.
87) Werner im bergmänn. Iourn. 1790. 4. p. 74. Reuss l. c. 2. 2. pag. 349.

rat á nonnullis onychem vocari,[88] longe tamen ab hoc lapide diversum esse, sensu saltem hodierno, in confesso est. Namque onyx cum chalcedonio lapide, cui maxime affinis est, ad silices referendus, cremari nequit. Alabastrites vero, qui gypsum densum ac concretum sistit, pariter uritur ac marmora. Abusus autem nominis inde natus esse videtur, quod alabastrites saepius undulato-striatus, vittatus aut venosus occurrit, quem igitur veteres cum onyche zonato commutasse probabile est.

Cap. CLIII. *Θυΐτην* lapidem a *θυΐᾳ*, mortario, dici, Hermolai Barbari iam est sententia.[89] Neque tamen plane reiicienda opinio, a *θυείῳ*, materia ligni densa et granulosa, derivandum esse nomen.[90] Aethiopicus is lapis, subviridis, iaspidem referens, aquam affusam lacteam reddens, a Fuchsio declaratur turcica gemma, quam *turquoise* Galli appellant.[91] Refutare eum conatur Matthiolus, quia turcicae gemmae color azureus potius sit, iaspidumque generi omnino adnumeranda videatur ea gemma, quod dici de thyite lapide nequeat, quippe cuius particulae in aquam transeant. Equidem vero arbitror, si unum fuerit idemque genus turcicae gemmae, nimirum occidentalis, ad Matthioli partes nos trahi ac fere cogi, quoniam occidentales gemmae turcicae dentes sunt fossiles mammalium, quae in protogaea habitarunt, cupro oxydato impraegnati. Iam vero I. I. Berzelii, summi viri, acutissimae analysi debemus intelligentiam earum gemmarum, quae turcicarum nomine veniunt. Orientales nimirum argilla phosphorica, calce phosphorica et cupro oxydato carbonico componi, exploratum habemus.[92] Itaque defendi potest Fuchsii sententia, cum calx phosphorica abundans aquam affusam reddere lacteam possit. Sine difficultate etiam est mordens eius humoris indoles, atque

88) Lib. 36, 12. 89) Coroll. 989.

90) Theophr. hist. plant. 5, 20. Hesych. 1. p. 1740.

91) De medicamentorum praeparandi componendique ratione, p. 170. Lugd. 1563. 12.

92) Berzelius om blåsrörets användande p. 198.

gemmae forte ad laevorem tritae efficacia ad expurgenda, quae oculis caliginem offundunt.

Hanc eamdem esse gemmam cum callaïde Plinii, A. Fischerus monuit.[93] E viridi pallens ea dicitur; nasci autem post aversa Indiae, apud incolas Caucasi montis, apud Sacas et Dahas; amplitudine conspicua, sed fistulosam esse sordiumque plenam; sinceriorem et multo praestantiorem obviam esse in Carmania.[94]

Cap. CLIV. Iudaicus lapis idem esse videtur ac tecolithos Plinii, quem cum oleae nucleo comparatum inungi suadet adversus calculos, quos frangat pellatque.[95] Quibus addit Galenus, proficere eum lapidem tantum in renum calculis, supervacuum esse in iis, qui vesicae inhaereant.[96] Aëtius, qui et iudaicum et syriacum et tecolithon appellat, eadem e Galeno repetit, addito e Nechepso, inunctum tamen pubi comminuere et vesicae calculos.[97]

Iam quaeritur, quinam sit ille lapis. In eo autem consentiunt plerique, esse aculeos aut palpos echinorum, calcarea terra, silicea etiam et forte magnesia impraegnatos.[98] Egregie eos, ex Echino Cidari, delineatos conspicimus in Iac. Theod. Kleinii opere.[99] Sunt corpuscula glandiformia, subpedicellata, longitudinaliter striata, vel laevia, vel granulosa.

Cap. CLV. Amiantus nullam habet difficultatem. Est Amiantus fibrosus, flexilis, cuius fibrae sericeo splendore nitent, quique olim ad ellychnia, chartam et ipsa lintea, flamma non destruenda, adhibebatur. E talco, calcarea, silicea terra, argilla et ferri tantillo componitur.

Cap. CLVI. *Σάπφειρος* et hic et a Theophrasto, *σάπφυρος* a Galeno[100] dicitur. Nomen certe semiticum,

93) Auswahl aus den Schriften der mineral. Gesellsch. zu Dresden, 1819. 2. p. 88.

94) Plin. 37, 33. 95) Lib. 37, 68.

96) De fac. simpl. 9. p. 199. 97) Lib. 2. c. 19.

98) M. Lister in philos. transact. vol. 9. p. 224. G. Dan. Coschwitz diss. de lapidibus iudaicis. Hal. 1724. 4.

99) Natur. dispos. echinodermatum, tab. 32. B—G. 46. n. 3. 4.

100) De fac. simpl. 9. p. 207.

cum iam in pentateucho[1] סַפִּיר occurrat, cuius radix in arabico سفر, *splendere*, *illucescere*, superest.

Nostram autem, quam sapphirum dicimus, gemmam longe diversam esse a priscarum gentium homonymo lapide, protinus probatur e Theophrasto,[2] qui σάπφειρον esse χρυσόπαστον, velut auro sparsum, asseverat. Dein etiam, cum tererent sapphirum veteres, aquaque mixtum propinarent, de nostra gemma, silicea nimirum, id intelligi nequit. Lapidem Lazuli vero, qui maculis aureis, a pyrite sulfureo insperso ortis, insignis est, Beckmannus iam recte pro sapphiro veterum habuit.[3] Provenit enim praeter Imaum montem etiam in Persia, unde Phoenices in Palaestinam Graeciamque importasse videntur. Continet terrae calcareae liberae insignem portionem[4], praeter eam vero argillam, magnesiam, siliceam terram et ferri fere ternas e centenis partibus. Itaque et teri in pulverem, et calcinari, acidisque tractatus in gelatinam abire visus est.[5]

Cap. CLVII. Memphiten lapidem e forma hic descripta, magis etiam ex usu, arbitror esse asphalti speciebus adnumerandum. Ni fallor, est *Retinasphaltum* Caroli Hatchett[6], colore flavo, fulvo, gilvo, bruneo, subfusco et nitore quodam pinguiusculo. Id crematum gravem spirat et bituminosum odorem. Ex odore eo divinari potest olei aetherei inesse copiam, qua, sicut gagates, dolores sedare potest.

Cap. CLVIII. Selenitis nomen etiamnum servatur. Est vero gypsum compactum, lamellosum, pellucidum, quod nostratibus *Frauen-Eis* vocatur. Ramenta in potu exhiberi poterant, quippe calx sulfurica, quae gypsum sistit, in quingenis partibus aquae, licet difficulter, solvitur.

Cap. CLIX. Iaspidis nomen sine dubio orientale est,

1) Exod. 28, 18. 2) De lapid. c. 23. p. 692.
3) Gesch. der Erfind. 3. p. 183.
4) Marggraf's verm. chemische Schriften, 1. p. 136.
5) Steffens l. c. 1. p. 415.
6) Transact. of Linn. soc. 4. p. 140. Nicholson's Iourn. 2. p. 236.

cum יָשְׁפֵה iam in Exodo[7] legatur. Ii respondet arabica vox يشف et يشب et syriaca ܝܫܦܗ, cuius radix ܝܫܦ, *adiecit*, *addidit*, superest. Phoenices enim, gemmas pretiosas per omnem orientem commercantes, lapides varios, qui ob speciosum adspectum in pretio esse viderentur, cum nomine peculiari carerent, additamenta dixerunt reliquarum gemmarum, ܝܫܦܗ. Id enim in confesso est, iaspidis nomine veteres diversa lapidum genera insigniisse. Theophrasto videtur e smaragdo oriri. In Cypro insula enim lapidem visum esse, cuius dimidium smaragdus, dimidium iaspis erat, quasi humore nondum in totum transfigurato.[8]

Principatum tenuit σμαραγδίζων. Hanc saepe translucere, ac ex India etiam advehi, auctor est Plinius.[9] Quibus positis intelligitur, *prasiam* nostrae aetati dictam gemmam (*Praser*, *Prasem*), crystallis amphiboli actinoti, seu lapidis radiati penetratam, ac pellucidam, huc pertinere.

Colore quidem similis, sed magis glaucus, non translucens, superficie pinguiuscula, ideoque τερεβινθίζων vocata, talci steatitis varietas fuisse videtur, quam nostra aetas quoque nephrolithon (*Nierenstein*) vocat.[10]

Quae fumo quasi infecta conspiceretur, καπνίας dicta, an fuerit topazius nostrorum fumidus (nebulosus Plinio[11]), non liquet.

Ἄστριος dictus, lineis albis et resplendentibus distinctus, grammatias Plinio vocatur.[12] *Iaspis variegata*, *fasciata* Wallerii congrua videtur. Stellata vero Plinii, rutilis punctis, longe alia est gemma, heliotropium nimirum, viridescens utique, sed e chalcedonio et talco chlorite compositum, cuius puncta rutila iaspidem produnt.[13]

Cap. CLX. Aëtites vulgaris est notitiae. Minera est

---

7) C. 28, 20. 8) Theophr. de lapid. c. 27. p. 693.
9) Lib. 37, 37. 10) Marggraf's chem. Schrift. 2. p. 12.
11) Lib. 37, 32. 12) Lib. 37, 37.
13) Reuss l. c. 2. 1. p. 319.

ferri argillaceo-silicea, fusco aut lurido colore, cortice a nucleo soluto, unde agitatus sonitum edit.

Cap. CLXI. Ophiten dictum esse a maculis quasi serpentium, ceterum vel nigricantem durumque esse, vel candidum ac mollem, Plinius testatur.[14] Lapidem esse serpentinum, semipellucidum, inter omnes constat.[15]

Cap. CLXII. Lapides in spongiis reperti sunt concrementa e calcaria muriatica potissimum, quae ab ipso zoophyto generatur. Hos, spongites dictos, eosdem putat Agricola, ac tecolithos Plinii.[16] Ita quoque et hos Plinius appellat; memoratu dignum vero, quod addit, nativos esse lapides, nempe innatos spongiis et ab iis genitos.[17]

Cap. CLXIV. De ostracite, cuius similitudo cum testa vel ostrea et a Plinio agnoscitur[18], ita iudico, ut ostreas dicam esse fossiles et petrefactas, quas bene illustrarunt Iac. Theod. Klein[19] et Ios. Monti.[20]

Cap. CLXV. Smyris, quam nostrates *Schmirgel*, Galli *émeril* vocant, est substantia siliceo-argillacea, admixto ferro et calcis tantillo: quam Wernerus etiam ob colorem coeruleo-nigrum prope a sapphiro collocavit. Quae in Naxo insula reperitur, satis celebratur.[21] Per se nec septica nec caustica esse potest, sed iis medicamentis compagem solam impertire videtur.

Cap. CLXVII. Cos ex argilla schistosa constat: si ad eam aqua irrigatam ferrum deteritur, nascitur inde latex e ferri hemioxydati, schisti et argillae particulis, cuius adstringens vis negari nequit.[22]

Cap. CLXVIII. Geoden lapidem appellari Plinius ex argumento tradit, quoniam terram complectatur.[23] Est autem minera ferri argillaceo-silicea, fusco aut lurido colore, cortice duriori, subgloboso, vel reniformi, unde Wernero ren ferri, *Eisenniere*, dicitur. Nucleus terra

14) Lib. 36, 11.
15) Reuss l. c. p. 217. 218. 16) L. c. p. 347.
17) Lib. 36, 35. 18) Lib. 36, 31. 57, 65.
19) Philos. transact. vol. 41. p. 668.
20) Comm. instit. bonon. tom. 2. pars 2. p. 339.
21) Gilberts Ann. der Phys. 12. p. 249.
22) Cf. Agricola l. c. p. 271. 23) Lib. 36, 32.

aut arena constituitur, unde nomen derivandum. Neque latet vis adstringens et siccans, dum compositionem contemplamur.

Cap. CLXX. Eretria erat Euboeae insulae oppidum, in cuius vicinia terra ea reperiebatur.[24] Est argilla, sed non pura, quae candido niveoque colore nitet; figulina potius aut schistosa esse videtur, quae cinerea est. Ea utebantur Hippocratici ad detegendum vomicae pulmonum locum. Trita ea ac humectata, linteo tenui illita, thoracem obtegebant, quaque parte primum resiccatam invenirent, ea sectionem aut ustionem facere imperabant.[25]

Cap. CLXXI. Samia terra propter candidum colorem pura fuisse argilla videtur. Quae aster dicebatur, globosa erat et densa, qualis argilla, renum specie, et apud nos occurrit. Sed et nigram dicunt samiam terram Hippocratici[26], alienam omnino.

Cap. CLXXII. Lapides in samia terra obvii videntur crystalli gypsi esse cum quarzi granulis coagmentatae, quales et in argilla nostra halensi occurrunt.[27]

Cap. CLXXIII — CLXXVI. Nec chiae aut selinusiae, nec pnigitidi terrae aliena est natura. Sunt argillae, magis minusve purae. Selinusia dicta fuit a Selinunte, Siciliae oppido. *Πνιγῖτις* terra forsan nomen sortita est a locis *πνιγηροῖς* (aestuosis), in quibus inveniebatur.

Cimoliae tamen terrae diversa esse indoles videtur. In cretis enim collocat Plinius, eiusque loco etiam tymphaïcum adhiberi gypsum.[28] In Cimolo, insula e cycladibus, inter Melon et Siphnon sita, reperiebatur.[29] Cum *σμηκτίδα* eamdem dicant Erotianus ac Galenus[30], argilla potius smectica, quam nostrates *Walkererde* dicunt, esse videtur.

Cap. CLXXIX. Terram meliam aluminosam fuisse, probatur ex ipsis Dioscoridis verbis, dein etiam ex iis, quae de aluminis proventu in ea insula monuimus.

---

24) Plin. 4, 21. 35, 54. 25) Hipp. de morb. 3. p. 319.
26) De nat. muliebr. p. 557.
27) Schreber im Naturforscher, 15. p. 209.
28) Lib. 35, 57. 29) Strab. lib. 10. p. 307.
30) Expos. voc. Hipp. p. 352. 564.

Cap. CLXXX. *Ἀμπελῖτις* terra dicta fuisse a Galeno traditur, quod viti illita insecta infesta perdat.[31] Mihi vero videtur ea terra bituminosa esse, et lithanthraci quidem lamelloso aut foliaceo (*Blätterkohle* aut *Schieferkohle* Werneri) tritis originem debere. In assulas enim is lithanthrax fissilis est, ater et splendens, ni lucidus, carbone puro et bitumine abundans. Per strata lithanthracum Germaniae passim provenit.[32]

Cap. CLXXXII. Atramentum scriptorium noster e taedarum fuligine gummisque tertia parte parari docet. Sed aliud et ex hoc, admixtis fuligine resinae, glutine taurino ac chalcantho confici monet. Posterius tectorium Plinius vocat,[33] quoniam parietibus illinendis incrustandisque adhibebatur.[34] Scripserunt tamen etiam veteres hoc *μέλανι κατακόλλῳ*, clandestinas saltem literas in vesica.[35] Plinius insuper atramenti meminit e faecibus vini, tum ex ebore combusto conficiendi. Apportari etiam indicum tradit ex India, inexploratae adhuc ipsi inventionis.

ANNOTATIONES

ad librum de venenis deleteriis.

Dicitur is liber vulgo quintus, inscribitur de alexipharmacis. Neutrum tamen iure fieri, neque recte Dioscoridi Anazarbeo adscribi, tum in praefatione ad vol. I. (p. XIV.) tum in notis ad eumdem librum probare studui. Neque opus esse duco, singulatim ac velut minutatim in omnia capitula exspatier, obvia iam plerorumque memorabilium explicatione in iis, quibus Dioscoridis libros de materia medica illustravi, commentariis. In iis duntaxat commorabor, quae in illis libris vel tacita relinquuntur, vel negligentius tractantur.

---

31) De fac. simpl. 9. p. 187. *Σκνίπας* ea insecta vocat Galenus. Paull. lib. 7. p. 234. *Ἔστι δὲ ἡ χριομένη ἐπὶ τῶν ἀμπέλων, διὰ τὸ τοὺς ἐν αὐταῖς φθείρειν σκώληκας.*
32) Reuss l. c. 2, 5. p. 128. 132.
33) Lib. 35, 25. 34) Vitruv. archit. 7, 10.
35) Aen. poliorcet. p. 1701. ed. Gronov.

Protinus vero c. XIII. p. 26. offendimur τῆς καρπάσου ὀπῷ, qui soporem inferre dicitur et repentinam strangulationem. Eam stirpem cum Paullus[1] καρπησίαν appellet, subit cogitatio, καρπήσιον Galeni, cuius notitiam a Quinto magistro acceperat, huc pertinere.[2] At longe secius se res habet. Namque hoc erat τῷ φοῦ simile, sed valentius aroma, ut optima cassia nequaquam inferius perhibeatur. Odorem gustumque per longum tempus servabat. Circa Sidem Pamphyliae plurimum nasci, festucas similes esse cinnamomi surculis: indigenas duplicem agnoscere speciem, λαέρκινον et alteram amaram dictam, hanc vero praestantiorem. Carpesii huius, a Galeno celebrati, expositioni supersederunt plerique, qui veterum plantas illustrarunt, unico ferme excepto Caesalpino, qui optime comparatum id cum φοῦ Dioscoridis, idem esse censuit.[3] In quo assensum meretur: est igitur, ut supra (p. 348.) monui, *Valeriana Dioscoridis* Sibth.

Longe alia venenata haec κάρπασος, seu καρπησία Paulli, cuius succum primus, ni fallor, Archigenes ad crispandos capillos commendavit.[4] Cum nusquam, et apud seriores Graecos, adsit formae indicium, nil plane probabilis, nedum certi, de ea substantia asseri potest. Io. Actuarius opocarpasum inter meconium et satis ab hoc diversum thapsiae succum collocat.[5] Admodum acris videtur fuisse haec κάρπασος, namque cum Avicenna morbo colico correptus alvum sibi clui hoc toxico iussisset, excoriatis intestinis exstinctus est.[6] Valer. Cordo, qui Piper longum hac καρπάσῳ intelligit[7], libenter assentirer, nisi in ὀπῷ haererem. Peculiaris enim latex, ὀπός dicendus, nullus est in Piperis longi fructibus, tametsi liquorem pinguiusculum Cordus indigitet. In medio igitur relinquendum esse autumo.

Cap. XIX. p. 29. De pharico iam Nicander:[8] in

---

1) Lib. 5. p. 171. 2) Galen. de antid. 1. p. 71.
3) De plantis, lib. 4. c. 2.
4) Galen. de compos. sec. loc. 1. p. 445.
5) Actuar. meth. med. 5, 12. col. 284.
6) Barhebr. chron. syriac. 1. p. 233.
7) Hist. pl. 4, 25. f. 195 a. 8) Alexiph. v. 597.

potu datum gustu referre nardum, gravem maxillis inferre dolorem, artuum vacillationem et furorem, quin robustum hominem intra diei spatium interimere. Quem locum scholiastes ita illustrare studet, ut nomen habere venenum illud a Pharico quodam Crete, qui id invenerit, teste Praxagora: vel a Pharide, Laconiae oppido, vel a Pheris Thessaliae. Quid autem fuerit, tacet is, tacent omnes.

Cap. XX. p. 30. Toxici effectus idem Nicander eodem modo delineat,[9] additis variis furoris modis, clamoribus, ululatibus, dentiumque stridoribus. Ad eum locum scholiastes coniecturam promit, a Scythis Parthisque componi id venenum ex hydrae sanguine. Neque fidei absonum videtur, serpentium laticem venenatum ad toxicum adhibitum fuisse. Etenim et nostra aetate percrebruit fama de compositis eiusmodi exitialibus venenis.

Idem Avicenna corrupta voce طونيون (*thuniun*) appellat, se id ignorare fatens: effectibus tamen e Dioscoride allatis.[10] Itaque vehementer fallebatur Manardus, si بيش (*bísch*) eiusdem auctoris *ἀκόνιτον* Graecorum idem cum *τοξικῷ* putaret, bene refutatus a Matthiolo.[11]

Cap. XXV. p. 34. Taurinum sanguinem recentem calidumque epotum inter venena esse, apud Graecos notissimum erat. Cum Nicander[12] id nonnisi *ἀφροσύνῃ* fieri dicat, Matthiolus inde effecit,[13] eum sanguinem iis duntaxat nocere, qui mente alienati aut melancholici sint. Eam tamen sententiam eo minus defenderim, cum Themistocles exul Magnesiae sibi mortem eo modo conscivisse feratur, *ἄριστα βουλευσάμενος ἐπιθεῖναι τῷ βίῳ τὴν τελευτὴν πρέπουσαν*.[14] Nec reticendum, Aegirae (lesbiae?) hactenus insontem eum sanguinem fuisse, ut sacerdos terrae vaticinatura biberit, priusquam in specum descenderet.[15]

---

9) Ib. v. 208. 10) Lib. 4. fen. 6. p. 126.
11) L. c. p. 993. 12) Alexiph. v. 312.
13) L. c. p. 996.
14) Plutarch. Themist. c. 31. Alii autem tradiderunt, sumto sponte ephemero interemtum esse. 15) Plin. 28, 41.

Expedienda autem omnis haec de sanguine taurino quaestio ita videtur, ut ad coagulum cruoris in ventriculo remanens consilium transferamus. Siquidem compertum habemus, vel nuperis funestis exemplis, e cruore sanguinis farciminum perniciosum principium evolvi. Proinde crediderim, tantum abesse, ut repente occidat sanguis taurinus, ut potius, si diutius coagulum eius in ventriculo haereat, evolvi videatur venenata eius indoles. Hinc et acetum praeprimis, quod calidum ingeri praecipit Galenus,[16] et nitrum praesidiis esse observarunt. Iis enim vincitur azoticum illud principium exitiale.

Cap. XXVI. p. 35. De lacte intus coagulato simile ferendum est iudicium. Coagulum enim caseosam partem continet pinguemque, e qua demum principium noxium evolvi, patet e caseorum mordacium vetustorum gravissimis effectibus. Opitulari autem acidum et saponaceum liquorem, quem in πυτίᾳ animalium herbivororum, maxime vero leporum, invenimus[17], iamdudum observatum est: solvit enim is liquor acidulus coagulum illud, et ad eiiciendum proclive reddit.

Cap. XXXIII. p. 40. De cacto, vera enim haec est lectio, Theophrastus:[18] Quae cactus nuncupata est, in Sicilia tantum nascitur, in Graecia nusquam. Decorticati caules cibo idonei: flores in pappos abeunt. Itaque Cynara Carduncułus L. (seu C. Scolymi varietas:) quod iam Anguillara[19] et Dalechampius[20] perhibent.

16) De antid. 2. p. 143.
17) Galen. de fac. simpl. 10. p. 274.
18) Hist. pl. 6, 4. 19) L. c. p. 135.
20) L. c. p. 1438.

ANNOTATIONES

ad librum περὶ ἰοβόλων,

quem vulgo septimum Dioscoridis et *περὶ θηριακῶν*, praepostero utrumque consilio, vocant.

p. 44. s. Omnis haec argumentatio de non apta *προφυλακτικῆς* a *θεραπευτικῇ* separatione, adversus Methodicos eius aetatis instituta, argutiis plena, pneumaticae sectae addictum fuisse hunc auctorem, probat. Siquidem pneumatici, quibus omnia propemodum Stoicorum decreta placebant,[21] ab his et Erasistrato, quem maximi aestimare gestiebant, doctrinam de *πνεύματος* principatu,[22] omniumque morborum sede in eo depravato quaerenda, suam fecerant. Erat autem et Stoicis et Pneumaticis familiaris quaedam sermonis prolixitas, quam *ἀπεραντολογίαν* Galenus non male nuncupat,[23] et argutiarum dialecticarum ubertas et altercationum sophisticarum amor, quem saepius et acriter quidem Galenus vituperat. Earum vero proprietatum non pauca sunt et in hac praefatione indicia.

Protinus vero refutare conatur auctor eos, qui *προφυλακτικήν* a *θεραπευτικῇ* distinguant. Scilicet Methodici, omnes morbos a laesa *ὄγκων* s. molecularum corpus constituentium ad *πόρους* seu spatiola ratione proficisci autumantes, laxitatem quoque et stricturam *κοινότητας* s. communitates finxerunt, quibus duas therapeuticas regulas, *τὸ χαλᾶν*, laxare, et *στέλλειν*, constringere, superstruerent. Quando vero cuivis patet, nec externas iniurias, nec vitia ab his producta, cohaerentiae potissimum, sub hanc *κοινοτήτων* dictionem cadere posse, commenti sunt Methodici chirurgicas communitates, a therapeuticis omnino alienas. Pari etiam modo morbos a veneficiis, aut

---

21) Galen. de different. puls. 3. p. 642.
22) Id. de dogmat. Hipp. et Plat. 2. p. 281.
23) Ib. 3. p. 315.

a morsu animalium existentes, *προφυλακτικῇ* curare sibi arrogarunt, quam dum penitus a *θεραπευτικῇ* segregarent, parum solliciti fuere de arbitrario plane modo, quo ratiocina rentur.[24]

Iam his se opponit auctor, dum praecipue probare conatur, *βοηθήματα*, seu artis praesidia, omnino nominanda esse ea, quae in commenticia illa *προφυλακτικῇ* adhibentur.

Quae p. 47. s. sequuntur, partim aperta sunt, partim obscura. Manifestum est, cum natura venenorum nos lateat, in iis mutandis corrigendisque neutiquam operam nostram esse collocandam. Sed, quod e Diocle adiungit, exiguitate animalium noxiorum et minima veneni mole impediri indicationes, id mihi saltem aeque obscurum est ac refugium ad *διαθέσεις*, assumto nimirum huius vocis eo significatu, qui etiamnum valet. Quid enim, quaeso, iuvat dispositionis notitia, quando canis rabidi morsus in robusto homine ac florido easdem produxit sequelas ac in infirmo et laxo? Sed altius est repetenda *διαθέσεως* informatio, et quidem ex ipso summo philosopho. *Διαθέσεις*, inquit, *λέγονται, ἅ ἐστιν εὐκίνητα καὶ ταχὺ μεταβάλλοντα, οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης, καὶ νόσος καὶ ὑγεία, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα.*[25] Hinc etiam affectio quaedam *διαθέσεως* nomine venit. Sic Galenus: *ὀνομάζω δὲ νοσώδεις διαθέσεις, οὐ μόνον, ὅταν ἤδη νοσῶσιν, ἀλλὰ κἀπειδὰν ἄρχηταί τις αὐτῶν συνίστασθαι.*[26] Ex hoc igitur loco efficitur, affectionem corporis ipsius, quae in morbis a venenato animali natis a *φθοροποιῷ δυνάμει*, i. e. a corruptrice veneni vi, producitur, esse *διάθεσιν*. Hanc vero esse comprehensibilem, adeoque *θεραπευτικῇ* debellandam, contra Empiricos pariter ac contra Methodicos statuit. In quo quidem cohibere assensum nequeo, siquidem, ignota viri natura, ad effectus, quos in corpore producit, consilium est transferendum. Sic, qui a

---

24) Galen. introd. p. 372. ed. Basil. graec.

25) Aristot. categor. p. 34. ed. Pac.

26) Comment. in libr. 6. epidem. sect. 5. p. 239.

cane rabido morsus est, iam diu ante morbi ipsius initium nervorum varios patitur affectus, animi desponsionem, *μυρμηκισμόν* in artu vulnerato, tractionis sensum et leves musculorum convulsiones: quae magnopere augescunt, praesertim in regione pharyngis musculorumque colli, *πλατύσματος μυώδους*, sed maxime cucullaris et sternomastoidei, quibus nervus providet Willisii accessorius. Proinde *διάθεσιν* vocamus nervorum gravissimam affectionem, quam cum inflammationis signis stipatam animadvertamus, auxiliante quandoque sanguinis missione, indicatio ex ea *διαθέσει* rite formatur. Cetera de corruptrice vi, eaque recte caussis adiudicanda, clara sunt, bene proposita, neque ulteriore egent expositione.

p. 64. Cum Eupatoria antidotus hic a Mithridatica distinguatur, utraque autem nomen sortita sit ab eodem Mithridate, Eupatoris cognomine, quaeritur, quonam modo differat. Eam autem quaestionem expedire nequeo; Galenus enim, plurimas Mithridaticas antidotos describens, nullam eo nomine distinguit. (lib. 2. de antidotis.)

Cap. IV. p. 66. Magnopere obscura est de phalangiis veterum quaestio, cum araneorum plura genera, obiter saepe indicata, hoc nomine comprehenderent. Nomen quidem a *φάλαγξι*, articulis seu internodiis digitorum, propter longos pedes, unde et ipsa vox *φάλαγξ* eo sensu occurrit apud Hesychium (*ζῶον ἀράχνῃ παραπλήσιον.*) Solipuga Plinio dicitur genus.[27] Cum nullam noster agnoscat differentiam, inquirere libet in ea potissimum genera, quae apud alios auctores occurrunt. In quibus primus summusque est Aristoteles. Mordacium is phalangiorum duas memorat species,[28] alteram araneis, qui lupi dicantur, similem, parvam, variegatam et assultim ingredientem (*πηδητικόν*).[29] Vocari autem *ψύλλαν*, neque texere telas. Fueritne idem insectum parvum, cantharidibus simile, colore rutilo, inter legumina degens, quod morsu pustulas excitet, delirio saepe sequente?[30]

---

27) Lib. 22, 81. 28) Hist. anim. 9, 26.
29) Cf. Plin. 11, 28. 30) Nicand. ther. v. 752.

Maior est altera Aristotelis species, nigra, cruribus anterioribus elongatis, motu pigra, neque subsultans.

Plures phalangiorum species enumerat Nicander. Ῥώξ ipsi dicitur *αἰθαλόεις*, picei coloris, dentesque diros in medio ventre gerens. Eius morsum nulla in cute signa sequi, sed rubor circá oculos, frigidus membrorum horror et priapismus sentitur.[31] Rhagion idem vocatur a Plinio[32] et Aëtio,[33] quod acino nigrae uvae simile sit, ore minimo sub alvo, pedibus brevissimis. *Lycosam ruricolam* vel *palustrem* coniicio.

Agrostes dicitur Nicandro araneus insons, textor et venator muscarum, apum, culicum et omnium animalculorum, quae in eius rete inciderint.[34] *Linyphia* forte *triangularis*.

Sequitur *asterion* Nicandri, quod in dorso virgas splendentes gerit: noxium id, quod frigidos horrores inferat cum capitis gravedine.[35] *Tetragnatha extensa* similis est, sed insons.

Coeruleum dein Nicandri hirsutum dicitur, sublimius subsultans, quod grave inferat morsu vulnus, sequentibus cordis doloribus, caligine, vomitibus araneosis, morte denique subitanea.[36] *Clubiona holosericea* forma accedit, sed morsus innoxius.

Tum et *μυρμήκιον*, a formicarum similitudine, quod Sostratus *μύρμηκα ἡρακλεωτικόν* vocarat.[37] Corpus nigrum ii tribuitur, collum rufum, in dorso lato stellarum effigies, caput fuliginosum.

Tandem *σφήκιον*, rufum, vespae simillimum, quod graves morsu noxas inferat, artuum nimirum tremorem, debilitatem et soporem. Rufae sunt Solipugae quatuor, quas Herbstius ex Asia media et India orientali acceptas delineat; sed speciem indigitare prohibemur obscura descriptione. Id tamen memoratu dignum est, mandibulas bestiolarum ita esse structas, ut periculosas plagas infligere possint, etiamsi virus proboscide non

31) Ib. p. 715. 32) Lib. 29, 27.
33) Tetrab. 4. c. 1. 34) L. c. v. 734. 35) L. c. v. 725.
36) Ib. v. 729. Plin. 29, 27. 37) Ib. v. 747. et schol.

eiacularentur. (Herbsts Naturgeschichte der ungeflügelten Insecten. Berlin 1797.)

His addit Plinius Tetragnathii duo genera: prius, medium caput linea alba distinguente et transversa altera: id oris tumorem facere. Alterum cinereum, posteriore parte candicans.[38] Eorum multitudine infestorum morsibus acridophagos e regione, quam habitaverint, expulsos quondam refert Agatharchides.[39]

Postremo et Aëtius genus σκληροκέφαλον, prioribus haud dictum, affert, quod capite velut saxeo differat, lineamenta vero per omne corpus similia iis gerat animalculis, quae noctu lucernas circum volitent. Quid sit, plane nescio.

An vero veteribus *Solipuga araneodes* cognita fuerit, merito dubitatur, cum ad Volgam inferiorem, ad Tanaim, et in desertis mediae Asiae vulgaris sit. Quam perniciosus sit morsus, pluribus testimoniis, maxime Pallasii, patet.[40]

Neque *Lycosae tarentulae*, Apuliae Calabriaeque incolis infestae, apud antiquos ulla fit mentio. Haud quidem negandum, molestum esse morsum. Sed fabulantur, deliria producere saltatoria, tollenda duntaxat, si quis fidibus aut tibiis, modulamine peculiari, tarentino dicto, cecinerit. Ii fabulae etiamsi patrocinentur praeter Baglivium[41] Nicol. Caputus[42] et Andr. Pigonatius,[43] fidem omnem abstulerunt Franc. Serao[44] et Domin. Cyrillus,[45] demonstratis praestigiatorum fraudibus.

38) Lib. 29, 27.

39) Phot. cod. 250. p. 453. Vix mihi temperare possum, quin Lichtensteinii Hamburgensis coniecturam de muribus Philistaeorum regionem vastantibus (1 Sam. 5.) hic apponam. עַכְבָּר enim, quod murem notat, cum עַכָּבִישׁ, araneo, fuisse commutatum, ac proinde solipugas esse intelligendas, haud sine veritatis specie docet. (Eichhorns Bibl. für bibl. Literatur, B. 6. p. 455.)

40) Neue nordische Beytr. p. 545. Cf. Klaprothii iter caucas. 2. p. 289.

41) Opp. p. 600.

42) De tarantulae anatome et morsu. Lycii 1741. 4.

43) Opuscoli scelti, 2. p. 306.

44) Della tarantola. Napol. 1742. 4.

45) Philos. transact. vol. 60. p. 237.

Cap. V. p. 67. De Scolopendra vid. supra p. 429.
Cap. VII. p. 68. De Pastinaca marina ib. p. 431.
Cap. VIII. p. 69. De mure araneo ib. p. 445.
Cap. IX. p. 69. De vipera ib. p. 429.

Cap. X. p. 70. *Σκυτάλην ἢ ἀμφίσβαιναν* scribens noster utrumque anguem distinguere non videtur. Sed diserte discriminat Nicander.[46] Amphisbaenam parvam esse, gemino capite praeditam, oculis parvis, utrinque caput et os obtusum longo spatio disiunctum prominere: colorem, velut terrae, in cute rimosa punctis variari: lumbricum terrestrem non superare. Scytalem similem quidem, sed multo crassiorem, ut capulum aequet ligneum, tradit, quaque cauda brevis incipiat, longiorem. Aëtius eo affines sibi docet, quod, nulla cauda attenuata, aequalem habeant crassitudinem. Amphisbaenam vero ex utraque parte gradiri. Utrumque enim caput modo capitis modo caudae vice inservire.[47]

Quodsi valde corruptum Avicennae locum[48] recte intelligo, is ita de amphisbaena iudicat: Commentos esse quosdam serpentem, qui in utramque partem progrediatur, sed se ipsum firmare hoc commentum non posse. Serpentem esse أقصمن (radix قصم, *frangi*), ergo fragilem, quem ipse bene cognoscat, qui utraque parte aequalem habeat crassitudinem. Nonne igitur, raro exemplo, Arabs Graecorum errores, observationi plus fidens quam auctoritati, diluit? Est enim *Anguis fragilis*, cuius epitheton iam arabica voce exprimitur, *Blindschleiche* nostratum. Cauda gaudet obtusissima, quae a capite eo minus, obiter visa, discernitur, quo exiliores sunt oculi, quoque saepius in ipsa cauda stigmata occurrunt, seu puncta oculos simulantia. Solet etiam, dum capitur, caudam capiti applicare. Neque tamen unquam utroque modo progredi, neque, quod etiamnum rudes naturalium rerum homines opinantur, morsus noxius est, cum dentibus mobilibus destitutus sit.[49]

---

46) Theriac. v. 373 — 395. 47) Aelian. hist. anim. 9, 23.
48) Lib. 4. fen 6. c. 3. p. 138.
49) Linn amoen. acad. 1. p. 296.

Quid σκυτάλη sit, ambigo. *Anguis Scytale* congruit quidem, sed Indiarum incola in veterum notitiam venire nequivit. Fueritne *Anguis Eryx*, sola longitudine ab angue fragili distinctus?

Cap. XI. p. 70. De δρυΐνῳ haec Galenus:[50] In radicibus quercuum degere, tamque malignum ad perdendum credi, ut eius, qui supergrediatur, cutis a pedibus secedat, tota crura intumescant, καὶ ἔτι τὸ θαυμασιώτερόν φασι, manus quoque ipsae curantium excorientur. Si quis autem interimere animal conetur, olfactum eius penitus depravari. Χέλυδρον etiam ab aliis appellari, Nicander testatur.[51] In lacubus habitare et paludibus, ranas locustasque venari, ab asilo vero exagitatum aufugere in montium sylvas, ubi in caudicibus quercuum latibula quaerat. Dorsum eius nigrum esse, caput planum, odorem teterrimum spirare, qualem coria equina putrida exhalent. Pustulas post morsum saniosas erumpere foetidissimas, mentem alienari, et tandem soporem accedere letalem. Idem esse anguis videtur, quem χέρσυδρον Aelianus appellat.[52] Eum dryinum invenisse sibi visus est Belonius,[53] ingenti magnitudine, quem δενδρογαίλια Graeci hodierni appellent. *Colubrum* esse *lebetinum*, valde virulentum, in Asia minore et Aegypto obvium, auguror.

Cap. XII. p. 70. Αἱμόῤῥοος et αἱμόῤῥους et αἱμοῤῥοΐς vocatur:[54] ψολόεις dicitur colore, quod adustum significat, capite horrido, fronte nivea, duobus cornibus, collum strictum, cauda valde attenuata. Incessum esse fluctuantem et strepitantem, quasi stramenta calcentur. Morsum excipere statim tumorem coeruleum, sanguinisque cursum ex ore ac naribus, sanie biliosa mixti. Pedalis cetero esse longitudinis: petrarum rimas habitare. Haec omnia repetit Aelianus.[55]

Colubrum esse *Cerasten*, nemo non videt, unde κε-

---

50) De theriac. ad Pis. p. 234.
51) Ther. v. 411. 52) Hist. anim. 8, 7.
53) Obs. 3, 51. p. 202. 203. 54) Ther. v. 282. s.
55) Hist. anim. 15, 13.

ῥάστου nomine c. 16. eumdem tractari patet, licet diversa symptomata producentem.

Cap. XIII. p. 71. *Διψάς*, quae et *καῦσος* et *πρηστήρ* nostro, نطشان et اظمان Avicennae dicitur. De ea et Nicander.[56] Est *Coluber Prester* nostrae aetatis, satis perniciosus anguis.

Cap. XIV. p. 72. *Ὕδρος* est *Coluber Natrix.*

Cap. XV. p. 72. *Κέγχρος*, Nicandri *κεγχρίνης*, Avicennae جاورسى, esse elongatum et punctis variegatis interstinctum, scholiastes Nicandri tradit.[57] Eumdem et *ἀκοντίαν* Aëtius nominat, quod velut iaculum vibratum corporibus involet. Nonne *Colubri Beri* est varietas?

Cap. XVII. p. 73. *Ἀσπίς* est *Coluber aegyptius*, cuius morsu blandam sibi dolorumque expertem mortem Cleopatra conscivit.[58]

Cap. XVIII. p. 74. Tandem aggredior de basilisco cantilenam toties repetitam: quam et Galenus fama et traditione duntaxat ita accepit, ut animal esse subflavum et tres eminentias in capite gerere dicat, adspectu solo et sibilo homines occidere.[59] Exiguum esse corpore, rutilum, capiteque acuto, Nicander testatur.[60] Gallum tamen metuere, ac eo audito convulsum perire, fabulatur Aelianus.[61] Avicenna nominat اصلال et التعبين ربيس, frequentem tradens in regione Turcarum et in Nubia.

Linnaeus omnem fabulam, quae medio aevo absona multa et anilia sortita est additamenta, ad Lacertae genus, capite cristato, Iguanae proximum, reduxit.

---

56) Ther. v. 334. 57) Ad theriac. v. 463.
58) Dio Cass. 51, 14. Aelian. hist. anim. 9, 11. Galen. de ther. ad Pis. p. 235.
59) Galen. l. c. p. 233. 60) Ther. v. 399.
61) Hist. anim. 3, 31.

INDEX I.

VOCUM GRAECARUM, QUARUM EXPLICATIO VIDEBATUR NECESSARIA.

"Αγλιθες comm. p. 474.

Ἀδημονία. Περὶ δηλητ. c. 10. p. 24. *Animi moeror, morositas.* Affines σκυθρωπότης et σκυθρωπασμός, vel etiam μιςανθρωπία. Testis significatur optimus Plutarchus (Num. c. 4.), qui Numam hominum societatem fugisse ac solitudinem elegisse, οὐκ ἀδημονίᾳ τινὶ ψυχῆς καὶ πλάνῃ, sed dignioris necessitudinis ac nuptiarum divinarum caussa asseverat. Simili sensu et verbum ἀδημονεῖν apud Xenophontem (Hellen. 4, 4.) occurrit. Hesychius, qui hoc verbum recte reddit ἀκηδιῶ, ἀγωνιῶ, ἀδημονίην tamen θαῦμα interpretatur.

Ἀερόμελι comm. p. 453.

Ἀθήρα comm. p. 456.

Αἴγυνος. Εὐπόρ. 1, 132. p. 161. Est synonymon Conii, forte creticum. Diosc. 4, 79.

Αἱμάλωψ. Diosc. 2, 88. p. 210. Primitus est sanguinis cruor effusus seu sugillatio. Sic enim Hippocraticus auctor ovulum humanum foecundum, sed abortu elisum vidit, quod extus ad membranam αἱμάλωπας gerebat. (Hipp. de nat. pueri, p. 236. Galen. adv. Lycum, p. 335. ed. Basil. gr. tom. 5.) Hoc igitur significatu et Diosc. ea voce usus est. Deinde vero suffusiones cruentas oculorum, e plagis et contusionibus ortas, speciatim sic vocatas fuisse legimus. (Galen. de compos. med. sec. loc. 4. p. 796.)

Ἀκραιφνής. Diosc. 5, 88. p. 751. Contracta vox ex ἀκεραιοφανής, itaque manifesto purus, haud mixtus. Sic Hesych. καθαρὸς, ἀληθής interpretatur.

Ἀκρέμων, (ἀκρεμών Etym. ἀκρήμων Hesych.) Diosc. 3, 74. p. 418. *Ramus.* Ad lubitum autem noster saepissime κλωνίον, κλωνάριον, vel κλάδος, vel ῥάβδος, ῥαβδίον, vel παραφυάς ponit, ἀκρέμων rarissime occurrit: neque eo stricto sensu, quem Theophrastus hist. 1, 1. indigitat.

Ἀκρέμονας λέγω τοὺς ἀπὸ στελέχους σχιζομένους, οὓς ἔνιοι καλοῦσιν ὄζους· κλάδον δὲ τὸ βλάστημα τὸ ἐκ τούτων ὑφ' ἕν, οἷον μάλιστα τὸ ἐπέτειον. Ergo *ἀκρέμονες* Theophrasto sunt rami arborum lignosi, *κλάδοι* vero ramusculi herbacei. Sed ipse tamen deserit hanc strictam vocum applicationem, cum (causs. plant. 5, 1.) dicat: *Ἔχουσί τινας ἀρχὰς ἐν αὐτοῖς βλαστητικὰς οἱ κλῶνες, ἢ πτόρθοι, ἢ ἀκρέμονες, ἢ ὅτι χρὴ καλεῖν τὰ ἐσχατεύοντα τῶν δένδρων· οὐδὲν γὰρ ἐπὶ πᾶσι κοινὸν, ἀλλ' ἔνια προσηγορίας τινὰς ἔχει ἰδίας, καθάπερ θαλία* (oleae), *κράδη* (ficus), *κλῆμα* (vitis)· *καλοῦσι δέ τινες καὶ κλῶνας.* Sed et oleae ramusculi vocantur serioribus *ἀκρέμονες* (Geopon. 9, 19. 24.), et ipsius cucurbitae aut cucumeris. (Ib. 12, 19.) Itaque et foeniculi rami, quanquam non lignosi, nostro *ἀκρέμονες* dici possunt. *Παραφυάς* (Diosc. 3, 73.) pariter ramus vocatur, quae propago proprie dicitur. Sic Theophr. (hist. 2, 2.) *Ἁπάντων δὲ ὅσων πλείους αἱ γενέσεις, ἡ ἀπὸ παρασπάδος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ἀπὸ παραφυάδος ταχίστη καὶ εὐαυξὴς, ἐὰν ἀπὸ ῥίζης ἡ παραφυὰς ᾖ.* Sic et Leontinus (Geopon. 3, 11.) *Οἱ δὲ τὰ γενναιότατα τῶν παραφυάδων μετὰ τοῦ πρέμνου* (oleae) *φυτεύουσιν.* Et allegorice Philo Iudaeus (de mundo, p. 603. ed. Mangey.) *Τὸ δὲ παμμεγεθὲς καὶ παμφορώτατον ἔρνος ὁ κόσμος οὗτος, οὗ παραφυάδες οἱ εἰρημένοι βλαστοί.*

Ἀκροχορδόνες, cum quibus Diosc. 4, 191. p. 684. fructus Heliotropii parvi comparantur, sunt vitia cutis, verrucis similia. De iis Celsus: (lib. 5. c. 28. n. 14.) *Ἀκροχορδόνα* Graeci vocant, ubi sub cute coit aliquid durius, et interdum paullo asperius, coloris eiusdem, infra tenue, ad cutem latius, idque modicum est, quia raro magnitudinem fabae excedit. Maxime in pueris nascuntur. Galenus (defin. med. p. 401. ed. Basil.) *ἀκροχορδών ἐστιν ἔκφυσις περιφερὴς καὶ διάστενον ἔχουσα βάσιν.*

Ἀλληλουχία Diosc. 5, 144. p. 812., vox raro occurrens, est *mutua cohaerentia.* Sic Dionysius Areopagita: *ἡ κοινωνικὴ ἀλληλουχία.* (de divin. nomin. c. 4. s. 12. p. 478. ed. Corder. Paris 1644. fol.)

Ἀμφιλαφής Diosc. 2, 156. p. 273. Hesych. *πολυδαψιλὴς καὶ πολὺ πανταχόθεν πλήρης· κατάσκιος.* Itaque dense foliosus, umbrosus. Cf. Marc. Vergil. ad h. l.

Ἀνακογχυλιζόμενα. Εὐπόρ. 1, 69. p. 127. Iul. Poll. 6, 25. *Ὃ μέντοι ἀναγαργαρίσασθαι νῦν λέγουσιν, ἀνακογχυλιάσασθαι ἔλεγον, τὸ ἀνακλύσασθαι τὴν φάρυγγα.* Tim. ed. Ruhnken. p. 34. Aret. de curat. acut. 1, 7. p. 226. ed. Lips. *διακλύσματα τάδε καὶ ἀνακογχυλισμοί.* Derivatio est obscura. Cum vero *κόγχη* sit mensura fluido-

rum, quatuor circiter drachmas continens, forte huius mensurae capacitas ad eiusmodi gargarizatus requirebatur.

Ἀναφορικός Diosc. 2, 202. p. 317. *Εὐπόρ.* 2, 37. p. 249. Paull. Aeg. 3. p. 86. Io. Actuar. meth. med. 1, 17. infrequens medicis vox, et diverso a grammaticis accepta sensu. Hi enim relativum dicunt: medici eos aegros, qui vitiosa multa e pectore reiiciunt. Cf. Marc. Vergil. ad Diosc. p. 307.

Ἄντλημα Diosc. 4, 64. p. 553. *Infusio*, solo hoc loco eum significatum habet: alias *haustus*.

Ἀπευθυσμένον Diosc. 1, 130. p. 123. 3, 45. p. 392. *Intestinum rectum*, alias *δακτύλιος*. Sed et illud obvium est in Paullo, lib. 7. p. 254.

Ἀπηλιθιώμενοι Diosc. 5, 25. p. 711., qui *ἠλίθιοι*, fatui redditi sunt: *ἅπαξ λεγόμενον*.

Ἀπηρτημένοι Diosc. 3, 111. p. 457. Hesych. *ἀπαρτῆσαι, χωρῖσαι, διαστῆσαι*. Demosth. pro coron. c. 18. *Καί με μηδεὶς ὑπολάβοι ἀπαρτᾷν τὸν λόγον τῆς γραφῆς*. Lucian. encom. Demosth. c. 10. p. 141. *Τὸ δ' ἐγκώμιον οὐκ ἂν ἀπαρτᾷν ἐνομιζόμην*. Id. de conscrib. histor. c. 46. p. 207. *Καὶ μὴν καὶ συνθήκῃ τῶν ὀνομάτων εὐκράτῳ καὶ μέσῃ χρηστέον, οὔτε ἄγαν ἀφιστάντα καὶ ἀπαρτῶντα, τραχὺ γάρ*.

Ἀπολέγεσθαι Diosc. 1, 13. p. 26. duplicem habet et contrarium sensum. Primus enim, qui et hic adest, frequentius fere reperitur. Sic Plutarchus in Lucullo c. 42. *ἀπολεγομένου τοῦ Λουκούλλου τὰ πρωτεῖα*. *Repudiare, reiicere, detrectare*. Sed contrarius sensus apud Thucydidem lib. 5. c. 8. (*Ὁ Βρασίδας*) *ἀπολεξάμενος πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὁπλίτας*.

Ἀραίωμα. *Περὶ ἰοβόλ.* c. 12. p. 70. *Interstitia articulorum*. Longin. de sublim. sect. 10. p. 47. *τὰ ἀραιώματα ἐμποιοῦντα μεγέθη συνοικονομούμενα τῇ τε πρὸς ἄλληλα σχέσει*. Cf. Toup. ad h. l. p. 305.

Ἄργεμα, ἄργεμον Diosc. 2, 165. p. 280. et alibi. Est ulcusculum corneae tunicae, quod maculam albam relinquit. *Λεύκωμα* alias dicit, *ἀργὸν* enim *τὸ λευκόν*. Galen. isag. p. 386. ed. Basil. *Ἀργέμων δέ ἐστιν, ὅταν κατὰ τὸν τῆς ἴριδος κύκλον καὶ τὸ λευκὸν, ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ μέλαν, ἕλκος γίνεται στρογγύλον καὶ ὑπόλευκον*. Erotian. p. 66. *Ἀργέμων, πάθος τι περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς λευκωματῶδες· ὃ δὴ ἐκ τῆς παρεπομένης λευκότητος ὠνομάσθη*.

Ἀσβόλη Diosc. 5, 181. p. 827. Sic et *ἀσβόλη* Galeno de loc. aff. 6. p. 378. Alio loco de fac. simpl. 9. p. 219. legitur: *οἷον αἰθαλόν τινα ἢ ἄσβολον ἢ αἰθάλην γε καὶ ἀσβόλην, ὡς ἂν ἐθέλῃ τις καλεῖν*. Hinc verbum *ἀπασβο-*

λεῖσθαι, quod unico loco, 5, 87. p. 749. *fuligine infici, in fuliginem verti.*

Ἄφεδρος, *menstrua purgatio*, Diosc. 2, 85. p. 206. Occurrit eo sensu et in LXX Ezech. 18, 6. Suspicabar, et in Philone Iudaeo, scilicet Alexandrino, eamdem occurrere vocem, sed spe frustratus, inveni τὰ μηνιαῖα (de special. legib. p. 305.)

Βάϊς Ἑρμοῦ Diosc. 4, 183. p. 677. dicitur prophetis aegyptiis πτέρις. Itaque aegyptia vox videtur: quod et Porphyrius apud Hieronymum (adversus Iovinian. lib. 2. c. 9.) testatur: Κοίτη δὲ αὐτοῖς ἐκ τῶν σπαδίκων τοῦ φοίνικος, ἃς καλοῦσι βάϊς, ἐπέπλεκτο. Sed et Ioannes (evang. 12, 13.) ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων: et Maccab. 1, 13. v. 51. καὶ εἰςῆλθεν μετὰ αἰνέσεως καὶ βαΐων. Hesych. βάϊς, ῥάβδος φοίνικος. Cf. Rossi etym. aeg. p. 30. Ergo, quae privatim ad ramos seu frondes palmae designandos adhibebatur, vox ad aliarum stirpium surculos vel ramos traducta fuit.

Βάπτεσθαι, *durari*, e Theophrasto exponitur Diosc. 5, 138. p. 806. n. 62.

Βιασμός Diosc. 3, 98. p 446. *Violentia externa*, et affectus inde ortus. Unico hoc fere loco occurrit.

Βικίον et βίκος, *lagena*, Diosc. 2, 96. p. 220. comment. p. 447.

Βλάττιον comm. p. 427.

Βόρασσος comm. p. 411.

Βράσμα comm. p. 476.

Βρίζα comm. p. 456.

Βρύον et βρυώδη comm. p. 359. 395.

Βρῶμα Diosc. 3, 48. p. 398., quamvis ubique *escam, cibum* notat, longo alio sensu *cavum dentium erosum* significat.

Γαβιρέα σμύρνη comm. p. 372.

Γάστρα, *urna, urceus*, Diosc. 5, 103. p. 769. Eodem sensu in Geopon. 14, 8. Apud alios auctores fundum vasis significat. H. Steph.

Γένος Diosc. 5, 125. p. 793. *Natio.* Sic et Synes. epist. 61. et Antiphanes in fragm. com. et trag. Grotii p. 619. Σύρος τὸ γένος. Ceterum γένος, nostro sensu *genus* plantarum, minerarum et animalium, probe ab εἴδει, *specie*, distinguitur a Diosc. 5, 114. p. 779. c. 85. p. 742. c. 119. p. 784. c. 139. p. 807. Sed nec ipse sibi constat, nec Theophrastus. Hic enim τὰ εἴδη vocat τὰ μέγιστα, δένδρον, θάμνος, φρύγανον, πόα. (hist. pl. 1, 3.)

Et de oleribus: ἔστιν αὐτῶν εἴδη καὶ γένη πλείω, (Ib. 6, 1.) Alibi tamen τὰ ὅλα γένη, familias a γένεσι distinguit. (Ib. 8, 3.) Memorabilis Galeni locus (comm. in Hipp. de victu acut. p 753.) huc pertinet: Τὸ τοῦ γένους ὄνομα τοὺς παλαιοὺς Ἕλληνας καὶ κατὰ τῶν ὁμωνύμως λεγομένων ἐνίοτε φέροντας, τὸ μὲν ἓν ἐχόντων τὸ σημαινόμενον, ἐκ δὲ τῆς κατ' αὐτὸ τομῆς εἰς διαφορὰς πλείους ἀφικνουμένων. Optime distinxit genera a speciebus Aristoteles (part. anim. 1, 3. et categor. p. 46.) Uberrimam autem ratiocinationem iuxta Aristotelis sententiam reliquit Porphyrius in institutionibus.

Γεώδης Diosc. 2, 160. p. 277. est terra *fertilis, laeta.* Sic et in Geopon. 2, 6. Aliis scriptoribus est duntaxat *terreus.*

Γόγγρος. *Bruscum.* Plin. 16, 27. „Pulcherrimum vero est bruscum, multoque excellentius etiamnum molluscum. Tuber utrumque arboris eius: bruscum intortius, crispum, molluscum simplicius sparsum." Comm. p. 360.

Γομφίασις, molarium dentium vitium. Diosc. 2, 63. p. 191. comm. p. 441.

Γράμμα, Scripulus, comm. p. 415. Galen. de pond. et mens. p. 466. ed. Basil. *Ἡ δὲ δράχμη ἔχει γράμματα γ', τὸ δὲ γράμμα ὀβολοὺς β'.*

Δαδίον, facula, comm. p. 381.

Δαλός, titio. Diosc. 1, 32. p. 46. *Δαλὸς διάπυρον ξύλον,* Eustath. ad Od. 5, 488. *Ξύλον κεκαυμένον,* Hesych. Lucian. Timon, c. 2. p. 72. *Οὕτω δαλόν τινα ἐπανατείνασθαι δοκεῖς αὐτοῖς, ὡς πῦρ μὲν ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδιέναι.*

Δαφνῖτις comm. p. 349.

Διάθεσις, affectus, affectio. Diosc. 1, 3. p. 13. *περὶ ἰοβόλ.* praef. p. 49. *εὐπόρ.* 1. p. 106. 2. p. 308. comm. pag. 669.

Διακόπτω, περὶ δηλητ. p. 16. *Interpello, praecido,* (morbum.) ut Lucian. de gymnas. c. 19. p. 173. *διακόπτειν τοῦ λόγου τὸ μῆκος.* Cf. Budaei comment. de lingua graec. p. 1247.

Διαστροφαὶ τῆς ὑστέρας comm. p. 365.

Διαφορεῖσθαι. Diosc. 5, 11. p. 697. c. 17. p. 704. *Sudore diffluere.* Ita et Galen. de salubr. 2. p. 161.

Δοκιμή, probatio, argumentum. Diosc. 2, 183. p. 677. Paull. Aegin. 6. p. 206. et alibi.

Δορκάς comm. p. 446. 447.

Δροσόμελι comm. p. 453.

Δρυπετής. Diosc. 1, 49. p. 53. *Maturrimus fructus.*

Hesych. ἀπὸ δένδρου πεπτωκώς. Iul. Poll. 6, 45. Schol. Aristoph. Lysistr. v. 564.

Δρώπαξ, εὐπόρ. 1, p. 221. 2, p. 249. Erat emplastrum e pice, colophonia, asphalto, euphorbio, pipere, opopanace et aliis id genus firmiter adhaerentibus et rodentibus, quibus pro depilatoriis, ψιλώθροις, utebantur. Paull. Aegin. 7. p. 295. Martial. epigr. 10, 65. „Laevis dropace tu quotidiano, hirsutis ego cruribus genisque."

Δυνάμεις Diosc. 3, 93. p. 442. περὶ ἰοβόλ. p. 77. et saepius: sunt *compositiones medicamentorum*. Galen. de compos. med. sec. gen. 3. p. 593. ἡ τετραφάρμακος δύναμις, et de comp. med. sec. loc. 4. p. 716. ἔγχρισται δυνάμεις ὑγραί.

Ἐγκάρδιον φοίνικος comm. p. 411.

Ἐκβόλιον Diosc. 4, 181. p. 675. et Hipp. de morb. mul. 1. p. 723. et διεκβόλιον ib. p. 751. Est medicamentum fetum eiiciens.

Ἐκδόρια Diosc. 3, 63. p. 409. Ea, quae cutim erodunt ac excoriant.

Ἐκφύσεις τῶν φύλλων Diosc. 4, 101. p. 594. sunt foliorum pinnatifidorum laciniae parallelae vel pinnatorum foliola. Sed alio loco c. 83. p. 677. ἐκφύσεις τῆς ῥίζης sunt ramusculi radicis.

Ἐλειός, ὃς ῥωμαϊστὶ καλεῖται γλῆρις· εὐπόρ. 1, 57. p. 121. et 2, 71. p. 285. Iam Aristoteli dictum animal (hist. anim. 8, 19.), quod cum muribus agrestibus comparat. (de facult. alim. 3. p. 666.) Hesychius perverse eundem putat cum sciuro. Est *Glis esculentus, Siebenschläfer* nostratum, *le loir* Gallorum.

Ἕλκυσμα dicebatur Graecis scoria argenti, quoniam e catinis ope uncinorum trahitur. Diosc. 5, 101. p. 764. n. 51.

Ἔλυμος comm. p. 458.

Ἐξιονθίζω, εὐπόρ. 1. p. 145. Hesych. τρίχα ἐκδίδωμι· ἔστι γὰρ ἴονθος ῥίζα τριχῶν ἢ ὑπερέχον.

Ἐξιπόω, *exprimo*, Diosc. 5, 84. p. 739.

Ἐξισχύειν de vi, *sustinere, durare, valere*. Diosc. 5, 42. p. 720. n. 37.

Ἐπιγραφή, *levis vulneratio*, comm. p. 439. Nostrates etiam dicunt *zeichnen*, Catullus (25.) *conscribillare nates*.

Ἐπικαύματα τῶν ὀφθαλμῶν. εὐπόρ. 1, 34. p. 109. Galen. isag. p. 396. Ἐπίκαυμά ἐστιν, ὅταν ἐξ ἐπιπολῆς ἡ ἐπιδερμὶς ἐπικαυθεῖσα ἑλκωθῇ, ἢ καὶ βραχὺ βαθυτέρα γένηται, ἐπιφορᾶς μεγάλης ἐγγινομένη. Aët. tetrab. 2, 3. c. 25.

Ἐπίκαυμα est nigri in oculo exasperatio, ut speciem cineris prae se ferat.

Ἐπίκρασις comm. p. 439.

Ἐπιφυλλίς Diosc. 4, 142. p. 622. Hesych. *βοτρύδιον μικρὸν, ἐπὶ τέλει βλαστάνον. Pampinus racemarius.* LXX sic עוללות interpretantur.

Ἑρμοδάκτυλος Paulli et seriorum — Iris tuberosa, comm. p. 613.

Ἐρυσίσκηπτρον comm. p. 344.

Ἑτεροπάθεια Diosc. 2, 183. p. 294. *ἅπαξ λεγόμενον. Alterius partis vexatio* Marc. Vergil. vel Revocatio metastatica morbi ad cutim seu ad partes minus nobiles.

Εὐδιάγωγος Diosc. 4, 61. p. 550. *Qui hilariter conversatur. Διαγωγή* est vitae ratio et conversatio. Est etiam oblectamentum vitae. Strabo 17, p. 487. Aristot. ethic. 10, 6. p. 168. ed. Pac.

Εὐόλισθος γυνή. εὐπόρ. 2, 93. p. 198. *ὃ τάχα ὀλισθαίνεται. Lubricus.* Sic et in Alex. Aphrodis. problem. 1. *κόπρος εὐόλισθος καὶ μαλακή.*

Ζειά comm. p. 455. 456.

Ζύθον, ζῦθος comm. p. 454. 455.

Ζυμίζω Diosc. 2, 98. p. 226. *Fermentum redoleo.*

Ἤλεκτρον comm. p. 390.

Ἤρυγξ comm. p. 347.

Θειλοπεδεύω Diosc. 5, 9. p. 693. c. 82. p. 737. *Insolo, soli in cratibus ad torrendum expono. Εἵλη ἐστὶν ἡλίου θερμασία* Eustath. ad Il. 1, 4. *Θειλόπεδον· τόπος, ἐν ᾧ ξηραίνεται ἡ σταφυλή· εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ θέρεσθαι ἐν τῷ ἡλίῳ καὶ τῷ πέδῳ.* Etym. magn. p. 449.

Θλάσπι comm. p. 474.

Θυλακῖτις comm. p. 347.

Ἴγδη Diosc. 5, 104. p. 772. *ἡ θύεια* Hesych. Etym. magn. Phrynich. p. 164. et Iul. Poll. 10, 103. *παρὰ τὸ μίσγειν τὰ θύη*, abiecto *μ*.

Ἰπνός Diosc. 5, 103. p. 771. Hesych. *Ἰπνὸς, κάμινος, φοῦρνος, φανὸς, κλίβανος, μαγειρεῖον.* Saepe hae voces secum confunduntur. Proprie esse *ἰπνόν* caminum figulinum, patet ex Hippocr. epid. 4. p. 523. *Ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμείου ἰπνοῦ καταπεσών.* Lucian. Prometh. c. 2. *Αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας καὶ ἰπνοποιοὺς, καὶ πάντας ὅσοι πηλουργοὶ, Προμηθέας ἀπεκάλουν.* Iis caminis balnearia calefiebant. *Κάμινος* vero est fornax pistrinarum et ad liquanda metalla apta. *Κλίβανος* aut *κρίβανος*

Diosc. 1, 96. p. 99. est proprie furnus ad torrenda frumenta idoneus. Galen. de fac. simpl. med. 11. p. 294. *μετ᾽ ἄρτου καλῶς ὠπτημένου κλιβανίτου.* Imman. Moschopul. *περὶ σχεδῶν*. p. 13. ed. Rob. Steph. *Κλίβανος, σκεῦός τι σιδηροῦν, ἐφ᾽ ᾧ τοὺς ἄρτους ὄπτουσι, πῦρ ὑποκαύσαντες καὶ πυρακτώσαντες αὐτόν.* *Μαγειρεῖον* est *culina.* Aristot. hist. anim. 9, 30.

Ἰτρία, crustula. Diosc. 4, 64. p. 553. Duo *ἰτρίων* genera apud Galen. de facult. alim. 1. p. 492. *ῥυήματα* praestantiora, viliora *λάγανα.* E similagine et melle ita parabantur, ut fractu facilia essent. Hinc Galen. expos. voc. Hippocr. p. 474. *Τὸ ἰτρίον ἐρείκιον ὀνομάζεται, διότι εὔθραυστον.* Hesych. *ἰτρία, κλάσματα, ἢ καπυρώδη πλάσματα.*

Καιρῶν χώρα comm. p. 352.

Καλαμίς Diosc. 1, 89. p. 93. unico, ni fallor, eo loco *dentiscalpium* signat. Alioquin acus est ex arundine parata, qua cincinnos ac velamenta capitis mulierculae firmabant. Hesych. *κοσμάριόν τι περὶ τοὺς πλοκάμους.*

Κάμινος, v. *Ἰπνός.*

Κάρδαμον comm. p. 474.

Καταβιβάζω Diosc. 4, 42. p. 537. *Descendere cogo.* Plutarch. Themist. c. 4. *Καταβιβάζων τὴν πόλιν πρὸς τὴν θάλασσαν, ναυβάτας (τοὺς Ἀθηναίους) καὶ θαλαττίους ἐποίησε.* Similis sensus nostri loci est. Si quid enim ita decoquitur, ut duae tertiae partes absumantur, decoctum dicitur ad tertiam partem *καταβιβασθέν.*

Κατάγραφος Diosc. 3, 163. p. 499. dicitur *punctis distinctus.* Melius *striatus* vocatur fructus; qui significatus etiam in Lucian. tyrann. c. 28. p. 211. Flagellis enim mulctatus tyrannus conspicitur *πελιδνός* (lividus) *καὶ κατάγραφος* (vibicibus notatus.) comm. p. 567.

Κατακνάω, (unde *κατακνησθείς* Diosc. 2, 149. p. 265.) *Incido, scarifico.* Namque Lucianus in Ocypode, 91. p. 29. *Κατακνήσω σου τὸν πόδα, ὡς ταῖς τομαῖσι πλεῖστον αἷμά σου κενῶ.* Itaque non defricare, deradere, ut Budaeus vult.

Κατάποσις Diosc. 3, 84. p. 433. *περὶ δηλητ.* c. 25. p. 34. *Gula.*

Κέγχρος comm. p. 458.

Κεράτιον comm. p. 415.

Κιβώριον comm. p. 459.

Κλίβανος vid. *Ἰπνός.*

Κοκκύμηλα comm. p. 419.

Κολλοκασία comm. p. 459.

Κομανικὸς λίθος· εὐπόρ. 2, 25. p. 237. Comanam, urbem Cappadociae in convalle Antitauri sitam, e Strabone lib. 12. p. 17. noscimus. Qui autem lapis fuerit, non liquet: forte coticula quaedam. Comensis lapis viridis, ad coquendos cibos utilis, longe alienus est. (Plin. 36, 44.)

Κονίσαλος comm. p. 364.

Κοπίσκος comm. p. 379.

Κοπτάρια Diosc. 4, 187. p. 681. sunt *offulae*, quas iam pharmacopolae *morsulos* vocant. *Κοπτάρια βηχικὰ* Galenus describit. (De compos. med. sec. loca, 7. p. 58. s.). Medicamentum purgans, κατ' ἐξοχὴν κοπτάριον dictum, Oribasius (syn. lib. 3. f. 76 b.) drachmarum duarum pondere habet. Medicamenta globulorum forma, *pilulae* nostratibus, καταπότια, Alexandro Tralliano etiam (lib. 5. p. 263.) et Actuario (meth. med. 5, 9. col. 276.) κοκκία vocantur.

Κοπτόν idem fere est. Diosc. 2, 125. p. 245. Galen. de loc. aff. 7. p. 397.

Κόρυμβος manifesto Diosc. 4, 73. p. 567. bacca seu fructus στρύχνου. Galen. meth. med. 14. p. 994. τὸ σπέρμα πηγάνου σὺν αὐτοῖς τοῖς κορύμβοις. Capsulae sunt. De hederae racemis autem in orbem circumactis, ut Plinius ait, κορύμβων nomen usitatissimum est.

Κουβαρίδες comm. p. 438.

Κρανοκολάπτης comm. p. 425.

Κρίμνον comm. p. 456.

Κριός comm. p. 458.

Κύημα comm. p. 464.

Κῶνος comm. p. 381.

Λαβιδόω· εὐπόρ. 2, 53. p. 117. Prehendo λαβίδι: λαβίς autem *forcipem* significare, patet e LXX, qui Ies. 6, 6. מֶלְקָחַיִם sic verterunt.

Λαζούριος λίθος seriorum: Diosc. p. 773. n. 68.

Λακιδοῦσθαι· περὶ δηλητ. p. 12. Activum *dilacero*, ergo passivum *dilacerationis sensu affici.*

Λάμπη Diosc. 5, 87. p. 750. n. 12. Est spuma vini acescentis, nostratibus *Kahn*, Gallis *chancissure*, Italis *muffa*, Anglis *mould.*

Λεληθότως Diosc. 4, 90. p. 587. *Obscure, obsolete.* Λεληθότως κοῖλον. Sic adhibetur et λανθανόντως ab Anacreonte od. 28, 16.

Λιβάς Diosc. 3, 116. p. 462. Hesych. λιβὰς, πηγὴ, σταγών. Suid. ἔνυδρος τόπος. Strab. lib. 8. p. 268. φρέατα καὶ ὑπόνομοι λιβάδες. Videtur igitur esse et *scaturigo* et *locus inundatus.* Optime vero Pseudo-Democritus

(Geopon. 2, 6.) *Λιβάδας δὲ καλεῖσθαι τὰ ἀπὸ τῶν ὀμβρίων ὑδάτων διηθούμενα καὶ κατὰ γῆς ἐν στεγνοῖς καὶ σκιεροῖς τόποις συνεστηκότα, καθάπερ ἐν ἀγγείοις, μὴ φλεβῶν ἀποῤῥοίας οὔσας· ὅθεν οὐδὲ διαμένειν τὰς λιβάδας, ἀλλὰ πάνυ συντόμως ἐκλείπειν, ἐὰν μὴ σφόδρα μεγάλας εἶναι συμβῇ.*

Λόπιμον comm. p. 408.

Λυγισμός. Diosc. 4, 105. p. 598. Hesych. *ἀνάκλασις τῶν μελῶν*. Esse autem potius *ἀνάκαμψιν* legendum, cum a *λύγῳ*, vitice flexili, et *λυγίζω*, flecto, torqueo derivanda sit vox, bene monet Saracenus ad h. l. Ergo est *contorsio* membrorum. Eustath. *οἱ κωμῳδούμενοι ἐν φαύλοις ὀρχήσεσι λυγισμοί.*

Μαγειρεῖον vid. *ἰπνός*.

Μάδος, *ψίλωθρον*, depilatorium, quo coriarii utuntur. *εὐπόρ*. 1, 179. p. 189. *μαδᾷν*, glabrescere. *μαδίζειν*, glabrum reddere, depilare.

Μάκερ comm. p. 392.

Μάντις, *ὅμοιος ἀκρίδι ἰνδικῇ*. *εὐπόρ*. 1, 158. p. 175. *μάντις καλαμαία* Theocr. id. 10, 18. Est *Mantis religiosa* L., locustarum genus, de qua exstant Poireti (Iournal de phys. 25. p. 334.) et Roeselii (Insecten-Belust. vol. 2. tab. 1. 2.) egregiae observationes.

Μεγάλιον comm. p. 370.

Μελανσπέρμον, *εὐπόρ*. 2, 93. p 298. est secundum Plin. 20, 71. cognomen *μελανθίου* Diosc. 3, 83.

Μενδήσιον comm. p. 370.

Μεσοδάκτυλα Diosc. 4, 185. p. 680. Fastidit hanc vocem Phrynichus p. 194. ed. Lobeck.

Μετασύγκρισις comm. p. 340. 366.

Μετώπιον comm. p. 370.

Μίλφος. *εὐπόρ*. 1, 48. p. 115. Defluvium pilorum e palpebris. *Μίλφωσις* dicitur Galeno de compos. sec loc. 4. p. 733. Io. Actuar. de dignosc. affect. 2, 7. *Μίλφωσις ἢ μαδάρωσίς ἐστιν ἀπόπτωσις τῶν τοῦ βλεφάρου τριχῶν*. At non confundenda *μίλτωσις* Aët. tetrab. 2, 3. c. 2., quando tarsi rubescunt *μίλτου*, rubricae modo.

Μίσχος, petiolus, *εὐπόρ*. 2, 98. p. 291. Eius loco saepe Diosc. *μόσχον* ponit, e. g. 2, 210. p. 330. 4, 42. p. 537. Alibi vero, 4, 184. p. 678. recte *μόσχον* habet prolem, sobolem. Ita et potest 2, 212. p. 332. verti, quanquam petioli sint in interpretatione. Cf. comm. p. 487.

Μυρτιδανόν comm. p. 413.

Μυσκέλεδρα. *εὐπόρ*. 2, 111. p. 310. *Μυσκελένδρα* He-

sych. Iul. Poll. 5, 91. Esse depravatum e *μυσκέρδα*, Alberti ad Hesych. p. 634. *Muscerda.*

Μυττωτόν Diosc. 2, 181. p. 292. n. 78.

Νάσκαφθον comm. p. 361.

Νῆρις comm. p. 347.

Νόστιμος Diosc. 2, 123. p. 242. 3, 87. p. 438. proprie quod rediturum est. *νόστιμον ἦμαρ* Od. 1, 9. Deinde, quod in reditu est, ut Plinius iun. (ep. 4, 6.) loquitur, itaque quaestuosus, fructuosus, utilis, quemadmodum in locis Dioscoridis. Hinc Luciani (de mercede conductis, c. 39.) *τὸ νοστιμώτατον καὶ ἐγκαρπότατον τῆς ἡλικίας* intelligitur. Et Theophrasti (causs. plant. 4, 13.) *νοστιμώτερα σπέρματα καὶ πρὸς τὴν σίτησιν βελτίω.*

Ὀβολός comm. p. 415.

Ὄγκοι comm. p. 340.

Ὄλυρα comm. p. 455. 456.

Ὀπός saepe in eupor. est Ferulae succus: unde *ὀποῦ φύλλον* vel *ὀπόφυλλον* est folium Ferulae. p. 213. 214. 235. 242. 253. 268.

Οὔραχος (l. *οὔριχος*) *caudula.* Diosc. 1, 176. p. 671.

Παιδέρως comm. p. 499. 500.

Παραμήρια. interna femora. Diosc. 1, 130. p. 123.

Πάτος comm. p. 364.

Πετρολάπαθον· εὐπόρ. 2, 47. p. 259. Ignota Rumicis species, hoc unico loco occurrens. An *R. Acetosa?* An R. *scutatus?*

Πιλήματα Diosc. 1, 68. p. 73. *Pulvilli* e *lana carpta*, quos nostrorum hominum genus e linamentis carptis aptius facit: *plumaceaux* Gallis dicti. Galen. de compos. medic. sec. loc. 2. p. 504. *πιλήματα μαλακῶν ἐρίων.* Vocatur et p. 506. *στρόφιον ἐρίου* et *πτύγμα* et *σύστρεμμα ἐρίου.*

Πῖνον, cerevisiae genus, comm. p. 455.

Πλάδος Diosc. 1, 21. p. 37. *πλάδος στομάχου καὶ ἀτονία.* Est forte *γαστρομαλακία* recentiorum, de qua Autenriethius eximie scripsit.

Πνευματώδης Diosc. 2, 127. p. 246. et *φυσσώδης* distinguuntur, quanquam vulgo *flatuosus* utraque vox reddatur. Galenus (de diffic. respir. 3. p. 952. 953.) *πνευματώδεις* dicit et *πνευματίας*, qui ob inflata hypochondria anhelant. *φῦσαι* vero in solis intestinis resident: unde illud est vitium magis diuturnum viscerum, quae hypochondria occupant cum spiritus difficultate iunctum.

Πρόςτυπος Diosc. 2, 26. p. 178. 4, 10. p. 513. *Pa-*

rum prominulus simulque oppressus, unde in crateribus corinthiacis (Athen. 5. p. 199.) *τὰ πρόςτυπα ζῶα καὶ τετορνευμένα,* quae Itali sculptores *basso rilievo* vocaturi fuissent.

Προςωπεῖα Diosc. 3, 151. p. 491. (et *προςώπιον* 4, 105. p. 598.) sunt larvae aut personae comicorum. Huc Dicaearchus (stat. Graec. p. 16. ed. Hudson.) de *καλύμμασι κεφαλῆς* apud Thebanos: *δοκεῖν, ὥςπερ προςωπιδίῳ πᾶν τὸ πρόσωπον κατειλῆφθαι· οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ διαφαίνονται μόνον.*

Πτερύγια τὰ ἐν δακτύλοις Diosc. 1, 151. p. 143. „In digitis recedere ab ungue caruncula cum magno dolore consuevit: *πτερύγιον* Graeci appellant." Cels. 6, 19.

Πτίλα βλέφαρα Diosc. 1, 86. p. 91. *Πτίλους* vocat Galenus (meth. med. 14. p. 1017.) *τοὺς ἀπολλύντας τὰς ἐκ τῶν βλεφάρων τρίχας.*

Πυρῖτις comm. p. 347.

Ῥάξ, ῥᾶγες (*ῥὼξ, ῥῶγες* soloecismus) *Uva,* nec *acinus.* Cf. Galen. de fac. alim. 2. p. 574. 575. Sed et *εὐπόρ.* 1, 69. p. 128. *ῥᾶγες σκορόδου* dicuntur allii nuclei.

Ῥήξεις τῶν ὤτων Diosc. 3, 58. p. 406. Non rupturae videntur, sed id quod nostrates *Reissen in den Ohren,* Galli *douleurs tranchantes* vocant. Sunt dolores lancinantes, utplurimum rheumatici, quos Archigenes, magnus ille *ὀνοματοθήρας, πόνους ὁλκίμους καὶ ἀτειρούς* appellitabat. (Galen. de loc. aff. 2. p. 87.)

Ῥούσιος Diosc. 4, 131. p. 614. suspecta vox, quae mediam aut inferiorem redolet graecitatem. Cf. du Cange glossar. 2. p. 1307. Scribitur et *ῥουσσαῖος.* Est color rubricae. Geopon. 11, 23.

Ῥύαξ Diosc. 3, 51. p. 400. *Fluentum, rivus.* Sic Plat. Phaedon, p. 44. ed. Gryn. *ὥςπερ ἐν Σικελίᾳ οἱ πρὸ τοῦ ῥύακος πηλοῦ ῥέοντες ποταμοὶ, καὶ αὐτὸς ὁ ῥύαξ.*

Ῥυθμός Diosc. 5, 88. p. 751. n. 14. Herod. 5, 58. *ὁ ῥυθμὸς τῶν γραμμάτων.* Theocr. 26, 23. Eurip. Electra 772.

Ῥωστικός Diosc. 5, 11. p. 697. *corroborans.* Non memini, id alibi occurrere. *Ῥωστικὸν* enim Hesychii alienum. Corroborans etiam methodus alia non fuit apud antiquos, quam, remotis caussis virium deficientium, alimentis aliquid additura. Galen. meth. med. 11. p. 750. *Ῥωννῦναι τὴν δύναμιν, ὅπως ἀντισχεῖν τῷ νοσήματι δυνηθῇ.* De constit. artis ad Patroph. p. 301. *ἡ νάθρεψίς τε καὶ ῥῶσίς ἐστιν ἐκ κινήσεών τε καὶ τροφῶν συμμέτρων γιγνομένη.*

Σειριᾶν Diosc. 4, 71. p. 566. *εὐπόρ.* 1, 9. p. 98. *σιριᾶν* D. 2, 161. p. 277. Derivatur utrumque a *σειρίῳ,* canicula.

Est nimirum *σειρίασις* morbus, in canicularibus diebus pueris maxime nudo capite solis ardorem excipientibus infestus, qui inflammatione meningum cerebrique ipsius, saepe repente enecante, constituitur. Alex. Aphrod. problem. 1, 98.

Σεμίδαλις comm. p. 454.

Σῆπες Diosc. 1, 74. p. 77. *Ulcera putrida.* Hipp. epid. 3. p. 487. *Ἄνθρακες πολλοὶ κατὰ θέρος καὶ ἄλλα, ἃ σὴψ καλέεται.* Alioqui *σηπεδών* dicitur.

Σητάνιος, σιτάνιος πυρός comm. p. 454.

Σκόλλυς· εὐπόρ. 2, 93. p. 298. n. 77. *Spira crinium.*

Σπλήνιον comm. p. 344.

Σπουδαῖος, probatus, comm. p. 396.

Στατικὴ πόα· εὐπόρ. 1, 116. p. 151. 2, 82. p. 293. Statice, septem caulibus. Plin. 26, 33. Videtur *Armeria vulgaris.* Dicitur autem nostro primo, a sistendi vi, sicut *στατικὰ κολλύρια* Aëtio.

Στλεγγίς comm. p. 363.

Στόνυξ Diosc. 4, 48. p. 543. Hesych *στόνυχες, τὰ εἰς ὀξὺ λήγοντα, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ὀνύχων.* Cf. comm. p. 594.

Στύμματα comm. p. 367.

Στυπτικός, condensans. Diosc. 2, 94. p. 218. n. 11.

Συρμαΐζειν comm. p. 388.

Συστροφαὶ νεύρων Diosc. 5, 134. p. 801. Contorsiones tendinum ligamentorumque. Namque et Celsus (7, 18. 8, 1.) et Iul. Pollux (2, 5.) nervos, *νεῦρα,* vocant ligamenta articulorum.

Σφέκλη, faex, vox mediae et inferioris graecitatis. *εὐπόρ.* 2, 137. p. 328. Du Cange glossar. p. 1670.

Σφραγίς vocatur lemnia terra. *περὶ δηλητ.* p. 4. Terra sigillata.

Τεταρσωμένος Diosc. 3, 163. p. 499. 4, 172. p. 666. *Ταρσούμενα* 4, 27. p. 526. idem est, quod 4, 183. p. 677. *ἀνηπλωμένα ὡς πτέρυξ* vocatur. Ergo *pinnata.* Namque *ταρσός* Suid. *ἡ τῶν ὀρνίθων πτέρωσις.*

Τῆλις comm. p. 457.

Τίφη comm. p. 456.

Τράγος comm. p. 457.

Χαμαικέρασος, εὐπόρ. 1, 154. p. 174. *Convallaria maialis.* C. Gesner. praef. p. XV.

Χόνδρος comm. p. 457.

INDEX II.

SYNONYMORUM IN COMMENTARIO EXPOSITORUM.

	pag.
Ἀβιβλαβόν	541
ἀλληλώ	602
ἀζικουρούρ	484
ἀνσανάφ	629
ἀνώνιμ	523
ἀπουσί	510
ἀραχού	521
ἅρμαλα	516
ἁρμάς	642
ἀσελλοήρη	398
ἀσίρακος	440
ἀσίῤῥισοι	486
ἀσκαουκαύ	524
ἀσόνθ	465
ἀσοντιρί	398
ἀσουμές	641
— λαβόν	642
ἀσουρίκ	469
ἀστηρτιφή	559
ἀστὴρ χιλλός (χοιλόθ)	589
ἀστιρκόκ	618
ἀστρεσμουνίμ	602
ἀταδίν	397
ἀτιειρκόν	465
ἀτιερβέρζια	542
ἀτιρσίπτη	466
ἀτιρτόπουρις	489
ἀχοιοσίμ	595
ἄχυ	349
ἀψαφέρ	527
Βαβιβωροῦ	520
βάκχαρ	347
βαλσαμένη	560
βησασᾶ v. ind syr.	693
βοϊδήν	637
βόλχον	375
βόρασσος	411
βουΐνεσάθ	584
βουρχουμάθ	597
βρεχού	460
Γαθουονήμ	466
γοϊδ	522
Δάκαρ	349
δαφνῖτις	349
δουβάθ	597
Ἐμβροσί	468
ἐπάφου	582
ἐρβιαίαθουμ	483
ἐρυσίσκηπτρον	344
Ζεραφοῦς	458
ζιγάρ	627
ζίγιρ	349
ζουρινσίπετ	386
Ἤρυγξ	347
Θαμάκθ	560
θέσκε	478
θεφίν	572
θεψώ	627
θορπάθ	461
θορπὰθ σαδέ	640

	pag.
Ἴαρον	481
ἰεβάλ	587. 588
ἰέγκ	546
ἰέσκ	546
Ἴσαρον	481
Κιοτουκάπιτα	502
κιττώ	349
κονσεκράτριξ	342
κουσίμεζαρ	636
κόττανα	484
κυνόμαχον, κυνόξυλον	495
Λαβοθολαβάθ	488
λανάθ	578
λαουβέρδα	465
λέπιδιν	484
λίβιουμ	386
λόπιμα	408
Μάδελκον	375
μαδωνία	557
μάρικα ῥάδιξ	342
μεοῦδα	581
μερουόπυος	512
μότα	408
Νάρ	342
ναράτ	560
νῆρις	347
νοῦφαρ	556
Οἰνώ	478
ὀπερτρῖτος	342
οὐαργουγούμ 602 cf. voc. syriacas.	693
ῥυλοφόνον	495

	pag.
Πελεθρόνιον	493
πεμψεμπτέ	598
πεπεράκιουμ	343
πυρῖτις	347
Ῥιπλάμ	463
Σααρθά	544
σαμψώς	525
σασᾶ	541
σέμεθ	474
σεμεόν	541
σεμοῦρα	541
σενεόρ	495
σέσιλος	428
σιθιλέα	523
σιθιλεσαδέ	523
σίσερτος	502
σισιμάκα	601
σιφοέφ	493
σιχάμ	520
σοβέλ	495
σονιτέμψος, σουιτέμψον	475
σοῦχος	449
σοφό	513
σπλήνιον	344
συμφαιφοῦ	541
συρίς	478
σωφοβί	563
Φυλλεσάδε	402
Χερδάν	502
χηνόσιρις	486
χούδουα	595
χουλούμ	572
χουρζῆτα	598
χουρμά	516
χούφφους	485

INDEX III.

VOCUM EBRAICARUM ET PUNICARUM IN COMMENTARIO OBVIARUM.

pag.

אָבִיב לָבָן Lilium candidum 541
אֲבִיּוֹנָה Capparis, proprie appetentia 483
אֲהָלִים, אֲהָלוֹת Agallochum 360
אֵזוֹב Hyssopus 506
אֶזְנָחִים Tragium 595
אָחוּ Gramen palustre 349
אֲחוּ־דְּיוֹ σχοῖνος μέλας 595
אָטָד Rhamnus 397
אַלְגֻּמִּים Santali ligna 403
אַסְקְרָא *talmud.* 440
אַשּׁוּר gressus, vestigium 466
אֵשֶׁל Tamarix orientalis 396

בְּדֹלַח Bdellium 374
בּוּס זְיזִין Cynanchum erectum 610
בֶּטֶן venter 421
בָּטְנִים Pistacia 421
בְּטֹנִים Oppidum 421
בֹּסֶר Uva immatura 411
בַּקְבּוּק lagena 447

גַּד Coriandrum 522
גְּדוּד incisio גְּדוּד עֵינַיִם גְּדוּד עָלִים 466
גֹּמֶא Papyrus 395

דֹּחַן Sorghum 457
דְּרוֹר Stillicidium, effusio 371

הָבְנִים Ebeni ligna 403

זֶרַע פִּשְׁתֵּי Lini semen 458

חַיָּלִים vires 572
חֶלְבְּנָה Galbanum 533
חֶמְאָה lac coagulatum 446
חֵמָר Bitumen, asphaltum 384
חָצִיר Gramen, Herba 465
חֲצִיר בְּרָכָה Marrubium 542
חֲצִיר גָּזָל Verbena 598
חֲצִיר הַשְּׁמוּנִי Strychnus hortensis 602
חֲצִיר זִפְתָּא Herba picis 466
חֲצִיר טִפְרִין Herba unguium 489
חֲצִיר כּוֹחַ Potamogeton 618
חֲצִיר סְתָו Herba hyemis 466

pag.

חֲצִיר עָרְקִין Herba nervorum 465

חֲצִיר קֹרָה Ranunculus 484

חֲצִיר תַּפּוּחַ Chamaemelum 559

חֲרָדָה stupor 502

חֲרֵי יוֹנִים Stercus columbinum, Ornithogalum umbellatum 471

טְרֵפַת שָׂדֶה Euphorbia Apios 640

יָשְׁפֵה Iaspis 661

כַּמּוֹן Cyminum 522

כֹּפֶר Lawsonia 400

כַּרְמִיל Coccum 593

לְבוֹנָה tus 376

לַעֲנָה Absinthium 506

לְשׁוֹן אֶלֶף Buglossum 629

מוֹר myrrha 371

נֵר lampas 342

נַעַם iucundus 485

סַפִּיר Sapphirus 660

עוֹבֵר fluidus 371

עֶלְקַת אוֹרְנָא Resina pini 390

עֲטַלֵּף Vespertilio 488

עַכְבָּר mus } 672

עַכָּבִישׁ araneus } 672

pag.

עַנְקָא chald. Geranium 546

פִּלְאִי שָׂדֶה mirabilis herba campi 402

צָב Lacerta 450

צֳרִי Mastiche 356

צֳרִי סֵפֶד Stirps resinifera lugubris 386

קִדָּה Cassia 349

קִיקָיוֹן Ricinus communis 638

קִנָּמוֹן Cinnamomum 350

קְצִיעוֹת Cassia 349

קִשְׁאוּר מָזוֹר Momordica Elaterium 636

רֹאשׁ Venenum 486

שׁוֹמֵשׁ Mercurialis 641

שׁוֹמֵשׁ לָבָן Mercurialis alba 642

שׁוּשַׁן Lilium 368

שְׁחֵלֶת Unguis odoratus 427

שִׁטִּים, שִׁטָּה Acaciae ligna 403. 405. 490

שִׁקְמִים Sycomorus 422

שֹׁרֶשׁ Radix 478

שָׁשַׁר minium 646

תּוֹלַעַת שָׁנִי Coccum 593

תַּמְתְּכָא Pyrethrum 560

VOCES PAUCAE SYRIACAE.

pag.

ܒܪ ܓܓܘܓܓܐ Filius aranei: melior expositio τοῦ οὐαργουγούμ, quam quae p. 602. traditur.

ܒܫܫܐ *βησασᾶ* Diosc. 3, 46. p. 395. *Peganum Harmala.* בשש cunctatus est, forte quia tarde floret, tardos fert fructus.

pag.

ܝܫܦܘܢ Iaspis 661

ܫܫܡܐ ܐܘܟܡܐ (Sesamum nigrum) Glaucium luteum. 601

ܥܠܘܝ Aloë 503

ܫܘܫܢ Lilium 541

INDEX IV.

VOCUM ARABICARUM.

pag.

اثرار Berberis 398
اثمد Stibium 645
اثل Tamarix orientalis 396
اجامى Schoenus nabataeus 355
انخر Schoenus odoratus 356
اسقنقور Scincus 444
اسقيل Scilla 483
اشنه Usnea 360
اصلال Basiliscus 675
اطوم Echinus esculentus 426
اطريبلال Coronopus 466
اظفار الطيب Unguis odoratus 427
اظمان Anguis διψάς 672
اغلاجين Agallochum 360
اقحوان Parthenium 560
اقصمن Anguis fragilis 673
الكاكنج Physalis 602
الليبة, اللوة Agallochum 360
املج Emblica 638
امير بريس Berberis 398
انجدان Silphium 528
انزروق Sarcocolla 533
ايريس Radix iridis 343

بابونج Chamomilla 559. 560
بادرنجويه Melissa 542
بادروج Ocimum 471
باذنجان Solanum esculentum 604
بان Hyperanthera Moringa 637
بخور مريم Cyclamen 478
بدلان Ostrea 427
بربريس Berberis 398
برغوثى Psyllium 602
بردى Papyrus 395
برقوق *Πρεκόκκια* 410
بسباسة Macis 392
بستق Pistacia 421
بسر Dactyli immaturi 411
بشنين الخنزير Nymphaea Lotus 623
بشنين عربى Nymphaea coerulea 623
بصل Cepa 483
بصل الفار Scilla 483

pag.
بصل القى Bulbus vomitorius 483
بصل الزبير Bulbus esculentus 483
بطم Terebinthus 381
بطيخ Citrullus 468
بلح Fructus palmae immaturus 410
بليلج Terminalia Bellirica 638
بمنيج Glaucium 534
بنات وردن Onisci aselli 439
بنت النار Urtica urens 615
بنج Hyoscyamus 601
بهار Buphthalmum 561

تربد Turpethum Diosc. p. 615. n. 35.
ترفة Tuber 461
ترنجبين Sacchari spontanei species 453
تمتم Rhus obsoniorum 409
تمر Palmae species 410
تمساح Crocodilus 445
تنة, تن Thynnus 436
توم Allium 473
التين الدب Ficus lupi 421

ثفوح الارض Chamaemelum 559

جاورسى Anguis *κέγχρος* 675
جراد Locusta 440
جميز Sycomorus 422
جمبع Fructus praestantes palmae 410

pag.
جند بادستر *persice* Castoreum. 432. [Animal ipsum arabice توراح, solitarius.]
جوز Nux 380

حاشا Thymus 507
حبة الخضرا Fructus terebinthi 381
حجر البوريطوس Pyrites 451
حرب Chamaeleon 434
حردون Lacerta 451
حرف Lepidium 474
حرمل Peganum Harmala 516
حص Curcuma 344
حضض Lycium 357
حلتيت Silphium 528
حماما Amomum 351
حمير Aselli 439
حنا Lawsonia 400
حنب الثعلب Solanum 604
حنضل Colocynthis 640
حى علم الما Pistia Stratiotes 618

خاليدونيون Chelidonium 487
خروب Ceratonia Siliqua 415
خروع Ricinus communis 638
خصى الثعلب / خصى الكلب } Orchides 553
خطافي Hirundinaria 487
خوخ Malum persicum 417
خيار Cucumis 468

		pag.
خيرى	Cheiranthus	550
دار شيشغان	Aspalathus	359
دار صينى	Cinnamomum	350
درة	Sorgum	457
دقر	Luxuria plantarum	349
دم الاوين	Sanguis draconis	647
دوم	Borassus flabelliformis	374
دهمست	*pers.* Laurus	388
رجل الغراب	Coronopus	466
رحفة	Pumex	650
رطب	Fructus palmae maturus	410
رعاد	Raia Torpedo	429
روند	Rheum	491
ريبس الثعبين	Basiliscus	675
زباد	Cremor lactis, butyrum	446
زرقون	Minium	647
زرنيخ	Arsenicum	649
زعرور	Azarolus	413
زنجفر	Cinnabaris	647
زنجبيل	Zingiberis	477
زوفا	Hyssopus	506
ساجور	Cremium	349
ساعلى	Tussilago	544
سدر	Zizyphus Lotus	419
سكبينج	Sagapenum	531
سكر	Saccharum	453
سليخة	Cassia	349
سليقون	Minium	647
سماق	Rhus	409
سنبل	Nardus	346
سنجرف	Cinnabaris	647
سندروس	Resina iuniperi	387
سنط	Acacia	405
سورنجان	Iris tuberosa	613
سوسن	Lilium	368
سوسن الاسما	Iris	343
سولع	Aloës species	503
شب	Alumen	650
شربين	Cedrus	386
شقيائق نعمن	Anemone	485
شكوك	Arsenicum	649
شوك	Carduus	497
شيح	Absinthium	506
شيطرج	Lepidium	484
صبر	Aloë	503
صدف	Concha	427
صنوبر	Pinus	380
ضب	Crocodilus	450
ضبع	Hyaena	448
طاليسفر	Macer	392
طباشير	Saccharum Bambusae	453
طلنجبين	Mel spontaneum	453
عثم	Elaeagnus spinosa	406
عرطنيثا	Cyclamen	478
عصير الدب	Fructus arbuti	421
علك	Resina	390
عنبر	Ambra	391

pag.

عندم Dracaena arbor 647
عنزروت Sarcocolla 533
عنصل Scilla 483
عود هندى Agallochum 360
عوسج Lycium europaeum 397

غار Laurus 388
غافت Agrimonia Eupatorium 591
غبر Sorbus domestica 361
غض ἐγκάρδιον φοίνικος 412

فستق Pistacia 422
فلفل Piper 476
فوه Rubia 563
فينه Falco ossifragus 441

قاطر Sanguis draconis 647
قثا الحمار Cucumis asininus 636
قر Rana 484
قراص Chamaemelum 598
قرظ Acacia 405
قرع Cucurbita 468
قرقومعا Crocomagma 345
قرمز Coccum 593
قريص Urtica 615
قسط Cistus 401
قسط الرومى Costus romanus 354
قصب ذريرة Calamus aromaticus 355
قطران Cedri fructus 386
قطلب Arbutus Unedo 421
قنفد Echinus esculentus 426

pag.

قنقهام κάγκαμον 361

كاه ربا Succinum 391
كبيكج Ranunculus 484
كحال Collyrium e stibio 645
كرات Porrum 473
كزبر Coriandrum 522
كزمازج Gallae tamaricis orientalis 396
كفره Lawsonia 400. n. 2.
كمه Piscis marinus 436
كندر Tus 376
كندس Στρούθιον 478

لازورد Lapis lazuli Diosc. p. 773. n. 68.
لبخة Persea 424
لبان Tus 376
لذان Ladanum 402
لسان الثور Buglossum 629
لصيف Stibium 645
لفاظ Species oleris 484
لك Lacca 361
لفينه Edulium quoddam 484
لماك, لمال Stibium 645
لوف Dracontium 480

ماميثا Glaucium 534
محلب Prunus Mahaleb 401
مز Celtis australis 419
مشمش Prunum armeniacum 417
مصطكى Mastiche 381
مقر Aloë 503

pag.
مقل Bdellium 374. Fructus Chamaeropis 411
ملوخ Atriplex Halimus 398

نبق Fructus Zizyphi Loti 419
نجده Elaeagnus orientalis 406
نخل Palmae genus 410
نرجيس Narcissus 348
نردين Nardus 346
نشفه Pumex 650
نطشمان Anguis διψάς 675
نعناع Mentha 511
نفط Naphtha 385
نمس Mustelae species 434
نورة Buphthalmum 560

pag.
نوفر Nuphar 556

هرمس اصابع Iris tuberosa 613
هلج Ximenia elliptica 425
هليلج Terminalia Chebula 638
هندب شكوريه Cichorium 466

وج Acorus 344
ورل Lacerta 444. 449
وقل Chamaerops humilis 411

يبروح Mandragora 605
يسمين Iasminum 377

INDEX V.

SYSTEMATICUS.

pag.

Acacia Catechu Willd. 405
— leucophloea Willd. 405
— vera I. Bauh. 372. 405
Acanthus mollis L. 499
— spinosus L. 499
Acarna gummifera Willd. 494
Acetabularia mediterranea Lam. 558
Achillea abrotanifolia L. 589
— Ageratum L. 592. 598
— magna L. 589
— Millefolium L. 619
— Ptarmica L. 477. 558
— tanacetifolia Allion. 589
— tomentosa L. 589
Acipenser Huso 534
— Sturio 535
Aconitum Napellus L. 608
Acorus Calamus L. 344. 355
Actinia senilis 430
Adiantum Capillus L. 632
Aegilops ovata L. 632
Aëtites 661
Agaricus dryinus Pers. 489
— eburneus Bull. 611
— muscarius L. 611
— ostreatus Iacqu. 489
— pantherinus Cand. 611
— Prunulus Pers. 611
Agave americana L. 503
Agrimonia Eupatorium L. 590

pag.

Agrostemma Coronaria L. 541
— Githago L. 541
Aiuga Chamaepitys Schreb. 568
— Iva Schreb. 559. 568
Alabastrites 657
Alauda cristata 441
Alcedo Ispida 651
Alcyonium Aurantium Pall. 651
— cotoneum Pall. 652
— Ficus Pall. 651
— palmatum Pall. 652
— papillosum Pall. 652
Alectoria iubata Achar. 360
Alisma Plantago L. 566
Allium Ampeloprasum L. 473. 474
— arenarium L. 474
— Cepa L. 473
— descendens L. 474
— Dioscoridis Sibth. 517
— magicum L. 517
— Moly L. 517
— Scorodoprasum L. 474
— subhirsutum L. 517
Aloë arabica Lam. 503
— socotrina Cand. 503
— vulgaris Cand. 503
Aloëxylon Agallochon Lour. 361

pag.
Alpinia Galanga Sw. 477
Althaea cannabina L. 565
— officinalis L. 564
— pallida Kit. 564
— rosea L. 463
Alumen 649. 663
Amarantus Blitum L. 463
Ambrosia maritima L. 545
Amiantus 659
Ammi copticum L. 522
— Visnaga Lam. 520
Amomum Cardamomum L. 352
Amphibolus actinotus 661
Amygdalus communis L. 421
— Persica L. 416
Amyris gileadensis L. 357
— Kafal Forsk. 372. 379
— Kataf Forsk. 362
— Opobalsamum L. 357
Anacyclus aureus L. 559
Anagallis arvensis L. 486
Anagyris foetida L. 565
Anastatica hierochuntica L. 352
Anchusa italica Retz. 630
— tinctoria L. 584. 618
— undulata L. 556
Andropogon Schoenanthus L. 354
Anemone coronaria L. 485
— nemorosa L. 485
— stellata Lam. 485
Anethum graveolens L. 521
Angelica lucida L. 530
Anguis Eryx 674
— fragilis 673
— Scytale 674
Anthemis chia L. 559
— Cotula L. 560
— nobilis L. 559
— Pyrethrum L. 525
— rosea Sibth. 559
— tinctoria L. 559. 560
— valentina L. 560

pag.
Anthericum graecum L. 543
— Liliago L. 543
— ramosum L. 543
Anthyllis cretica Lam. 403
— Vulneraria L. 559
Antilope Bubalis 447
— Dorcas 446
Antipathes foeniculaceum Pall. 653
Antirrhinum Asarina L. 629
— Orontium L. 630. 631
Apargia tuberosa Willd. 467
Apatites 657
Aphrodite aculeata 429
Apium graveolens L. 523
— Petroselinum L. 523. 529
Aplysia depilans 430
Aqua caementaria 647
Aquilegia vulgaris L. 626
Aranea domestica L. 444
— retiaria L. 443
Arbutus microphylla Forst. 353
— Unedo L. 420
Arctium Lappa L. 621
Argilla schistosa 662. 663
— smectica 663
Aristolochia Clematitis L. 493
— cretica L. 493
— longa L. 493
— lutea Desf. 493
— pallida Kit. 493
— rotunda L. 493
Armeria plantaginea Willd. 572
— vulgaris Willd. 572. 688
Arnica montana L. 478. 566
— scorpioides L. 607
Arnopogon picroides Willd. 522
Arsenicum 649

pag.
Artemisia Abrotanum L. 505
— Absinthium L. 503
— arborescens L. 505. 545
— campestris L. 545
— inculta Delil. 504
— iudaica L. 506
— maritima L. 504
— orientalis Willd. 504
— palmata Lam. 505
— pontica L. 503. 505
— santonica L. 505
— spicata Iacqu. 545
Arum Arisarum L. 481
— Colocasia L. 459. 480
— crinitum Ait. 480
— Dioscoridis Sibth. 481
— Dracunculus L. 479
— italicum Lam. 480
— maculatum L. 480
— muscivorum L. fil. 480
— proboscideum L. 481
— tenuifolium L. 481
Arundo arenaria L. 393
— Donax L. 394
— Phragmites L. 394
Asarum europaeum L. 347
Asperula arvensis L. 536
— cynanchica L. 581
— odorata L. 563
Asphaltum 660
Asphodelus ramosus L. 482
Aspidium Filix mas Sw. 641
— Lonchitis Sw. 564
Asplenium Ceterach L. 558
— Filix femina Bernh. 641
— Ruta muraria L. 581. 597
— septentrionale Sw. 576
— Trichomanes L. 632
Astacus fluviatilis 428
Aster Amellus L. 625

pag.
Aster Tripolium L. 631
Asterocephalus Columbaria Spr. 630
Astragalus aduncus Willd. 600
— aristatus Herit. 501
— Arnacantha M. B. 502
— compactus Lam. 502
— creticus Lam. 501
— Glaux L. 633
— hamosus L. 555
— plumosus Willd. 502
— Poterium Pall. 498. 502
— Pseudo-Tragacantha Pall. 502
— pugniformis (l. magnif.) Herit. 631
— sempervirens Lam. 501
— syriacus L. 600
— tumidus Willd. 502
Athamanta Cervaria L. 525
— cretensis L. 525
— Libanotis L. 523
— macedonica Spr. 523
Athanasia maritima L. 546
Atractylis gummifera L. 494
Atriplex Halimus L. 398
— hortensis L. 463
Atropa Belladonna L. 603. 605
Avena fatua L. 633
Azalea pontica L. 452

Baccharis Dioscoridis L. 549
Balanites aegyptiaca Delil. 425
Ballota nigra L. 541
Bambusa arundinacea Schreb. 453. 646
Barbarea vulgaris R. Br. 628

pag.
Bartsia Odontites Huds. 551
Berberis cretica L. 404
Betonica Alopecurus L. 569
— officinalis L. 569
— stricta Ait. 569
Biserrula Pelecinus L. 555
Blatta orientalis 439
Boletus edulis Bull. 611
— Laricis Iacqu. 489
— luridus Schaef. 611
Borassus flabelliformis L. 374
Borax 645
Boswellia turifera Colebr. 379
Botrychium Lunaria Sw. 583. 595
Brassica campestris L. 461
— cretica Lam. 464
— Eruca L. 469
— incana Tenor. 464. 610
— oleracea L. 463
Bryonia alba L. 641
— dioeca L. 353. 641
Bubon Galbanum L. 533
— gummiferum L. 533
— macedonicum L. 523
Buccinum Harpa 426
— Lapillus 426
Bunium Bulbocastanum L. 627
Bupleurum fruticosum L. 520
Butyrum montanum 650

Cacalia albifrons L. fil. 627
— alpina L. 626
Cachrys Libanotis L. 518. 526
— maritima Spr. 466. 641
— Morisonii Allion. 525
Calamagrostis epigeios Roth. 588
Calendula arvensis L. 578

pag.
Calotropis gigantea R. Br. 453
Calx phosphorata 657
Camelina sativa Crantz. 624
Camforosma monspeliaca L. 629
Campanula Cymbalaria Sibth. 588
— Erinus L. 587
— hederacea L. 588
— laciniata L. 582
— Medium L. 582
— patula L. 566
— persicifolia L. 630
— Rapunculus L. 587
Cancer Astacus 428
Cannabis sativa L. 565
Capparis oblongifolia Forsk. 483
— spinosa L. 483
Capsicum annuum L. 547
Cardiospermum Halicacabum L. 604
Carduus tenuiflorus Curtis. 625
Carlina lanata L. 538
— vulgaris L. 496. 537
Carthamus corymbosus L. 496
— glaucus M. B. 537
— lanatus L. 537
— leucocaulus Sibth. 537
— tinctorius L. 582. 641
Carum Carvi L. 521
Castanea vesca Gaertn. 407
Castor Fiber 432
Catananche coerulea L. 636
Caucalis grandiflora L. 486
— maritima Lam. 469
Celsia Arcturus L. 621
Celosia margaritacea L. 547
Celtis australis L. 418
Cenchrus frutescens L. 393

pag.
Centaurea benedicta L. 537
— Centaurium L. 494
— centauroides L. 494
— Cyanus L. 601
— erucaefolia L. 577
— lanata Cand. 537
— salmantica L. 577
— splendens L. 577
Cephalanthera énsifolia Rich. 621
— rubra Rich. 621
Cerastium arvense L. 576
Ceratonia Siliqua L. 415
Ceratophyllum demersum L. 624
Cerbera lactaria Hamilt. 393
— Odollam Gaertn. 392
Cercopis spumaria 601
Cerinthe minor L. 489
Cervus Capreolus 446
— Dama 446
Chaerophyllum sativum C. Bauh. 469
— sylvestre L. 624
Chamaerops humilis L. 411
Cheiranthus Cheiri L. 550
Chelidonium maius L. 487. 534
Chenopodium Botrys L. 545
— Scoparia L. 633
Chermes Ilicis 593
Chondria obtusa Agardh. 617
Chondrilla iuncea L. 467
Chrysanthemum coronarium L. 598
Chrysocoma Linosyris L. 597
Chrysomela Cichorii 442
Cicer arietinum L. 458
Cichorium Endivia L. 467
— Intybus L. 467
Cinnabaris 646
Circaea alpina L. 547
— lutetiana L. 547
Cirsium Acarna Cand. 497

pag.
Cirsium eriophorum Scop. 497
— monspessulanum Allion. 625
— stellatum All. 499. 638
— syriacum Gaertn. 499 (del. Silybum s.).
Cissus vitiginea L. 352
Cistus creticus L. 402
— ladaniferus L. 402
— salvifolius L. 401
— villosus Lam. 401
Citrus medica L. 417
Cladium germanicum Schrad. 596
Clematis cirrosa L. 641
— Vitalba L. 641
Clinopodium vulgare L. 538
Clubiona holosericea 671
Cneorum tricoccon L. 640
Cnidium Silaus Spr. 525
Cochlearia anglica L. 572
— Armoracia L. 461
Colchicum autumnale L. 612
— fasciculare R. Br. 614
Coluber aegyptius 430. 675
— Ammodytes 430
— Berus 430. 675
— Cerastes 674
— lebetinus 674
— Natrix 675
— Prester 675
Conium maculatum L. 608
Convallaria maialis 688
— multiflora L. 573
— Polygonatum L. 573
— verticillata L. 613
Convolvulus arvensis L. 578. 590
— Cneorum L. 604
— Dorycnium L. 604
— farinosus L. 639
— Scammonea L. 639

pag.
Convolvulus sepium L. 578. 634
— Soldanella L. 465
Conyza candida L. 621. 627
— squarrosa L. 515. 549
Corallina officinalis L. 617
Cordia Myxa L. 424
Cordylocarpus laevigatus Desf. 460
— muricatus Desf. 460
Coriandrum sativum L. 523
Coris monspeliensis L. 575
Cornus mascula L. 419
Coronilla Securidaca L. 555
— varia L. 555
Coronopus Ruellii Dalech. 545
Corydalis bulbosa Pers. 539
— claviculata Pers. 626
Corylus Avellana L. 407
Costus arabicus L. 354
Cottus Gobio 435
— Scorpius 429
Cotyledon lutea Huds. 615
— serrata L. 615
— Umbilicus L. 615
Crateva oblongifolia Spr. 483
Crepis biennis L. 522
— Dioscoridis L. 523
— tectorum L. 582
Cressa cretica L. 558. 568
Creta brigantiaca 657
Crithmum maritimum L. 466. 641
Crocodilus Suchus 449
Crocus sativus L. 362
Croton tinctorius L. 642
Cucifera thebaica Delil. 410
Cucubalus baccifer L. 479
Cucumis Colocynthis L. 640
— sativus L. 467
Cucurbita Melopepo L. 468
— Pepo L. 468
Cuminum Cyminum L. 521
Cunila thymoides L. 587

pag.
Cuprum 645—649. 655
Curcuma longa L. 344
Cuscuta Epithymum L. 641
Cycas circinalis L. 411
Cyclamen europaeum L. 478
Cynanchum erectum L. 610
— nigrum Pers. 547
— Vincetoxicum Pers. 537
Cynara Cardunculus L. 667
Cynoglossum officinale L. 630
Cyperus rotundus L. 344
Cypripedium Calceolus L. 564
Cytinus Hypocistis L. 401
Cytisus laniger Cand. 359
— spinosus Lam. 359
Czackia Liliastrum Andrz. 543

Daphne alpina L. 634
— Gnidium L. 640
— Laureola L. 635
— Mezereum L. 535
— oleoides Schreb. 640
— Tartonraira L. 635
Datura Stramonium L. 603
Daucus Carota L. 520
— Gingidium L. 468. 520
— guttatus Sibth. 520
Delphinium Aiacis L. 525
— Consolida L. 522
— Staphis agria L. 637
— tenuissimum Sibth. 525
Dianthus carthusianorum L. 570
Digitalis ambigua Murr. 613
— lutea L. 566
Diospyros Ebenaster Retz. 404
— Ebenum Retz. 404
— Melanoxylon Roxb. 404

pag.

Diotis candidissima Desf. 546
Dipsacus fullonum Mill. 497
— sylvestris Mill. 497
Doronicum Pardalianches L. 607
— scorpioides Willd. 607
Dorycnium monspeliense W. 604
Draba aizoides L. 552
— verna L. 597
Dracaena Draco L. 647

Ebenoxylon verum Lour. 404
Echinophora spinosa L. 579
— tenuifolia L. 518
Echinops lauuginosus Lam. 497
— sphaerocephalus L. 496
Echinus Cidaris 659
— esculentus 426
Echites antidysenterica Roth. 393
Echium altissimum Iacqu. 586
— creticum L. 585
— diffusum Sibth. 585
— elegans Lehm. 585
— italicum L. 586
— rubrum Iacqu. 586
— vulgare L. 586
Elaeagnus hortensis M. B. 406
— orientalis L. 406
— spinosa L. 406
Emblica officinalis Gärtn. 638
Empetrum album L. 397
Ephedra distachya L. 595
Epilobium angustifolium L. 624
Epimedium alpinum L. 582
Equisetum fluviatile L. 593
— limosum L. 593
Erica arborea L. 396
Erigeron graveolens L. 549
Eriophorum polystachyon Sm. 547

pag.

Erodium malachoides Willd. 546
Erucaria aleppica Gärtn. 460
Eryngium dichotomum Desf. 502
— maritimum L. 496
— planum L. 502
— tricuspidatum L. 502
Erythraea Centaurium Pers. 494
Erythronium Dens canis L. 554. 614
Euphorbia antiquorum L. 532
— Apios L. 640
— Chamaesyce L. 639
— Characias L. 639
— Cyparissias L. 639
— dendroides L. 639
— helioscopia L. 639
— Lathyris L. 639
— mauritanica L. 532
— Myrsinites L. 639
— officinarum L. 532
— Paralias L. 639
— Peplis L. 639
— Peplus L. 639
— Pityusa L. 639
— platyphylla L. 639
— spinosa L. 638
Fagonia cretica L. 579
Falco ossifragus 440
Farsetia clypeata R. Br. 536
Ferrum 648. 655
Ferula Asa foetida L. 530
— communis L. 527
— Ferulago L. 532
— nodiflora L. 527
— Opopanax Spr. 518
— persica Willd. 531
— tingitana Herm. 529
Ficus Carica L. 423
— Sycomorus L. 422
Fistulina hepatica Fries. 611
Forstera muscifolia Willd. (del. magellanica Sw.) 352

pag.
Fragaria vesca L. 590
Frankenia pulverulenta L. 558
Fraxinus Ornus L. 389
Fucus coccineus Huds. 617
— granateus Lam. 617
Fumaria officinalis L. 621
— parviflora Lam. 621
Gagates 655. 656
Galactites 656
Galanthus nivalis L. 551
Galeobdolon luteum Sm. 540
Galium Aparine L. 535
— cruciatum Sm. 563
— verum L. 616
Gemma prasia 661
— turcica 658
Gentiana asclepiadea L. 488. 492
— lutea L. 492
— Pneumonanthe L. 488
— punctata L. 492
— purpurea L. 492
Geranium Robertianum L. 589
— rotundifolium L. 546
— tuberosum L. 546
Geum urbanum L. 486
Gladiolus byzantinus Mill. 583
— communis L. 583
— imbricatus L. 583
Glaucium corniculatum Curt. 534
— luteum Scop. 601
— phoeniceum Crantz. 534
Glechoma hederaceum L. 629
Glis esculentus 681
Globularia Alypum L. 641
Glycyrrhiza glandulifera Kit. 493
Gnaphalium Leontopodium L. 630
— orientale L. 598

pag.
Gnaphalium sanguineum L. 515
— Stoechas L. 598
Gratiola officinalis L. 601
Gryllus migratorius 440
— verrucivorus 440
Gymnadenia conopsea Rich. 553. 554
— viridis Rich. 553
Gymnocarpus fruticosus Forsk. 397
Gymnogramme Ceterach Spr. 558
Gypsophila Saxifraga L. 581
— Struthium L. 478
— Vaccaria Sm. 489
Gypsum 663
Hadena piniperda 443
Hedera Helix L. 486
Hedysarum Alhagi L. 453
Helianthemum vulgare Gärtn. 519
Heliotropium europaeum L. 642
— (gemma) 661
Helix arbustorum 428
— fruticum 428
— ianthina 426
— Pomatia 428
Helleborus officin. Salisb. 635
— orientalis Lam. 635
Helminthia echioides Willd. 466
Hemerocallis fulva L. 550
— Liliastrum L. 543
Heracleum Panaces L. 518
— Sphondylium L. 526. 625
Herniaria glabra L. 621. 641
Hibiscus Trionum L. 565
Hippopotamus amphibius 432
Hippuris vulgaris L. 573
Holosteum umbellatum L. 576
Hottonia palustris L. 623
Hyacinthus orientalis L. 600

pag.
Hyacinthus (gemma) 451
Hyaena orientalis 448
— striata 448
Hydrargyrum 646
Hyoscyamus albus L. 601
— aureus 601
— reticulatus L. 601
— Scopolia L. 602
Hypecoum pendulum L. 522
— procumbens L. 522. 601
Hyperanthera Moringa Vahl. 637
Hypericum Androsaemum L. 567. 577. 595
— barbatum Iacqu. 567
— ciliatum Lam. 567
— Coris L. 568
— crispum L. 567
— hircinum L. 595
— montanum L. 567
— origanifolium Willd. 519
— perforatum 567
— revolutum Vahl. 359
Hyphaene coriacea Gärtn. 410
Hypochoeris glabra L. 523
Hypoxis fascicularis L. 614
Hyssopus officinalis L. 507. 575
Hystrix cristata 426
Iasminum fruticans L. 574
— Sambac L. 371
Iaspis 658. 660
— variegata, fasciata 661
Iberis umbellata L. 475
Impatiens Balsamina L. 631
Imperatoria Ostruthium L. 519
Indigofera tinctoria L. 646
Inula Britannica L. 550. 572
— crithmifolia Wither. 558
— Helenium L. 354. 363. 519

pag.
Inula Oculus Christi L. 550
— saxatilis Lam. 549
— viscosa Ait. 549
Iris alata Lam. 343
— florentina L. 343
— foetidissima L. 584
— germanica L. 343
— iuncea Poir. 343
— mauritanica Clus. 343
— Pseudacorus L. 344
— stylosa Desf. 343
— tuberosa L. 554. 565. 614
Isatis tinctoria L. 489
Isis nobilis 653
Iuglans regia L. 407
Iuncus acutus L. 595
— bufonius L. 576. 588
Iuniperus communis L. 387
— drupacea Labill. 385
— hispanica Lam. 379
— lycia L. 379
— macrocarpa Sibthorp. 385
— Oxycedrus L. 385. 386
— phoenicea L. 379. 387
— Sabina L. α. cupressifolia Ait. 386
β. tamariscifolia Ait. 386
Kalmia latifolia L. 452
Labrus Iulis 438
Lacerta Basiliscus 675
— nilotica 450
— Stellio 449
Lac lunae 657
Lactuca sativa L. 468
— Scariola L. 468
— virosa L. 468
Lagoecia cuminoides L. 522
Lamium maculatum L. 541
— purpureum L. 616
— striatum Sm. 541
Lapis Lazuli 660

pag.
Lapis serpentinus 662
Laserpitium Chironium L. 518
— gummiferum Desf. 530
— Siler L. 519. 520. 636
— thapsiaeforme Brot. 530
Lasiocampa pini 443
Lathyrus Aphaca L. 473
— latifolius L. 578
— Nissolia L. 631
— Ochrus Cand. 626
Laurus nobilis L. 388
Lavandula Spica Willd. 542
— Stoechas L. 508
Lavatera flava Desf. 564
Lawsonia alba Lam. 369. 400. 654
— inermis L. 400
— spinosa L. 400
Lemna minor L. 614
Leontice chrysogonum L. 597
— Leontopetalum L. 538
Leonurus Marrubiastrum L. 640
Lepidium campestre R. Br. 475
— Draba L. 475
— Iberis L. 484
— latifolium L. 484
— sativum L. 474
Leucoïum vernum L. 551. 614
Ligusticum Levisticum L. 519
— peloponnesiacum Scop. 520
— pyrenaicum Gouan. 520
— simplex Allion. 526
Ligustrum vulgare L. 400
Lilium bulbiferum L. 550

pag.
Lilium candidum L. 368. 541
— chalcedonicum L. 541
— Martagon L. 541. 550
Linaria Elatine Desf. 590
— spuria Willd. 590
— vulgaris Bauh. 633
Linyphia triangularis 671
Liparis Monacha 443
Lithanthrax 656. 664
Lithospermum fruticosum L. 585
— officinale L. 563
— purpureo-coeruleum L. 488. 556
— tinctorium Cand. 556. 584
Lolium perenne L. 592
Lonicera Caprifolium L. 578
— Periclymenum L. 479. 578
Loranthus europaeus L. 535
Lotus Dioscoridis Allion. 622
— glaucus Ait. 622
Lupinus angustifolius L. 460
— hirsutus L. 460
— pilosus L. 460
Lychnis coronaria Desrouss. 541
— dioeca L. 541. 587
— Flos Iovis Desrouss. 541
— Githago Scop. 541
Lycium afrum L. 397
— europaeum L. 397. 405
Lycopersicon esculentum Dun. 603
Lycopodium clavatum L. 629
Lycopus europaeus L. 588
Lycosa palustris 671
— ruricola 671
— Tarentula 672
Lysimachia Ephemerum L. 613

pag.
Lysimachia vulgaris L. 572
Lythrum Salicaria L. 572
Lytta vesicatoria 442
Maianthemum bifolium Cand. 588
Malva Alcea L. 565
— sylvestris L. 463
Mandragora autumnalis Bertol. 605
— vernalis Bertol. 605
Mantis religiosa 685
Marchantia conica L. 596
— polymorpha L. 596
Marmor 656
Marrubium acetabulosum L. 510
— Alysson L. 536
— catariaefolium Desrouss. 542
— Pseudo-Dictamnus L. 510
— vulgare L. 542
Marsdenia erecta R. Br. 610
Matricaria Chamomilla L. 559. 560
Matthiola incana R. Br. 550
Medicago arborea L. 622
— maculata Willd. 622
— sativa L. 472
Medusa aequorea 439
— amarantea 439
— phosphorica 439
— proboscidalis 439
Melampyrum pratense L. 551
Melilotus coerulea Desv. 514. 622
— leucantha Cand. 514
— messanensis Desv. 622
— officinalis Lam. 514. 622
— vulgaris Willd. 514
Melissa altissima Sibth. 511
— cretica L. 511
— officinalis L. 541

pag.
Meloë Proscarabaeus 442
Mentha arvensis L. 538
— cervina L. 570
— Pulegium L. 510. 570
— sativa L. 511
— sylvestris L. 466. 511
Menyanthes trifoliata L. 626
Mercurialis annua L. 552. 641
— elliptica Lam. 552
— tomentosa L. 552. 626
Mespilus Azarolus Sm. 417
— germanica L. 418. 420
— Pyracantha L. 397. 398
— tanacetifolia Sm. 417. 418
Meum athamanticum Iacqu. 344. 526
— Foeniculum Spr. 524
— Mutellina Gärtn. 526
Michauxia campanuloides Herit. 582
Micropus erectus L. 630
Mimosa agrestis Sieb. 372
Minium 646
Molinia varia Schrank. 588
Molybdaena 645
Momordica Elaterium L. 636
Moroxites 657
Mullus barbatus 432
Murex Brandaris 426
— Trunculus 426
Muscari botryoides Willd. 482
— comosum Willd. 482
— moschatum W. 482
— racemosum W. 482
Mustela Boccamele 434
— Foina 433
— Furo 433
— Putorius 434
— vulgaris 433
Mylabris Dioscoridis 442

pag.
Myosotis palustris Wither. 488
Myosurus minimus L. 576
Myriophyllum spicatum L. 624
Myrrhis odorata Scop. 521. 624
Myrtus communis L. 413
— Pimenta L. 352
Narcissus Ionquilla L. 482
— poëticus L. 482. 638
— Pseudonarcissus L. 614
Nasturtium officinale R. Br. 465
Natrum 651
Nelumbium speciosum Willd. 459. 623
Neottia Nidus avis Rich. 554
Nephrolithus 661
Nerium Oleander L. 610
Niebuhria oblongifolia Cand. 483
Nigella arvensis L. 522
— sativa L. 527
Nuphar luteum Smith. 556
Nymphaea alba L. 556
— coerulea Savign. 623
— Lotus L. 622
— lutea L. 556
Ocimum Basilicum L. 470
— monachorum L. 515
— pilosum Willd. 515
— suave Willd. 515
— urticaefolium Roth. 515
Oenanthe peucedanifolia Pollich. 547
— pimpinelloides L. 547
— prolifera L. 548
Olivia Androsace Bertol. 558
Oniscus Armadillo 438
Onobroma glaucum Spr. 537
— leucocaulon Spr. 537

pag.
Onobrychis sativa Lam. 566
Ononis antiquorum L. 500
— spinosa L. 500
Onopordon Acanthium L. 497. 499
— arabicum L. 497
— illyricum L. 499
Onyx 658
Ophrys apifera Huds. 553
— aranifera Huds. 553
— myodes Iacqu. 553
Orchis latifolia L. 553
— maculata L. 553
— mascula L. 553. 554
— militaris L. 553
— Morio L. 553
— papilionacea L. 553
— pyramidalis L. 553
— variegata Iacqu. 554
Origanum aegyptiacum L. 507
— creticum L. 508
— Dictamnus L. 510
— heracleoticum L. 508. 509
— Maiorana L. 513
— Maioranoides W. 513
— Maru L. 509. 513
— Onites L. 507. 508
— sipyleum L. 514
— smyrnaeum L. 507. 509
— syriacum L. 507
— vulgare L. 509
Ornithogalum stachyoides Ait. 481. 482
— umbellatum L. 471
Ornithopus compressus L. 631
Orobanche caryophyllacea Sm. 471
Orobus tuberosus L. 599
— vernus L. 599
Osyris alba L. 633
Otanthus maritimus Link. 546
Paeonia arietina Anders. 561
— corallina Retz. 562

pag.
Paeonia officinalis L. 561
— peregrina Mill. 561
Paliurus australis Gaertn. 397. 398
Pancratium maritimum L. 483
Panicum italicum L. 458
— miliaceum L. 458
Papaver Argemone L. 485. 600
— dubium L. 600
— Rhoeas L. 600
Parietaria cretica L. 488
— officinalis L. 614
Paris quadrifolia L. 607
Parmelia parietina Achar. 596
Parnassia palustris L. 588
Paronychia hispanica Cand. 597
Passerina hirsuta L. 568. 636
— polygalaefolia Lapeyr. 636. 641
Pastinaca Anethum Spr. 521
— Opopanax L. 518
— sativa L. 462. 524
Patrinia Iatamansi Don. 345
— scabiosaefolia Fisch. 346
Pedicularis tuberosa L. 548
Peganum Harmala L. 516
Peltigera aphthosa Hoffm. 596
— canina Hoffm. 596
Penaea Sarcocolla L. 533
Perca fluviatilis 438
Persea Cassia Spr. 348
Peucedanum alsaticum L. 530
— Cervaria Lapeyr. 525
— nodosum L. 525
— officinale L. 527
Phaca baetica L. 600
Phalaena piniaria 443
Phalaris canariensis L. 563
Phaseolus nanus L. 472
— vulgaris L. 472
Phellandrium aquaticum L. 623
— Mutellina L. 526

pag.
Phillyrea latifolia L. 400
Phlomis fruticosa L. 620
— Herba venti L. 487
— lunarifolia Sibth. 620
— Lychnitis L. 620
— samia L. 620
Phoenix dactylifera L. 409
Phorcynia Forskolea 439
— Mesonema 439
— mollicina 439
Physalis Alkekengi L. 602
— somnifera L. 602
Pimpinella Anisum L. 521
— dioeca L. 628
— dissecta Retz. 627. 628
— Saxifraga L. 580
— tenuis Sieb. 628
Pinus Abies L. 382
— brutia Tenor. 383
— Cembra L. 380
— Larix L. 382
— maritima Lam. 383
— Picea L. 368. 382
— Pinaster Ait. 383
— Pinea L. 380. 382
Piper Cubeba L. 352. 414
— longum L. 476. 665
— nigrum L. 476
Pistacia Lentiscus L. 367. 381
— Terebinthus L. 381
— vera L. 421
Pistia Stratiotes L. 618
Plantago albicans L. 576
— altissima Iacqu. 465
— asiatica L. 465
— Bellardi Allion. 576
— Coronopus L. 466
— cretica L. 630
— Lagopus L. 465. 631
— lanceolata L. 465
— macrorrhiza Poir. 466
— maior L. 465
— maritima L. 465
— Psyllium L. 602

pag.
Plantago Serraria L. 466
Platanthera bifolia Rich. 553. 554
Platanus orientalis L. 389
Pleurotoma babylonia 427
— Trapezium 427
Plumbago europaea L. 631
Plumbum 647
Polemonium coeruleum L. 574
Polycarpon tetraphyllum L. 597
Polygala amara L. 633
— monspeliaca L. 566
Polygonum aviculare L. 573
— Bistorta L. 571. 581
— Convolvulus L. 546
— Hydropiper L. 477. 552
— maritimum L. 573
— Persicaria L. 551
— viviparum L. 571
Polypodium Dryopteris L. 641
— Filix femina L. 641
— vulgare L. 641
Populus alba L. 389
— nigra L. 389. 390
Potamogeton heterophyllus Schreb. 618
— natans L. 618
— rufescens Schrad. 618
— zosteraefolius Schum. 618
Potentilla nemoralis Nestl. 571
— reptans L. 592
— subacaulis L. 540
Poterium Sanguisorba L. 589
— spinosum L. 498. 576
Prenanthes purpurea L. 526
Primula Palinuri Petagn. 566
Prunella alba Pall. 575
— vulgaris L. 538. 575
Prunus Armeniaca L. 416

pag.
Prunus Cerasus L. 414
— insiticia L. 419
— Mahaleb L. 401
— spinosa L. 405
Psoralea bituminosa L. 543
Pteronia Chamaepeuce Spr. 629
Pumex 650. 653
Punica Granatum L. 412
Pyrethrum Parthenium Sm. 560
Pyrus communis L. 417
— Cydonia L. 416
— domestica Sm. 419
— Malus L. 416
Quarzum 663
Quercus Ballota Desf. 500
— coccifera L. 593
— gramuntia L. 500
— Ilex L. 594
Raia Pastinaca 431
— Torpedo 429
Ranunculus aconitifol. L. 485
— alpestris L. 485
— aquatilis L. 485. 623
— asiaticus L. 484
— Ficaria L. 487. 534
— lanuginosus L. 485
— muricatus L. 485
— rutaefolius L. 485
— Thora L. 607. 608
Raphanus maritimus Sm. 461
— Raphanistrum L. 461. 463
Ren ferri 662
Reseda canescens L. 635
— mediterranea L. 635
— Phyteuma L. 574. 630
Retinasphaltum 660
Rhamnus infectoria L. 404. 654
— Lycium Scop. 404
— oleoides L. 397
— Paliurus L. 397
Rheum palmatum L. 491

pag.
Rheum Rhaponticum L. 491
Rhodiola rosea L. 593
Rhododendron ponticum L. 452
Rhus Coriaria L. 408
Ricinus communis L. 365
Rosa arvensis L. 404
— canina L. 399
— collina Iacqu. 399
— leucantha Loisel. 399
— lutea Dalech. 404
Rubia lucida L. 563
— tinctorum L. 563
Rubus caesius L. 422
— fruticosus L. 399. 589
— idaeus L. 590
— saxatilis L. 590
Rumex Acetosa L. 462. 686
— acutus L. 462. 479
— aquaticus L. 571
— Britannica L. 572
— Hydrolapathum Huds. 462. 479. 571
— Patientia L. 462
— scutatus L. 462. 686
Ruscus aculeatus L. 634
— Hypoglossum L. 631
— Hypophyllum L. 592. 634. 635
— racemosus L. 635
Ruta graveolens L. 516
— montana L. 516
Saccharum officinarum L. 453
— Ravennae L. 547
Sal marinus 650. 652
Salamandra terrestris 443
Salsola Tragus L. 595
Salvia Aethiopis L. 620
— Horminum L. 555
— officinalis L. 510
— Verbenaca L. 591
— viridis L. 555
Salvinia natans L. 619
Sambucus Ebulus L. 640
— nigra L. 640

pag.
Sanicula europaea L. 589
Santolina Chamaecyparissus L. 505
— maritima Huds. 546
— squarrosa Willd. 505
Saponaria ocimoides L. 587
— officinalis L. 478. 578
— Vaccaria L. 489
Sapphirus 660
Satureia capitata L. 511
— graeca L. 538
— Iuliana L. 538. 581
— montana L. 581
— Thymbra L. 512
Saxifraga Cotyledon L. 552. 615
— granulata L. 581
— Hirculus L. 347
Scandix australis L. 469
— falcata Londes. 469
Schoenus Mariscus L. 596
Scilla bifolia L. 482
— maritima L. 482
Scincus algiriensis 444
— officinalis 444
Scirpus Holoschoenus L. 596
— lacustris L. 596
— maritimus L. 596
— palustris L. 595
Scleranthus annuus L. 581
Scolopendra morsitans 429
Scolopendrium Hemionitis Sw. 558
— officinarum Sm. 543
Scolymus hispanicus L. 498
— maculatus L. 498
Scomber Thynnus 436
Scorpaena Scrofa 429
Scorpiurus sulcata L. 642
— vermiculata L. 578
Scorzonera elongata Willd. 523
Scrofularia lucida L. 589
— nodosa L. 578
— peregrina L. 616

pag.
Scutellaria Columnae Allion. 570
Sedum altissimum Poir. 568
— Cepaea L. 566
— reflexum L. 615
— Rhodiola Cand. 593
— rupestre L. 615
— stellatum L. 615
Selenites 660
Selinum Galbanum Spr. 533
— gummiferum Spr. 533
— Oreoselinum Scop. 523
Sempervivum arboreum L. 614
Senecio vulgaris L. 599. 616
Sepia officinalis 431
Serapias cordigera L. 554
— Lingua L. 554
Serratula Rhaponticum Cand. 491
Seseli ammoides L. 525
— Hippomarathrum L. 525. 581
— tortuosum L. 520
Setaria italica P. B. 458
Sida Abutilon L. 565
Sideritis scordioides L. 589
Silene inflata Sm. 574. 601
Silurus Glanis 434. 535
Silybum Marianum Gärtn. 497. 637
— syriacum vid. Cirsium syr.
Sinapis arvensis L. 462
Sison Amomum L. 521
— Anisum Spr. 521
Sisymbrium polyceraton L. 475
Sium angustifolium L. 465
— Bulbocastanum Spr. 627
— latifolium L. 373. 465
— Sisarum L. 461
Smilax aspera L. 633
Smyris 662
Smyrnium Dioscor. Spr. 524

pag.
Smyrnium Olusatrum L. 373. 524
— perfoliatum L. 524
Solanum Dulcamara L. 479. 547
— esculentum Dunal. 603
— insanum L. 603
— Melongena L. 603
— miniatum Bernh. 602
— nigrum L. 602
— sodomeum L. 424. 603
Solipuga araneoides 672
Sonchus oleraceus L. 466
— palustris L. 466
— uliginosus M. B. 466
Sorbus domestica L. 361
Sorex araneus 445
Sorghum vulgare Pers. 457
Sparganium ramosum Sw. 583
— simplex Sw. 584
Spartium horridum Vahl. 359
— iunceum L. 637
— Scorpius L. 405
— villosum Vahl. 359
Sparus Dentex 438
— Maena 435
— Pagrus 438
— Smaris 435
Sphaerococcus cartilagineus Agardh. 617
— confervoides Ag. 617
— musciformis Ag. 617
— plicatus Ag. 617
Spiraea Filipendula L. 548
Spiranthes aestivalis Rich. 621
— autumnalis Rich. 554. 621
Spongia fasciculata Pall. 653
— officinalis L. 653
— panicea Pall. 652
— stuposa Ellis. 652
Spongites 662
Sporochnus aculeatus Ag. 617
Stachys annua L. 536
— germanica L. 542

pag.
Stachys glutinosa L. 509
— heraclea Allion. 589
— palaestina L. 542
— recta L. 589
Stähelina Chamaepeuce L. 629
Statice Limonium L. 581
Stellaria graminea L. 551
— holostea L. 576
Stibium 645
Stincus vid. Scincus.
Stratiotes aloides L. 619
Streptopus distortus Mx. 592
Strombus lentiginosus 427
Styrax Benzoïn Dryand. 375
— officinalis L. 373
Succisa pratensis Mönch. 640
Symphytum officinale L. 575
Syngnathus Hippocampus 426
Tagetes erecta L. 487
Talcum steatites 657. 661
Tamarix articulata Vahl. 396
— gallica L. 396. 453
— orientalis Forsk. 396
Tamus communis L. 479. 641
Tanacetum annuum L. 598
— vulgare L. 558
Taxus baccata L. 389. 609
Terminalia Bellirica Roxb. 638
— Chebula Roxb. 638
Tetragnatha extensa 671
Teucrium aureum Schreb. 540
— capitatum L. 540
— Chamaedrys L. 540
— creticum L. 544
— flavum L. 539
— fruticans L. 539
— Marum L. 363. 514
— montanum L. 544. 568
— Polium L. 540. 544
— Pseudhyssopus Schreb. 507
— rosmarinifolium Lam. 544
— Scordium L. 544

pag.
Teucrium supinum L. 540. 568
Thalictrum minus L. 616
Thapsia Asclepium L. 518. 637
— gummifera Spr. 530
— Silphium Vivian. 530
— villosa L. 521
Thelygonum Cynocrambe L. 642
Thetis leporina 430
Thlaspi Bursa L. 475
Thrincia tuberosa Cand. 467
Thuia articulata Vahl. 360
Thymbra spicata L. 507
— verticillata L. 507
Thymus Acinos L. 514. 538. 587
— alpinus L. 538
— Barrelieri Spr. 511
— creticus Brot. 511
— Mastichina L. 509. 510. 514
— Nepeta Scop. 511
— Serpyllum L. 512
— Tragoriganum L. 509
— vulgaris L. 511. 512
— Zygis L. 513
Topazius fumidus 661
Tophus calcareus 656
Tordylium officinale L. 469. 521
Trachinus Draco 429
Tragium Columnae Spr. 595
Tragopogon crocifolius L. 471
Trapa natans L. 579
Trianthema fruticosum Vahl. 397
Tribulus terrestris L. 579
Trifolium arvense L. 582
Trigonella corniculata L. 514. 622
— elatior Sibth. 622
Triticum aestivum L. 454
— monococcon L. 456
— repens L. 588
— Spelta L. 456

	pag.
Triticum Zea Host.	456
Tuber cibarium Sibth.	472
Tubularia Acetabulum L.	558
Tulipa Clusiana Red.	554
— Gesneriana L.	554
Turmalinus	451
Turritis Löselii R. Br.	599
Tussilago Farfara L.	544
— Petasites L.	621
Typha latifolia L.	547
Ulva Lactuca L.	617
— punctata Stackh.	617
Uranoscopus scaber	447
Urtica dioeca L.	615
— urens L.	615
Usnea barbata Hoffm.	360
— florida Hoffm.	360
— plicata Hoffm.	360
Utricularia vulgaris L.	624
Uvularia amplexifolia W.	592
Valeriana celtica L.	346
— Dioscoridis Hawkins. 348.	665
— Hardwickii Wallich.	346
— Iatamansi Iones.	345
— officinalis L.	348
— Phu L.	348
— Saliunca Allion.	346
— sambucifolia Mikan.	348
— saxatilis L.	347
— tuberosa L.	347
Veratrum album L.	635
Verbascum ferrugineum Ait.	621
— nigrum L.	620
— plicatum Sibth.	619
— sinuatum L.	619
— Thapsus L.	619
— undulatum Lam.	619
Verbena officinalis L.	598
— supina L.	599
Veronica Anagallis L.	465
— arvensis L.	536
— Chamaedrys L.	540
— montana L.	536
— officinalis L. 539.	570
— serpyllifolia L.	570
— spicata L.	568
— Teucrium L.	539
Vicia angustifolia Roth.	473
— bithynica L.	473
— hybrida L.	473
— lutea L.	473
— sepium L.	473
Vinca maior L.	573
— minor L. 573.	635
Viscum album L.	535
Vitex Agnus L.	406
Vitis Labrusca L.	642
— vinifera L.	642
Wormskioldia ocellata Spr.	617
— Plocamium Spr.	617
— sanguinea Spr.	617
Wrightia antidysenterica R. Br.	393
Xanthium strumarium L.	632
Xeranthemum annuum L.	477
Ximenia aegyptiaca L. (del. ellipt.)	425
Zincum	644
Zingiber officinale Rosc.	477
Zizyphus Lotus Lam. 418.	636
Zonaria Pavonia Ag.	617
— squamaria Ag.	617
Zygnis tridactyla	444

Date Due

FAC/STAFF			
MAY 2 6 2004			

Library Bureau Cat. No. 1137

R126.D5:2
SCIII
3 5002 00048 0330
Dioscorides Pedanius
[De materia medica libri V.

SCIENCE
R
126
D5

2

30607